13. Enimvero non, si, qui historiam locorum tradidere, non consentiunt, ideo tota illico abjicienda est historia : quin imo nonnunquam universæ historiæ fidem conciliare ista ex dissensione licet. Verbi gratia, si quæratur, an vagando ad Siciliam et Italiam pervenerit Ulysses, et utrum circum ea loca Sirenes ponantur; is qui eas in Peloriade ponit, ab eo discrepat, qui eas in Sirenussis collocat, uterque autem ab hoc non dissentit, qui circa Siciliam et Italiam eas habitasse dicit, sed ejus dictum eo probabilius ambo faciunt, quod, quamvis de loco non consentiant, tamen ab Italia aut Sicilia non discesserunt. Quodsi quis addat, Neapoli monumentum monstrari Parthenopes, quæ una Sirenum fuit, is adhuc amplius fidei conciliaverit, quanquam tertium hunc locum memoret : sed quod eo in sinu, quem Eratosthenes Cumanum nominat, quem Sirenussæ faciunt,

ποιοῦσιν αἱ Σειρηνοῦσσαι, καὶ ἡ Νεάπολις ἵδρυται, βεβαιοτέρως πιστεύομεν τὸ περὶ τούτους τοὺς τόπους γεγονέναι τὰς Σειρῆνας· οὔτε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀκριβῶς ἕκαστα πυθέσθαι, οὔθ' ἡμεῖς παρ' ἐκείνου ζητοῦμεν τὸ ἀκριβές· οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔχομεν ὡς ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδὲν πεπυσμένον περὶ τῆς πλάνης, μήθ' ὅπου μήθ' ὅπως γεγένηται, ῥαψῳδεῖν.

14. Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης καὶ Ὀρτυγίας, τοῦ πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυρρηνῶν· Ὅμηρον δὲ μήτε εἰδέναι ταῦτα, μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην. πότερον οὖν Αἴτνη μὲν καὶ Τυρρηνία γνώριμα, Σκύλλαιον δὲ καὶ Χάρυβδις καὶ Κίρκαιον καὶ Σειρηνοῦσσαι οὐ πάνυ; ἢ καὶ Ἡσιόδῳ μὲν ἔπρεπε μὴ φλυαρεῖν, ἀλλὰ ταῖς κατεχούσαις δόξαις ἀκολουθεῖν, Ὁμήρῳ δὲ πᾶν, ὅ τι ἂν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ, κελαδεῖν; χωρὶς γὰρ τῶν λεχθέντων περὶ τοῦ τύπου τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγραφέων τῶν ταὐτὰ θρυλούντων, καὶ τῆς κατὰ τοὺς τόπους ἐπιχωριαζούσης φήμης διδάσκειν δύναται, διότι ταῦτα οὐ ποιητῶν πλάσματά ἐστιν οὐδὲ συγγραφέων, ἀλλὰ γεγενημένων ἴχνη καὶ προσώπων καὶ πράξεων.

15. Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης. τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἔκπλους ἐν τοῖς κατὰ τὸν πορθμὸν τόποις ἀμφιδρόμοις οὖσι καὶ δυσέκπλοις διὰ τὰς παλιρροίας, ταμίαν τε εἰρῆσθαι τῶν ἀνέμων καὶ βασιλέα νενομίσθαι φησί· καθάπερ Δαναὸν μέν, τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, Ἀτρέα δέ, τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον τῷ οὐρανῷ δρόμον, μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας· τούς θ' ἱερέας τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίους καὶ Μάγους, σοφίᾳ τινὶ διαφέροντας τῶν ἄλλων, ἡγεμονίας καὶ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν· οὕτω δὲ καὶ τῶν θεῶν ἕνα ἕκαστον, τῶν χρησίμων τινὸς εὑρετὴν γενόμενον, τιμᾶσθαι. ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος οὐκ ἐᾷ τὸν Αἴολον ἐν μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδ' ὅλην τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· ἀλλὰ μικρὰ μὲν προσμεμυθεῦσθαι καθάπερ καὶ τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ, τὸ δ' ὅλον περὶ Σικελίαν καὶ τῷ ποιητῇ πεποιῆσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν, ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. οὐκ ἐπαινεῖ δὲ οὐδὲ τὴν τοιαύτην τοῦ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, διότι φησὶ τότ' ἂν εὑρεῖν τινα, ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συρράψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν. καὶ τοῦτο δ' οἰκείως εἰρῆσθαι τοῖς συμβαίνουσι περὶ τὸ Σκύλλαιον καὶ τὴν θήραν τῶν γαλεωτῶν τὸ ἐπὶ τῆς Σκύλλης·

> αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα
> δελφῖνάς τε κύνας τε, καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι
> κῆτος.

τοὺς γὰρ θύννους ἀγεληδὸν φερομένους παρὰ τὴν Ἰτα-

etiam sita est Neapolis, ideo firmius credimus circum ea loca Sirenas fuisse. Nam neque poetam omnia accuratissime explorasse puto, neque nos ab eo exactam diligentiam hoc loco requirimus : non tamen ita sumus affecti, ut suspicemur ista eum composuisse nihil compertum de Ulyssis erroribus, ubi locorum, et quomodo evenerint.

14. Porro Eratosthenes Hesiodum conjicit, quum is inaudivisset de Ulyssis erroribus ad Siciliam et Italiam, fidemque opinioni ei adhiberet, non eorum modo fecisse mentionem, quæ ab Homero referuntur, sed et Ætnæ et Ortygiæ, quæ exigua jacet ante Syracusas insula, et Tyrrhenorum : Homerum autem neque cognita ista habuisse, neque erroris Ulyssis voluisse locis illustribus ascribere. Quid ergo? Ætna et Tyrrhenia nobilia sunt, Scyllæum, Charybdis, Circæum, Sirenussæ obscura ? an Hesiodum quidem decuit non nugari, sed receptas sequi opiniones, Homerum quicquid in buccam veniret effutire? Atqui præter ea quæ de dignis Homero fabularum commentis et eorum ratione diximus, quum scriptorum multitudo eadem perhibentium tum fama quæ iis in locis frequens obtinet, docere potest, hæc non esse poetarum aut scriptorum figmenta, sed vestigia vita functorum hominum ac rerum gestarum.

15. Et Polybius quoque recte interpretatur ea quæ de erroribus Ulyssis Homerus habet. Æolum nempe, qui prædiceret quomodo per fretum navigari posset, quum iis locis ob affluxum ac refluxum maris continuos cursus difficulter teneri fretumque superari queat, ventorum promum dictum fuisse ac regem habitum : quemadmodum Danaus, quod Argis puteorum fossionem docuisset, et Atreus, quod solis cursum cœli conversioni renitentis docuisset, vatesque et sacrorum inspectores reges sunt creati ; et apud majores nostros sacerdotibus Ægyptiorum, Chaldæis, Magisque sapientia quadam alios superantibus honores et imperia sunt delata : atque ita etiam unusquisque deorum honores reperit eo quod aliquid utile excogitasset. His Polybius principio disputationis constitutis non patitur Æolum pro fabula omnino accipi, aut universam Ulyssis vagam peregrinationem : sed pauca quædam figmenta eis, ut et bello Iliaco, esse annexa ait; totum vero de Sicilia poetam scripsisse plane ut historicos, qui Italiæ ac Siciliæ vicina loca descripserunt. Neque magis eam Eratosthenis probat sententiam, qua tum denique ille pronunciat inventurum aliquem, ad quæ loca vagando delatus fuerit Ulysses, quum invenerit sutorem, qui utrem ventorum consuerit. Porro quæ de Scylla dixerit Homerus, docet convenire venationi galeotarum, quæ exercetur apud Scyllæum (*Od.* M, 95) :

> Hic circum rupem crebro ruit impete Scylla,
> delphinos captansque canes, et sicubi major
> bellua sese offert.

Etenim thynnos, quum gregatim præter Italiam feruntur,

λίαν, ἐπειδὰν ἐμπέσωσι καὶ κωλυθῶσι τῆς Σικελίας ἅψασθαι, περιπίπτειν τοῖς μείζοσι τῶν ζῴων, οἷον δελφίνων καὶ κυνῶν καὶ ἄλλων κητωδῶν· ἐκ δὲ τῆς θήρας αὐτῶν πιαίνεσθαι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι καὶ κύνας φησί. συμβαίνειν γὰρ ταὐτὸν ἐνθάδε καὶ κατὰ τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων, ὅπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ὕλης ἐμπιπραμένης· ἀθροιζόμενα γὰρ τὰ θηρία φεύγειν τὸ πῦρ ἢ τὸ ὕδωρ, καὶ βορὰν γίνεσθαι τοῖς κρείττοσι.

16. Ταῦτα δ' εἰπὼν διηγεῖται τῶν γαλεωτῶν θήραν, ἣ συνίσταται περὶ τὸ Σκύλλαιον· σκοπὸς γὰρ ἐφέστηκε κοινὸς ὑφορμοῦσιν ἐν δικώποις σκαφιδίοις πολλοῖς, δύο καθ' ἕκαστον σκαφίδιον· καὶ ὁ μὲν ἐλαύνει, ὁ δ' ἐπὶ τῆς πρῴρας ἕστηκε δόρυ ἔχων, σημήναντος τοῦ σκοποῦ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ γαλεώτου· φέρεται δὲ τὸ τρίτον μέρος ἔξαλον τὸ ζῷον. συνάψαντος δὲ τοῦ σκάφους, ὁ μὲν ἔπληξεν ἐκ χειρός, εἶτ' ἐξέσπασεν ἐκ τοῦ σώματος τὸ δόρυ χωρὶς τῆς ἐπιδορατίδος· ἀγκιστρώδης τε γάρ ἐστι καὶ χαλαρῶς ἐνήρμοσται τῷ δόρατι ἐπίτηδες, καλώδιον δ' ἔχει μακρὸν ἐξημμένον. τοῦτ' ἐπιχαλῶσι τῷ τρωθέντι τέως, ἕως ἂν κάμῃ σφαδάζον καὶ ὑποφεῦγον· τότε δ' ἕλκουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ἢ εἰς τὸ σκάφος ἀναλαμβάνουσιν, ἐὰν μὴ μέγα ᾖ τελέως τὸ σῶμα. κἂν ἐκπέσῃ δὲ εἰς τὴν θάλατταν τὸ δόρυ, οὐκ ἀπόλωλεν· ἔστι γὰρ πηκτὸν ἔκ τε δρυὸς καὶ ἐλάτης, ὥστε βαπτιζομένου τοῦ δρυΐνου βάρει μετέωρον εἶναι τὸ λοιπὸν καὶ εὐανάληπτον. συμβαίνειν δέ ποτε καὶ τιτρώσκεσθαι διὰ τοῦ σκαφιδίου τὸν κωπηλάτην διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ξίφους τῶν γαλεωτῶν καὶ τὸ τὴν ἀκμὴν τοῦ ζῴου συαγρώδη εἶναι καὶ τὴν θήραν. ἔκ τε δὴ τῶν τοιούτων εἰκάζοι τις ἄν, φησί, περὶ Σικελίαν γενέσθαι τὴν πλάνην κατὰ τὸν Ὅμηρον, ὅτι τῇ Σκύλλῃ προσῆψε τὴν τοιαύτην θήραν, ἣ μάλιστ' ἐπιχώριός ἐστι τῷ Σκυλλαίῳ· καὶ ἐκ τῶν περὶ τῆς Χαρύβδεως λεγομένων ὁμοίων τοῖς τοῦ πορθμοῦ πάθεσι. τὸ δὲ

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν,

ἀντὶ τοῦ δίς, γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα ἢ ἱστορικόν.

17. Καὶ τὰ ἐν τῇ Μήνιγγι δὲ τοῖς περὶ τῶν Λωτοφάγων εἰρημένοις συμφωνεῖν. εἰ δέ τινα μὴ συμφωνεῖ, μεταβολὰς αἰτιᾶσθαι δεῖν ἢ ἄγνοιαν ἢ καὶ ποιητικὴν ἐξουσίαν, ἣ συνέστηκεν ἐξ ἱστορίας καὶ διαθέσεως καὶ μύθου. τῆς μὲν οὖν ἱστορίας ἀλήθειαν εἶναι τέλος, ὡς ἐν Νεῶν καταλόγῳ τὰ ἑκάστοις τόποις συμβεβηκότα λέγοντος τοῦ ποιητοῦ, τὴν μὲν πετρήεσσαν, τὴν δὲ ἐσχατόωσαν πόλιν, ἄλλην δὲ πολυτρήρωνα, τὴν δ' ἀγχίαλον· τῆς δὲ διαθέσεως ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος, ὡς ὅταν μαχομένους εἰσάγῃ· μύθου δὲ ἡδονὴν καὶ ἔκπληξιν. τὸ δὲ πάντα πλάττειν οὐ πιθανόν, οὐδ' Ὁμηρικόν· τὴν γὰρ ἐκείνου ποίησιν φιλοσόφημα πάντας νομίζειν, οὐχ ὡς Ἐρατοσθένης φησί, κελεύων μὴ κρίνειν πρὸς τὴν διάνοιαν τὰ ποιήματα, μηδ' ἱστορίαν ἀπ' αὐτῶν ζητεῖν. πιθανώτερόν τε τὸ

ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν

postquam in fretum inciderunt et Siciliam attingere prohibentur, incidere in majores belluas, ut delphinos, canes et alia cetis similia. Ex horum venatione pingues reddi galeotas, quos etiam xiphias et canes dici aiunt. Id enim ibi usu venire et ad Nili aliarumque aquarum ascensus, quod fit igne silva incensa : nam animalia dum ignem aquamve agmine facto fugiunt, præda fiunt robustioribus.

16. His dictis narrat galeotarum venationem, quæ apud Scyllæum habetur. In lembis qui duobus remis agitantur multis bini feruntur propter navium stationem : alter eorum lembum agit, alter hasta armatus in prora stat. Iis omnibus communis in specula est explorator, qui adventum galeotæ indicet : nam tertia sui parte galeota supra mare solet eminere. Quem quum lembus attigit, cominus ille hastam ejus corpori impingit, evellitque relicta in corpore ejus cuspide, quæ hamata est, et dedita opera leviter hastili præfigitur. Ab ea dependet longus funiculus, quem laxant bellua vulnerata, donec palpitando ac subterfugiendo defatigetur : tum ad terram educunt, aut in lembum imponunt, nisi omnino vasto sit corpore. Hastile etiamsi in mare excidat, non perit : est enim compactum ex quercu et abiete, ut, quum pondere pars querna mergitur, reliquum in sublimi exstet ac recipi facile possit. Nonnunquam etiam remigem per ipsum lembum vulnerari ob magnitudinem gladii galeotæ et vim belluæ, cujus et impetus et venatio aprorum similis est. Ex his, inquit, conjicere aliquis possit de Homeri sententia Ulyssem ad Siciliam evagatum fuisse, quum is Scyllæ talem venationem adscribat, quæ maxime familiaris est apud Scyllæum : nec non ex iis quæ Charybdi evenire narrantur similia eorum quæ freto accidunt Illud autem (*Od.* M, 105),

Terque die allidit fluctus,

pro *bis* positum, errore vel scribæ vel historiæ ait factum.

17. Jam quæ in Meninge sunt, ea cum narratione de Lotophagis consentire. Quodsi quæ non congruunt, causam mutationis existimandam esse aut ignorationem, aut licentiam poeticam, quæ constat ex historia cum dispositione et fabula. Historiæ proinde finem esse veritatem : ideo poetam in Recensione navium singulis sua propria locis attribuisse, dum aliam urbem saxosam, aliam in extremo sitam, aliam columbis abundantem, aliam mari vicinam appellat. Finem dispositionis esse efficaciam, ut quum pugnantes introducit. Fabulæ denique voluptatem et terrorem. Omnia autem confingere neque consentaneum, neque Homericum esse : nam Homeri poema omnes scriptum esse philosophicum censere : secus quam Eratostheni visum, qui neget poemata ad rationis principia judicari debere, neque in poematis quæri historiam ullam. Sane probabilius est hunc locum (*Od.* I, 82),

Inde novem totis jactabar multa diebus
venti vi dira non unius,

ἐν βραχεῖ διαστήματι δέχεσθαι (οἱ γὰρ ὀλοοὶ οὐκ εὐθύδρομοι) ἢ ἐξωκεανίζειν, ὡς ἂν οὐρίων πνεόντων συνεχῶς. συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν ἐπὶ Στήλας σταδίων δισμυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων, εἰ, φησί, τοῦτο θείημεν ἐν ταῖς ἐννέα ἡμέραις διηνύσθαι ἰσοταχῶς, ἑκάστης ἂν ἡμέρας ὁ πλοῦς συμβαίνοι σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων. τίς οὖν ἱστόρηκεν ἐκ Λυκίας ἢ Ῥόδου δευτεραῖόν τινα ἀφιγμένον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων; πρὸς δὲ τοὺς ἐπιζητοῦντας, πῶς τρὶς εἰς Σικελίαν ἐλθὼν οὐδ' ἅπαξ διὰ τοῦ πορθμοῦ πέπλευκεν Ὀδυσσεύς, ἀπολογεῖται, διότι καὶ οἱ ὕστερον ἔφευγον ἅπαντες τὸν πλοῦν τοῦτον.

18. Τοιαῦτα μὲν εἴρηκεν. ἔστι δὲ τἆλλα μὲν εὖ λεγόμενα· ὅταν δ' ἀνασκευάζῃ τὸν ἐξωκεανισμὸν, καὶ πρὸς ἀκριβῆ μέτρα τὸν τῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀνάγῃ καὶ διαστήματα, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει τῆς ἀνομολογίας. ἅμα μὲν γὰρ παρατίθησι τὰ τοῦ ποιητοῦ ἔπη·

> ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν,

ἅμα δ' ἐπικρύπτεται· καὶ γὰρ ταῦτα τοῦ ποιητοῦ,

> αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
> νηῦς,

καὶ τὸ

> νήσῳ ἐν Ὠγυγίῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης·

καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἰκεῖ Ἄτλαντος θυγάτηρ· καὶ τὸ περὶ τῶν Φαιάκων,

> οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
> ἔσχατοι· οὐ δέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.

ταῦτα γὰρ πάντα φανερῶς ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει πλαττόμενα δηλοῦνται. ὁ δὲ ταῦτ' ἐπικρυπτόμενος τὰ φανερῶς λεγόμενα ἀναιρεῖ. τοῦτο μὲν οὖν οὐκ εὖ· τὸ δὲ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγονέναι τὴν πλάνην ὀρθῶς, καὶ ὑπὸ † τοῦ ποιητοῦ βεβαιοῦται. ἐπεὶ τίς ἔπεισε ποιητὴς ἢ συγγραφεὺς Νεαπολίτας μὲν λέγειν μνῆμα Παρθενόπης τῆς Σειρῆνος, τοὺς δὲ ἐν Κύμῃ καὶ Δικαιαρχίᾳ καὶ Οὐεσουίῳ Πυριφλεγέθοντα καὶ Ἀχερουσίαν λίμνην καὶ νεκυομαντεῖον τὸ ἐν τῷ Ἀόρνῳ καὶ Βάϊον καὶ Μισηνὸν τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινάς; οὕτω δὲ καὶ τὰ περὶ Σειρηνούσσας καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν καὶ Σκύλλαν καὶ Χάρυβδιν καὶ Αἴολον· ἅπερ οὔτ' ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ οὔτ' ἄρριζα καὶ ἀνέστια ἐᾶν, ἀληθείας μηδὲν προσαπτόμενα μηδ' ὠφελείας ἱστορικῆς.

19. Καὶ αὐτὸς δὲ ὑπονοήσας τοῦτο ὁ Ἐρατοσθένης, ὑπολάβοι τις ἄν, φησί, τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προσεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ ποιεῖν, ἀποστῆναι δ' ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς πεπυσμένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τὸ τερατωδέστερον ἕκαστα ἐξάγειν. τοῦτο μὲν αὐτὸ εὖ, τὸ δ' οὗ χάριν τοῦτ' ἐποίει κακῶς δεξάμενος· οὐ γὰρ φλυαρίας, ἀλλ' ὠφελείας χάριν. ὥστε δίκαιός ἐστιν ὑπέχειν λόγον καὶ περὶ τούτου καὶ διότι φησὶ τὰ πόρρω τερατολογεῖσθαι μᾶλλον διὰ τὸ

de non longo itinere exponi (venti enim diri seu perniciosi non faciunt ad cursum rectum tenendum), quam extra oceanum hoc temporis spatio navigatum fuisse comminisci, perinde ac si secundis usus ille esset ventis. At Polybius, supputato quod est a Maleis ad Herculis columnas spatio viginti duorum millium ac quingentorum stadiorum, si (inquit) hoc eum novem his diebus æquali in singulos portione ponamus confecisse, quotidie eum navigasse bis mille ac quingenta stadia consequetur. Atqui, inquit, quis unqua perhibuit e Lycia aut Rhodo aliquem biduo Alexandriam navigio esse pervectum, quod non ultra quattuor millium stadiorum est intervallum? Iis etiam qui quærunt, cur Ulysses, quum ter in Siciliam advenerit, ne semel quidem tamen dicatur per fretum navigasse, respondet, posteriores quoque ab hac navigatione omnes sibi cavisse.

18. Hæc ille. Quorum alia quidem recte dixit: quum autem refutare conatur Oceani ingressum, et ad accuratam mensuræ intervallorumque rationem revocat navigationem singulorum dierum, summa cum inconstantia agit. Simul enim et citat poetæ versus:

> Inde novem totis jactabar multa diebus
> venti vi dira non unius,

et simul alia supprimit. Sunt enim et hæc poetæ (*Od.* N, 1):

> Navis ut Oceani fluvii est egressa fluenta;

et (*Od.* A, 50),

> Insula in Ogygia, maris hic medioximus umbo est,

ubi et filiam Atlantis ait habitare. Item de Phæacibus (*Od.* Z, 204):

> Extremique hominum maris ad vada salsa seorsum
> degimus, ac nobiscum nemo negotia miscet.

Hæc enim omnia manifesto in Atlantico ficta mari monstrantur: quibus ille dissimulatis ea quæ perspicue dicta sunt, refellit, male id quidem. Recte autem hoc, circa Siciliam et Italiam vagatum esse Ulyssem, quod * nominibus impositis confirmatur. Quis enim poeta aut scriptor persuasisset Neapolitanis, ut monumentum Parthenopæ Sirenis jactarent: Cumanis, Dicæarchiæ et ad Vesuvium degentibus, ut Pyriphlegethontem, lacum Acherusium, et oraculum defunctorum in Aorno, tum Baium ac Misenum quosdam de Ulyssis comitibus memorarent? Eodemque modo res habet de Sirenussis, iis quæ circa fretum sunt, de Scylla, Charybdi et Æolo: quæ neque ad vivum resecanda sunt, neque relinquenda ut radicis ac fundamenti expertia, quæ neque cum veritate quicquam neque cum utilitate historica habeant commune.

19. Quod ipsum ipse subodoratus Eratosthenes, suspicari inquit, aliquis possit poetam voluisse errores Ulyssis occidentalibus regionibus ascribere, sed descivisse ab iis quæ erant pro veris ponenda, partim quod ea non accurate cognovisset, partim quod non, uti erant, sed portentosius et terribilius quæque efferre instituisset. Recte quidem pronunciavit, quid ille, sed cur fecerit, male interpretatus est: non enim nugari Homerus, sed prodesse voluit. Itaque et hoc nomine merito culpandus Eratosthenes, et quod eum de remotis potissimum ait fabulas finxisse monstrosas, quod

εὐκατάψευστον. πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ τὰ πόρρω τερατολογούμενα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐγγὺς τῆς Ἑλλάδος· οἷα δὴ τὰ κατὰ τοὺς Ἡρακλέους ἄθλους καὶ Θησέως καὶ τὰ ἐν Κρήτῃ καὶ Σικελίᾳ μυθευόμενα καὶ ταῖς ἄλλαις νήσοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα καὶ Ἑλικῶνα καὶ Παρνασσὸν καὶ Πήλιον καὶ τὴν Ἀττικὴν ὅλην καὶ Πελοπόννησον· οὐδεὶς τε ἐκ τῶν μύθων ἄγνοιαν αἰτιᾶται τῶν μυθοποιῶν. ἔτι δέ, ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύουσιν, ἀλλὰ πλείω προσμυθεύουσι, καὶ μάλιστα Ὅμηρος, [ὁ] ζητῶν τί οἱ παλαιοὶ προσμυθεύουσιν οὐ ζητεῖ, εἰ τὰ προσμυθευόμενα ὑπῆρξεν ἢ ἐστίν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, οἷς προσμυθεύεται τόποις ἢ προσώποις, περὶ ἐκείνων ζητεῖ τἀληθές· οἷον τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, εἰ γέγονε, καὶ ποῦ.

20. Τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου ποίησιν εἰς ἓν συνάγειν τῇ τῶν ἄλλων ποιητῶν εἴς τε τἆλλα καὶ εἰς αὐτὰ τὰ νῦν προκείμενα, τὰ τῆς γεωγραφίας, καὶ μηδὲν αὐτῷ πρεσβεῖον ἀπονέμειν. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, τόν γε Τριπτόλεμον τὸν Σοφοκλέους ἢ τὸν ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου πρόλογον ἐπελθόντα καὶ παραβαλόντα τὴν Ὁμήρου περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιμέλειαν, *ῥᾷον ἦν αἰσθέσθαι τὴν ὑπερβολήν, ἢ τὴν διαφοράν. ὅπου γὰρ χρεία τάξεως ὧν μέμνηται τόπων, φυλάττει τὴν τάξιν ὁμοίως μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, ὁμοίως δὲ τῶν ἄπωθεν·

> Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
> Πήλιον εἰνοσίφυλλον.
> Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο,
> Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινὴν
> σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν ὄρεα νιφόεντα·
> ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον.

καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ τὰς μὲν πόλεις οὐκ ἐφεξῆς λέγει· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον· τὰ δὲ ἔθνη ἐφεξῆς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄπωθεν·

> Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
> Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
> καὶ Λιβύην·

ὅπερ καὶ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται. οἱ δ', ἐφ' ὧν τάξεως χρεία, ὁ μὲν τὸν Διόνυσον ἐπιόντα τὰ ἔθνη φράζων, ὁ δὲ τὸν Τριπτόλεμον τὴν κατασπειρομένην γῆν, τὰ μὲν πολὺ διεστῶτα συνάπτουσιν ἐγγύς, τὰ δὲ συνεχῆ διασπῶσι·

> λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
> Φρυγῶν τε Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας
> Βάκτριά τε τείχη, τήν τε δύσχειμον χθόνα
> Μήδων ἐπελθὼν Ἀραβίαν τ' εὐδαίμονα.

τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ. κἂν τοῖς κλίμασι δὲ κἂν τοῖς ἀνέμοις διαφαίνει τὸ πολυμαθὲς τὸ περὶ τὴν γεωγραφίαν Ὅμηρος, ἐν ταῖς τοποθεσίαις λέγων ἅμα καὶ ταῦτα πολλαχοῦ·

> αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται
> πρὸς ζόφον· αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.
> δύω δέ τέ οἱ θύραι εἰσίν,

de iis mentiri esset expeditius. Etenim quæ de longinquis sunt apud poetam fabulæ, perexigua sunt eorum pars, quæ in ipsa Græcia et vicinis Græciæ locis fabulosa ponuntur, ut quæ sunt de Herculis et Thesei laboribus, de actis in Creta, Sicilia, aliisque insulis, de Cithærone, Helicone, Parnasso; Pelio, totaque Attica et Peloponneso. Neque quisquam ob fabulas scriptores earum ignorationis accusat. Præterea quum non omnia fingant poetæ, sed multa fabulosa veris affingant, Homerus inprimis: is qui quærit, quasnam antiqui fabulas addiderint, non disquirit quæ afficta sunt an exstiterint necne : sed in iis potius aut locis aut personis exquirit veritatem, quibus fabulosa affinguntur: sic quæri utrum Ulysses vagatus sit, et ubinam locorum.

20. In universum autem illud est vitiosum, quod Homeri et reliquorum poetarum scripta eodem omnia habet in numero, quum in aliis, tum in his etiam, quæ nunc tractamus, geographicis, neque quicquam præstantiæ adscribit Homero. Nam, absque cetera essent, saltem qui Sophoclis Triptolemum, aut prologum Baccharum Euripidis legeret, cumque iis Homeri industriam in terrarum situ describendo compararet, facile, quantum alter alteri præstaret, aut differret certe, poterat cognoscere. Ubi enim ordo requiritur locorum quæ commemorantur, ordinem Homerus servavit, non minus in remotorum, quam in Græcanicorum mentione. (*Od.* Α, 314) :

> Conati magno sunt Ossam imponere Olympo,
> frondosum celsæque imponere Pelion Ossæ;

et (*Il.* Ξ, 225),

> Proruit excelsi Juno de vertice Olympi,
> atque a Pieria Emathiæ per rura profecta
> Threiciæ montes accessit diva nivosos :
> hinc ab Atho pontum petiit.

Et in Navium enumeratione urbes quidem ordine non refert : neque enim erat necesse : nationes autem serie memorat recta. Itemque de longinquis (*Od.* Δ, 83) :

> Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
> Æthiopes adii, tum Sidonios, et Erembos,
> et Libyam :

quod et Hipparchus annotavit. Illi vero, ubi ordo requirebatur, Euripides Bacchum, ut obierit varias gentes, narrantem introducens, Sophocles Triptolemum terras a se consitas, longe divulsa conjungunt, et cohærentia divellunt (*Eur. Bacch.* 13) :

> Lydorum abundans auro peragravi solum,
> Phrygiamque, et sole tacta plana Persidis,
> et Bactra, Medorumque frigidam plagam,
> et Arabiam felicem.

Eodemque modo Triptolemus. Sed et commemorandis locorum naturis ac ventis Homerus magnam geographiæ demonstrat peritiam, in descriptione locorum simul etiam hæc sæpe indicans (*Od.* Ι, 25, *de Ithaca*) :

> Illa humilis, sed in extremo jacet insula ponto
> obscuris obversa plagis : nam solis ad ortum
> auroramque aliæ spectant;

et (*Od.* Ν, 109),

> . . . . Portæ sunt geminæ, Boream aspicit illa,

αἱ μὲν πρὸς Βορέαν,
αἱ δ' αὖ πρὸς Νότον.
εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερά τοί γε ποτὶ ζόφον.

καὶ μὴν τὴν ἄγνοιάν γε τῶν τοιούτων τελείαν ἡγεῖται σύγχυσιν τῶν ἁπάντων·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος.

κἀνταῦθα δ' εἰπόντος εὖ τοῦ ποιητοῦ,

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον,

οὐκ εὖ δεξάμενος [ὁ] αὐτὸς συκοφαντεῖ, ὡς καθόλου λέγοντος, ὅτι ὁ Ζέφυρος ἐκ Θρᾴκης πνεῖ, ἐκείνου λέγοντος οὐ καθόλου, ἀλλ' ὅταν κατὰ τὴν Θρᾳκίαν θάλασσαν συμπέσωσι περὶ τὸν Μέλανα κόλπον αὐτοῦ τοῦ Αἰγαίου μέρος οὖσαν. ἐπιστροφὴν γὰρ λαμβάνει πρὸς νότον ἀκρωτηριάζουσα ἡ Θρᾴκη, καθ' ἃ συνάπτει τῇ Μακεδονίᾳ, καὶ προπίπτουσα εἰς τὸ πέλαγος, τοὺς Ζεφύρους ἐντεῦθεν πνέοντας ἀποφαίνει τοῖς ἐν Θάσῳ καὶ Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ καὶ Σαμοθρᾴκῃ καὶ τῇ περὶ αὐτὰς θαλάττῃ, καθάπερ καὶ τῇ Ἀττικῇ ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀφ' ὧν καὶ Σκείρωνες καλοῦνται οἱ Ζέφυροι, καὶ μάλιστα οἱ Ἀργέσται. οὐκ ἐνόησε δὲ τοῦτο Ἐρατοσθένης, ὑπενόησε δ' ὅμως. αὐτὸς γοῦν ἐξηγεῖται τὴν ἐπιστροφήν, ἣν λέγω, τῆς χώρας· ὡς καθόλου οὖν δέχεται, εἶτ' ἀπειρίαν αἰτιᾶται τοῦ ποιητοῦ, ὡς τοῦ Ζεφύρου μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πνέοντος καὶ τῆς Ἰβηρίας, τῆς δὲ Θρᾴκης ἐκεῖσε μὴ διατεινούσης. πότερον οὖν τὸν Ζέφυρον ἀγνοεῖ ἀπὸ ἑσπέρας πνέοντα; ἀλλ' ὅταν οὕτω φῇ, φυλάττει τὴν οἰκείαν αὐτοῦ τάξιν·

σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τε πέσον Ζέφυρός τε δυσαὴς
καὶ Βορέης·

ἢ τὴν Θρᾴκην οὐκ οἶδε μὴ προπίπτουσαν πέραν τῶν Παιονικῶν καὶ Θετταλικῶν ὀρῶν; ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἐφεξῆς κατὰ τοὺς Θρᾷκας εἰδώς, καὶ (οὐ) κατονομάζων τήν τε παραλίαν καὶ τὴν μεσόγαιαν Μάγνητας μέν τινας καὶ Μαλιεῖς καὶ τοὺς ἐφεξῆς Ἕλληνας καταλέγει μέχρι Θεσπρωτῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Παίοσι τοὺς ὁμόρους Δόλοπας καὶ Σελλοὺς περὶ Δωδώνην μέχρις Ἀχελώου· Θρᾳκῶν δ' οὐ μέμνηται περαιτέρω. εὐεπιφόρως δὲ ἔχει πρὸς τὴν ἐγγυτάτην καὶ γνωριμωτάτην ἑαυτῷ θάλατταν, ὡς καὶ ὅταν φῇ·

κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης
πόντου Ἰκαρίοιο.

21. Εἰσὶ δέ τινες, οἵ φασιν εἶναι δύο τοὺς κυριωτάτους ἀνέμους, Βορέαν καὶ Νότον, τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ μικρὰν ἔγκλισιν διαφέρειν· τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Εὖρον, χειμερινῶν δὲ Ἀπηλιώτην· δύσεων δὲ θερινῶν μὲν Ζέφυρον, χειμερινῶν δὲ Ἀργέστην. τοῦ δὲ δύο εἶναι τοὺς ἀνέμους ποιοῦνται μάρτυρας Θρασυάλκην

illa Notum. . . .
et (*Il.* M, 239),

Sive illæ dextra volitant Titanis ad ortum
auroramque, petunt læva seu parte tenebras.

Et quidem horum ignorationem, supremam omnium confusionem judicat (*Od.* K, 190):

O socii, neque enim qua sit sedes tenebrarum,
scimus, quaque aurora, jubar qua solis.

Præterea quum id quoque recte sit a poeta dictum (*Il.* I, 5),

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer
spirantes,

non recte id accipiens Eratosthenes calumniatur, quasi Homerus in universum pronunciarit Favonium e Thracia spirare: quod ille non dicit, sed tum demum, quum venti hi concurrunt ad Melanem (seu nigrum) sinum Thracii maris, quod Ægæi pars est. Nam Thracia, qua Macedoniæ committitur, in mare procurrens versus Austrum flectitur; eoque fit ut Zephyri inde videantur spirare Thaso, Lemno, Imbro et Samothracæ, ac mari quo illæ alluuntur: sicut et Atticæ spirare videntur a Scironiis saxis, unde etiam Zephyri Scirones vocantur, maxime Cauri. Id non sensit Eratosthenes, est tamen suspicatus. Ipse enim eam, quam dixi, Thraciæ inclinationem refert: quumque verba poetæ absolute de Zephyro ab occasu spirante acciperet, imperitiæ eum arguit, eo quod ab occasu et Iberia spiret is ventus, quo Thracia non pertinet. Quasi vero nesciverit ab occasu flare Favonium Homerus, qui suum ei proprium locum in his versibus adscripsit (*Od.* E, 295):

Una Eurusque, Notusque ruunt, Zephyrusque maligno
flamine, tum Boreas:

aut quasi nesciverit Thraciam non protendi ultra Pæonicos et Thessalicos montes. At vero ille quæ post Thraces ordine sequuntur gentes et maritimas et mediterraneas novit, ac nominatim expressit: Magnetas aliquos, Malienses, et qui sequuntur deinceps Græcos usque ad Thesprotos: item finitimos Pæonibus Dolopes, et Sellos circa Dodonam usque ad Acheloum: Thraces autem ultra non commemoravit. Sed proximum et notissimum sibi mare libenter nominat, ut quando dicit (*Il.* B, 144):

Concio tunc undæ velut exagitata marinæ est
Icarii pelagi.

21. Sunt etiam qui duos præcipuos ventos faciant, Boream ac Austrum, a quibus reliqui parva differant inclinatione, Eurus ab æstivo ortu, Subsolanus ab hiberno; Favonius ab occasu æstivo, ab hiberno Caurus. Atque duos esse ventos confirmant quum Thrasyalcis testimonio, tum

τε καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν [τῷ] τὸν μὲν Ἀργέστην τῷ Νότῳ προσνέμειν·

ἀργεστᾶο Νότοιο

τὸν δὲ Ζέφυρον τῷ Βορέᾳ·

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον.

φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, μηδένα οὕτως παραδεδωκέναι τοὺς ἀνέμους τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα, οἷον Ἀριστοτέλη, Τιμοσθένη, Βίωνα τὸν ἀστρολόγον· ἀλλὰ τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Καικίαν, τὸν δὲ τούτῳ κατὰ διάμετρον ἐναντίον Λίβα, ἀπὸ δύσεως ὄντα χειμερινῆς· πάλιν δὲ τὸν μὲν ἀπὸ χειμερινῆς ἀνατολῆς Εὖρον, τὸν δ' ἐναντίον Ἀργέστην· τοὺς δὲ μέσους Ἀπηλιώτην καὶ Ζέφυρον. τὸν δὲ ποιητὴν δυσαῆ μὲν Ζέφυρον λέγειν τὸν ὑφ' ἡμῶν καλούμενον Ἀργέστην, λίγα δὲ πνέοντα Ζέφυρον τὸν ὑφ' ἡμῶν Ζέφυρον, ἀργέστην δὲ Νότον τὸν Λευκόνοτον· οὗτος γὰρ ὀλίγα τὰ νέφη ποιεῖ, τοῦ λοιποῦ Νότου † ὅλου Εὔρου πως ὄντος·

ὡς ὁπότε Ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ,
ἀργεστᾶο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.

τὸν γὰρ δυσαῆ Ζέφυρον νῦν λέγει, ὃς εἴωθε διασκιδνάναι τὰ ὑπὸ τοῦ Λευκονότου συναγόμενα ἀσθενῆ ὄντα, ἐπιθέτως τοῦ Νότου νῦν ἀργέστου λεγομένου. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν γεωγραφικῶν εἰρημένα τοιαύτην τινὰ τὴν ἐπανόρθωσιν ἔχει.

22. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου ψευδῶς ὑποληφθεῖσι καὶ ταῦτά φησιν, ὅτι οὐδὲ τὰ τοῦ Νείλου στόματα οἶδε πλείω ὄντα οὐδ' αὐτὸ τοὔνομα, Ἡσίοδος δὲ οἶδε· μέμνηται γάρ. τὸ μὲν οὖν ὄνομα εἰκὸς μήπω λέγεσθαι κατ' αὐτόν· τὰ δὲ στόματα εἰ μὲν ἦν ἀφανῆ καὶ ὀλίγοις γνώριμα, ὅτι πλείω καὶ οὐχ ἕν, δοίη τις ἂν [μὴ] πεπύσθαι αὐτόν· εἰ δὲ τῶν κατ' Αἴγυπτον τὸ γνωριμώτατον καὶ παραδοξότατον καὶ μάλιστα πάντων μνήμης ἄξιον καὶ ἱστορίας ὁ ποταμὸς καὶ ἦν καὶ ἔστιν, ὡς δ' αὕτως αἱ ἀναβάσεις αὐτοῦ καὶ τὰ στόματα, τίς ἂν ἢ τοὺς ἀγγέλλοντας αὐτῷ ποταμὸν Αἴγυπτον καὶ χώραν καὶ Θήβας Αἰγυπτίας καὶ Φάρον ὑπολάβοι μὴ γνωρίζειν ταῦτα, ἢ γνωρίζοντας μὴ λέγειν, πλὴν εἰ μὴ διὰ τὸ γνώριμον; ἔτι δ' ἀπιθανώτερον, εἰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν ἔλεγε καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς καὶ τὴν ἔξω θάλασσαν καὶ τὸ διχθὰ δεδάσθαι τοὺς Αἰθίοπας, τὰ δ' ἐγγὺς καὶ γνώριμα μή. εἰ δὲ μὴ ἐμνήσθη τούτων, οὐ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἀγνοεῖν (οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη οὐδὲ πολλῶν ἄλλων) ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ λίαν (ἢ) γνώριμα ὄντα * μὴ δόξαι ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας.

23. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν αὐτῷ τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Φαρίας, ὅτι φησὶ πελαγίαν, ὡς κατ' ἄγνοιαν λέγοντι. τοὐναντίον γὰρ κἂν μαρτυρίῳ χρήσαιτό τις τούτῳ πρὸς τὸ μὴ ἀγνοεῖσθαι μηδὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τῶν εἰρημένων ἀρτίως περὶ τὴν Αἴγυπτον. γνοίης δ' ἂν οὕτως· ἀλαζὼν δὴ πᾶς ὁ πλάνην αὐτοῦ διηγούμενος· τούτων δ' ἦν καὶ ὁ Μενέλαος, ὃς ἀναβε-

ipsius poetæ, qui Caurum Austro adscribat (*Il.* A, 306) :

Argestæ Austri;

Favonium autem Boreæ (*Il.* I, 5) :

Cum Zephyro Boreas Thracum de finibus acer
spirantes.

Ceterum Posidonius ait neminem de ventis hoc modo disseruisse eorum qui his rebus claruerunt, *Aristotelem* nimirum, Timosthenem, Bionem astrologum : sed eos ventum qui ab ortu flat æstivo, Cæciam perhibere; qui ei e regione est oppositus et ab occasu flat hiberno, Africum; qui ab ortu hiberno, Eurum, et ei oppositum Caurum; medios Subsolanum et Favonium. A poeta autem Favonium violenter spirantem vocari eum, qui nobis est Caurus; argute spirantem Favonium, eum qui nobis est Favonius; Austrum Caurum, Leuconotum (sive album Austrum), quippe qui paucas faciat nubes, quum reliquus Auster* turbidus fere sit Eurus (*Il.* A, 305) :

Ac veluti nubes Zephyrus quum dissipat acer,
Argestæ pulsans violentis flatibus Austri.

Nam Zephyrum violenter spirantem hic dicit, qui solet dissipare imbecilles nubes a Leuconoto coactas, atque hic tanquam epitheto Auster appellatur Argestes. Hæc sane initio primi Geographicorum libri dicta hujusmodi emendationem sunt consecuta.

22. Porro autem perseverans in semel concepta de Homero falsa opinione, id quoque dicit, ignorasse eum plura esse Nili ostia, adeoque ipsum Nili nomen; Hesiodum vero nosse, qui et mentionem ejus fecerit. Ac nomen quidem ætate Homeri nondum fuisse, probabile est. Ostia autem si obscura essent, paucisque notum plura uno esse, concedi posset nihil de iis Homerum inaudivisse. Si vero omnium, quæ in Ægypto sunt, rerum nobilissima maximeque et admiratione et memoratu digna et cognitione et olim fuit et nunc est fluvius ille, ejusque item exundatio et ostia : quisnam suspicetur eos qui Homero de flumine Ægypto, de terra, de Thebis Ægyptiis et Pharo retulerunt, ista aut ignorasse aut, quum cognita haberent, nihil de iis indicasse? nisi si ut rem notam ea præterierunt. Id vero minus adhuc verisimile est, viciniora et nota ignorasse Homerum, qui de Æthiopia, Sidoniis, Erembis, oceano et bipartitis Æthiopibus mentionem fecerit. Quod autem ostiorum Nili non meminit, id non est argumentum, quod ea ignoraverit (nam et patriam suam et multa alia reticuit), sed potius quod ea memoratu indigna ipsi apud scientes visa fuerint, quod nimis essent nota.

23. Non magis recte etiam in hoc ignorationem ei objiciunt, quod insulam Phariam mari cingi dixit. Etenim contra id testimonii loco esse potest, nihil poetam istorum, quæ de Ægypto paulo ante dixi, ignorasse : quod hinc patet. Quicunque suas peregrinationes narrant, inflate illi solent omnia jactare : ex his etiam Menelaus, qui,

δηκὼς μέχρις Αἰθιόπων ἐπέπυστο τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ τὴν χοῦν, ὅσην ἐπιφέρει τῇ χώρᾳ, καὶ τὸν πρὸ τῶν στομάτων πόρον, ὅσον ἤδη προσχώσας τῇ ἠπείρῳ προστέθεικεν, ὥστε εἰκότως ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον τοῦ ποταμοῦ δῶρον λέγεσθαι· κἂν εἰ μή τε τὴν ὅλην, τήν γε ὑπὸ τῷ Δέλτα, τὴν κάτω χώραν προσαγορευομένην. ἱστόρησε δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν οὖσαν τὸ παλαιόν· προσεψεύσατο δὴ καὶ τὸ πελαγίαν εἶναι, καίπερ μηκέτι πελαγίαν οὖσαν. ὁ δὲ ταῦτα διασκευάζων ὁ ποιητὴς ἦν· ὥστ' ἐκ τούτων εἰκάζειν, ὅτι καὶ τὰς ἀναβάσεις ᾔδει καὶ τὰ στόματα τοῦ Νείλου.

24. Ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν ἰσθμὸν τὸν μεταξὺ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ περὶ τοῦ ψευδῶς λέγεσθαι

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

καὶ γὰρ τοῦτο ἐκείνου λέγοντος καλῶς, ἐπιτιμῶσιν οἱ ὕστερον οὐκ εὖ. τοσούτου γὰρ δεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι, τὸ ἀγνοεῖν Ὅμηρον τὸν ἰσθμὸν τοῦτον, ὥστε ἐκεῖνον μέν φημι μὴ εἰδέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνεσθαι ἄντικρυς, τοὺς δὲ γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντος ἐκείνου αἰσθάνεσθαι ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ. εἰπόντος γὰρ τοῦ ποιητοῦ·

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,

περὶ τοῦ ἐπιφερομένου ἔπους διαφέρονται, ὁ μὲν Ἀρίσταρχος γράφων,

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος,

ὁ δὲ Κράτης,

ἠμὲν δυσομένου Ὑπερίονος, ἠδ' ἀνιόντος,

οὐδὲν διαφέρον πρὸς τὴν ἑκατέρου ὑπόθεσιν οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν. ὁ μὲν γάρ, ἀκολουθῶν τοῖς μαθηματικῶς λέγεσθαι δοκοῦσι, τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχεσθαί φησιν ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ· παρ' ἑκάτερον δὲ ταύτης εἶναι τὴν εὔκρατον, τήν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἐπὶ θάτερον μέρος. ὥσπερ οὖν οἱ παρ' ἡμῖν Αἰθίοπες οὗτοι λέγονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένοι παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἔσχατοι τῶν ἄλλων παροικοῦντες τὸν ὠκεανόν, οὕτως οἴεται δεῖν καὶ πέραν τοῦ ὠκεανοῦ νοεῖσθαί τινας Αἰθίοπας ἐσχάτους τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ, παροικοῦντας τὸν αὐτὸν τοῦτον ὠκεανόν· διττοὺς δὲ εἶναι καὶ διχθὰ δεδάσθαι ὑπὸ τοῦ ὠκεανοῦ. προσκεῖσθαι δὲ τὸ

ἠμὲν δυσομένου Ὑπερίονος, ἠδ' ἀνιόντος,

ὅτι τοῦ Ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος ἀεὶ τῷ ἐν τῇ γῇ Ζωδιακῷ, τούτου δ' οὐκ ἐκβαίνοντος ἔξω τῆς Αἰθιόπων ἀμφοῖν τῇ λοξώσει, ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τούτῳ νοεῖσθαι, καὶ τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἐνταῦθα ἄλλας ἄλλοις καὶ

quum usque ad Æthiopas ascendisset, inaudiverat de Nili exundatione, et quantum is terræ regioni illi apponeret, et quod trajectum, qui est ante fauces, jam aggere aggesto fere cum continente conjunxisset: ut non injuria Herodotus (II, 5) totam Ægyptum fluvii donum dixerit, et si non totam, eam saltem, quæ infra Delta jacens, inferior Ægyptus nominatur. Cognovit etiam Pharum priscis temporibus in alto sitam fuisse: itaque eam adhuc in alto positam esse mentitus est, quanquam suo tempore non amplius remota a litore esset. Poeta autem is est qui Menelaum ita loquentem inducit: itaque hinc conjici potest, adscensiones quoque ei et ostia Nili nota fuisse.

24. Idem error est, quod ignotum fuisse Homero aiunt isthmum qui inter mare Ægyptium est et sinum Arabicum, ac falsum esse illud (*Od.* A, 23),

Extremos hominum Æthiopas geminisque diremptos partibus.

Nam quum recte hoc Homerus dixerit, posteri injuria reprehendunt. Tantum enim abest ut vere dicatur ignotum Homero fuisse isthmum illum: ut affirmem non notum modo ei fuisse illum, sed et diserte commemoratum; grammaticos vero verba ipsius ne intellexisse quidem ab Aristarcho et Cratete, præstantissimis hac scientia, sumpto initio. Nam de eo qui sequitur post hunc,

Extremos hominum Æthiopas geminisque diremptos,

poetæ versu dissentiunt ipsi. Aristarchus enim scribit:

Partibus: hi qua sol cadit, et qua tollitur illi;

at Crates,

Partibus, et qua sol cadit, et qua tollitur ortus,

quum quidem ad institutum utriusque nihil intersit, utro modo legatur. Hic enim ea sequens, quæ mathematice videntur dici, torridam zonam ab oceano contineri, ab utroque autem hujus zonæ latere esse temperatam, quum nostram, tum quæ in altera mundi est parte. Sicut ergo a nobis ii dicuntur Æthiopes, qui versus meridiem siti totius habitatæ terræ in extremo ad oceanum accolunt: ita putat etiam trans oceanum alios cogitandos esse quosdam Æthiopas, oceanum accolentes, et extremos eorum qui in altera zona temperata habitent: eos ergo geminos esse, et bifariam divisos ab interjacente oceano. Illud autem,

Partibus, et qua sol cadit, et qua tollitur ortus,

adjectum esse, quod, quum Zodiacus cœlestis semper directe immineat terrestri, neque is sua obliquatione utramque excedat Æthiopiam, necesse est totam solis conversionem intra illud spatium intelligi, solemque ibi aliis aliter et diversis punctis surgere atque cadere. Hic ergo ita dis-

κατ' ἄλλα ἢ ἄλλα σημεῖα. εἴρηκε μὲν οὕτως, ἀστρονομικώτερον νομίσας· ἦν δὲ καὶ ἁπλούστερον εἰπεῖν αὐτὸ σώζοντα τὸ οὕτω διῃρῆσθαι δίχα τοὺς Αἰθίοπας, ὡς εἴρηται· ὅτι ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δύσεως ἐφ' ἑκάτερα παροικοῦσι τῷ ὠκεανῷ Αἰθίοπες. τί οὖν διαφέρει πρὸς τὸν νοῦν τοῦτον ἢ οὕτως εἰπεῖν, ὥσπερ αὐτὸς γράφει, ἢ ὡς Ἀρίσταρχος,

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος;

καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς δύσιν καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ὠκεανοῦ οἰκεῖν. ὁ δ' Ἀρίσταρχος ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν, δίχα δὲ μεμερισμένους οἴεται λέγεσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς Αἰθίοπας, τοὺς τοῖς Ἕλλησι πρὸς μεσημβρίαν ἐσχάτους. τούτους δὲ μὴ μεμερίσθαι δίχα, ὥστε εἶναι δύο Αἰθιοπίας, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολήν, τὴν δὲ πρὸς δύσιν· ἀλλὰ μίαν μόνην, τὴν πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησιν, ἱδρυμένην δὲ κατ' Αἴγυπτον. τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητήν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ Νεῶν καταλόγου δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα.

25. Πρὸς μὲν οὖν Κράτητα μακροῦ λόγου δεῖ, καὶ ἴσως οὐδὲν ὄντος πρὸς τὰ νῦν. Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινοῦμεν, διότι τὴν Κρατήτειον ἀφεὶς ὑπόθεσιν, δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις, περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς Αἰθιοπίας ὑπονοεῖ γεγονέναι τὸν λόγον· τὰ δ' ἄλλα ἐπισκοπῶμεν. καὶ πρῶτον ὅτι καὶ αὐτὸς μικρολογεῖται μάτην περὶ τῆς γραφῆς. καὶ γὰρ ἂν ἑκατέρως γράφηται, δύναται ἐφαρμόττειν τοῖς νοήμασιν αὐτοῦ. τί γὰρ διαφέρει λέγειν ἢ οὕτως, δύο εἰσὶ καθ' ἡμᾶς Αἰθίοπες, οἱ μὲν πρὸς ἀνατολάς, οἱ δὲ πρὸς δύσεις· ἢ οὕτως, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς καὶ πρὸς δύσεις; ἔπειθ' ὅτι ψευδοῦς προΐσταται δόγματος. φέρε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀγνοεῖν μὲν τὸν ἰσθμόν, τῆς δὲ κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας μεμνῆσθαι, ὅταν φῇ·

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται·

πῶς οὖν; οὐ διχθὰ δεδαίαται οὕτω, ἀλλ' ἀγνοῶν οὕτως εἴρηκεν ὁ ποιητής; πότερ' οὐδ' ἡ Αἴγυπτος, οὐδ' οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δέλτα ἀρξάμενοι μέχρι πρὸς Συήνην ὑπὸ τοῦ Νείλου δίχα διῄρηνται,

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος;

τί δ' ἄλλο ἡ Αἴγυπτός ἐστι πλὴν ἡ ποταμία (νῆσος), ἣν ἐπικλύζει τὸ ὕδωρ; αὕτη δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κεῖται πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν. ἀλλὰ μὴν ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον καὶ τὴν ἄλλην φύσιν τῶν τόπων. καὶ γὰρ αὕτη στενή τέ ἐστι καὶ μακρὰ καὶ ἐπίκλυστος. τὰ δ' ἔξω τῆς ἐπικλύστου ἔρημά τε καὶ ἄνυδρα καὶ σπανίως οἰκεῖσθαι δυνάμενα, τὰ μὲν πρὸς ἕω, τὰ δὲ πρὸς δύσιν κεκλιμένα. πῶς οὖν οὐχὶ καὶ δίχα διῄρηται; ἢ τοῖς μὲν τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης διαιροῦσιν ἀξιόλογον τοῦθ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος, μῆκος μὲν ἀνατεί-

serit, ratus astronomiæ esse hoc magis consentaneum : poterat autem etiam simplicius dici, ita ut nihilominus hoc teneretur : ita bifariam divisos esse Æthiopes, ut ab ortu solis usque ad occasum utrinque ad oceanum habitent. Quid ergo ad sententiam refert vel ita scribere, ut ipse, vel ut Aristarchus :

Partibus, hi qua sol cadit, et qua tollitur illi ?

Hoc enim est eos utrinque ad oceanum versus et orientem et occidentem habitare. At Aristarchus, rejecto eo quod Crates ponit, nostros Æthiopes, qui respectu Græciæ versus meridiem habitant ultimi, bifariam divisos accipit; non ita tamen dirimi existimat, ut duæ sint Æthiopiæ, una versus orientem, altera versus occidentem sita, sed unam tantum esse vult, quæ Græcis est versus meridiem et Ægypto adjacens : et poetam, quum id ignoraret, sicut et alia, quæ Apollodorus libro de Recensione navium secundo refert, finxisse de locis falsa.

25. Enimvero contra Cratetem longa opus est disputatione, et ad institutum fortassis nihil faciente. In Aristarcho autem id quidem laudamus, quod Cratetis proposito repudiato, quod multis modis refelli potest, de nostra Æthiopia suspicatur locutum esse poetam : cetera vero consideremus. Primo omnium ipse quoque frustra de scriptura scrupulose disserit : nam utraque congruere sententiæ ipsius potest. Quid enim interest, sive dicas, Gemini sunt secundum nos Æthiopes, alii versus occasum, alii versus ortum; aut sic, Nam et versus ortum, et versus occasum? Deinde falsæ auctor fit opinionis. Fingamus enim poetam ignorasse isthmum, et fecisse Æthiopiæ mentionem ejus quæ est post Ægyptum, istis verbis,

Æthiopas geminis divisos partibus.

Quid ergo? nonne et sic bifariam divisi sunt? an poeta id ignorans hoc dixit? nonne Ægyptus et Ægyptii, initio a Delta sumpto, ad Syenen usque in duas partes dividuntur,

Quarum hæc surgentem spectet solem, illa cadentem?

Quid autem aliud est Ægyptus quam fluvialis illa, quam aqua inundat? atque ipsa sita est ab utraque fluvii parte versus ortum et occasum. At vero Æthiopia directe post Ægyptum jacet, eodemque prorsus modo secatur a Nilo, et natura locorum cum Ægypto prorsus congruit : nam et ipsa itidem arcta est, in longum porrecta, et aquis irrigua : ac quæ extra irriguam sunt, deserta sunt, aquæ expertia, rarisque locis habitationi commoda, partim versus ortum, alia versus occasum. Quomodo ergo non erit Æthiopia quoque bifariam divisa? Quid? Nilus idoneus terminus iis videri potuit, qui Asiam ab Africa dispescunt, quippe qui

νων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων, πλάτος δέ, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνειν μυριάνδρους, ὧν μεγίστη ἡ Μερόη, τὸ βασίλειον καὶ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων· αὐτὴν δὲ τὴν Αἰθιοπίαν οὐχ ἱκανὸς ἦν διαιρεῖν δίχα; καὶ μὴν οἵ γε ἐπιτιμῶντες τοῖς τὰς ἠπείρους τῷ ποταμῷ διαιροῦσι τῶν ἐγκλημάτων τοῦτο μέγιστον προφέρουσιν αὐτοῖς, ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διασπῶσι καὶ ποιοῦσι τὸ μέν τι μέρος ἑκατέρας αὐτῶν Λιβυκόν, τὸ δ' Ἀσιατικόν· ἢ εἰ μὴ βούλονται τοῦτο ἢ οὐ διαιροῦσι τὰς ἠπείρους, ἢ οὐ τῷ ποταμῷ.

26. Χωρὶς δὲ τούτων ἔστι καὶ ἄλλως διαιρεῖν τὴν Αἰθιοπίαν. πάντες γὰρ οἱ παραπλεύσαντες τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ οἱ ἀπὸ τῶν Στηλῶν, μέχρι ποσοῦ προελθόντες εἶτα ἀνέστρεψαν ὑπὸ πολλῶν ἀποριῶν κωλυόμενοι, ὥστε καὶ πίστιν κατέλιπον τοῖς πολλοῖς, ὡς τὸ μεταξὺ διείργοιτο ἰσθμῷ· καὶ μὴν σύρρους ἡ πᾶσα Ἀτλαντικὴ θάλασσα, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ μεσημβρίαν. ἅπαντες δὲ οὗτοι τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ' ἃ πλέοντες ἦλθον, Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσαν καὶ ἀπήγγειλαν οὕτως. τί οὖν ἄλογον, εἰ καὶ Ὅμηρος ὑπὸ τοιαύτης ἀκοῆς ἀχθεὶς δίχα διῄρει, τοὺς μὲν πρὸς ἀνατολὴν λέγων, τοὺς δὲ πρὸς δύσιν, τῶν μεταξὺ οὐ γινωσκομένων, εἴτε εἰσὶν εἴτε μὴ εἰσίν; ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν εἴρηκεν παλαιὰν Ἔφορος, ᾗ οὐκ ἄλογον ἐντυχεῖν καὶ Ὅμηρον. λέγεσθαι γάρ φησιν ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων Αἰθίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι † δύσεως τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν· τεκμαίρεται δ' ἐκ τούτου καὶ Ὅμηρον εἰπεῖν οὕτως·

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

27. Ταῦτα δὲ δὴ πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον λέγοι ἄν τις καὶ πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ καὶ ἄλλα τούτων ἐπιεικέστερα, ἀφ' ὧν τὴν πολλὴν ἄγνοιαν ἀφαιρήσεται τοῦ ποιητοῦ. φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος, ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες ἢ μικτῶς Κελτίβηρες καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν, οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι τὰ πρὸς ὠκεανῷ. μαρτυρεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα. ὅ τε γὰρ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ φησὶν οὕτω·

φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερόν
χεῦμα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' ὠκεανῷ
λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,
ἵν' ὁ παντόπτας Ἥλιος αἰεὶ
χρῶτ' ἀθάνατον κάματόν θ' ἵππων
θερμαῖς ὕδατος
μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν ἥλιον ἴσχοντος τὴν χρείαν καὶ τὴν

versus meridiem ad stadia amplius decies mille se porrigat, ea autem sit latitudine, ut amplissimas quoque et multis hominum millibus habitatas insulas includat; quarum maxima est Meroe, regia et præcipua Æthiopum urbs? atque idem fluvius non sufficiet ad dividendam in duas portiones Æthiopiam? Imo qui reprehendunt hos qui continentes amne dividunt, id maximum iis erratum objiciunt, quod divellant Ægyptum et Æthiopiam, et utriusque aliam in Africa, aliam in Asia partem ponant; aut si hoc nolunt, vel non dividunt continentes, vel non fluvio dividunt.

26. Præter hæc alio etiam modo Æthiopiam distinguere licet. Quicunque enim in oceano Africæ oram prætervecti sunt, sive a Rubro mari, sive a columnis Herculis inita navigatione aliquousque progressi, deinde retro abierunt, multis prodire vetiti incommoditatibus, apud multosque eam opinionem confirmarunt, medium isthmo aliquo dividi. Atqui totum Atlanticum mare in se coit, maxime quod est versus meridiem. Quotquot autem navigarunt, finem suæ navigationis loca Æthiopica nominaverunt, itaque renunciaverunt. Quid est ergo absurdi, si Homerus quoque hac fama ductus Æthiopes bifariam divisit, orientales alios, alios occiduos faciens: quum de iis quæ in medio sunt, non constet, habitenturne an secus? Ceterum Ephorus aliam quoque historiam refert veterem, de qua inaudivisse Homerum non est rationi adversum. Narrari ait a Tartessiis, Æthiopes quum Libyam usque ad occasum (? Oasin?) peragrassent, ibi mansisse eorum quosdam, quosdam etiam maritimæ oræ bonam occupasse partem : atque inde colligit Homerum quoque hæc dixisse :

Extremos hominum Æthiopes geminisque diremptos partibus.

27. Proinde et hæc contra Aristarchum ejusque secutos opinionem dicere licet, et alia his adhuc magis probabilia, itaque tantam ignorationem a poeta amoliri. Nam de priscorum Græcorum sententia hoc dico, quod, sicut notæ versus septentrionem gentes uno prius nomine omnes vel Scythæ vel Nomades, ut ab Homero, appellabantur, ac postea temporis cognitis regionibus occiduis Celtæ, Iberi aut mixto nomine Celtiberi ac Celtoscythæ dici cœperunt, quum prius ob ignorationem singulæ gentes uno omnes nomine afficerentur : ita, quæ ad oceanum versus meridiem sita sunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuisse notata. Hæc testimoniis comprobari possunt talibus. Sic enim loquitur Æschylus in Prometheo soluto :

Marisque fluctus cernes puniceos rubri
sacrum fluentum, et æreo quæ fulmine
palus ad oceanum percellitur sita
omnigenum Æthiopum, qua Sol, cuncta qui videt,
identidem immortale corpus abluit,
reficitque mollibus undis sudantes equos.

Oceanus enim, quum per totum meridionalem tractum eundem situm ad solem habeat, illique eundem usum præ-

σχέσιν, παρ' ὅλον καὶ τοὺς Αἰθίοπας τάττων φαίνεται. ὅ τ' Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην δοθῆναί φησι

Μέροπι τῆσδ' ἄνακτι γῆς,
ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί·
καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
Ἕω φαεννὰς Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος· καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται, οὐ δή που τῆς κατ' Αἴγυπτον ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας.

28. Μηνύει δὲ καὶ Ἔφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Αἰθιοπίας δόξαν, ὅς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εὐρώπης λόγῳ, τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τόπων εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένων, τὸ πρὸς τὸν ἀπηλιώτην Ἰνδοὺς ἔχειν, πρὸς νότον δὲ Αἰθίοπας, πρὸς δύσιν δὲ Κελτούς, πρὸς δὲ βορρᾶν ἄνεμον Σκύθας. προστίθησι δ', ὅτι μείζων ἡ Αἰθιοπία καὶ ἡ Σκυθία· δοκεῖ γάρ, φησί, τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν, ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. ὅτι δ' ὁ ποιητὴς ὁμόλογος τούτοις, καὶ ἐκ τῶνδε δῆλον, ὅτι ἡ μὲν Ἰθάκη κεῖται

πρὸς ζόφον (ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον) αἱ δέ τ' ἄνευθε
πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,

ὅλον τὸ νότιον πλευρὸν οὕτω λέγων· καὶ ἔτι, ὅταν φῇ·

εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερά τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

καὶ πάλιν·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται.

περὶ ὧν λέγεται καὶ ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἰθάκης λόγοις σαφέστερον. ὅταν οὖν φῇ·

Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη,

κοινότερον δεκτέον καὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν καθ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τεταμένον καὶ τοὺς Αἰθίοπας· ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ τοῦδε τοῦ κλίματος προσβάλῃς τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ ἔσῃ καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. οὕτω δὲ λέγει καὶ τὸ

τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιών
τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν,

ἴσον τῷ ἀπὸ μεσημβρινῶν τόπων, Σολύμους λέγων οὐ τοὺς ἐν τῇ Πισιδίᾳ, ἀλλ', ὡς ἔφην πρότερον πλάσαι τινὰς ὁμωνύμους, τοὺς ἀναλόγως ἔχοντας πρός τε τὸν πλέοντα ἐν τῇ σχεδίᾳ καὶ τοὺς ἐκεῖ μεσημβρινούς, ὡς ἂν Αἰθίοπας, ὡς οἱ Πισιδικοὶ πρός τε τὸν Πόντον καὶ

beat, Æthiopes quoque per totum illum tractum se porrigere poeta credidisse videtur. Et Euripides in Phaethonte Clymenen ait

Meropi esse regi terrai illius datam,
quam, quum quadrigis tellurem superat suis,
primum aurea flamma Sol almus percutit:
et eam nigra vicina gens cute prædita
Auroræ vocat et Solis stabulum lucidi.

Quo quidem loco stabulum equis Auroræ et Solis idem ascribit, in sequentibus autem vicinum id facit ædibus Meropis: atque in tota illa fabula id est attextum, non sane ad Æthiopiam eam quæ est post Ægyptum, pertinens peculiariter, sed ad eam oram maritimam, quæ per totum meridianum tractum porrigitur.

28. Ephorus quoque antiquam de Æthiopia opinionem refert, quum in libro de Europa indicat, cœli ac terræ locis in quattuor diductis partes, eam quæ est versus Subsolanum, habitari ab Indis; quæ versus Austrum, ab Æthiopibus; quæ versus occasum, a Celtis; Aquiloni objectam a Scythis: additque majorem esse Æthiopiam et Scythiam. Videtur enim, inquit, gens Æthiopum protendi ab ortu hiberno usque ad occasum; eique opposita est Scythia. His autem consentire poetam vel inde liquet, quod Ithaca ipso auctore sita est (*Od.* I, 25)

Obscuris obversa plagis: nam solis ad ortum
auroramque aliæ spectant:

tenebras autem septentrionem intelligit: solem ac auroram dicens, totum meridionale dicit latus. Rursum (*Il.* M, 239):

Sive illæ dextra volitant Titanis ad ortum
auroramque, petunt læva seu parte tenebras.

Et alibi (*Od.* K, 190):

O socii, neque enim, noctis quo cardine surgat
caligo, vel qua roseis auriga quadrigis
vecta diem referat, præceps ubi lampada condat
Titan, qua curru terram superetve supino,
novimus.

De quibus apertius dicitur, etiam ubi de Ithaca sermo instituitur. Quando itaque dicit (*Il.* A, 423),

Namque hesternus ad oceanum est justosque profectus
Juppiter Æthiopas, quorum convivia visit,

generalius hoc est accipiendum tam de oceano totum meridionalem alluente tractum, quam de Æthiopibus (totam illam plagam incolentibus): ad quemcunque enim istius tractus locum adverteris cogitationem, ad oceanum eris et in Æthiopia. In hunc sensum id quoque dicit (*Od.* E, 282):

Ast hunc Æthiopum rediens Neptunus ab oris
eminus e Solymis conspexit montibus:

quod perinde est ac si dixisset, a meridionalibus locis. Non enim loquitur de Solymis qui sunt in Pisidia; sed, sicut supra dixi, fingit iis quosdam cognomines, qui eundem habeant respectum ad rate vectum Ulyssem et eos qui istis in locis versus meridiem habitant, Æthiopum

τοὺς ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου Αἰθίοπας. οὕτω δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν γεράνων λόγον κοινὸν ποιούμενός φησιν·

> αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,
> κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων,
> ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.

οὐ γὰρ ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ὁρᾶται φερομένη ἡ γέρανος ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἢ Ἰβηρίαν οὐδαμῶς ἢ τοῖς κατὰ τὴν Κασπίαν καὶ Βακτριανήν. κατὰ πᾶσαν οὖν τὴν μεσημβρινὴν παραλίαν τοῦ ὠκεανοῦ παρατείνοντος, ἐφ' ἅπασαν δὲ καὶ χειμοφυγούντων, δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς Πυγμαίους μεμυθευμένους κατὰ πᾶσαν. εἰ δ' οἱ ὕστερον τοὺς Αἰθίοπας ἐπὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον μόνους μετήγαγον καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ πάλαι. καὶ γὰρ Ἀχαιοὺς καὶ Ἀργείους οὐ πάντας μὲν νῦν φαμεν τοὺς στρατεύσαντας ἐπὶ Ἴλιον, Ὅμηρος δὲ καλεῖ πάντας. παραπλήσιον δέ ἐστιν ὃ λέγω καὶ περὶ τῶν δίχα διῃρημένων Αἰθιόπων, ὅτι δεῖ δέχεσθαι τοὺς παρ' ὅλην διατείνοντας τὴν ὠκεανῖτιν ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι ἡλίου δυομένου. οἱ γὰρ οὕτω λεγόμενοι Αἰθίοπες δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιολόγῳ, ποταμοῦ δίκην ἐν μήκει σχεδόν τι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τοῖς μυρίοις, πλάτει δ' οὐ πολὺ τῶν χιλίων μείζονι τῷ μεγίστῳ· πρόσεστι δὲ τῷ μήκει καὶ τὸ τὸν μυχὸν τοῦδε τοῦ κόλπου διέχειν τῆς κατὰ Πηλούσιον θαλάσσης τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν [ὁδόν], ἣν ἐπέχει ὁ ἰσθμός. καθάπερ οὖν οἱ χαριέστεροι τῶν διαιρούντων τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης ὅρον εὐφυέστερον ἡγοῦνται τοῦτον τῶν ἠπείρων ἀμφοῖν τὸν κόλπον, ἢ τὸν Νεῖλον (τὸν μὲν γὰρ διήκειν παρ' ὀλίγον παντελῶς ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, τὸν δὲ Νεῖλον πολλαπλάσιον ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ διέχειν, ὥστε μὴ διαιρεῖν τὴν Ἀσίαν πᾶσαν ἀπὸ τῆς Λιβύης)· τοῦτον ὑπολαμβάνω τὸν τρόπον κἀγὼ τὰ μεσημβρινὰ μέρη πάντα καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην δίχα διῃρῆσθαι νομίσαι τὸν ποιητὴν τῷ κόλπῳ. πῶς οὖν ἠγνόει τὸν ἰσθμόν, ὃν οὗτος ποιεῖ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος;

29. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τελέως ἄλογον, εἰ τὰς μὲν Αἰγυπτίους Θήβας ᾔδει σαφῶς, αἳ διέχουσι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης σταδίους μικρὸν ἀπολείποντας ἀπὸ τῶν πεντακισχιλίων, τὸν δὲ μυχὸν τοῦ Ἀραβίου κόλπου μὴ ᾔδει, μηδὲ τὸν ἰσθμὸν τὸν κατ' αὐτόν, πλάτος ἔχοντα οὐ πλειόνων ἢ χιλίων σταδίων. πολὺ δ' ἂν ἀλογώτερον δόξειεν, εἰ τὸν μὲν Νεῖλον ᾔδει ὁμωνύμως τῇ τοσαύτῃ χώρᾳ λεγόμενον, τὴν δ' αἰτίαν μὴ ἑώρα τούτου· μάλιστα γὰρ ἂν προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' Ἡροδότου, διότι δῶρον ἦν ἡ χώρα τοῦ ποταμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἠξιοῦτο τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. ἄλλως τε τῶν παρ' ἑκάστοις ἰδίων ταῦτ' ἐστὶ γνωριμώτατα, ἃ καὶ παραδοξίαν ἔχει τινά, καὶ ἐν τῷ φανερῷ πᾶσιν ἐστί· τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Νείλου ἀνάβασις καὶ ἡ πρόσχωσις τοῦ πελάγους. καὶ καθάπερ οἱ προσαχθέντες πρὸς τὴν Αἰγυ-

instar, qui est Pisidicorum ad Pontum et Æthiopas ultra Ægyptum incolentes. Hoc modo etiam de gruibus orationem generalem efficit, dicens (*Il.* Γ, 4):

> Quæ simul ac fugere imbres hiememque nivalem
> cum magno oceani clangore feruntur ad undas,
> Pygmæis pugnamque viris cædesque ferentes.

Neque enim in Græcia tantum versus meridiem volantes cernuntur grues, sed etiam in Italia, Hispania, Caspia aut Bactriana. Quum itaque oceanus totam meridionalem alluat oram, et eam undiquaque grues hiemis evitandæ causa petant, intelligendum est fingi ab Homero hoc, Pygmæos ad totam illam oram habitare. Si autem posteri Æthiopas eos solos vocarunt, qui supra Ægyptum degunt, itemque narrationem de Pygmæis ad eos astringunt, id ad antiqua nihil attinet. Nam Achæorum aut Argivorum nomine hodie non omnes populi, qui in expeditione ad Ilium fuere, intelliguntur, quod tamen nomen omnibus iis tribuit Homerus. Simile est quod de Æthiopibus bifariam divisis dixi, esse intelligendos scilicet eos qui accolunt per totam oram oceani a solis ortu usque ad ejus occasum. Nam sic dicti Æthiopes natura sunt a se invicem divulsi sinu Arabico, qui, quasi non parva circuli meridiani pars, in morem fluminis ad stadiûm fere quindecim millia porrigitur, latitudine maxima stadia mille non excedente. Longitudini id quoque accedit, quod intimus ejus sinus recessus a mari Pelusiaco itinere tridui aut quatridui abest, isthmo interjecto. Quemadmodum igitur elegantiores eorum qui Asiam ab Africa dividunt, pro confinio commodiore utriusque continentis habent sinum quam Nilum, quippe quod ille propemodum ab uno mari ad alterum omnino pertingit, quum Nilus ab oceano multis partibus longius absit, ideoque Asiam universam ab Africa non dirimat: ita ego existimo poetam censuisse eodem modo meridionalem totum tractum universi terræ habitatæ orbis in duas esse ab hoc sinu divisum partes. Qui ergo ignoraverit isthmum, quem is sinus cum Ægyptio mari constituit?

29. Etenim plane absurdum est credere, perspicue ei fuisse notas Thebas Ægyptias, a nostro mari stadiis paulo paucioribus quinquies (quater?) mille dissitas; ignotum autem intimum recessum Arabii sinus et isthmum apud eum, cujus latitudo non est major mille stadiis. Multo etiam absurdius id videri possit, novisse Homerum Nilum Ægypto cognominem tantæ regioni, causam autem hujus rei ignorasse. Maxime enim occurreret Herodoti (II, 5) dictum, donum esse fluvii Ægyptum, ideoque eodem eam nomine dignatam fuisse. Alioquin etiam eorum quæ singulis sunt locis peculiaria, hæc omnium sunt notissima, quæ et rari aliquid habent, et omnibus sunt conspicua: qualis est etiam Nili ascensio, ac maris ingesto terræ aggere complanatio. Et quemadmodum qui ad Ægyptum ap-

πτον οὐδὲν πρότερον ἱστοροῦσι περὶ τῆς χώρας, ἢ τὴν τοῦ Νείλου φύσιν διὰ τὸ τοὺς ἐπιχωρίους μήτε καινότερα τούτων λέγειν ἔχειν πρὸς ἄνδρας ξένους, μήτ' ἐπιφανέστερα περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς (τῷ γὰρ ἱστορήσαντι περὶ τοῦ ποταμοῦ κατάδηλος καὶ ἡ χώρα γίνεται πᾶσα, ὁποία τίς ἐστιν)· οὕτω καὶ οἱ πόρρωθεν ἀκούοντες οὐδὲν πρότερον ἱστοροῦσι τούτου. προστίθει οὖν τούτῳ καὶ τὸ φιλείδημον τοῦ ποιητοῦ καὶ τὸ φιλέκδημον, ὅπερ αὐτῷ μαρτυροῦσιν ὅσοι τὸν βίον ἀναγράφουσι, καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ λαμβάνεται τῶν ποιημάτων πολλὰ παραδείγματα τοῦ τοιούτου. οὗτος μὲν οὖν ἐκ πλεόνων ἐλέγχεται καὶ εἰδὼς καὶ λέγων ῥητῶς τὰ ῥητὰ καὶ σιγῶν τὰ λίαν ἐκφανῆ ἢ ἐπιθέτως λέγων.

30. Θαυμάζειν δὲ δεῖ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Σύρων, πρὸς οὓς νῦν ἡμῖν ὁ λόγος, εἰ μηδ' ἐκείνου λέγοντος τὰ παρ' αὐτοῖς ἐπιχώρια συνιᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ἄγνοιαν αἰτιῶνται, ᾗ αὐτοὺς ἐνόχους δείκνυσιν ὁ λόγος. ἁπλῶς δὲ τὸ μὴ λέγειν οὐ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖόν ἐστιν· οὐδὲ γὰρ τὰς τροπὰς τοῦ Εὐρίπου λέγει οὐδὲ τὰς Θερμοπύλας οὐδ' ἄλλα πλείω τῶν γνωρίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ μὴν ἠγνόει γε. ἀλλὰ καὶ λέγει, οὐ δοκεῖ δὲ τοῖς ἐθελοκωφοῦσιν· ὥστε ἐκείνους αἰτιατέον. ὁ ποιητὴς τοίνυν διιπετέας καλεῖ τοὺς ποταμούς, οὐ τοὺς χειμάρρους μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντας κοινῶς, ὅτι πληροῦνται πάντες ἀπὸ τῶν ὀμβρίων ὑδάτων· ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἐπὶ τῶν κατ' ἐξοχὴν ἴδιον γίνεται. ἄλλως γὰρ ἂν τὸν χειμάρρουν ἀκούοι τις διιπετῆ καὶ ἄλλως τὸν ἀέναον· ἐνταῦθα δὲ διπλασιάζει πως ἡ ἐξοχή. καὶ καθάπερ εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὡς τὸ κουφότερον εἶναι φελλοῦ σκιᾶς, δειλότερον δὲ λαγὼ Φρυγός, ἐλάττω δ' ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς· οὕτως ἐξοχὴ ἐπὶ ἐξοχῇ συντρέχει ἐπὶ τοῦ διιπετῆ τὸν Νεῖλον λέγεσθαι. ὁ μὲν γὰρ χειμάρρους ὑπερβέβληται τοὺς ἄλλους ποταμοὺς τῷ διιπετὴς εἶναι· ὁ δὲ Νεῖλος καὶ τοὺς χειμάρρους, ἐπὶ τοσοῦτον πληρούμενος καὶ πλήθους καὶ χρόνου. ὥστ' ἐπεὶ καὶ γνώριμον ἦν τὸ πάθος τοῦ ποταμοῦ τῷ ποιητῇ, ὡς παραμεμυθήμεθα, καὶ κέχρηται τῷ ἐπιθέτῳ τούτῳ κατ' αὐτοῦ, οὐκ ἄλλως δεκτέον ἢ ὡς εἰρήκαμεν. τὸ δὲ πλείοσι στόμασιν ἐκδιδόναι κοινὸν καὶ πλειόνων, ὥστ' οὐκ ἄξιον μνήμης ὑπέλαβε, καὶ ταῦτα πρὸς εἰδότας· καθάπερ οὐδ' Ἀλκαῖος, καίτοι φήσας ἀφῖχθαι καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον. αἱ δὲ προσχώσεις καὶ ἐκ τῶν ἀναβάσεων μὲν δύνανται ὑπονοεῖσθαι καὶ ἐξ ὧν δὲ εἶπε περὶ τῆς Φάρου. ὁ γὰρ ἱστορῶν αὐτῷ περὶ τῆς Φάρου, μᾶλλον δὲ ἡ κοινὴ φήμη, διότι μὲν τότε τοσοῦτον ἀπεῖχεν ἀπὸ τῆς ἠπείρου, ὅσον φησί, δρόμον νεὼς ἡμερήσιον, οὐκ ἂν εἴη διατεθρυλημένη ἐπὶ τοσοῦτον ἐψευσμένως. ὅτι δ' ἡ ἀνάβασις καὶ αἱ προσχώσεις τοιαῦταί τινες, κοινότερον πεπύσθαι εἰκὸς ἦν· ἐξ ὧν συνθεὶς ὁ ποιητής, ὅτι πλέον ἢ τότε ἀφειστήκει τῆς γῆς ἡ νῆσος κατὰ τὴν Μενελάου παρουσίαν, προσέθηκε παρ' ἑαυτοῦ πολλαπλάσιον διάστημα τοῦ μυθώδους χάριν. αἱ δὲ μυθοποιΐαι οὐκ ἀγνοίας (χάριν) σημεῖα (γὰρ) δή που, οὐδὲ (γὰρ) τὰ περὶ τοῦ Πρωτέως

pellunt, de nulla re ad eam regionem pertinente prius docentur, quam de Nili natura, quod Ægyptii neque quicquam magis inauditum peregrinis, neque illustrius suarum aliquid rerum habent (nam qui de Nili natura edoctus est, ei totius regionis qualitas fit manifesta), ita et qui procul inde remoti audiunt de Ægypto, primo omnium de Nilo inaudiunt. Huc accedit etiam discendi ac peregrinandi studium Homeri, quod vitæ ipsius scriptores faciunt testatum, et ex ipsis poematibus multa ejus sumi possunt documenta. Ita multis argumentis convincitur, Homero nota et ab eo commemorata fuisse diserte, quæ effanda essent; quæ autem nimis manifesta essent, ea illum vel tacuisse vel per epitheta breviter indicasse.

30. Mirari autem oportet Ægyptios ac Syros, contra quos jam nunc dicimus, quod non intelligunt Homerum ea dicentem, quæ in ipsorum sunt patria, et ignorantiam ei objiciunt, cujus ipsos culpam sustinere ratio ostendit. Omnino autem præterire aliquid, non est ignorantiæ indicium : nam neque Euripi conversiones Homerus, neque Thermopylas neque alia multa apud Græcos nota commemoravit, quæ tamen non ignoraret; imo etiam commemorat, sed non apparet hoc iis qui ultro surdi esse volunt, ideoque ipsi sunt culpandi. Sane poeta fluvios appellat « ab Jove delapsos » non torrentes modo, sed omnes in universum, quod omnes pluvialibus aquis implentur. Sed quod omnibus commune est, id alicui ob excellentiam proprie attribuitur. Nam alio modo quis intelligeret torrentem ab Jove delapsum, aliter perennem fluvium; hic vero excellentia quodammodo duplicatur. Et sicuti quædam sunt hyperbolarum hyperbolæ, ut quum dicimus aliquid suberis umbra esse levius, aut Phrygio aliquem lepore timidiorem, aut possidere fundum epistola Laconica minorem : ita quod Nilus ista appellatione afficitur, in eo excellentiæ excessus concurrit. Nam torrens reliqua flumina superat augmento per pluviales aquas accepto : Nilus ipsos torrentes eo ipso superat, tanta copia talium aquarum tam longo turgens tempore. Itaque quum hoc fluvii accidens poetæ notum fuerit, sicut contra aliorum opinionem docuimus, et ei attribuerit hoc epitheton; aliter id quam exposuimus accipiendum non est. Quod autem Nilus pluribus ostiis in mare effluit, id ei cum aliis pluribus est commune fluminibus : ideoque id mentione dignum, præsertim apud scientes, Homerus non putavit : sicut ne Alcæus quidem, tametsi is in Ægyptum se quoque venisse dicat. Aggestiones autem et ex ascensionibus intelligi possunt, et ex iis quæ de Pharo dicit. Qui enim ipsi de Pharo narravit, aut potius communis fama, hanc nempe insulam tunc temporis diurnæ (hoc enim dicit) navigationis spatio a continente fuisse dissitam, non tantum in modum fuerit mentita. At probabile videtur, eum de ascensionibus et aggestionibus Nili generalius, quales sint, inaudivisse; unde ratiocinatus ipse insulam sub Menelai adventum longius quam suo tempore a continente abfuisse, de suo multis partibus veritatem excedens intervallum addidit, ut fabulose rem narraret. Nimirum fabularum confictio minime ignorationis est indicium, neque ita accipi debent vel quæ de Proteo et Pygmæis, de

καὶ τῶν Πυγμαίων, οὐδ' αἱ τῶν φαρμάκων δυνάμεις, οὐδ' εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον οἱ ποιηταὶ πλάττουσι· οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῶν τοπικῶν λέγεται, ἀλλ' ἡδονῆς καὶ τέρψεως χάριν. πῶς οὖν καὶ ἄνυδρον οὖσαν φησὶν ὕδωρ ἔχειν;

ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆας ἐΐσας
ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.

ἀλλ' οὔτε τὸ ὑδρεῖον ἐκλιπεῖν ἀδύνατον, οὔτε τὴν ὑδρείαν ἐκ τῆς νήσου γενέσθαι φησίν, ἀλλὰ τὴν ἀναγωγὴν μόνην διὰ τὴν τοῦ λιμένος ἀρετήν, τὸ δ' ὕδωρ ἐκ τῆς περαίας ἀρύσασθαι παρῆν, ἐξομολογουμένου πως τοῦ ποιητοῦ δι' ἐμφάσεως, ὅτι πελαγίαν εἶπεν οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν καὶ μυθοποιίαν.

31. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς πλάνης τῆς Μενελάου λεχθέντα συνηγορεῖν δοκεῖ τῇ ἀγνοίᾳ τῇ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, βέλτιον ἴσως ἐστί, τὰ ἐν τοῖς ἔπεσι τούτοις ζητούμενα προεκθεμένους ἅμα ταῦτά τε διαστεῖλαι καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ ἀπολογήσασθαι καθαρώτερον. φησὶ δὴ πρὸς Τηλέμαχον ὁ Μενέλαος θαυμάσαντα τὸν τῶν βασιλείων κόσμον·

ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς
ἠγαγόμην ἐν νηυσί, καὶ ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον
Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς,
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς
καὶ Λιβύην.

ζητοῦσι δέ, πρὸς τίνας ἦλθεν Αἰθίοπας, πλέων ἐξ Αἰγύπτου· οὔτε γὰρ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ οἰκοῦσί τινες Αἰθίοπες, οὔτε τοῦ Νείλου τοὺς καταράκτας ἦν διελθεῖν ναυσί· τίνες τε οἱ Σιδόνιοι· οὐ γὰρ οἵ γε ἐν Φοινίκῃ· οὐ γὰρ ἂν τὸ γένος προθεὶς τὸ εἶδος ἐπήνεγκε· τίνες τε οἱ Ἐρεμβοί· καινὸν γὰρ τὸ ὄνομα. Ἀριστόνικος μὲν οὖν ὁ καθ' ἡμᾶς γραμματικὸς ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλάνης πολλῶν ἀναγέγραφεν ἀνδρῶν ἀποφάσεις περὶ ἑκάστου τῶν ἐκκειμένων κεφαλαίων· ἡμῖν δ' ἀρκέσει κἂν ἐπιτέμνοντες λέγωμεν. οἱ μὲν δὴ πλεῦσαι φήσαντες εἰς τὴν Αἰθιοπίαν, οἱ μὲν περίπλουν τῶν διὰ Γαδείρων μέχρι τῆς Ἰνδικῆς εἰσάγουσιν, ἅμα καὶ τὸν χρόνον τῇ πλάνῃ συνοικειοῦντες, ὅν φησιν, ὅτι ὀγδοάτῳ ἔτει ἦλθον· οἱ δὲ διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον· οἱ δὲ διὰ τῶν διωρύγων τινός. οὔτε δ' ὁ περίπλους ἀναγκαῖος, ὃν Κράτης εἰσάγει, οὐχ ὡς ἀδύνατος εἶναι (καὶ γὰρ [οὐδ'] ἡ Ὀδυσσέως πλάνη ἀδύνατος), ἀλλ' ὅτι οὔτε πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς μαθηματικὰς χρήσιμος, οὔτε πρὸς τὸν χρόνον τῆς πλάνης. καὶ γὰρ ἀκούσιοι διατριβαὶ κατέσχον αὐτὸν ὑπὸ δυσπλοίας, φήσαντος ὅτι ἀπὸ ἑξήκοντα νεῶν πέντε ἐλείφθησαν αὐτῷ, καὶ ἑκούσιοι χρηματισμοῦ χάριν· φησὶ γὰρ ὁ Νέστωρ·

ὣς ὁ μέν, ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων,
ἠλᾶτο ξὺν νηυσί·
Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς.

ὅ τε διὰ τοῦ ἰσθμοῦ πλοῦς ἢ τῶν διωρύγων λεγόμενος

efficacitate venenorum, et si qua alia id genus poetæ fingunt : non enim ob ignorationem locorum ea comminiscuntur, sed suavitatis et delectandi causa. Quomodo ergo Pharum aquæ expertem, aqua præditam dicit (*Od.* Δ, 358) :

Commodus est in ea portus, unde in mare naves
propellunt celeres lymphis nigricantibus haustis.

Nimirum neque hoc fieri nequit, ut puteum aqua deficiat, neque ex ipsa insula aquam peti affirmat, sed imponi tantum in naves ob portus commoditatem, et licebat ex opposita continente aquam haurire; quod quodammodo videtur fassus esse poeta, his innuens verbis quod insulam mari cinctam dicit non vere, sed excessus et fabulandi causa.

31. Quoniam autem ea quæ de Menelai erroribus narravit, videntur confirmare locorum istorum ignorationem, fortassis præstiterit, nos, quæ in versibus istis quæruntur, prius exponere, itaque simul et distinctius illa explicare, et poetam clarius defendere. Menelaus ergo Telemachum regiæ ornatum admirantem sic alloquitur (*Od.* Δ, 81) :

Multa etenim passus, et per loca multa vagatus
has ego opes octavo adduxi navibus anno :
Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii, tum Sidonios et Erembos,
et Libyam.

Quærunt autem, ad quos Æthiopas venerit, quum ex Ægypto navigaret; (neque enim in nostro mari habitant aliqui Æthiopes, neque navibus per cataractas Nili potuit vehi;) tum qui Sidonii; (non enim intelligi potest de iis; qui sunt in Phœnice : neque enim genere posito, speciem intulisset;) item qui fuerint Erembi : nam hoc nomen est novum. Proinde Aristonicus, nostræ ætatis grammaticus, in iis quæ de erroribus Menelai commentatus est, multorum de singulis propositis quæstionibus sententias exposuit. Nobis satis erit compendio referre. Itaque eorum qui navigasse Menelaum in Æthiopiam affirmant, alii circumnavigasse eum per Gades usque ad Indiam dicunt, tempus etiam peregrinationi accommodantes, quod octavo anno se rediisse dicit : alii per isthmum qui est ad Arabicum sinum : alii per aliquam fossarum. Sed neque circumnavigatio, quam Crates introducit, necessaria est; non quod impossibilis sit (nam ne Ulyssis quidem errores impossibiles sunt), sed quia neque ad mathematicorum positiones congruit, neque ad tempus errorum. Nam et invito moræ sunt injectæ, estque difficultate navigandi detentus, sicut ipse dicit, de sexaginta navibus quinque tantum Menelao fuisse relictas : et sponte etiam moras traxit pecuniæ colligendæ causa. Sic enim Nestor (*Od.* Γ, 301) :

Sic tunc multa suis cum navibus ille vagatus
ingentes cumulavit opes, aurumque coegit,

nimirum (*Od.* Δ, 83)

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus.

Et navigatio per isthmum seu fossam si ab ipso poeta fuisset

μὲν ἠκούετο ἂν ἐν μύθου σχήματι, μὴ λεγόμενος δὲ περιττῶς καὶ ἀπιθάνως εἰσάγοιτο ἄν. ἀπιθάνως δὲ λέγω, ὅτι πρὸ τῶν Τρωικῶν οὐδεμία ἦν διῶρυξ· τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν ἀποστῆναί φασι, μετεωροτέραν ὑπολαβόντα τὴν τῆς θαλάσσης ἐπιφάνειαν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὁ ἰσθμὸς ἦν πλόϊμος· ἀλλ' εἰκάζει ὁ Ἐρατοσθένης οὐκ εὖ. μὴ γάρ πω τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς Στήλας γεγονέναι νομίζει· ὥστε ἐνταῦθα [μὴ] συνάπτειν τὴν ἔσω θάλασσαν τῇ ἐκτὸς καὶ καλύπτειν τὸν ἰσθμὸν μετεωροτέραν οὖσαν, τοῦ δ' ἐκρήγματος γενομένου ταπεινωθῆναι καὶ ἀνακαλύψαι τὴν γῆν τὴν κατὰ τὸ Κάσιον καὶ τὸ Πηλούσιον μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς. τίνα οὖν ἔχομεν ἱστορίαν περὶ τοῦ ἐκρήγματος τούτου, διότι πρὸ τῶν Τρωικῶν οὔπω ὑπῆρχεν; ἴσως δ' ὁ ποιητὴς ἅμα μὲν τὸν Ὀδυσσέα ταύτῃ διεκπλέοντα εἰς τὸν ὠκεανὸν πεποίηκεν, ὡς ἤδη ἐκρήγματος γεγονότος, ἅμα δὲ εἰς τὴν Ἐρυθρὰν τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ναυστολεῖ, ὡς οὔπω γεγονότος. ἀλλὰ καὶ τὸν Πρωτέα εἰσάγει λέγοντα αὐτῷ,

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσι.

ποῖα οὖν; καὶ ὅτι ἑσπέριόν τινα λέγει τόπον τοῦτον ἔσχατον, ὁ Ζέφυρος παρατεθεὶς δηλοῖ·

ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησι.

ταῦτα γὰρ αἰνίγματος πλήρη.

32. Εἰ δ' οὖν καὶ σύρρουν ποτὲ ὑπάρξαντα τὸν ἰσθμὸν τοῦτον ὁ ποιητὴς ἱστορήκει, πόσῳ μείζονα ἂν ἔχοιμεν πίστιν τοῦ τοὺς Αἰθίοπας διχθὰ διῃρῆσθαι, πορθμῷ τηλικούτῳ διειργομένους; τίς δὲ καὶ χρηματισμὸς παρὰ τῶν ἔξω καὶ κατὰ τὸν ὠκεανὸν Αἰθιόπων; ἅμα μὲν γὰρ θαυμάζουσι τοῦ κόσμου τῶν βασιλείων οἱ περὶ Τηλέμαχον τὸ πλῆθος, ὅ ἐστι

χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος.

τούτων δ' οὐδενὸς πλὴν ἐλέφαντος εὐπορία παρ' ἐκείνοις ἐστίν, ἀπορωτάτοις τῶν ἁπάντων οὖσι τοῖς πλείστοις καὶ νομάσι. νὴ Δία, ἀλλ' ἡ Ἀραβία προσῆν καὶ τὰ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς· τούτων δ' ἡ μὲν εὐδαίμων κέκληται μόνη τῶν ἁπασῶν, τὴν δέ, εἰ καὶ μὴ ὀνομαστὶ καλοῦσιν, οὕτως ὑπολαμβάνουσί γε καὶ ἱστοροῦσιν, ὡς εὐδαιμονεστάτην· τὴν μὲν οὖν Ἰνδικὴν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος, εἰδὼς δὲ ἐμέμνητο ἄν· τὴν δ' Ἀραβίαν, ἣν εὐδαίμονα προσαγορεύουσιν οἱ νῦν, [οἶδε μὲν], τότε δ' οὐκ ἦν πλουσία, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄπορος καὶ ἡ πολλὴ αὐτῆς σκηνιτῶν ἀνδρῶν· ὀλίγη δ' ἡ ἀρωματοφόρος, δι' ἣν καὶ τοῦτο τοὔνομα εὕρετο ἡ χώρα διὰ τὸ καὶ τὸν φόρτον εἶναι τὸν τοιοῦτον ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν σπάνιον καὶ τίμιον. νυνὶ μὲν οὖν εὐποροῦσι καὶ πλουτοῦσι διὰ τὸ καὶ τὴν ἐμπορίαν εἶναι πυκνὴν καὶ δαψιλῆ, τότε δ' οὐκ εἰκός. αὐτῶν δὲ χάριν τῶν ἀρωμάτων ἐμπόρῳ μὲν καὶ καμηλίτῃ γένοιτ' ἄν τις ἐκ τῶν τοιούτων φορτίων

commemorata, acciperetur ut fabula: quum autem a poeta non dicatur, otiose et contra fidem veri introducitur. Contra fidem dico, quod ante bellum Trojanum nulla fuit fossa: et Sesostrim, qui conatus fuit isthmum perfodere, destitisse ab incepto ferunt, quum maris superficiem esse sublimiorem suspicaretur. Atqui ne isthmus quidem navigabilis fuit, quanquam Eratosthenes id conjectura colligit, non recte. Censet enim nondum fuisse terram apud Herculis columnas perruptam, ut apud has mediterraneum mare nondum cum externo coiverit, et quum altius isthmo esset, eum intexerit: postmodo autem perruptione facta, subsedisse id, ac terram juxta Casium et Pelusium usque ad Rubrum mare detexisse. At qua historia confirmabitur, rupturam illam Trojano esse bello posteriorem? Forsitan scilicet Homerus Ulyssem ea in oceanum evectum scribit, ut ruptura ista jam tum facta, et ex Ægypto naves Menelai in Rubrum mare deportat, tanquam ruptura ista nondum exsistente. Quin et Proteum inducit poeta sic Menelao dicentem (*Od.* Δ, 563):

Sed te, qua terræ postremus terminus exstat,
Elysium ad campum cœlestia numina mittent.

Quis igitur est ille terminus? nempe ultimum hunc versus occidentem locum dici, Zephyri adjecta mentio declarat (*ib.* 567):

Sed semper læta aura Favoni
spirat ab oceano. —

Hæc enim sunt plena obscurarum quæstionum.

32. Jam si aliquando mari tectum isthmum illum noverat Homerus, quanto facilius credemus Æthiopes bifariam divisos fuisse, tanto freto disjunctos? At quid opum potuerit ab exterioribus et ad oceanum habitantibus Æthiopibus consequi Menelaus? Miratur enim Telemachus cum comitibus multitudinem ornamentorum regiæ, quæ erant (*Od.* Δ, 73)

Ex ebore, electroque, auro, argentoque parata.

Atqui horum nullius, præter ebur, copia est apud Æthiopes, plerosque pauperrimos et incertis vagantes sedibus. Verum hoc est mehercule: sed proxima erat Arabia, et regiones quæ ad Indiam porriguntur: de his sola quidem omnium Arabia vocatur Felix; sed et India, quanquam hoc nomine non afficitur, tamen creditur et perhibetur esse felicissima. Atque Indiam quidem non norat Homerus: erat enim facturus alioqui mentionem: verum Arabiam, quam nunc vocant Felicem, novit ille quidem, sed istis temporibus dives ea non erat, sed inops, et ab habitantibus in tabernaculis colebatur pars major hominibus. Porro quæ aromata fert, unde nomen regioni, quod aromatum merces in nostris regionibus rara est et in pretio, exigua est regio. Ac nostra quidem ætate Arabes copia rerum et divitiis abundant, quia assidua est et copiosa negotiatio: tunc autem ita eos habuisse probabile non est. Jam quod ad ipsa attinet aromata, mercator sane et camelum agens copiam aliquam poterat

εὐπορία· Μενελάῳ δὲ λαφύρων ἢ δωρεῶν ἔδει παρὰ βασιλέων καὶ δυναστῶν, ἐχόντων τε ἃ δώσουσι καὶ βουλομένων [διδόναι] διὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ εὔκλειαν. οἱ μὲν οὖν Αἰγύπτιοι καὶ οἱ πλησίον Αἰθίοπες καὶ Ἄραβες οὐθ' οὕτω τελέως ἄβιοι, οὔτ' ἀνήκοοι τῆς τῶν Ἀτρειδῶν δόξης, καὶ μάλιστα διὰ τὴν κατόρθωσιν τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου, ὥστ' ἐλπὶς ἦν τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας· καθάπερ ἐπὶ τοῦ θώρακος τοῦ Ἀγαμέμνονος λέγεται,

τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήιον εἶναι·
πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος.

καὶ δὴ καὶ τὸν πλείω χρόνον τῆς πλάνης λεκτέον μὲν ἐν τοῖς κατὰ Φοινίκην καὶ Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην γενέσθαι καὶ τὰ περὶ Κύπρον χωρία καὶ ὅλως τὴν καθ' ἡμᾶς παραλίαν καὶ τὰς νήσους· καὶ γὰρ ξένια παρὰ τούτοις καὶ τὸ βίᾳ καὶ τὸ ἐκ λῃλασίας πορίσασθαι, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν συμμαχησάντων τοῖς Τρωσίν, ἐντεῦθεν ἦν. οἱ δ' ἐκτὸς καὶ πόρρω βάρβαροι οὐδεμίαν τοιαύτην ὑπηγόρευον ἐλπίδα. εἰς οὖν τὴν Αἰθιοπίαν ἀφῖχθαι λέγεται ὁ Μενέλαος, οὐχ ὅτι [**] μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ. τάχα μὲν γὰρ καὶ πλησιαίτεροι ἦσαν ταῖς Θήβαις οἱ τότε ὅροι, ἀλλὰ καὶ οἱ νῦν πλησίον εἰσίν, οἱ κατὰ Συήνην καὶ τὰς Φίλας· ὧν ἡ μὲν τῆς Αἰγύπτου ἐστίν, αἱ δὲ Φίλαι κοινὴ κατοικία τῶν Αἰθιόπων καὶ τῶν Αἰγυπτίων. ὁ οὖν εἰς Θήβας ἀφιγμένος εἰ καὶ μέχρι τῶν ὅρων ἀφῖκτο ἢ καὶ περαιτέρω τῶν Αἰθιόπων, καὶ ταῦτα τῇ βασιλικῇ ξενίᾳ χρώμενος, οὐδὲν ἄλογον. οὕτω δὲ καὶ Κυκλώπων εἰς γαῖαν ἀφῖχθαί φησιν ὁ Ὀδυσσεύς, μέχρι τοῦ σπηλαίου προεληλυθὼς ἀπὸ θαλάττης· ἐπ' ἐσχατιᾶς γὰρ ἱδρῦσθαί που λέγει. καὶ εἰς Αἰολίαν δὲ καὶ Λαιστρυγόνας καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπου ποτὲ καὶ καθωρμίσατο, ἐκεῖσέ φησιν ἀφῖχθαι. καὶ ὁ Μενέλαος οὖν οὕτως εἰς Αἰθιοπίαν ἧκεν, οὕτω δὲ καὶ εἰς Λιβύην, ὅτι προσέσχε τόποις τισίν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμὴν τὴν ὑπὲρ Παραιτονίου Μενέλαος καλεῖται.

33. Εἰ δὲ Φοίνικας εἰπὼν ὀνομάζει καὶ Σιδονίους, τὴν μητρόπολιν αὐτῶν, σχήματι συνήθει χρῆται, ὡς

Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε·

καὶ

οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἱέες ἦσαν,
οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος·

[καὶ]

Ἴδην δ' ἵκανεν — καὶ
Γάργαρον·

καὶ

οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον — καὶ
Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε·

καὶ Σαπφώ·

ἤ σε Κύπρος ἢ Πάφος ἢ Πάνορμος.

καίτοι καὶ ἄλλο τι ἦν τὸ ποιῆσαν, καίπερ ἤδη μνη-

hujusmodi mercium comportare; Menelao autem opus erat spoliis, aut donis regum ac principum, qui et haberent quod largirentur, et darent ob splendorem ac gloriam ejus. Enimvero Ægyptii, iisque propinqui Æthiopes et Arabes, neque adeo omnino ab omni cultu alieni erant, neque nulla ad eos de Atridis fama pervenerat, maxime bello ab iis Trojano feliciter confecto: itaque sperare Menelaus ab iis munera poterat. Sic etiam de thorace Agamemnonis scribitur (*Il.* Λ, 20):

Quem Cinyra hospitii pignus donaverat olim
in Cypro magni de fama factus Atridæ
certior.

Proinde majus errorum tempus consumpsisse Menelaum dicemus in Phœnice, Syria, Ægypto, Africa et locis Cypro vicinis, omninoque apud oram nostram maritimam insulasque: nam inde et hospitalia munera, et præda ac vi extorta dona maxime ab iis, qui opem Trojanis tulerant, consequi poterat. Ad oceanum autem habitantes longeque dissiti barbari talem spem ei nullam ostendebant. In Æthiopiam ergo venisse dicitur Menelaus, non quod [in eam penetraverit, sed quod] usque ad terminos ejus processerit, qui attingunt Ægyptum. Fortassis enim ea tempestate fines illi propius Thebas erant, sed et hodie propinqui sunt, ad Syenen et Philas: quarum illa Ægypti est; hæ communis Æthiopum Ægyptiorumque habitatio. Quum ergo Menelaus Thebas pervenerit, non absurdum est dicere, ipsum favore regis ad fines pervenisse Æthiopiæ vel etiam ulterius in ipsam hanc regionem. Sic etiam in terram Cyclopum se dicit venisse Ulysses, a mari usque ad speluncam progressus, quam in extremo sitam fuisse ait. In Æoliam quoque, et ad Læstrygones, et alia in loca, ad quæ aliquando appulit, se venisse perhibet. Hoc igitur modo etiam Menelaus in Æthiopiam venit, et in Africam quoque, ubi quibusdam locis naves applicuit; unde etiam portus qui ad Ardaniam est supra Parætonium, Menelaus nominatur.

33. Quod autem Phœnice appellata Sidonios nominat, principem scilicet Phœnices urbem, figura utitur sibi familiari, ut (*Il.* N, 1),

Ad classem Teucros adduxit et Hectora sævum;

et (*Il.* B, 641),

Jam tum magnanimus cum natis clauserat Œneus
extremam vitæ lucem et flavo Meleagro.

Rursum (*Il.* Θ, 47),

Idam pervenere et Gargaron;

et (*Il.* B, 536),

Nec non Eubœæ cultores —
cives Chalcidis, Eretriæque.

Sic etiam Sappho:

Seu te Cyprus habet, seu Paphus, aut Panormus.

Quanquam alia etiam ratione inductus videtur Homerus, ut,

σθέντα τῆς Φοινίκης, ἰδίως πάλιν καὶ τὴν Σιδόνα συγκαταλέξαι. πρὸς μὲν γὰρ τὸ τὰ ἐφεξῆς ἔθνη καταλέξαι ἱκανῶς εἶχεν οὕτως εἰπεῖν,

Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς
Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην·

ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ἐπὶ πλέον γενομένην, καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν εἴτε καὶ παραλαβεῖν· ἐμφαίνει [δὲ] διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας [καὶ] εὐτεχνίας καὶ τοῦ τὴν Ἑλένην προξενῶσθαι τοῖς ἀνθρώποις μετὰ Ἀλεξάνδρου· διόπερ παρὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ τοιαῦτα ἀποκείμενα λέγει·

ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, ἃς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
ἤγαγε Σιδονίηθεν
τὴν ὁδόν, ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγε·

καὶ παρὰ τῷ Μενελάῳ· λέγει γὰρ πρὸς Τηλέμαχον,

δώσω τοι κρητῆρα τετυγμένον· ἀργύρεος δὲ
ἐστὶν ἅπας, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται.
ἔργον [δ'] Ἡφαίστοιο· πόρεν δέ ἑ φαίδιμος ἥρως
Σιδονίων βασιλεύς, ὅθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψε
κεῖσέ με νοστήσαντα.

δεῖ [δὲ] δέξασθαι πρὸς ὑπερβολὴν εἰρημένον τὸ Ἡφαίστου ἔργον, ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα τὰ καλὰ καὶ Χαρίτων καὶ Μουσῶν. ἐπεὶ ὅτι γε οἱ ἄνδρες ἦσαν καλλίτεχνοι, δηλοῖ τὸν κρατῆρα ἐπαινῶν, ὃν ὁ Εὔνεως ἔδωκεν ἀντὶ Λυκάονος· φησὶ γάρ,

κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν
πολλόν· ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες.

34. Περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν πολλὰ μὲν εἴρηται, πιθανώτατοι δ' εἰσὶν οἱ νομίζοντες τοὺς Ἄραβας λέγεσθαι. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν, παλαιὰν οὖσαν· αἰτιᾶσθαι δὲ βέλτιον τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ἀμέλει δὲ καὶ ποιοῦσί τινες παραγραμματίζοντες. ἄριστα δ' ἂν δόξειεν εἰπεῖν ὁ Ποσειδώνιος, κἀνταῦθα ἀπὸ τῆς τῶν ἐθνῶν συγγενείας καὶ κοινότητος ἐτυμολογῶν. τὸ γὰρ τῶν Ἀρμενίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Σύρων καὶ Ἀράβων πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει κατά τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς βίους καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροί εἰσι. δηλοῖ δ' ἡ Μεσοποταμία ἐκ τῶν τριῶν συνεστῶσα τούτων ἐθνῶν· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἡ ὁμοιότης διαφαίνεται. εἰ δέ τις παρὰ τὰ κλίματα γίνεται διαφορὰ τοῖς προσβόρροις ἐπὶ πλέον πρὸς τοὺς μεσημβρινοὺς καὶ τούτοις πρὸς μέσους τοὺς ὅρους, ἀλλ' ἐπικρατεῖ γε τὸ κοινόν. καὶ οἱ Ἀσσύριοι δὲ καὶ οἱ Ἀριανοὶ παραπλησίως πως ἔχουσι καὶ πρὸς τούτους καὶ πρὸς ἀλλήλους. εἰκάζει γε δὴ

Phœnice jam commemorata, tamen seorsum rursus Sidonem nominaret. Nam ad gentes ordine recensendas satis erat ita dixisse:

Cyprum, Phœnicenque, per Ægyptumque vagatus
Æthiopes adii:

sed ut ostenderet se etiam aliquamdiu apud Sidonios fuisse peregrinatum, commodum ei fuit id aut repetere aut subjungere narrationi: ostendit autem prædicando felicitatem eorum et sollertiam in artibus, et eo quod Helena cum Alexandro jam ante eorum usa erat hominum hospitio. Itaque et apud Alexandrum multa eorum opera recondita dicuntur (*Il.* Z, 289):

Hic inerant varii pepli, muliebria texta;
Sidonias namque ipse Paris per cærula secum
duxerat Iliacam famosa Sidone ad urbem,
Tyndarida adducens Helenam;

et apud Menelaum, qui ita Telemachum alloquitur: (*Od.* Δ, 615; O, 115):

Crateram tibi donabo, mira arte paratam
argento ex solido, labia undique circuit aurum.
Mulciber hanc fecit; dono mihi splendidus heros
olim rex Sidonum, redeuntem tempore quo me
hospitio excepit, dederat.

Intelligendum est autem hyperbolice vocari opus Vulcani, sicut præstantia opera Minervæ, Gratiis et Musis ascribuntur. Nam egregios artifices fuisse Sidonios, ostendit craterem laudans, quem pro redimendo Lycaone dederat Euneus (*Il.* Ψ, 742):

Aliis longe præstantior ille
omnibus: hunc etenim subtilis laudibus artis
illustres Sidones docto fecere labore,
navibus advexere suis Phœnices.

34. Jam de Erembis multa sunt dicta. Omnium autem hi vero simillima, qui Arabes significari putant. Et Zeno quidem noster ita scribit Homericum versum:

Æthiopes adii, tum Sidonios, Arabesque.

Sed scripturam mutare, quum sit vetusta, non est necesse. Culpanda est potius nominis mutatio, quæ frequens est et usitata omnibus gentibus: quod et quidam faciunt, qui literas nominum inter se comparant. Optime autem omnium existimo Posidonium hîc quoque a gentium cognatione et communitate originem vocum ducere. Nam Armeniorum, Syrorum et Arabum multum cognationis præ se ferunt nationes, sermone, vita, corporum forma, maxime ubi degunt in vicinia: idque ostendit Mesopotamia ex tribus his conflata populis; maxime enim in his similitudo est illustris. Quodsi qua est varietas pro eo quod aliæ partes aliis magis ad septentrionem aut meridiem vergunt, aut in medio sunt sitæ: nihilominus tamen communis affectio obtinet. Atque Assyrii et Ariani, inter se atque istorum sunt assimiles. Conjicit exinde Posidonius, harum gentium nomina quo-

καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν τούτων κατονομασίας ἐμφερεῖς ἀλλήλαις εἶναι. τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους ὑπ' αὐτῶν τῶν Σύρων (Ἀρμενίους, καὶ) Ἀραμμαίους καλεῖσθαι· τούτῳ δ' ἐοικέναι τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Ἄραβας καὶ Ἐρεμβούς, τάχα τῶν πάλαι Ἑλλήνων οὕτω καλούντων τοὺς Ἄραβας, ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος πρὸς τοῦτο. ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοί, οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον ἐπὶ τὸ σαφέστερον Τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν· οὗτοι δέ εἰσιν Ἀράβων οἱ ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου κεκλιμένοι, τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. τούτων δ' εἰκὸς μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν καὶ πρὸς τούτους ἀφῖχθαι λέγειν τὸν Μενέλαον, καθ' ὃν τρόπον εἴρηται καὶ πρὸς τοὺς Αἰθίοπας· τῇ γὰρ Θηβαΐδι καὶ οὗτοι πλησιάζουσιν· ὁμοίως οὐκ ἐργασίας οὐδὲ χρηματισμοῦ χάριν τούτων ὀνομαζομένων (οὐ πολὺ γὰρ ἦν τοῦτο), ἀλλὰ τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας καὶ τοῦ ἐνδόξου· ἔνδοξον γὰρ τοσοῦτον ἐκτοπίσαι. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ

> πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω·

καὶ τὸ

> ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶς
> ἠγαγόμην.

Ἡσίοδος δ' ἐν Καταλόγῳ φησὶ

> καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
> γείνατο καὶ Θρονίη, κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος λέγει. εἰκάζειν οὖν ἔστιν, ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ ἡ χώρα Ἀραβία ἤδη τότε ὠνομάζετο· κατὰ δὲ τοὺς ἥρωας τυχὸν ἴσως οὔπω.

35. Οἱ δὲ πλάττοντες Ἐρεμβοὺς ἴδιόν τι ἔθνος Αἰθιοπικὸν καὶ ἄλλο Κηφήνων καὶ τρίτον Πυγμαίων καὶ ἄλλα μυρία ἧττον ἂν πιστεύοιντο, πρὸς τῷ μὴ ἀξιοπίστῳ καὶ σύγχυσίν τινα ἐμφαίνοντες τοῦ μυθικοῦ καὶ ἱστορικοῦ σχήματος. ὅμοιοι δ' εἰσὶ τούτοις καὶ οἱ Σιδονίους ἐν τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι ἢ ἄλλοθί που τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τὴν τοῦ Μενελάου πλάνην ἐξωκεανίζοντες· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Φοίνικας. τῆς δ' ἀπιστίας αἴτιον οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι τὸ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς λέγοντας· οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλαττα ἐρυθρά· οἱ δ' ἐκείνους τούτων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν Ἰόπῃ συμβῆναί φασιν· οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι· καθάπερ καὶ τῶν παρ' Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος, οὐδ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα εἰδώς. τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου, τὰ περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Αἴγυπτον, παρατίθησιν ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ

que esse affinia: qui enim a nobis Syri dicuntur, ab ipsis Syris Aramæos vocari; idque Armeniis, Arabibus, et Erembis convenire, quo forte nomine veteres Græci Arabas vocasse videntur, ipsa nominis originatione juvante. Nam Eremborum nomen multi ab ἔραν ἐμβαίνειν (*id est* terram subire) deducunt, quos posteriores apertiore vocabulo Troglodytas appellaverunt. Sunt autem ii Arabes qui ad alterum latus sinus Arabici vergunt, quod est ad Ægyptum et Æthiopiam. Horum meminisse poetam probabile est, et dixisse, ad eos Menelaum pervenisse, quomodo etiam ad Æthiopes (nam hi quoque Thebaidi sunt vicini), non negotiationis aut quæstus causa nominatos, qui multus esse non potuit, sed ob longitudinem peregrinationis et gloriationem: est enim gloriosum tam procul a patria recessisse. Atque ejusmodi sunt et hæc (*Od.* A, 3):

> Multorum ille hominum mentes cognovit et urbes;

et (*Od.* Δ, 81),

> Multa etenim perpessus ego hæc, multumque vagatus
> adduxi.

Porro Hesiodus in Catalogo sic scribit:

> Atque Arabi gnatam, Thronie quam filia Beli
> regis Mercurio peperit mortalibus æquo.

Itaque etiam Stesichorus loquitur. Unde conjecturam facere licet, ab Arabo tunc Arabiæ nomen inditum fuisse, quod Heroum ætate nondum fortasse exstiterit.

35. Qui autem fingunt Erembos esse Æthiopicam quandam gentem peculiarem, aliamque Cephenum, et tertiam Pygmæorum, aliaque innumera, ii eo minus fidei merentur, quod, præterquam quod incredibilia proferunt, etiam historiæ formam cum fabulæ confundunt specie. Similes eorum sunt qui Sidonios in Persico mari ponunt, aut alicubi in oceano, itemque Phœnices, ac qui Menelaum in oceanum evectum fingunt. Causa, cur iis credi non debeat, non levissima est, quod invicem contraria dicunt. Alii enim Sidonios et Phœnices nostros, colonos eorum referunt, qui in oceano habitant, addentes eos Phœnices a puniceo colore vocari, quod mare illud sit rubrum: alii istos nostrorum colonos esse volunt. Neque desunt qui Æthiopiam in nostram Phœnicen transferunt, et quæ de Andromeda narrantur, apud Iopen evenisse tradunt: quæ sane non ob ignorationem locorum dicuntur, sed fabulæ potius prætextu; sicut et apud Hesiodum sunt et alios talia, quæ Apollodorus proferens nescit, quomodo ea cum Homericis componat. Nam de Ponto et Ægypto ab Homero scripta proferens, inscitiæ eum culpat, qui voluerit quidem vera dicere, sed ignoratione

τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα κατ' ἄγνοιαν. Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσι καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι, οὐδ' Ἀλκμᾶνος Στεγανόποδας ἱστοροῦντος, οὐδ' Αἰσχύλου Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους, ὅπου γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι προσέχομεν περὶ πολλῶν, κἂν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν. φαίνεται γὰρ εὐθύς, ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν· δοκοῦσι δὲ κατ' ἄγνοιαν, ὅτι μάλιστα καὶ πιθανῶς τὰ τοιαῦτα μυθεύουσι περὶ τῶν ἀδήλων καὶ τῶν ἀγνοουμένων. Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ, κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

36. Περὶ δὲ τῶν τοῦ ὠκεανοῦ παθῶν εἴρηται μὲν ἐν μύθου σχήματι· καὶ γὰρ τούτου στοχάζεσθαι δεῖ τὸν ποιητήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων ἡ Χάρυβδις αὐτῷ μεμύθευται, οὐδ' αὐτὴ παντάπασιν Ὁμήρου πλάσμα οὖσα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἱστορουμένων περὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν διεσκευασμένη. εἰ δὲ δὶς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐκεῖνος τρὶς εἴρηκε·

> τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ,

λέγοιτ' ἂν καὶ οὕτως· οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑποληπτέον λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου, ὃν ἡ Κίρκη πολὺν τοῖς λόγοις προστίθησιν ἀποτροπῆς χάριν, ὥστε καὶ τὸ ψεῦδος παραμίγνυσθαι. ἐν αὐτοῖς γοῦν τοῖς ἔπεσι τούτοις εἴρηκε μὲν οὕτως ἡ *Κίρκη*·

> τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
> δεινόν· μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειε·
> οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπὲκ κακοῦ οὐδ' Ἐνοσίχθων.

καὶ μὴν παρέτυχέ τε τῇ ἀναρροιβδήσει ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ οὐκ ἀπώλετο, ὥς φησιν αὐτός·

> ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ·
> αὐτὰρ ἐγώ, ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ' ἀερθείς,
> τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς.

εἶτα περιμείνας τὰ ναυάγια καὶ λαβόμενος πάλιν αὐτῶν σώζεται, ὥστ' ἐψεύσατο ἡ Κίρκη. ὡς οὖν τοῦτο, κἀκεῖνο τὸ « τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι » ἀντὶ τοῦ δίς, ἅμα καὶ τῆς ὑπερβολῆς τῆς τοιαύτης συνήθους πᾶσιν οὔσης, τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους λεγόντων· καὶ ὁ ποιητής·

> τρισμάκαρες Δαναοί,

καὶ

> ἀσπασίη τρίλλιστος,

[καὶ]

> τριχθά τε καὶ τετραχθά.

lapsus falsa pro veris dixerit. At enim Hesiodo nemo ignorationem objecerit, Semicanes nominanti, et Longicipites! et Pygmæos : (nam hæ fabulæ, ut hi quos dicimus Pygmæi, ipsi quoque Homero vitio non dantur :) neque Alcmani Latipedes, neque Æschylo Canicipites et Pectoroculatos et Unoculos; quid? quod ne prosa quidem oratione scribentibus animum advertimus multa narrantibus sub historiæ specie, etiamsi non fateantur se fabulas scribere. Statim enim apparet eos fabulas admiscere non ob verorum ignorationem, sed delectationis causa monstra, et alia quæ esse non possunt, fingentes : videntur autem ob ignorationem hoc facere, quia de obscuris maxime et ignotis tam probabiliter fabulantur. Theopompus quidem diserte profitetur se in historia fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Ctesias, Hellanicus et Indicarum rerum scriptores.

36. Ceterum de oceani accidentibus dictum est sane sub fabulæ habitu : id enim sectari poetam decuit. Nam ab affluxu et refluxu figmentum Charybdis repetiit, quæ ne ipsa quidem omnino est Homeri commentum, sed ex iis adornata, quæ de freto Siculo narrantur. Si autem bis singulis diebus et noctibus fluxus isti reciproci eveniunt, Homerus autem ter fieri dixit (*Od.* M, 105) :

> Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet;

id quoque potest excusari. Non enim ignoratione historiæ dictum suspicari debes, sed tragicæ amplificationis causa et metus incutiendi. Nam Circe in sua oratione multum terroris addit avertendi causa, et mendacium etiam admiscet. Sic enim iisdem in versibus Circe loquitur :

> Terque die allidit fluctus, totiesque resorbet
> horrendum : cave sis ibi tu sorbente Charybdi;
> nam neque Neptunus posset tibi ferre salutem.

Atqui et interfuit Ulysses isti resorptioni, et evasit, ut ipse ait (*Od.* M, 431) :

> Illa quidem canas rursum sorpsit maris undas.
> Ast ego proceræ summa amplexus caprifici
> sublimis, ramo ceu noctua, prorsus adhæsi.

Deinde præstolatus tabulas naufragii, easque rursus arripiens, evasit. Mentita est ergo Circe, ut hic, ita in eo etiam, quod ter dixit fieri id, quod bis tantum fiebat : præsertim quum etiam usitata sit admodum hæc hyperbola, quum ter beatos, ter miseros dicant : et Homerus ipse (*Od.* E, 306),

> Argivi terque (quaterque) beati;

et (*Il.* Θ, 488),

> Grata, ter exoptata ;

et (*Il.* Γ, 363),

> Terque quaterque...

ἴσως δ' ἄν τις καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τεκμήραιτο, ὅτι ὑπαινίττεταί πως τὸ ἀληθές· μᾶλλον γὰρ [ἂν] ἐφαρμόττοι τῷ δὶς γενέσθαι τὴν παλίρροιαν κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτός, ἢ τῷ τρὶς τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια, ὀψὲ δὲ ἀναβληθῆναι ποθοῦντι καὶ συνεχῶς προσισχομένῳ τοῖς κλάδοις·

νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
ὀψ'· ἦμος τ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
καὶ τότε δή μοι δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

πάντα γὰρ ταῦτα χρόνου τινὸς ἔμφασιν ἀξιολόγου δίδωσι, καὶ μάλιστα τὸ τὴν ἑσπέραν ἐπιτεῖναι, (καὶ) μὴ κοινῶς εἰπόντα, ἡνίκα ὁ δικαστὴς ἀνίσταται, ἀλλ' ἡνίκα κρίνων νείκεα πολλά, ὥστε βραδῦναι πλέον τι. καὶ ἄλλως δὲ οὐ πιθανὴν ἂν ὑπέτεινε τῷ ναυαγῷ τὴν ἀπαλλαγήν, εἰ πρὶν ἀποσπασθῆναι πολὺ καὶ αὐτίκα εἰς τοὐπίσω παλίρρους μετέπιπτεν.

37. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ τὸν Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν, παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ οὓς τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. ἀλλ' εἰ μὲν μηδαμοῦ γέγονεν ἡ πλάνη, ἀλλ' ὅλον πλάσμα ἐστὶν Ὁμήρου τοῦτο, ὀρθὴ ἡ ἐπιτίμησις· ἤ, εἰ γέγονε μέν, περὶ ἄλλους δὲ τόπους, δεῖ λέγειν εὐθὺς καὶ περὶ τίνας, ἐπανορθούμενον ἅμα τὴν ἄγνοιαν. μήτε δὲ ὅλου πλάσματος εἶναι πιθανῶς λεγομένου, καθάπερ ἐπεδείκνυμεν, μήτ' ἄλλων τόπων κατὰ πίστιν μείζω δεικνυμένων, ἀπολύοιτ' ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος.

38. Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν, ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ περὶ Κύζικον, ἀρχήν φησι μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὅμηρον. τοῦτο δ' οὐ μόνον τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις μάχεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ. φησὶ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα Λέσβον μὲν πορθῆσαι καὶ ἄλλα χωρία, Λήμνου δ' ἀποσχέσθαι καὶ τῶν πλησίον νήσων διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα καὶ τὸν υἱὸν Εὔνεων συγγένειαν τότε τὴν νῆσον κατέχοντα. πῶς οὖν ὁ ποιητὴς τοῦτο μὲν ᾔδει, διότι συγγενεῖς ἢ ὁμοεθνεῖς ἢ γείτονες ἢ ὁπωσοῦν οἰκεῖοι ὑπῆρχον ὅ τε Ἀχιλλεὺς καὶ ὁ Ἰάσων (ὅπερ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θετταλοὺς ἀμφοτέρους εἶναι συνέβαινε, καὶ τὸν μὲν Ἰώλκιον, τὸν δ' ἐκ τῆς Φθιώτιδος Ἀχαιΐδος ὑπάρχειν), τοῦτο δ' ἠγνόει, πόθεν ἦλθε τῷ Ἰάσονι, Θετταλῷ καὶ Ἰωλκίῳ ὑπάρχοντι, ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν καταλιπεῖν διαδοχήν, Λήμνου δὲ καταστῆσαι κύριον τὸν υἱόν; καὶ Πελίαν μὲν ᾔδει καὶ τὰς Πελιάδας καὶ τὴν ἀρίστην αὐτῶν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς

Εὔμηλον, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν

Ex ipso tamen tempore collegerit aliquis forsitan Homerum veritatem sub involucro significasse. Nam reciprocationem fluctuum bis tantum in diem et noctem accidisse magis, quam ter, quadrat ad id, quod tanto tempore sub aquis morata sunt naufragii frusta et sero ejecta Ulyssi ea desideranti et continenter ramis adhærenti (*Od.* M, 437) :

Vi tenui summa, dum malus, dumque carina
insano pelagi rursum evomerentur ab æstu :
quæ mihi sera tamen votis persæpe petita
tempore sunt oblata illo, quo sole cadente
tam disceptatis multorum litibus ædes
ad proprias cœnamque foro solet ire relicto
judex : tum mihi ligna gravi emersere Charybdi.

Hæc omnia ostendunt non exiguum tempus significari : maxime quod vesperam intendi jam cœpisse ait, non simpliciter dicens « quando judex surgit », sed addens « disceptatis litibus multis », ut moratum aliquanto magis intelligas. Alioquin etiam parum probabilem naufragi sospitationem finxisset, si, antequam longius enatasset, retro rursus per refluxum in turbinem incidisset.

37. Ceterum Apollodorus, Eratosthenem defendens, Callimachum reprehendit, quod, tametsi grammaticus esset, tamen contra Homeri institutum, loca illa, circa quæ errores Ulyssis evenisse dicit, non in nostro mari, sed in oceano ponentis, Gaudum is ac Corcyram nominaverit. Verum si Ulysses omnino vagatus non est, sed tota res ab Homero conficta, merito reprehendit hominem : aut, si ille vagatus est, sed ad alia loca delatus, ea loca statim commemoranda erant, errorque corrigendus. Sed quum neque probabiliter dici possit rem totam esse commentitiam, quemadmodum ostendimus, neque majore fide alia loca commemorentur, liberandus sane hoc crimine est Callimachus.

38. Non recte etiam Demetrius Scepsius, sed et errorum quorundam causam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthem Cyzicenum majore contentione disputans, qui dixerat Argonautas, quum navigarent ad Phasin (quæ sit ab Homero et aliis testibus confirmata navigatio), Idææ matris templa, quæ sunt circa Cyzicum, fundavisse : omnino de Iasonis peregrinatione ad Phasin Homero nihil quicquam fuisse cognitum ait. Id vero non Homeri modo, sed ipsius quoque Demetrii dictis repugnat. Ait enim Achillem Lesbum et alia loca populatum, a Lemno et vicinis insulis abstinuisse ob cognationem cum Iasone et Euneo ejus filio, qui tunc Lemnum tenebat. Quomodo ergo poeta sciebat Achillem et Iasonem sive cognatos sive gentiles sive vicinos sive quocunque tandem modo familiares fuisse (quod aliunde fieri non potuit, nisi quod uterque Thessalus fuit, alter Iolcius, alter ex Achaia Phthiotide), illud vero ignorabat, unde Iasoni contigisset Thessalo et Iolcio, ut, quum domi nullam reliquisset posteritatem, filius ejus Lemnum obtineret? Scilicet Peliam quoque Homerus norat et ejus filias, earumque præstantissimam et ejus filium (*Il.* B, 214)

Eumelum,
natarum Peliæ quem præstantissima forma

Ἄλκηστις, Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη·

τῶν δὲ περὶ τὸν Ἰάσονα συμβάντων καὶ τὴν Ἀργὼ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας, τῶν μὲν ὁμολογουμένων παρὰ πᾶσιν ἀνήκοος ἦν, ἐν δὲ τῷ ὠκεανῷ τὸν παρ' Αἰήτου πλοῦν ἔπλαττεν, ἀρχὴν μηδεμίαν ἐξ ἱστορίας λαβών;

39. Ὡς μὲν γὰρ ἅπαντες λέγουσιν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὁ πλοῦς ἐπὶ Φᾶσιν ἔχει πιθανόν τι, τοῦ Πελίου στείλαντος, καὶ ἡ ἐπάνοδος καὶ ἡ ἐν τῷ παράπλῳ νήσων ὁσηδὴ ἐπικράτεια καὶ νὴ Δία ἡ ἐπὶ πλέον γενηθεῖσα πλάνη, καθάπερ καὶ τῷ Ὀδυσσεῖ καὶ τῷ Μενελάῳ, ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων καὶ πεπιστευμένων ἐστὶν ἐκ τῆς Ὁμήρου φωνῆς. ἥ τε γὰρ Αἶα δείκνυται περὶ Φᾶσιν πόλις· καὶ ὁ Αἰήτης πεπίστευται βασιλεῦσαι τῆς Κολχίδος, καὶ ἔστι τοῖς ἐκεῖ τοῦτ' ἐπιχώριον τοὔνομα. ἥ τε Μήδεια φαρμακὶς ἱστορεῖται, καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας ἐκ τῶν χρυσείων καὶ ἀργυρείων καὶ σιδηρείων (καὶ) δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας, καθ' ἣν καὶ Φρίξος πρότερον ἔστειλε τὸν πλοῦν τοῦτον· καὶ ἔστιν ὑπομνήματα τῆς ἀμφοῖν στρατείας τό τε Φρίξειον τὸ ἐν τοῖς μεθορίοις τῆς τε Κολχίδος καὶ τῆς Ἰβηρίας, καὶ τὰ Ἰασόνεια, [ἃ] πολλαχοῦ καὶ τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς Μηδίας καὶ τῶν πλησιοχώρων αὐταῖς τόπων δείκνυται. καὶ μὴν καὶ περὶ Σινώπην καὶ τὴν ταύτης παραλίαν καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον μέχρι τῶν κατὰ τὴν Λῆμνον τόπων λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς τε Ἰάσονος στρατείας καὶ τῆς Φρίξου· τῆς δ' Ἰάσονος καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων καὶ μέχρι τῆς Κρήτης καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τοῦ Ἀδρίου, ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τοτὲ μὲν

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ

λέγων [ἐν ἐλεγείᾳ, ἧς ἡ ἀρχή·]

Ἀρχμενος, ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου,
αὖτις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην·

τοτὲ δὲ περὶ τῶν Κόλχων,

οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ
λᾶα πάρα ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

τινὲς δὲ καὶ τὸν Ἴστρον ἀναπλεῦσαί φασι μέχρι πολλοῦ τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα, οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Ἀδρίου· οἱ μὲν κατὰ ἄγνοιαν τῶν τόπων, οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ἴστρον ἐκ τοῦ μεγάλου Ἴστρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ἐκβάλλειν εἰς τὸν Ἀδρίαν φασί· τὰ δὲ οὐκ ἀπιθάνως οὐδ' ἀπίστως λέγοντες.

40. Τοιαύταις δή τισιν ἀφορμαῖς ὁ ποιητὴς χρησάμενος τὰ μὲν ὁμολογεῖ τοῖς ἱστορουμένοις, προσμυθεύει δὲ τούτοις, ἔθος τι φυλάττων καὶ κοινὸν καὶ ἴδιον. ὁμολογεῖ μέν, ὅταν Αἰήτην ὀνομάζῃ, καὶ τὸν Ἰάσονα καὶ τὴν Ἀργὼ λέγῃ, καὶ παρὰ [τὴν Αἶην] τὴν Αἰαίην πλάττῃ, καὶ τὸν Εὔνεων ἐν Λήμνῳ καθιδρύῃ, καὶ ποιῇ τῷ

Alcestis tulit Admeto præclara marito :

quæ autem Iasoni evenissent et Argo navi ac Argonautis, et ab omnibus pro confessis habentur, de iis nihil acceperat, sed navigationem ab Æeta in oceano confinxerat, nullo ex historia petito principio?

39. Omnium quidem consensu illa expeditio in Phasin jussu Pelei instituta, reditus, et occupatio qualiscunque insularum inter navigandum, verisimilis est; atque hercle etiam longiores Iasonis errores, sicut res et Ulyssis et Menelai verisimiles judicari debent ob ea quæ hodieque monstrantur et fidem inveniunt ex Homeri carminibus. Nam et Æa urbs ad Phasin ostenditur, et Æetam Colchidis regem fuisse pro certo habetur, idque nomen ea in regione usitate geritur; et Medeæ veneficæ historia exstat, et divitiæ istarum regionum ex auri, argenti ferrique metallis justam ejus expeditionis causam ostendunt, quæ etiam Phrixum antea ad eandem impulerat navigationem. Exstantque utriusque navigationis monumenta, Phrixeum in confinio Colchidis et Iberiæ, et Iasonea, quæ passim in Armenia, Media et finitimis locis monstrantur. Quin et circa Sinopen ejusque oram maritimam, Propontidem, Hellespontum usque ad Lemnum, multa perhibentur Iasonis et Phrixi expeditionum indicia; tum Iasonis et persequentium eum Colchorum, usque ad Cretam et Italiam atque Adriam, quorum nonnulla Callimachus notavit, modo :

Ægleten, Anaphen, Spartanæ proxima Theræ,

dicens [*in elegia, cujus initium :*]

Dic ut ab Æeta heroum turba Cytæo
rursus ad antiquam naviget Æmoniam;

modo de Colchis :

Secessum maris Illyrici simul ac tetigerunt,
finem remigio mox statuere suo.
Harmonie dirumque ubi serpentem induit olim,
oppidulum ad lævam constituere sibi :
nomen ab exulibus Græco sermone notatur,
ast illam dicit Colchica lingua Polas.

Quidam etiam bonam Istri partem adverso flumine subvectos Iasonem cum suis autumant, nonnulli usque ad Adriam : alii ignoratione locorum decepti, alii Istrum quendam fluvium e magno illo ortum Istro in mare Adriaticum exire aiunt, alia tamen non absurda aut a fide veri aliena dicentes.

40. Hujusmodi ergo occasionibus usus poeta in quibusdam cum historia consentit, quædam etiam affingit, morem servans et communem et suum. Cum historia consentit quando Æetan nominat, et Iasonem, et Argo, et ab Æa Ææam fingit et in Lemno Euneum collocat, eamque insulam

Ἀχιλλεῖ φίλην τὴν νῆσον, καὶ παρὰ τὴν Μήδειαν τὴν Κίρκην φαρμακίδα ποιῇ,

αὐτοκασιγνήτην ὀλοόφρονος Αἰήταο·

προσμυθοποιεῖ δὲ τὸν ἐξωκεανισμὸν τὸν κατὰ τὴν πλάνην συμβάντα τὴν ἀπ' ἐκείνου τοῦ πλοῦ. ἐπεὶ κἀκεῖνο, ὑποκειμένων μὲν τούτων, εὖ λέγεται,

Ἀργὼ πασιμέλουσα,

ὡς ἐν γνωρίμοις τόποις καὶ εὐανδροῦσι τῆς ναυστολίας γενομένης· εἰ δ', ὥσπερ ὁ Σκήψιός φησι παραλαβὼν μάρτυρα Μίμνερμον, ὃς ἐν τῷ ὠκεανῷ ποιήσας τὴν οἴκησιν τοῦ Αἰήτου πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἐκτὸς πεμφθῆναί φησιν ὑπὸ τοῦ Πελίου τὸν Ἰάσονα καὶ κομίσαι τὸ δέρος, οὔτ' ἂν ἡ ἐπὶ τὸ δέρος ἐκεῖσε πομπὴ πιθανῶς λέγοιτο εἰς ἀγνῶτας καὶ ἀφανεῖς τόπους, οὔθ' ὁ δι' ἐρήμων καὶ ἀοίκων [καὶ] καθ' ἡμᾶς τοσοῦτον ἐκτετοπισμένων πλοῦς οὔτ' ἔνδοξος οὔτε πασιμέλων.

(οὐδέ κοτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδόν,
ὑβριστῇ Πελίῃ τελέων χαλεπῆρες ἄεθλον,
οὐδ' ἂν ἐπ' ὠκεανοῦ καλὸν ἵκοντο ῥόον·

καὶ ὑποβάς,

Αἰήταο πόλιν, τόθι τ' ὠκέος ἠελίοιο
ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ
ὠκεανοῦ παρὰ χείλεσ', ἵν' ᾤχετο θεῖος Ἰήσων.)

ΚΕΦ. Γ'.

Οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ πιστεύων καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις. καὶ γὰρ εἴ τι λέγουσιν ἀληθές, οὐ μάρτυσί γε ἐκείνοις χρηστέον περὶ αὐτοῦ, οὐδὲ πιστευτέον διὰ τοῦτο· ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν μόνων τῷ τοιούτῳ τρόπῳ χρηστέον, οἳ πολλὰ μὲν εἰρήκασιν εὖ, πολλὰ δὲ καὶ παραλελοίπασιν ἢ οὐχ ἱκανῶς ἐξεῖπον, οὐδὲν δ' ἐψευσμένως. ὁ δὲ Δαμάστῃ χρώμενος μάρτυρι οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς αὐτὸς εἴρηκε διαβάλλων τὴν φλυαρίαν: καὶ τούτου δ' ἕνα τῶν λήρων αὐτὸς λέγει, τὸν μὲν Ἀράβιον κόλπον λίμνην ὑπολαμβάνοντος εἶναι, Διότιμον δὲ τὸν Στρομβίχου πρεσβείας Ἀθηναίων ἀφηγούμενον διὰ τοῦ Κύδνου ἀναπλεῦσαι ἐκ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Χοάσπην ποταμόν, ὃς παρὰ τὰ Σοῦσα ῥεῖ, καὶ ἀφικέσθαι τεσσαρακοσταῖον εἰς Σοῦσα· ταῦτα δ' αὐτῷ διηγήσασθαι αὐτὸν τὸν Διότιμον. εἶτα θαυμάζειν, εἰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν ἦν δυνατὸν διακόψαντα τὸν Κύδνον εἰς τὸν Χοάσπην ἐκβαλεῖν.

2. Οὐ μόνον δὲ ταῦτ' ἄν τις ἐπισημήναιτο, ἀλλ' ὅτι καὶ περὶ τῶν πόντων οὐδὲ καθ' ἑαυτόν πω γνώριμα

Achilli amicam facit, et imitatione Medeæ, Circen veneficam facit (*Od.* K, 137),

Æetæ immani præstantis mente sororem.

Affingit autem egressum in oceanum, qui evenerit in erroribus post illam expeditionem. Sed et hoc, istis positis, bene dicitur (*Od.* M, 70) :

Quæ magni cunctis facta est mortalibus Argo :

quod nimirum navigatio illa fuit in locis nobilibus, et ubi multi homines incolerent. Si vero, quod Scepsius vult teste Mimnermo usus, in oceano habitavit (sic enim Mimnermus) exteriore versus orientem Æetas, eoque missus est a Pelia Iason ad vellus afferendum : profecto neque verisimilis est illa velleris causa missio ad ignota et obscura loca, neque navigatio per deserta et inculta tamque nostra quoque ætate procul remota vel gloriosa potuit esse, vel cujus omnes haberent homines rationem. [*Mimnermi versus fortasse ab lectore additi* :]

(Nec rutilum ex Æa ferret satus Æsone vellus,
difficile undosum per mare mensus iter,
injusti jussu Peliæ certamine obito,
nec pervenisset flumen ad oceani,

ac deinde :

Æetæ muros : celeres Hyperionis illic
auratis recubant in thalamis radii
litus ad oceani, qua divus vectus Iason.)

CAP. III.

Id quoque non recte Eratosthenes, quod crebram facit hominum memoria indignorum mentionem, modo reprehendens, modo eorum utens testimoniis et fidem adhibens, ut Damastæ et aliis similibus. Nam etsi aliquid ii veri dicunt, tamen iis id testibus comprobandum aut propter ipsos credendum non est : hoc modo tantum auctoritate præditis viris utendum, qui multa recte tradiderunt, multa etiam omiserunt aut non satis explicarunt, nihil vero mendaciis depravarunt. Is autem Damasten producens testem, nihil ab eo differt, qui testem citat Bergæum aut Messenium Euhemerum aliosve, quos ipse nominat, eorum traducens futilitatem. Atque de ejus nugis unum ipse exemplum refert, quod sinum Arabicum existimaverit esse paludem : item, Diotimum Strombichi filium, ducem legationis Atheniensium, e Cilicia adverso fluvio Cydno in Choaspen fluvium navigasse, qui Susa alluit, ac quadraginta dierum spatio Susa pervenisse : idque ipsum sibi narrasse Diotimum. Deinde mirari se ait, si Cydnus Euphraten ac Tigrin potuit secare, et in Choaspen exire.

2. Non hæc tantum notari possunt, sed id quoque, quod ne sua quidem ætate satis constare ait notitiam marium

εἶναί φησι τὰ καθ' ἕκαστα ἀκριβολογούμενα, καὶ κελεύσας ἡμῖν μὴ ῥᾳδίως τοῖς τυχοῦσι πιστεύειν, καὶ τὰς αἰτίας διὰ μακρῶν ἀποδούς, δι' ἃς οὐδὲ πιστευτέον, οἷον περὶ τῶν κατὰ τὸν Πόντον καὶ τὸν Ἀδρίαν, αὐτὸς ἐπίστευσε τοῖς τυχοῦσι. τοιγάρτοι τὸν μὲν Ἰσσικὸν κόλπον ἐπίστευσεν ἑωθινώτατον τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης σημεῖον, τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα τὴν ἐν τῷ τοῦ Πόντου μυχῷ σχεδόν τι καὶ τρισχιλίοις σταδίοις ἑωθινωτέρου ὄντος καὶ κατ' αὐτὸν ἐκ τοῦ σταδιασμοῦ οὗ φησι· τοῦ τε Ἀδρίου καὶ τὰ ἀρκτικὰ καὶ τὰ ἔσχατα διεξιὼν οὐδενὸς ἀπέχεται μυθώδους. πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τε νῆσον καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους, περὶ ὧν μνησθησόμεθα καὶ ὕστερον. εἰπών τε τοὺς ἀρχαιοτάτους πλεῖν καὶ κατὰ λῃστείαν ἢ ἐμπορίαν, μὴ πελαγίζειν δέ, ἀλλὰ παρὰ γῆν, καθάπερ τὸν Ἰάσονα, ὅνπερ καὶ μέχρι τῆς Ἀρμενίας καὶ Μηδίας ἐκ τῶν Κόλχων στρατεῦσαι ἀφέντα τὰς ναῦς, ὕστερόν φησι τὸ παλαιὸν οὔτε τὸν Εὔξεινον θαρρεῖν τινα πλεῖν, οὔτε παρὰ Λιβύην καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν. εἰ μὲν οὖν τοὺς πάλαι τοὺς πρὸ τῆς ἡμετέρας λέγει μνήμης, οὐδὲν ἐμοὶ μέλει περὶ ἐκείνων λέγειν, οὔτ' εἰ ἔπλεον, οὔτ' εἰ μή. εἰ δὲ περὶ τῶν μνημονευομένων, οὐκ ἂν ὀκνήσαι τις εἰπεῖν ὡς οἱ παλαιοὶ μακροτέρας ὁδοὺς φανοῦνται καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν τελέσαντες τῶν ὕστερον, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις· οἷον Διόνυσος καὶ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς ὁ Ἰάσων, ἔτι δ' οἱ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενοι, Ὀδυσσεὺς καὶ Μενέλαος. καὶ Θησέα δὲ καὶ Πειρίθουν μακρὰς εἰκός ἐστι στρατείας ὑπομείναντας καταλιπεῖν δόξαν περὶ ἑαυτῶν ὡς εἰς Ἅδου καταβάντας, τοὺς δὲ Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων. ἥ τε Μίνω θαλαττοκρατία θρυλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία, οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωικῶν ὕστερον. Αἰνείαν δὲ καὶ Ἀντήνορα καὶ Ἐνετοὺς καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου πλανηθέντας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων νομίσαι; συνέβη γὰρ δὴ τοῖς τότε Ἕλλησιν ὁμοίως καὶ τοῖς βαρβάροις διὰ τὸν τῆς στρατείας χρόνον ἀποβαλεῖν τά τε ἐν οἴκῳ καὶ τῇ στρατείᾳ πορισθέντα· ὥστε μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου καταστροφὴν τούς τε νικήσαντας ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι διὰ τὰς ἀπορίας, καὶ πολὺ μᾶλλον τοὺς ἡττηθέντας καὶ περιγενομένους ἐκ τοῦ πολέμου. καὶ δὴ καὶ πόλεις ὑπὸ τούτων πλεῖσται κτισθῆναι λέγονται κατὰ πᾶσαν τὴν ἔξω τῆς Ἑλλάδος παραλίαν, ἔστι δ' ὅπου καὶ τὴν μεσόγαιαν.

3. Εἰπὼν δὲ καὶ αὐτός, ὁπόσον προὔβη τὰ τῆς οἰκουμένης εἰς γνῶσιν τοῖς μετ' Ἀλέξανδρον καὶ κατ' αὐτὸν ἤδη, μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸν περὶ τοῦ σχήματος λόγον, οὐχὶ περὶ τοῦ τῆς οἰκουμένης, ὅπερ ἦν οἰκειότερον τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, ἀλλὰ τοῦ τῆς συμπάσης γῆς· δεῖ μὲν γὰρ καὶ τούτου μνησθῆναι, μὴ ἀτάκτως δέ. εἰπὼν οὖν,

per singula accurate traditam: jubensque non facile quibusvis credere, et prolixe rationes reddens, quare non sit credendum, velut in iis quæ de Ponto et Adria narrantur, ipse cuique credidit. Itaque ergo Issicum sinum nostrorum marium omnium maxime versus orientem situm credidit; quum, quod est ad Dioscuriadem in imo Ponti secessu situm mare, fere tribus stadiorum millibus sit orienti vicinius, vel ex ab ipso tradita stadiorum dimensione: Adriæque partes septentrionales et extremas enarrans, nihil fabularum prætermittit. Multis quoque fabulosis de iis quæ sint extra columnas Herculis, fidem adhibuit, Cernam insulam nominans aliaque loca, quæ hodie exstant nusquam, de quibus etiam postea memorabimus. Quumque dixisset priscos navigasse et prædatum et mercatum, non ut in altum eveherentur, sed tantum litus legerent, ut et Iason, qui relictis navibus terra expeditionem e Colchis in Armeniam et Mediam usque fecerit: postea inquit, antiquitus neque Euxinum mare, neque juxta Africam aut Syriam aut Ciciliam quenquam navigare ausum. Qui si per priscos intelligit eos qui ante nostram fuerunt memoriam, nihil me attinet de iis dicere, navigarintne an non navigarint. Sin de iis loquitur, quorum ad nos perlata est memoria, equidem nihil verear dicere antiquos manifesto longiora terra marique confecisse itinera quam posteros, si quidem historiis fides adhibenda est. Perhibentur enim Bacchus, Hercules, et ipse Iason: tum ab Homero commemorati Ulysses et Menelaus. Theseum quoque et Pirithoum probabile est propterea, quod longinquas fecerint expeditiones, hanc de se opinionem in animis hominum reliquisse, quod ad inferos descenderint: eademque de causa Castores maris esse procuratores dictos ac navigantium servatores. Vulgatum est etiam sermonibus Minois in mare imperium, et Phœnicum navigatio, qui etiam extra columnas Herculis progressi sunt, ibique et in media Africæ ora maritima urbes condiderunt paulo post Trojani belli tempora. Æneam quoque, Antenorem, et Enetos, atque in universum eos qui a bello Trojano per totum orbem terrarum dispersi vagatique sunt, nonne æquum est inter priscos recenseri? Usu venit enim istius belli tempore quum Græcis tum barbaris, ut et quæ domi possidebant, amitterent, et quæ bello adepti essent: itaque everso Ilio et victores ob inopiam prædationibus sese dederunt, et multo magis victi, qui illi bello fuissent superstites. Atque adeo urbes ab his plurimæ feruntur conditæ per omnem, quæ extra Græciam est, oram maritimam, et aliquæ etiam mediterraneæ.

3. Deinde Eratosthenes, postquam disseruit quantum sit profectum in terræ habitatæ cognitione eorum ætate qui post Alexandrum fuerunt, atque adeo jam eo vivente, transit ad disputationem de figura terræ, nimirum non de habitatæ, quod magis ad hanc tractationem pertinebat, sed de universæ terræ figura agens. Oportebat quidem hujus quoque mentionem facere, sed non confuse. Postquam

ὅτι σφαιροειδὴς ἡ σύμπασα, οὐχ ὡς ἐκ τόρνου δέ, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀνωμαλίας, ἐπιφέρει τὸ πλῆθος τῶν ἐν μέρει μετασχηματισμῶν αὐτῆς, οἳ συμβαίνουσιν ἔκ τε ὕδατος καὶ πυρὸς καὶ σεισμῶν καὶ ἀναφυσημάτων καὶ ἄλλων τοιούτων, οὐδ' ἐνταῦθα τὴν τάξιν φυλάττων. τὸ μὲν γὰρ σφαιροειδὲς περὶ ὅλην τὴν γῆν ἀπὸ τῆς τοῦ ὅλου ἕξεως συμβαίνει, οἱ δὲ τοιοῦτοι μετασχηματισμοὶ τὴν μὲν ὅλην γῆν οὐδὲν ἐξαλλάττουσιν (ἐν γὰρ τοῖς μεγάλοις ἐναφανίζεται τὰ οὕτω μικρά), τῆς δὲ οἰκουμένης διαθέσεις ἑτέρας καὶ ἑτέρας τινὰς ἀπεργάζονται, καὶ τὰς προσεχεῖς αἰτίας ἄλλας καὶ ἄλλας ἔχουσι.

4. Μάλιστα δέ φησι ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόγχων καὶ ὀστρέων καὶ χηραμύδων πλῆθος καὶ λιμνοθάλατται, καθάπερ φησὶ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ ὁδὸν τρισχιλίων σταδίων οὖσαν· πολλὴν γὰρ εἶναι χύσιν ὀστρέων, ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλούς, ἀναφυσήματά τε θαλάττης εἰς ὕψος ἀναβάλλειν, πρὸς ᾧ καὶ ναυάγια θαλαττίων πλοίων δείκνυσθαι, ἃ ἔφασαν διὰ τοῦ χάσματος ἐκβεβράσθαι, καὶ ἐπὶ στυλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας ἐπιγραφὴν ἔχοντας Κυρηναίων θεωρῶν. ταῦτα δ' εἰπὼν τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τοῦ φυσικοῦ, καὶ ἔτι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· τοῦ μὲν Ξάνθου λέγοντος ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμόν, ὥστ' ἐκλιπεῖν ποταμοὺς καὶ λίμνας καὶ φρέατα· αὐτόν τε εἰδέναι πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάττης λίθον τε κογχυλιώδη καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμύδων τυπώματα καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις καὶ Ματιηνοῖς καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω, ὧν ἕνεκα πείθεσθαι τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι. τοῦ δὲ Στράτωνος ἔτι μᾶλλον ἁπτομένου τῆς αἰτιολογίας, ὅτι φησὶν οἴεσθαι τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας, εἶτ' ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. τὸ δ' αὐτὸ συμβῆναι καὶ περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸν κατὰ Στήλας ἐκραγῆναι πόρον, πληρωθείσης ὑπὸ τῶν ποταμῶν τῆς θαλάττης, κατὰ δὲ τὴν ἔκρυσιν ἀνακαλυφθῆναι τὰ τεναγώδη πρότερον. φέρει δ' αἰτίαν, πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἔξω θαλάττης καὶ τῆς ἐντὸς τοὔδαφος ἕτερόν ἐστιν, ἔπειθ' ὅτι καὶ νῦν ἔτι ταινία τις ὕφαλος διατέταχεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην, ὡς ἂν [μὴ] μιᾶς οὔσης πρότερον τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτός. καὶ βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον, τὸ δὲ Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν καὶ Σαρδῷον πέλαγος σφόδρα βαθέα. τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων καὶ μεγίστων ῥεόντων ἀπὸ τῆς ἄρκτου καὶ τῆς ἀνατολῆς, ἐκεῖνα μὲν ἰλύος πληροῦσθαι, τὰ ἄλλα δὲ μένειν βαθέα. διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν θάλατταν, τάς τ' ἐκρύσεις γίνεσθαι εἰς οὓς ἐγκέκλιται τόπους τὰ ἐδάφη. δοκεῖν δὲ κἂν χωσθῆναι τὸν Πόντον ὅλον εἰς ὕστερον, ἂν μένωσιν αἱ ἐπιρρύσεις τοιαῦται· καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τόν τε Σαλμυδησσὸν καὶ τὰ

ergo dixit totam terram esse globi formâ, non ut torno facti, sed qui habeat quasdam inæqualitates; infert multitudinem singularum mutationum, quæ formæ ejus accidunt ab aqua, igne, concussionibus, exhalationibus, aliisque similibus, ne hic quidem observato ordine. Universi quippe dispositio efficit ut terra tota globi sit forma; hujusmodi autem mutationes, figuræ totius terræ qualitatem non mutant, quum in magnis tam exigua ad nihilum redigantur; in habitata tamen terra istæ mutationes multiplicem efficiunt varietatem, habentque alias atque alias proximas causas.

4. Id autem ait maxime quæstionem movere, quomodo in mediterraneis a mari ad duo vel tria stadiorum millia dissitis inveniatur multis locis concharum ostreorumque et cheramydum multitudo, tum lacus aqua salsa stagnantes; sicuti, ait, circa Ammonis templum et iter quod ad illud ducit, longum tria stadiorum millia, multum esse ostreorum diffusum, salisque etiamnum inveniri multum, et maris in altum rejici exsufflationes, ibidemque in mari fractarum navium ostendi frusta, quæ maris motu ferantur esse ejecta, et in columnulis esse positos delphinas cum hac inscriptione « Cyrenæorum ad solenne spectaculum missorum. » His dictis, Stratonis physici laudat sententiam, et Xanthi Lydi. Xanthus dixerat, Artaxerxis ætate ingentem fuisse siccitatem, adeo ut defecerint paludes, flumina et putei; vidisse autem se passim procul a mari lapides conchylii formam referentes, aut pectinum, aut cheramydum effigies; tum marinum lacum in Armenia et Matienis, inque Phrygia inferiori : quas ob causas sibi persuasum esse campos istos aliquando fuisse mare. Strato autem ad causæ explicationem magis accedens, existimare se ait Euxinum mare caruisse aliquando eo exitu qui est ad Byzantium; sed flumina quæ in id effunduntur, vi eum aperuisse, itaque aquam in Propontidem et Hellespontum erupisse. Idem nostro quoque mari accidisse; nam in eo quoque apud Columnas fretum perrupisse, mari a fluminibus repleto, eaque effusione aquæ detecta esse loca prius palustria. Causam autem affert, primum quod externi maris aliud est solum quam interni; deinde quod etiamnum terra quædam fasciæ instar in longum porrecta sub mari ab Europa in Africam protenditur, quia nimirum prius mare externum atque internum non fuerint unum. Pontum porro esse omnium minime altum, profundissima vero Creticum, Siculum, Sardoumque maria. Quum enim plurimi ac maximi fluvii a septentrione et ortu fluant, Pontum cœno impleri, cetera autem maria manere profunda; ideoque dulcissimam esse Ponti aquam, fierique effluxus in eos locos, quo inclinatus sit fundus. Putat quoque fore ut, si hujusmodi affluxus fluviorum perduret, aliquando totus Pontus aggere oppleatur terræ : nam jam nunc in paludem conversam esse sinistram Ponti partem, ubi est Salmydessus, et quæ

καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν τὰ περὶ τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. τάχα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὸν πρότερον ἐπὶ τῆς θαλάττης ὂν ἐκρύσεως γενομένης νῦν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖσθαι. εἰκάζει τε τὸ μαντεῖον εὐλόγως ἐπὶ τοσοῦτον γενέσθαι ἐπιφανές τε καὶ γνώριμον ἐπὶ θαλάττῃ ὄν· τόν τε ἐπὶ πολὺ οὕτως ἐκτοπισμὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης οὐκ εὔλογον ποιεῖν τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφάνειαν καὶ δόξαν. τήν τε Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν θαλάττῃ κλύζεσθαι μέχρι τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ Πηλούσιον, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος καὶ τὴν Σιρβωνίδα λίμνην· ἔτι γοῦν καὶ νῦν κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῆς ἁλμυρίδος ὀρυττομένης ὑφάμμους καὶ κογχυλιώδεις εὑρίσκεσθαι τοὺς βόθρους, ὡς ἂν τεθαλαττωμένης τῆς χώρας καὶ τοῦ τόπου παντὸς τοῦ περὶ τὸ Κάσιον καὶ τὰ Γέρρα καλούμενα τεναγίζοντος, ὥστε συνάπτειν τῷ τῆς Ἐρυθρᾶς κόλπῳ· ἐνδούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀνακαλυφθῆναι, μεῖναι δὲ τὴν Σιρβωνίδα λίμνην, εἶτ' ἐκραγῆναι καὶ ταύτην, ὥστε ἑλώδη γενέσθαι. ὡς δ' αὕτως καὶ τῆς Μοίριδος λίμνης τοὺς αἰγιαλοὺς θαλάττης μᾶλλον ἢ ποταμοῦ προσεοικέναι. τὸ μὲν οὖν ἐπικλύζεσθαί ποτε πολὺ μέρος τῶν ἠπείρων ἐπὶ καιρούς τινας καὶ πάλιν ἀνακαλύπτεσθαι δοίη τις ἄν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ τοῖς ἐδάφεσιν ἀνώμαλον εἶναι τὴν γῆν ἅπασαν τὴν νῦν ὕφαλον, καθάπερ γε νὴ Δία καὶ τὴν ἔξαλον, ἐν ᾗ οἰκοῦμεν, τοσαύτας γε δεχομένην, ὅσας αὐτὸς Ἐρατοσθένης εἴρηκε μεταβολάς· ὥστε πρός γε τὸν Ξάνθου λόγον οὐδὲν ἂν ἔχοι τις προσφέρειν ἄτοπον.

5. Πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἄν, ὅτι πολλῶν αἰτίων ὄντων ἀφεὶς ταῦτα τὰ μὴ ὄντα αἰτιᾶται. πρώτην γὰρ αἰτίαν φησίν, ὅτι τῆς ἐντὸς θαλάττης καὶ τῆς ἐκτὸς οὐ ταὐτὸν τὸ ἔδαφος καὶ ὁ βυθός. πρὸς γὰρ τὸ μετεωρίζεσθαι ταύτην καὶ ταπεινοῦσθαι καὶ ἐπικλύζειν τόπους τινὰς καὶ ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῶν οὐ τοῦτό ἐστιν αἴτιον, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐδάφη τὰ μὲν ταπεινότερα εἶναι τὰ δὲ ὑψηλότερα, ἀλλὰ τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν μετεωρίζεσθαι, ποτὲ δ' αὖ ταπεινοῦσθαι καὶ συνεξαίρειν ἢ συνενδιδόναι τὸ πέλαγος· ἐξαρθὲν μὲν γὰρ ἐπικλύσαι ἄν, ταπεινωθὲν δὲ ἀναδράμοι ἂν εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. εἰ γὰρ [οὐχ] οὕτω, δεήσει πλεονασμῷ τῆς θαλάττης αἰφνιδίῳ γενομένῳ τὴν ἐπίκλυσιν συμβαίνειν, καθάπερ ἐν ταῖς πλημμυρίσιν ἢ ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ποταμῶν, τοτὲ μὲν ἐπενεχθέντος ἑτέρωθεν, τοτὲ δ' αὐξηθέντος τοῦ ὕδατος. ἀλλ' οὔθ' αἱ αὐξήσεις ἀθρόαι καὶ αἰφνίδιοι γίνονται, οὔθ' αἱ πλημμυρίδες τοσοῦτον ἐπιμένουσι χρόνον, οὐδ' ἄτακτοί εἰσιν, οὔτε κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζουσι θάλατταν, οὐδ' ὅπου ἔτυχε. λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι τὸ ἔδαφος ἢ τὸ τῇ θαλάττῃ ὑποκείμενον ἢ τὸ ἐπικλυζόμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ὕφαλον. πολὺ γὰρ εὐκινητότερον καὶ μεταβολὰς θάττους δέξασθαι δυνάμενον τὸ ἔνυγρον· καὶ γὰρ τὸ πνευματικὸν τὸ πάντων τῶν τοιούτων αἴτιον πλέον ἐνταῦθα. ἀλλ', ὡς ἔφην, τῶν τοιούτων ἀπεργαστικόν ἐστι παθῶν τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν ἐξαίρεσθαι ποτὲ δὲ ὑφίζησιν λαμβάνειν, οὐ τὸ τὰ μὲν εἶναι ὑψηλὰ τὰ δὲ ἧττον· ὁ δὲ τοῦτο λαμβάνει, νομίζων

Stethe, (*id est* Pectora) a nautis vocantur circa Istrum, et Scytharum desertum. Fortassis etiam Ammonis templum aliquando in mari jacuisse, quod nunc maris effluxu facto sit in media terra. Atque conjicit se, oraculum illud optima ratione tam illustre ac celebre factum esse, quod in mari esset situm, neque ejus gloriam probabile esse tantam potuisse exsistere, quanta nunc est, si tam longe fuisset a mari dissitum. Sed et Ægyptum priscis temporibus mari fuisse inundatam usque ad paludes quæ sunt apud Pelusium et ad Casium montem ac Sirbonidem lacum. Nam etiamnum, quando salsugo in Ægypto effoditur, fossas arenosas et conchyliis refertas inveniri, nimirum regione mari olim tecta, et locis quæ circa Casium sunt et Gerrha quæ vocantur, palude oppletis, adeo ut cum Rubro mari connecterentur: post, mari recedente, ea fuisse detecta loca, et mansisse lacum Sirbonidem, qui ipse postea ita eruperit, ut paludis naturam induerit. Similiter etiam ripas lacus Mœridis littori maris quam fluvii esse similiores. Enimvero multas continentis terræ partes aliquamdiu olim aquis tectas, rursumque inde retectas fuisse, concedat aliquis: itemque terram fundis suis inæqualem esse, quæ nunc aqua integitur, eodem hercle modo quo ea quæ supra mare exstat et a nobis habitatur, tot obnoxiam quot Eratosthenes dixit mutationibus. Itaque Xanthi quidem ratio non potest ullo labefactari absurdo.

5. Adversus Stratonem autem dici potest, quod, quum multæ sint veræ causæ, iis omissis falsas ipse proposuerit. Principem enim causam esse ait, quod maris interni, atque externi non idem est solum eademque profunditas. Quod enim hoc attollitur aut subsidit, et vel inundat quædam loca, vel ab iis recedit, ejus rei causa non est quod alia aliis sola humiliora sunt aut altiora; sed quod idem solum modo attollitur, modo deprimitur, simulque etiam vel attollitur vel subsidit mare: itaque vel exundat sublatum, vel depressum in suum redit locum. Sin minus, necesse erit ut subito maris incremento eluvies fiat, sicut in æstus exundatione fit et vel in ascensione fluminum, ab altera ibi parte aquis translatis, hic auctis. Atqui neque incrementa confertim et subito accidunt, neque æstu maris eruptiones tantum durant temporis, neque nullo fiunt ordine, neque secundum nostrum mare exundationem faciunt, neque quibusvis in locis. Restat ut causam ascribamus solo, sive quod mari subest, sive quod inundatur; potius tamen ei quod mari subest. Hoc enim multo est mobilius, et quod ob humiditatem celerius mutari possit. Ventis enim, hujusmodi omnium rerum causæ, ibi est major vis. Sed, sicuti dixi, causa horum efficiens accidentium est, quod eadam sola alias attolluntur, alias subsidunt, non quod alia aliis sunt altiora, quod Strato sumpsit, putans rem ut in flu-

ὅπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν συμβαίνει, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης ἀπαντᾶν, τὸ ἀπὸ τῶν μετεώρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν. οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦ κατὰ Βυζάντιον ῥοῦ τὸ ἔδαφος ᾐτιᾶτο, λέγων ὑψηλότερον τὸ τοῦ Εὐξείνου ἢ τὸ τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ ἑξῆς πελάγους, ἅμα καὶ αἰτίαν προστιθείς· ἀπὸ γὰρ τῆς ἰλύος τῆς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένης πληροῦσθαι τὸν βυθὸν καὶ βραχὺν γίνεσθαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ῥεῖν εἰς τὰ ἐκτός. τὸν δ' αὐτὸν λόγον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν θάλατταν σύμπασαν μεταφέρει πρὸς τὴν ἐκτός, ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοὔδαφος ποιούσης τοῦ ὑποκειμένου τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει· καὶ γὰρ αὕτη ἐκ πολλῶν ποταμῶν πληροῦται, καὶ τὴν ὑπόσταθμην τῆς ἰλύος δέχεται τὴν ἀνάλογον. ἐχρῆν οὖν καὶ τὸν εἴσρουν ὅμοιον γίνεσθαι τῷ κατὰ Βυζάντιον τὸν κατὰ Στήλας καὶ τὴν Κάλπην. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐῶ· ἐροῦσι γὰρ κἀκεῖ τοῦτο συμβαίνειν, περισπᾶσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων καὶ ἐπικρύπτεσθαι.

6. Ἐκεῖνο δὲ πυνθάνομαι, τί ἐκώλυε, πρὶν ἀνεῳγέναι τὸ στόμα τὸ κατὰ Βυζάντιον, ταπεινότερον ὂν τὸ τοῦ Εὐξείνου ἔδαφος τοῦ τῆς Προποντίδος καὶ τῆς ἑξῆς θαλάττης πληρωθῆναι ὑπὸ τῶν ποταμῶν, εἴτε θάλατταν οὖσαν καὶ πρότερον εἴτε λίμνην μείζω τῆς Μαιώτιδος; εἰ γὰρ τοῦτο συγχωροῖτο, προσερήσομαι καὶ τοῦτο· ἆρά γε ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ὕδατος ἐκείνου καὶ τοῦ τῆς Προποντίδος οὐχ οὕτως εἶχεν, ὥστε, μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν, μὴ βιάζεσθαι πρὸς ἔκρυσιν διὰ τὴν ἐξ ἴσης ἀντέρεισιν καὶ θλῖψιν, ἐπειδὴ δὲ ὑπερεπόλασεν ἡ ἐντός, βιάσασθαι καὶ ἀπερᾶσαι τὸ πλεονάζον· ἐκ δὲ τούτου γενέσθαι σύρρουν τὸ ἔξω πέλαγος τῷ ἐντός, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν ἐκείνῳ λαβεῖν, εἴτε θαλαττίῳ εἴτε λιμναίῳ μὲν πρότερον ὄντι, θαλαττίῳ δὲ ὕστερον, διὰ τὴν μίξιν καὶ τὴν ἐπικράτειαν; εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δώσουσιν, ἡ μὲν ἔκρυσις οὐκ ἂν κωλύοιτο ἡ νῦν, οὐκ ἀπὸ ὑπερτέρου δὲ ἐδάφους οὐδὲ ἐπικλινοῦς, ὅπερ ἠξίου Στράτων.

7. Ταῦτα δὲ [δεῖ] μεταφέρειν καὶ ἐπὶ τὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν καὶ τὴν ἐκτός, μὴ ἐν τοῖς ἐδάφεσι καὶ ταῖς ἐπικλίσεσιν αὐτῶν τὴν αἰτίαν τοῦ ἔκρου τιθεμένους, ἀλλ' ἐν τοῖς ποταμοῖς· ἐπεὶ οὐκ ἀπίθανον κατ' αὐτούς, οὐδ' εἰ τὴν ὅλην θάλατταν τὴν ἡμετέραν λίμνην πρότερον εἶναι συνέβαινε, πληρουμένην ὑπὸ τῶν ποταμῶν, ἐπιπολάσασαν ἐκπεσεῖν ἔξω διὰ τῶν κατὰ Στήλας στενῶν, ὡς ἐκ καταράκτου· ἐπαυξομένην [δ'] ἀεὶ καὶ μᾶλλον τὴν θάλατταν σύρρουν γενέσθαι ὑπ' αὐτῆς τῷ χρόνῳ καὶ συνδραμεῖν εἰς μίαν ἐπιφάνειαν, ἐκθαλαττωθῆναι δὲ διὰ τὴν ἐπικράτειαν. οὐ φυσικὸν δ' ὅλως οὔτε τοῖς ποταμοῖς εἰκάζειν τὴν θάλατταν· οἱ μὲν γὰρ φέρονται κατὰ ἐπικλινὲς ῥεῖθρον, ἡ δὲ ἀκλινὴς ἕστηκεν. οἱ δὲ πορθμοὶ ῥευματίζονται κατ' ἄλλον τρόπον, οὐ διὰ τὸ τὴν ἰλὺν τὴν ἐκ τῶν ποταμῶν προσχοῦν τὸν τοῦ πελάγους βυθόν. ἡ γὰρ πρόσχωσις περὶ αὐτὰ συνίσταται τὰ στόματα τῶν ποταμῶν, οἷον περὶ μὲν τὰ τοῦ Ἴστρου τὰ λεγόμενα Στήθη καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία καὶ ὁ Σαλμυδησσός, καὶ ἄλλων χειμάρρων συνεργούντων πρὸς τοῦτο, περὶ δὲ τὰ τοῦ Φάσιδος ἡ Κολχικὴ παραλία,

minibus, ita etiam in mari se habere, nimirum fluxum fieri a sublimioribus partibus. Alias maris fluxum qui apud Byzantium fit, non imputasset solo, sublimius esse dicens Euxini solum quam Propontidis aut quod proxime sequitur maris, simul etiam causam addens: nempe fundum impleri a limo quem illabentia ingerunt flumina, fierique brevem, ideoque aquam extra profluere; atque hanc causam ad universum nostrum mare externi respectu transfert, quod nimirum hoc quoque sublimius effecerit solum quam id quod Atlantico mari subjacet: quippe multis illud impletur fluminibus, ac certa proportione respondentem consequitur limi subsidentiam. Atqui oportebat hoc pacto influxum quoque maris qui apud columnas Herculis et Calpen fit, similem esse ei qui est apud Byzantium. Verum hoc missum facio; dicent enim ibi quoque idem evenire, sed avelli reciprocatione maris atque occultari.

6. Hoc autem quæro : Quid impediebat, antequam apertæ sunt apud Byzantium maris fauces, quin fundus Euxini, quum esset humilior fundo Propontidis et maris quod deinceps est, impleretur affluxu fluminum, sive mare id erat prius, sive lacus Mæotide major? Si enim hoc concedatur, id porro quæram : an non istius aquæ, et aquæ Propontidis superficies ita erant affectæ, ut, quamdiu eædem manebant, non cogeretur aqua ad effluxum, quum ex æquo se invicem sustinerent ac premerent superficies; postquam autem interior esset facta elatior, ibi demum vi eruperit atque quod abundabat evomuerit: quo factum esset ut exterius cum interno conflueret mare, eandemque cum eo superficiem nancisceretur, sive marina fuit ejus aqua, sive lacustris prius, deinde ob mixturam et maris vim superiorem marina? Nam si id quoque dabunt, hodie quoque effluxus nunquam prohibebitur, neque a superiore solo, neque ab inclinato, quod voluit Strato.

7. Hæc transferri debent et ad totum nostrum mare, et ad externum, ita ut non in fundis et inclinationibus eorum causam effluxus quæramus, sed in fluminibus. Nam ipsorum quoque sententia id absurdum non est, ne si totum quidem mare nostrum olim lacus fuit, qui a fluminibus impletus, turgente superficie per angustias apud Calpen eruperit veluti per cataractas, ac magis magisque auctus cum mari hoc successu temporis magis subinde confluxerit et in unam concurrerit superficiem, ac qualitate maris prævalente ipse quoque maris naturam induerit. Omnino autem philosophiæ naturali consentaneum non est, mare fluviis conferre, quum hi fluxu ferantur declivi, maris contra nulla sit declivitas. Et fretorum inundatio ab alia causa dependet, non ab eo, quod ingesto a fluviis cœno fundum pelagi exaggeret. Istæ nempe terræ aggestiones ad ipsa fiunt fluviorum ostia, sicut Stethe quæ ad Istri ostia dicuntur, et Scytharum desertum, et Salmydessus, ubi alii quoque torrentes ad id operam suam conferunt: ad Pha-

δίαμμος καὶ ταπεινὴ καὶ μαλακὴ οὖσα, περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα, τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον, καὶ τῆς Σιδηνῆς τὸ πλέον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἅπαντες γὰρ μιμοῦνται τὸν Νεῖλον, ἐξηπειροῦντες τὸν πρὸ αὐτῶν πόρον, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον· ἧττον μὲν οἱ μὴ πολλὴν καταφέροντες τὴν ἰλύν, μᾶλλον δὲ οἱ πολλήν τε καὶ μαλακόγειον χώραν ἐπιόντες καὶ χειμάρρους δεχόμενοι πολλούς, ὧν ἐστι καὶ ὁ Πύραμος ὁ τῇ Κιλικίᾳ πολὺ μέρος προσθείς, ἐφ' οὗ καὶ λόγιον ἐκπέπτωκέ τι τοιοῦτον·

ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης
ἠιόνα προχέων ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται.

ἐκ μέσων γὰρ τῶν τῆς Καταονίας πεδίων ἐνεχθεὶς πλωτὸς καὶ διεκπαισάμενος διὰ τῶν τοῦ Ταύρου στενῶν εἰς τὴν Κιλικίαν ἐκδίδωσιν εἰς τὸν πρὸ ταύτης τε καὶ τῆς Κύπρου πόρον.

8. Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ φθάνειν τὴν χοῦν εἰς τὸ πέλαγος προϊοῦσαν τὴν ὑπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένην τὸ τὴν θάλατταν ἀνακόπτειν αὐτὴν εἰς τοὐπίσω, παλιρροοῦσαν φύσει. ἔοικε γὰρ τοῖς ζῴοις, καὶ καθάπερ ἐκεῖνα συνεχῶς ἀναπνεῖ τε καὶ ἐκπνεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὴ ἐξ αὑτῆς τε καὶ εἰς ἑαυτὴν συνεχῶς παλινδρομικήν τινα κινουμένη κίνησιν. δηλοῖ δὲ τῷ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἑστῶτι κατὰ τὴν κυμάτωσιν· ἅμα γὰρ κλύζονται οἱ πόδες καὶ γυμνοῦνται καὶ πάλιν κλύζονται, καὶ τοῦτο συνεχῶς. τῷ δὲ κλύδωνι καὶ κῦμα ἐπιτρέχει, κἂν γαληνότατον ᾖ· ἐπιφερόμενον [δ'] ἔχει τινὰ βίαν πλείω, καὶ ἀπορρίπτει πᾶν τὸ ἀλλότριον εἰς τὴν γῆν,

πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευε.

μᾶλλον μὲν οὖν ἐν ἀνέμῳ συμβαίνει τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν νηνεμίᾳ καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασιν· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐπὶ γῆν φέρεται τὸ κῦμα ὑπεναντίως τῷ ἀνέμῳ, ὡς ἂν ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης κίνησιν συγκινούμενον αὐτῇ. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ

ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην·

καὶ τὸ

ἠιόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω.

9. Ἡ μὲν οὖν ἔφοδος τοῦ κύματος ἔχει τινὰ βίαν, ὥστ' ἀπωθεῖσθαι τὸ ἀλλότριον. καὶ δὴ καὶ κάθαρσίν τινα τῆς θαλάττης ταύτην φασί, καθ' ἣν καὶ τὰ νεκρὰ σώματα καὶ τὰ ναυάγια εἰς γῆν ἐκκυμαίνεται. ἡ τ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν, ὥστε νεκρὸν ἢ ξύλον ἢ τὸ κουφότατον, φελλόν, ὑπὸ τοῦ κύματος * ἐκ γῆς ἀναβληθῆναι, οὐδὲ καὶ τῶν πλησίον αὐτῆς τόπων εἰς τὸ πέλαγος προπεσεῖν ὑποληφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος. οὕτω δὴ καὶ τὴν χοῦν καὶ τὸ σὺν αὐτῇ τεθολωμένον ὕδωρ ἐκκυμαίνεσθαι συμβαίνει, καὶ τοῦ βάρους ἅμα συνεργοῦντος, ὥστε θᾶττον κατενεχθῆναι πρὸς τὴν γῆν κάτω, πρὶν εἰς τὸ πρόσω πελαγίσαι. καὶ

sidis autem exitum maritima ora Colchica arenosa, humilis ac mollis: ad Thermodontem et Irin tota Themiscyra, campus Amazonum, et major pars Sidenes: itaque etiam alii fluvii. Omnes enim Nilum imitantur, continenti adjungendo objectum ostiis suis fretum, alii magis, alii minus: minus, qui non multum cœni deferunt; magis qui multum, et qui per molles transeunt agros, ac multos excipiunt torrentes. Qualis est etiam Pyramus, qui Ciliciæ magnam adjecit partem; de quo etiam tale editum est oraculum:

Istæc evenient, vastis quo Pyramus undis
tempore, profuso continget litore Cyprum.

Navigabilis enim ille ex mediis Cataoniæ campis effunditur, ac violenter delatus per Tauri angustias in Ciliciam, in fretum, quod inter hanc et Cyprum est, exit.

8. Quod autem terra quæ a fluminibus defertur, non ulterius in mare progreditur, in causa est quod mare suapte natura refluens eam retro relidit. Sicut enim animalia continenter spirant atque exspirant, ita et mare eodem modo in se ipsum atque e se ipso reciprocum quendam absque intermissione patitur motum. Itaque in litore stans aliquis ad alluvionem maris, sentire eum potest; simul enim et teguntur pedes aqua, et nudantur, rursum teguntur ea, idque continenter. Cum fluctuatione unda quoque fertur, etsi placidissima sit: allisa autem vim habet quandam majorem, et omnia aliena in terram rejicit (*Il.* I, 7),

Multamque extra mare propulit algam.

Magis quidem hoc fit, flante vento, sed tamen etiam in malacia, et spirantibus a terra ventis; nihilo minus enim tum fluctus quasi adversans vento ad terram fertur, utpote qui proprium maris motum comitetur. [Huc pertinet illud quoque (*Il.* Δ, 425):

Extremaque litora circum
tollitur incurvus, rorem maris et spuit alti;

et (*Il.* P, 265),

Eructante salo raucam dant litora vocem.]

9. Undæ igitur accessio vim habet quandam, ita ut aliena repellat. Atque hanc quidem maris quandam appellant purgationem, qua et cadavera et naufragiorum fragmina ad terram egeruntur. Recessio autem non habet tantum virium, ut cadaver, lignum aut, quod levissimum est, suber, fluctu de terra retro vehatur et vel e vicinis locis ab unda correpta in mare repellatur. Sic itaque pulverem quoque, et aquam cum eo turbatam fluctibus ad terram contingit ejici, adjuvante etiam gravitate, ut celerius deorsum ad ter-

γὰρ ἡ τοῦ ποταμοῦ βία παύεται, μικρὸν προελθοῦσα τοῦ στόματος. οὕτω μὲν οὖν ἐνδέχεται προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν, ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν ἀρξάμενον, ἂν συνεχεῖς ἔχῃ τὰς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιρρύσεις. Τοῦτο δ' ἂν συμβαίη, κἂν τοῦ Σαρδονίου πελάγους βαθύτερον ὑποθώμεθα τὸν Πόντον, ὅπερ λέγεται τῶν ἀναμετρηθέντων βαθύτατον χιλίων που ὀργυιῶν, ὡς Ποσειδώνιός φησι.

10. Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην αἰτιολογίαν ἧττον ἄν τις ἀποδέξαιτο· μᾶλλον δ' ἀπὸ τῶν φανερωτέρων καὶ τῶν καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ δρωμένων ἀναπτέον τὸν λόγον. καὶ γὰρ κατακλυσμοὶ καὶ σεισμοὶ καὶ ἀναφυσήματα καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς μετεωρίζουσι καὶ τὴν θάλατταν, αἱ δὲ συνιζήσεις ταπεινοῦσιν αὐτήν. οὐ γὰρ μύδροι μὲν ἀνενεχθῆναι δύνανται καὶ μικραὶ νῆσοι, μεγάλαι δ' οὔ· οὐδὲ νῆσοι μέν, ἤπειροι δ' οὔ. ὁμοίως δὲ καὶ συνιζήσεις καὶ μικραὶ καὶ μεγάλαι γένοιντ' ἄν, εἴπερ καὶ (τὰ) χάσματα καὶ καταπόσεις χωρίων καὶ κατοικιῶν, ὡς ἐπὶ Βούρας τε καὶ Βιζώνης καὶ ἄλλων πλειόνων ὑπὸ σεισμοῦ γενέσθαι φασί· καὶ τὴν Σικελίαν οὐδέν τι μᾶλλον ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας εἰκάζοι τις ἄν, ἢ ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς ἐκ βυθοῦ συμμεῖναι· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους καὶ Πιθηκούσσας.

11. Ὁ δ' οὕτως ἡδύς ἐστιν, ὥστε καὶ (μὴ) μαθηματικὸς ὢν οὐδὲ τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῖ δόξαν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος καὶ μένοντος τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι, σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ. ταύτην γὰρ τὴν δόξαν ἀποδέχονται πάντες οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι. ἐκεῖνος δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν, καίπερ μίαν οὖσαν, ὥς φησιν, οὐ νομίζει ὑπὸ μίαν ἐπιφάνειαν τετάχθαι, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς σύνεγγυς τόποις. καὶ μάρτυράς γε τῆς τοιαύτης ἀμαθίας ἀρχιτέκτονας ἄνδρας ποιεῖται, καὶ τῶν μαθηματικῶν καὶ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς ἀποφηναμένων. φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον διακόπτειν ἐπιχειρῆσαι τὸν τῶν Πελοποννησίων ἰσθμὸν πρὸς τὸ παρασχεῖν διάπλουν τοῖς στόλοις, κωλυθῆναι δ' ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων ἀναμετρησάντων καὶ ἀπαγγειλάντων μετεωροτέραν τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν τῆς κατὰ Κεγχρεὰς εἶναι, ὥστε, εἰ διακόψει τὸ μεταξὺ χωρίον, ἐπικλυσθῆναι ἂν ἅπαντα τὸν περὶ Αἴγιναν πόρον καὶ αὐτὴν Αἴγιναν καὶ (αὐτὰς) τὰς πλησίον νήσους, καὶ μηδὲ τὸν διάπλουν ἂν γενέσθαι χρήσιμον. διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμόν, ὅν φησιν ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτός, καθάπερ τὸν ὠκεανὸν δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν. τῇ μὲν οὖν πλημμυρίδι (δεῖ) ὁμολογεῖν τὸν ἐκ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερόμενον ὡς ἂν ἐκ μετεωροτέρας ἐπιφανείας, ὃν δὴ καὶ κατιόντα ὀνομάζεσθαι, ὁμολογεῖν δ' ὅτι καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἄρχεταί τε καὶ παύε-

ram subsidant quam in altum projici ut possint; vis enim fluvii vel modice ultra ostia progressa desinit. Hac ergo ratione totum mare ingesto limo tegi poterit, facto a litoribus initio, si continentes habeat amnium affluxus; poteritque id evenire, etiamsi Pontum Sardoo mari profundiorem ponamus, quod ubi profundissimum est, mille ulnarum altitudine præditum inventum esse mensura, Posidonius perhibet.

10. Talem ergo causarum explicationem fortassis minus aliquis probet. Præstat itaque rationem petere ex iis quæ manifestiora sunt, et quotidie quodammodo cernuntur. Nam diluvia, terræ motus, eruptiones flatuum, et tumores subiti terræ in mari latentis, mare quoque extollunt; subsidentesque in se eædem terræ faciunt ut mare demittatur. Non enim massæ quidem et exiguæ insulæ efferri e mari possunt, magnæ non possunt, aut insulæ possunt; continentes non possunt: et subsidere etiam tam magna quam parva possunt, quando hiatus etiam absorptæque habitationes et urbes, ut Bura, Bizona, aliæque plures terræ motibus absorptæ feruntur, et Siciliam nihilo magis frustum ab Italia abruptum aliquis judicaverit quam vi Ætnæi ignis rursum e profundo projectam ita cohæsisse: itemque insulas Liparæorum et Pithecussas.

11. Eratosthenes autem adeo venustus est, ut, tametsi mathematicum se profiteatur, tamen Archimedis repudiet sententiam, qui in libro de iis quæ vehuntur pronunciat, omnis humidi quod consistat ac permaneat superficiem esse sphæricam, ejusque sphæræ idem esse quod terræ centrum: quam sententiam approbant omnes qui mathematica attigerunt. At ille mare internum, quanquam sit unicum ipso etiam teste, sub una superficie constitutum esse negat, etiam in propinquis locis: et hujus suæ inscitiæ testes laudat architectos, quum tamen architecturam quoque partem mathematum esse mathematici dicant. Dicit enim et Demetrium conantem isthmum Peloponnesiacum discindere, ut transitum classibus aperiret, prohibitum fuisse ab architectis, dimensis, et renunciantibus mare quod est in sinu Corinthiaco celsius eo esse, quod ad Cenchreas: itaque si intercapedinem horum divideret, fore ut quidquid est ad Æginæ trajectum situm, et ipsa adeo Ægina vicinæque insulæ aquis obruerentur, illaque per isthmum navigatio esset futura inutilis. Hanc eandem ob causam Euripos quoque esse fluctuosos, maxime Siculum fretum, quod eodem quo oceanum modo æstibus agitari dicit; bis enim quavis die et nocte mutare fluctum, sicut et oceanus bis exundet atque in se refluat. Exundationi quippe respondere qui aquis a Tyrrheno mari ad Siculum tanquam a sublimiore superficie delatis fiat fluxus, eumque ideo « descendentem » vocari; respondere etiam quod eodem tempore et incipiat et desinat,

ται καθ' ὃν αἱ πλημμυρίδες· ἄρχεται μὲν γὰρ περὶ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης καὶ τὴν δύσιν, λήγει δ' ὅταν συνάπτῃ τῇ μεσουρανήσει ἑκατέρᾳ, τῇ τε ὑπὲρ γῆς καὶ τῇ ὑπὸ γῆς· τῇ τε ἀμπώτει τὸν ἐναντίον, [ὃν] ἐξιόντα καλεῖσθαι, ταῖς μεσουρανήσεσι τῆς σελήνης ἀμφοτέραις ἐναρχόμενον, καθάπερ αἱ ἀμπώτεις, ταῖς δὲ συνάψεσι ταῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις παυόμενον.

12. Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων εἰρήκασιν ἱκανῶς Ποσειδώνιός τε καὶ Ἀθηνόδωρος· πέρὶ δὲ τῆς τῶν πορθμῶν παλιρροίας, ἐχόντων καὶ αὐτῶν φυσικώτερον λόγον, κατὰ τὴν νῦν ὑπόθεσιν τοσοῦτον εἰπεῖν ἀπόχρῃ, ὅτι οὐδὲ εἷς τρόπος τοῦ ῥοώδεις εἶναι τοὺς πορθμούς, ὅ γε κατ' εἶδος· οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλλεν, ὡς οὗτός φησιν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις, ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλὰ διετέλει τὸν ἔκρουν μόνον ἔχων τὸν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα, ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ, καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο. οὔτ' εἰ τρόπος εἷς εἴη, ταύτην (γὰρ) ἂν ἔχοι τὴν αἰτίαν, ἥν φησιν ὁ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἡ ἐφ' ἑκάτερα θάλαττα ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπιφάνειαν ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ποταμῶν τοῦτο γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ καταράκτας ἔχοιεν· ἔχοντες δὲ οὐ παλλιρροοῦσιν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀεὶ φέρονται. καὶ τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ κεκλιμένον εἶναι τὸ ῥεῦμα καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ· * ὥστ' οὐχ ὅτι παλιρροοῦντας, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας καὶ μένοντας, συρροίας μὲν ἐν αὐτοῖς οὔσης, μὴ μιᾶς δὲ ἐπιφανείας, ἀλλὰ τῆς μὲν ὑψηλοτέρας, τῆς δὲ ταπεινοτέρας. πελάγους δὲ τίς ἂν φαίη κεκλιμένην ἐπιφάνειαν; καὶ μάλιστα κατὰ τὰς σφαιροποιούσας ὑποθέσεις τὰ τέσσαρα σώματα, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα φαμέν· οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ κατὰ ἕξιν ἐσχημάτισται στερεὰ οὖσα, ὥστε καὶ κοιλάδας ἔχειν συμμενούσας καὶ ἀναστήματα, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ, ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ τὸ βάρος ῥοπῇ τὴν ὄχησιν ἐπὶ τῆς γῆς ποιεῖται, καὶ τοιαύτην λαμβάνει τὴν ἐπιφάνειαν, οἵαν ὁ Ἀρχιμήδης φησίν.

13. Ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος καὶ τῆς Αἰγύπτου ῥηθεῖσιν, ὅτι δοκοίη καὶ τὸ Κάσιον ὄρος περικλύζεσθαι θαλάττῃ, καὶ πάντα [τὸν] τόπον, ὅπου νῦν τὰ καλούμενα Γέρρα, † καθ' ἕκαστά τε τεναγίζειν συνάπτοντα τῷ τῆς Ἐρυθρᾶς κόλπῳ, συνελθούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀποκαλυφθῆναι. τὸ δὴ τεναγίζειν τὸν λεχθέντα τόπον συνάπτοντα τῷ τῆς Ἐρυθρᾶς κόλπῳ, ἀμφίβολόν ἐστιν· ἐπειδὴ τὸ συνάπτειν σημαίνει καὶ τὸ σύνεγγυς καὶ τὸ ψαύειν, ὥστε, εἰ ὕδατα εἴη, σύρρουν εἶναι θάτερον θατέρῳ. ἐγὼ μὲν οὖν δέχομαι καὶ τὸ συνεγγίζειν τὰ τενάγη τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, ἕως ἀκμὴν ἐκέκλειστο τὰ κατὰ τὰς Στήλας στενά, ἐκραγέντων δὲ τὴν ἀναχώρησιν γενέσθαι, ταπεινωθείσης τῆς ἡμετέρας θαλάττης διὰ τὴν κατὰ τὰς Στήλας ἔκρυσιν. Ἵππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συνάπτειν ταὐτὸν τῷ σύρρουν γενέσθαι τὴν ἡμετέραν θάλατταν τῇ Ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιᾶται τί δή ποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς Στήλας ἐκρύσει μεθισταμένη ἐκεῖσε ἡ καθ' ἡμᾶς

quo maris affluxus : incipit enim oriente atque occidente luna; desinit, quum ea ad medium cœli sive supra sive infra terram applicat : atque refluxui contrarium respondere fluxum, quem « abeuntem » vocant, qui utroque lunæ ad medium cœli appulsu init, sicut mare resorbitio et cessat luna orientem vel occidentem intrante.

12. Ceterum de maris hac æstuatione reciproca sufficiunt quæ a Posidonio sunt et Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, quum ipsi quoque magis physicam causam habeant, hoc pro instituto nostro dixisse sufficiet non unum esse modum æstus fretis in specie omnibus : alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, sicut ipse fieri fatetur, Chalcidicum septies, Byzantinum nunquam; id enim solum semper effluxum e Pontico mari in Propontidem habet, et, Hipparcho si credimus, aliquando etiam substitit. Neque, si omnium esset fretorum eadem ratio, ab hac causa id penderet quam Eratosthenes ponit, nempe quod alia atque alia esset marium quæ utrinque sunt superficies. Nam ne fluminibus quidem hoc acciderèt, nisi ea haberent cataractas : quæ autem hoc habent, non vicissim refluunt, sed ad humiliora identidem loca deferuntur, idque evenit, quia fluxus eorum inclinatus est, et inclinata superficies. Tantum igitur abest ut reciproce fluant, ut ne consistant quidem et maneant, quia confluxum habent illi quidem, sed non superficiem unam, verum ab altera parte altiorem, ab altera depressiorem. Quis autem dixerit pelagi declivem esse superficiem? maxime qui ea supposita sequatur, quibus quattuor illa corpora quæ elementa vocamus sphærica esse traduntur. Non enim sicut terra habitu suo formæ est solidæ, ita ut cavernas etiam habeat permanentes, itemque eminentes quasdam partes; ita etiam aqua : sed ipso suæ gravitatis momento in terra fertur, eamque superficiem nanciscitur, quam ei Archimedes tribuit.

13. Porro iis quæ de Ammone et Ægypto dicta sunt, addit, credere se Casium quoque montem mari fuisse circumdatum, et omnia ea loca ubi nunc sunt Gerra quæ vocantur,... in paludibus fuisse contiguis mari Rubro, mari autem coeunte esse detecta. Ambiguum vero est quod dicitur ista loca paludibus tecta cum Rubro mari fuisse contigua; nam « contiguum » et propinquum significat, et contingere : ut, si quidem aquæ fuerunt, intelligantur confluxisse invicem. Atque ego quidem ita accipio, paludes istas dicere eum prope ad mare Rubrum accessisse, dum adhuc occlusæ fuerunt apud Columnas angustiæ : quibus perruptis, effluxu per eas mare nostrum subsedisse, et siccatas esse paludes. At Hipparchus, « contiguum esse » ita intelligit, quasi ob repletionem mare nostrum cum Rubro confluxisset : reprehendensque Eratosthenem, quærit, aperto per Columnas freto si nostrum mare effluxerit, cur non simul etiam Rubrum mare, quod cum nostro

θάλαττα συμμεθίστα καὶ τὴν σύρρουν αὐτῇ γενομένην τὴν Ἐρυθράν, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφανείᾳ, μὴ ταπεινουμένη· καὶ γὰρ κατ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη τὴν ἐκτὸς θάλατταν ἅπασαν σύρρουν εἶναι, ὥστε καὶ τὴν ἑσπέριον καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν μίαν εἶναι. τοῦτο δ' εἰπὼν ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον, τὸ τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν τήν τε ἔξω Στηλῶν θάλατταν καὶ τὴν Ἐρυθρὰν καὶ ἔτι τὴν ταύτῃ γεγονυῖαν σύρρουν.

14. Ἀλλ' οὔτ' εἰρηκέναι τοῦτό φησιν Ἐρατοσθένης, τὸ σύρρουν γεγονέναι κατὰ τὴν πλήρωσιν τῇ Ἐρυθρᾷ, ἀλλὰ συνεγγίσαι μόνον, οὔτ' ἀκολουθεῖν τῇ μιᾷ καὶ συνεχεῖ θαλάττῃ τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν, ὥσπερ οὐδὲ τὴν καθ' ἡμᾶς, καὶ νὴ Δία τὴν κατὰ τὸ Λέχαιον καὶ τὴν περὶ Κεγχρεάς. ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν λόγῳ· εἰδὼς οὖν τὴν δόξαν αὐτοῦ τοιαύτην ἰδίᾳ τι πρὸς αὐτὸν λεγέτω, καὶ μὴ ἐξ ἑτοίμου λαμβανέτω, ὡς ἄρα ὁ φήσας μίαν εἶναι τὴν ἔξω θάλατταν σύμφησι καὶ ὅτι μία ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἐπιφάνεια.

15. Ψευδῆ δ' εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς δελφῖσιν ἐπιγραφὴν Κυρηναίων θεωρῶν αἰτίαν ἀποδίδωσιν οὐ πιθανήν, ὅτι ἡ μὲν τῆς Κυρήνης κτίσις ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις, τὸ δὲ μαντεῖον οὐδεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάττῃ ποτὲ ὑπάρξαν. τί γάρ, εἰ μηδεὶς μὲν ἱστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμηρίων, ἐξ ὧν εἰκάζομεν παράλιόν ποτε τὸν τόπον γενέσθαι, οἵ τε δελφῖνες ἀνετέθησαν καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἐγένετο ὑπὸ Κυρηναίων θεωρῶν; Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωρισμῷ τοῦ ἐδάφους συμμετεωρισθεῖσαν καὶ τὴν θάλατταν ἐπικλύσαι τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους, πλέον (ἢ) ἀπὸ θαλάττης διέχοντας τῶν τρισχιλίων σταδίων, οὐ συγχωρεῖ τὸν μέχρι τοσούτου μετεωρισμόν, ὥστε καὶ τὴν Φάρον ὅλην καλυφθῆναι καὶ τὰ πολλὰ τῆς Αἰγύπτου, ὥσπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ τοσούτου ὕψους καὶ ταῦτα ἐπικλύσαι. φήσας δέ, εἴπερ ἐπεπλήρωτο ἐπὶ τοσοῦτον ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα πρὶν τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ Στήλας γενέσθαι, ἐφ' ὅσον εἴρηκεν ὁ Ἐρατοσθένης, χρῆναι καὶ τὴν Λιβύην πᾶσαν καὶ τῆς Εὐρώπης τὰ πολλὰ καὶ τῆς Ἀσίας κεκαλύφθαι πρότερον, τούτοις ἐπιφέρει, διότι καὶ ὁ Πόντος τῷ Ἀδρίᾳ σύρρους ἂν ὑπῆρξε κατά τινας τόπους, ἅτε δὴ τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον τόπων σχιζομένου καὶ ῥέοντος εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. ἀλλ' οὔτ' ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον μερῶν ὁ Ἴστρος τὰς ἀρχὰς ἔχει, ἀλλὰ τἀναντία ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου ὀρῶν· οὔτ' εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν ῥεῖ, ἀλλ' εἰς τὸν Πόντον μόνον, σχίζεταί τε πρὸς αὐτοῖς μόνον τοῖς στόμασι. κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ τισιν ἄγνοιαν ταύτην ἠγνόηκεν, ὑπολαβοῦσιν εἶναί τινα ὁμώνυμον τῷ Ἴστρῳ ποταμὸν ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἀδρίαν ἀπεσχισμένον αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρον, δι' οὗ φέρεται, λαβεῖν τὴν προσηγορίαν, καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι τὸν ἐκ τῶν Κόλχων ἀνάπλουν.

16. Πρὸς δὲ τὴν ἀθαυμαστίαν τῶν τοιούτων μετα-

fuerit continuum, effluxerit, sed eandem retinuerit superficiem, neque subsederit : quum ipsius quoque Eratosthenis de sententia externum mare totum confluat, itaque et occiduum et Rubrum mare unum sint. His dictis hoc concludit, eandem esse altitudinem maris quod est extra Columnas et Rubri, atque etiam interni cum hoc continui.

14. Atqui Eratosthenes negabit se hoc dixisse, mare nostrum cum Rubro ob repletionem confluxisse, sed tantum prope ad id accessisse : negabit sequi unum et continuum mare eandem habere altitudinem atque superficiem, sicut ne nostrum quidem, atque adeo id quod est apud Lechæum et Cenchreas, unica vult contineri superficie. Quod quum ipse annotaverit Hipparchus in disputatione sua contra illum, opinionemque illius habeat cognitam, de suo aliquid opponat potius, non hoc arripiat tanquam in promptu situm, eum qui ait externum mare esse continuum, dare etiam hoc, unicam esse ejus superficiem.

15. Præterea falsi arguens inscriptionem delphinorum de theoris Cyrenæis, causam haud probabilem affert : scilicet quo tempore Cyrene sit condita, memoriæ esse proditum, oraculum autem illud maritimum aliquando fuisse, a nemine commemorari. Quid enim, si nemo id narrat, sed tamen inter indicia ex quibus locum eum fuisse aliquando maritimum, delphinorum ista dedicatio habetur et a theoris Cyrenæis addita inscriptio? Concedens porro, sursum elato fundo, sursum attolli potuisse etiam mare et aquis obruere loca usque ad oraculum, quæ ultra tria stadiorum millia occupant : tamen tantam elevationem non admittit, quæ Pharum totam et multa Ægypti loca possit obtegere : quasi vero tanta altitudo non sufficiat his quoque obruendis. Dicit deinde, si nostrum mare, antequam fretum ad Columnas perrumperet, intumuit in tantum, quantum Eratosthenes ait, necessario et totam Africam et multas Europæ Asiæque partes fuisse prius inundatas : hisque addit, Pontum quoque cum Adria debuisse quibusdam locis confluere, eo quod Ister a Ponticis partibus divisus in utrumque dictorum marium effluat ob positum locorum. Atqui neque Ponticis e partibus Ister oritur, sed contra a montibus ultra Adriam sitis; neque in utrumque exit mare, sed in solum Pontum, et finditur ad ostia demum sua. Communis autem hic ei cum ætate prioribus nonnullis est error, qui putaverunt esse quendam fluvium Istro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulsus, ab eoque denominari gentem Istros per quos defluit, atque ea via Iasonem e Colchis esse revectum.

16. Quominus autem miræ et incredibiles videantur

βολῶν, οἵας ἔφαμεν αἰτίας εἶναι τῶν ἐπικλύσεων καὶ τῶν τοιούτων παθῶν, οἷα εἴρηται τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν καὶ τὰς Αἰόλου νήσους καὶ Πιθηκούσσας, ἄξιον παραθεῖναι καὶ ἄλλα πλείω τῶν ἐν ἑτέροις τόποις ὄντων ἢ γενομένων ὁμοίων τούτοις. ἀθρόα γὰρ τὰ τοιαῦτα παραδείγματα πρὸ ὀφθαλμῶν τεθέντα παύσει τὴν ἔκπληξιν. νυνὶ δὲ τὸ ἄηθες ταράττει τὴν αἴσθησιν καὶ δείκνυσιν ἀπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων καὶ τοῦ βίου παντός, οἷον εἴ τις λέγοι τὰ περὶ Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους ἱδρυμένας ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ τῆς Κυρηναίας, ὧν ἡ Θήρα μητρόπολίς ἐστι τῆς Κυρήνης, καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ πολλὰ μέρη τοιαῦτα τῆς Ἑλλάδος. ἀνὰ μέσον γὰρ Θήρας καὶ Θηρασίας ἐκπεσοῦσαι φλόγες ἐκ τοῦ πελάγους ἐφ' ἡμέρας τέσσαρας, ὥστε πᾶσαν ζεῖν καὶ φλέγεσθαι τὴν θάλατταν, ἀνεφύσησαν κατ' ὀλίγον ἐξαιρομένην ὡς ἂν ὀργανικῶς, καὶ συντιθεμένην ἐκ μύδρων νῆσον ἐπέχουσαν δώδεκα σταδίων τὴν περίμετρον. μετὰ δὲ τὴν παῦλαν τοῦ πάθους ἐθάρρησαν πρῶτοι Ῥόδιοι θαλαττοκρατοῦντες ἐπιπροσπλεῦσαι τῷ τόπῳ, καὶ Ποσειδῶνος Ἀσφαλίου ἱερὸν ἱδρύσασθαι κατὰ τὴν νῆσον. ἐν δὲ τῇ Φοινίκῃ φησὶ Ποσειδώνιος γενομένου σεισμοῦ καταποθῆναι πόλιν ἱδρυμένην ὑπὲρ Σιδόνος, καὶ αὐτῆς δὲ Σιδόνος σχεδόν τι τὰ δύο μέρη πεσεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόως, ὥστε μὴ πολὺν φθόρον ἀνθρώπων γενέσθαι. τὸ δ' αὐτὸ πάθος καὶ ἐπὶ τὴν Συρίαν ὅλην διέτεινε, μετρίως δέ πως. διέβη δὲ καὶ ἐπί τινας νήσους τάς τε Κυκλάδας καὶ τὴν Εὔβοιαν, ὥστε τῆς Ἀρεθούσης (ἔστι δ' ἐν Χαλκίδι κρήνη) τὰς πηγὰς ἀποτυφλωθῆναι, συχναῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ἀναβλύσαι κατ' ἄλλο στόμιον, μὴ παύεσθαι δὲ σειομένην τὴν νῆσον κατὰ μέρη, πρὶν ἢ χάσμα γῆς ἀνοιχθὲν ἐν τῷ Ληλάντῳ πεδίῳ πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήμεσε.

17. Πολλῶν δὲ συναγωγὰς ποιησαμένων τοιαύτας, ἀρκέσει τὰ ὑπὸ τοῦ Σκηψίου Δημητρίου συνηγμένα οἰκείως παρατεθέντα. μνησθεὶς γὰρ τῶν ἐπῶν τούτων,

κρουνὼ δ' ἵκανον καλλιρρόω, ἔνθα τε πηγαὶ
δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.
ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ,
ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ,

οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν, εἰ νῦν ἡ μὲν τοῦ ψυχροῦ ὕδατος μένει πηγή, ἡ δὲ τοῦ θερμοῦ οὐχ ὁρᾶται. δεῖν γάρ φησιν αἰτιᾶσθαι τὴν ἔκθλιψιν τοῦ θερμοῦ ὕδατος. μιμνήσκεται δὲ πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους τοὺς μὲν πάλαι περὶ Λυδίαν γενομένους καὶ Ἰωνίαν μέχρι τῆς Τρῳάδος ἱστοροῦντος, ὑφ' ὧν καὶ κῶμαι κατεπόθησαν καὶ Σίπυλος κατεστράφη, κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο, [**] τὴν δὲ Τροίαν ἐπέκλυσε κῦμα. ἡ δὲ Φάρος ἡ κατ' Αἴγυπτον ἦν ποτε πελαγία, νῦν δὲ τρόπον τινὰ χερρόνησος γέγονεν· ὡς δ' αὕτως καὶ Τύρος καὶ Κλαζομεναί. ἡμῶν δ' ἐπιδημούντων ἐν

istæ mutationes, quas diximus esse diluviorum causas aliorumque ejusmodi casuum, quales accidisse diximus Siciliæ, Æoli insulis et Pithecussis, alia quoque plura conferenda his sunt, quæ aliis in locis sunt aut fuerunt horum similia. Talia enim exempla confertim ante oculos posita, stuporem tollent. Nunc autem rei insolentia turbat intellectum et arguit naturalium effectorum totiusque vitæ imperitiam : verbi gratia, si quis memoret quæ circa Theram et Therasiam, insulas sitas in freto quod est inter Cretam et Cyrenaicum tractum (quarum Thera est mater Cyrenes coloniæ ex ea deductæ) evenerunt, *et circa Ægyptum et* multas Græciæ partes. Nam medio inter Theram et Therasiam loco e mari flammæ emicuerunt per dies quattuor, adeo ut totum ferveret atque arderet mare; eæque paulatim elatam veluti instrumentis quibusdam atque e massis compositam insulam ediderunt, ambitu duodecim stadiorum. Postquam illud incendium cessavit, primi omnium Rhodii tunc maris imperium tenentes ausi sunt ad locum istum navibus accedere, et fanum Neptuno Asphalio in ista insula ponere. In Phœnice scribit Posidonius terræ motu facto urbem absorptam fuisse supra Sidonem sitam, ipsiusque Sidonis corruisse fere bessem, non confertim tamen, eoque non magnam hominum cladem accidisse. Id autem mali totam Syriam, mediocriter tamen, pervasit, et attigit insulas quasdam de Cycladibus : et in Eubœa ita se exseruit, ut fontes Arethusæ, quæ in Chalcide est, obturati fuerint, qui fons multis post diebus alia erupit scaturigine : neque ante desiit insula per partes concuti, quam hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluvium luti igniti evomuit.

17. Quum autem multi hujusmodi collegerint exempla, nobis sufficient convenienter apposita ea quæ collegit Demetrius Scepsius. Mentionem enim quum fecisset horum versuum (*Il.* X, 147),

Ad fontes geminos tumidi venere Scamandri :
quorum alter calidam fundit lympham,..
alterius glaciem calidis aqua solibus æquat
frigore;

admirari nos vetat, quod nunc frigidæ fons manet, calidæ autem periit : pro causa enim accipiendam ait calidæ aquæ elisionem. Propterea commemorat ea quæ a Democle narrantur, terræ nimirum quosdam ingentes motus, partim qui olim in Lydia fuerunt et Ionia usque ad Troadem, quibus et pagi sunt absorpti, et Sipylus eversa regnante Tantalo, et ex paludibus lacus magni facti, partim... Trojamque fluctus inundavit. Pharus quoque Ægyptia olim procul a littore sita fuit, quæ nunc est quodammodo facta peninsula : sic et Tyrus et Clazomenæ. Nobis autem Ale-

Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ, περὶ Πηλούσιον καὶ τὸ Κάσιον ὄρος μετεωρισθὲν τὸ πέλαγος ἐπέκλυσε τὴν γῆν καὶ νῆσον ἐποίησε τὸ ὄρος, ὥστε πλωτὴν γενέσθαι τὴν παρὰ τὸ Κάσιον ὁδὸν τὴν ἐς Φοινίκην. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν, οὐδ' εἴ ποτε διαστὰς ὁ ἰσθμὸς ἢ ἵζημα λαβὼν ὁ διείργων τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης ἀποφανεῖ πορθμόν, καὶ σύρρουν ποιήσει τὴν ἐκτὸς θάλατταν τῆς ἐντός, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλέους στήλας πορθμοῦ συνέβη. εἴρηται δὲ περὶ τῶν τοιούτων τινὰ καὶ ἐν ἀρχαῖς τῆς πραγματείας, ἃ δεῖ συμφέρειν εἰς ἕν, καὶ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν κατασκευάζειν τῶν τε τῆς φύσεως ἔργων καὶ τῶν ἄλλως γινομένων μεταβολῶν.

18. Τόν τε Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον καὶ πέραν τῆς ἀκτῆς κείμενον οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι· ὑπεναντίως δ' ἡ Λευκὰς Κορινθίων τὸν ἰσθμὸν διακοψάντων νῆσος γέγονεν, ἀκτὴ πρότερον οὖσα· περὶ ταύτης γάρ φασι λέγειν τὸν Λαέρτην,

οἷος Νήριτον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἀκτὴν ἠπείροιο·

ἐνταῦθα μὲν δὴ διακοπαὶ χειρότμητοι γεγόνασιν, ἀλλαχόθι δὲ προσχώσεις ἢ γεφυρώσεις, καθάπερ ἐπὶ τῆς πρὸς Συρακούσαις νήσου νῦν μὲν γέφυρά ἐστιν ἡ συνάπτουσα αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον, πρότερον δὲ χῶμα, ὥς φησιν Ἴβυκος, λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἐκλεκτόν. Βοῦρα δὲ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δ' ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη. περὶ Μεθώνην δὲ τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ ὄρος ἑπταστάδιον τὸ ὕψος ἀνεβλήθη γενηθέντος ἀναφυσήματος φλογώδους, μεθ' ἡμέραν μὲν ἀπρόσιτον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ τῆς θειώδους ὀδμῆς, νύκτωρ δ' εὐώδες, ἐκλάμπον πόρρω καὶ θερμαῖνον, ὥστε ζεῖν τὴν θάλατταν ἐπὶ σταδίους πέντε, θολερὰν δ' εἶναι καὶ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, προσχωσθῆναι δὲ πέτραις ἀπορρῶξι πύργων οὐκ ἐλάττοσιν. ὑπὸ δὲ τῆς Κωπαΐδος λίμνης ἥ τε Ἄρνη κατεπόθη καὶ Μίδεια, ἃς ὠνόμακεν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ Καταλόγῳ·

οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον, οἵ τε Μίδειαν.

καὶ ὑπὸ τῆς Βιστονίδος δὲ καὶ τῆς νῦν Ἀφνίτιδος λίμνης ἐοίκασι κατακεκλύσθαι πόλεις τινὲς Θρᾳκῶν· οἱ δὲ καὶ Τρηρῶν, ὡς συνοίκων τοῖς Θρᾳξὶν ὄντων. καὶ ἡ πρότερον δὲ Ἀρτεμίτα λεγομένη μία τῶν Ἐχινάδων νήσων ἤπειρος γέγονε· καὶ ἄλλας δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀχελῷον νησίδων τὸ αὐτὸ πάθος φασὶ παθεῖν ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ προσχώσεως τοῦ πελάγους, συγχοῦνται δὲ καὶ αἱ λοιπαί, ὡς Ἡσίοδός φησι. καὶ Αἰτωλικαὶ δέ τινες ἄκραι εἰσὶ νησίζουσαι πρότερον, καὶ ἡ Ἀστερία ἤλλακται, ἣν Ἀστερίδα φησὶν ὁ ποιητής·

ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα,
Ἀστερίς, οὐ μεγάλη, λιμένες δ' ἐνὶ ναύλοχοι αὐτῇ
ἀμφίδυμοι·

νυνὶ δὲ οὐδ' ἀγκυροβόλιον εὐφυὲς ἔχει. ἔν τε τῇ Ἰθάκῃ οὐδέν ἐστιν ἄντρον τοιοῦτον, οὐδὲ Νυμφαῖον, οἷόν φησιν

xandriæ quæ ad Ægyptum est peregrinantibus, mare circa Pelusium et Casium montem elatum terram inundavit, et montem insulæ in morem ambivit, ita ut via a Casio monte in Phœnicen fuerit navigabilis. Nihil igitur mirabile, si aliquando isthmus, qui mare Ægyptium a Rubro distinguit, ruptus aut subsidens fretum efficiet, facietque ut externum mare cum interno confluat, sicut ad fretum apud Herculis columnas evenit. De his dicta sunt etiam nonnulla operis initio, quæ sunt in unum conferenda, fidesque operum naturæ et aliis modis factarum mutationum iis corroboranda.

18. Piræeum quoque olim insulam fuisse et ultra (*græce* peras *s.* piras) litus situm, inde nomen habere aiunt. Contra, Leucas insula facta est Corinthiis isthmum exscindentibus, quæ litoralis ager fuerat : de hac enim aiunt Laertam loqui (*Od.* Ω, 376) :

Qualis eram, quando munitam Neriton urbem
litore in Epiri cepi.

In his igitur manu hominum divisiones factæ sunt : alibi autem aggerationes, aut pontium structuræ : sicut hodie pons est insulam quæ ante Syracusas jacet cum continente conjungens, prius autem « agger lecti (ut ait Ibycus) lapidis », quem vocat electum. Bura autem et Helice, altera hiatu, altera fluctibus est deleta. Circa Methonam porro in sinu Hermionico mons altitudine septem stadiorum egestus est a flammosa quadam efflatione : locusque is interdiu inaccessus est ob calorem et sulfureum odorem; noctu autem bene fragrat proculque effulget et calefacit, adeo ut mare ferveat per stadia quinque, et turbidum sit usque ad viginti, aggerque saxorum prærruptorum in eo exsistat turrium magnitudini non cedentium. A Copaide etiam lacu Arne absorpta est et Midea, quas in Recensione navium nominavit poeta (*Il.* B, 507) :

Et qui vitiferam colit Arnen, quique Mideam.

Et a Bistonide lacu, et ab eo qui nunc Aphnitis dicitur, videntur quædam urbes Thracum diluvio exstinctæ : alii Trerum urbes dicunt, ut qui cum Thracibus habitant. Artemita quoque, una Echinadum insularum quondam, continens facta est : idemque aiunt accidisse aliis quibusdam circa Acheloum insulis, mari aggestu fluminis complanato; reliquas etiam aggere aggesto continenti adjungi Hesiodus [Herodotus?] ait. Sunt et Ætolica quædam promontoria, quæ insulæ fuerunt olim. Mutata est etiam Asteria, quam Asteridem vocat Homerus (*Od.* Δ, (844) :

At saxosa jacet medio quædam insula ponto
Asteris, et duplices habet haud ingens ea portus ;

nunc ne ancora quidem in ea commode potest jaci. Nullum quoque in Ithaca hodie antrum aut nympharum domi-

Ὅμηρος· βέλτιον δὲ αἰτιᾶσθαι μεταβολὴν ἢ ἄγνοιαν ἢ κατάψευσιν τῶν τόπων κατὰ τὸ μυθῶδες. τοῦτο μὲν δὴ ἀσαφὲς ὂν [ἐῶ] ἐν κοινῷ σκοπεῖν.

19. Ἡ δὲ Ἄντισσα νῆσος ἦν πρότερον, ὡς Μυρσίλος φησί· τῆς [δὲ] Λέσβου καλουμένης πρότερον Ἴσσης, καὶ τὴν νῆσον Ἄντισσαν καλεῖσθαι συνέβη· νῦν δὲ τῆς Λέσβου πόλις ἐστίν. οἱ δὲ καὶ τὴν Λέσβον τῆς Ἴδης ἀπερρωγέναι πεπιστεύκασι, καθάπερ τὴν Προχύτην καὶ τὴν Πιθηκοῦσσαν τοῦ Μισηνοῦ, τὰς δὲ Καπρέας τοῦ Ἀθηναίου, τὴν Σικελίαν δὲ τῆς Ῥηγίνης, τὴν Ὄσσαν δὲ τοῦ Ὀλύμπου. γεγόνασι δὲ καὶ περὶ ταῦτα τοιαῦται μεταβολαί. καὶ ὁ Λάδων δὲ ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐπέσχε ποτὲ τὸ ῥεῦμα. Δοῦρις δὲ τὰς Ῥάγας τὰς κατὰ Μηδίαν ὠνομάσθαι φησὶν ὑπὸ σεισμῶν ῥαγείσης τῆς περὶ τὰς Κασπίους πύλας γῆς, ὥστε ἀνατραπῆναι πόλεις συχνὰς καὶ κώμας καὶ ποταμοὺς ποικίλας μεταβολὰς δέξασθαι. Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησὶν ἐν Ὀμφάλῃ Σατύροις·

> Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
> Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν
> προβλῆτα πορθμῷ.

20. Δημήτριος δ' ὁ Καλλατιανὸς τοὺς καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα γενομένους ποτὲ σεισμοὺς διηγούμενος τῶν τε Λιχάδων νήσων καὶ τοῦ Κηναίου τὰ πολλὰ καταδῦναί φησι, τά τε θερμὰ τὰ ἐν Αἰδηψῷ καὶ Θερμοπύλαις ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπισχεθέντα πάλιν ῥυῆναι, τὰ δ' ἐν Αἰδηψῷ καὶ καθ' ἑτέρας ἀναρραγῆναι πηγάς· Ὠρεοῦ δὲ τὸ πρὸς θαλάττῃ τεῖχος καὶ τῶν οἰκιῶν περὶ ἑπτακοσίας συμπεσεῖν, Ἐχίνου τε καὶ Φαλάρων καὶ Ἡρακλείας τῆς Τραχῖνος, τῶν μὲν πολὺ μέρος πεσεῖν, Φαλάρων δὲ καὶ ἐξ ἐδάφους ἀναστραφῆναι τὸ κτίσμα. παραπλήσια δὲ συμβῆναι καὶ Λαμιεῦσι καὶ Λαρισαίοις· καὶ Σκάρφειαν δ' ἐκ θεμελίων ἀναρριφῆναι, καὶ καταδῦναι σώματα χιλίων καὶ ἑπτακοσίων οὐκ ἐλάττω, Θρονίους δ' ὑπὲρ ἥμισυ τούτων· κῦμά τε ἐξαρθὲν τριχῇ, τὸ μὲν πρὸς Σκάρφην ἐνεχθῆναι καὶ Θρόνιον, τὸ δὲ πρὸς Θερμοπύλας, ἄλλο δὲ εἰς τὸ πεδίον ἕως τοῦ Φωκικοῦ Δαφνοῦντος. πηγάς τε ποταμῶν ξηρανθῆναι πρὸς ἡμέρας τινάς, τὸν δὲ Σπερχειὸν ἀλλάξαι τὸ ῥεῖθρον καὶ ποιῆσαι πλωτὰς τὰς ὁδούς, τὸν δὲ Βοάγριον κατ' ἄλλης ἐνεχθῆναι φάραγγος, καὶ Ἀλόπης δὲ καὶ Κύνου καὶ Ὀποῦντος πολλὰ καταβλαβῆναι μέρη, Οἶον δὲ τὸ ὑπερκείμενον φρούριον πᾶν ἀνατραπῆναι, Ἐλατείας δὲ τοῦ τείχους καταρραγῆναι μέρος, περὶ δὲ Ἄλπωνον θεσμοφορίων ὄντων πέντε καὶ εἴκοσι παρθένους ἀναδραμούσας εἰς πύργον τῶν ἐλλιμενίων κατὰ θέαν, πεσόντος τοῦ πύργου, πεσεῖν καὶ αὐτὰς εἰς τὴν θάλατταν. λέγουσι δὲ καὶ τῆς Ἀταλάντης τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ τὰ μέσα, ῥήγματος γενομένου, διάπλουν δέξασθαι, μεταξὺ καὶ τῶν πεδίων ἔνια καὶ μέχρι εἴκοσι σταδίων ἐπικλυσθῆναι, καὶ τριήρη τινὰ ἐκ τῶν νεωρίων ἐξαιρεθεῖσαν ὑπερπεσεῖν τοῦ τείχους.

21. Προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων μεταβολὰς ἐπὶ πλέον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατασκευά-

cilium est, quale Homerus descripsit : præstat autem in his mutationem pro causa accipi, quam ignorationem aut fabulosa de locis mendacia poetæ adscribere. Verum hoc ut incertum, in medio relinquo.

19. Antissa insula pridem fuit, ut Myrsilus ait : quod autem tum Lesbi nomen Issa esset, insula appellata est Antissa : nunc eadem urbs est Lesbi. Sunt qui Lesbum ab Ida abruptam credant, ut Prochytam et Pithecussam a Miseno, Capreas ab Athenæo, a Rhegino agro Siciliam, Ossam ab Olympo. Et sunt in his quoque regionibus ejusmodi mutationes factæ. Ladon quoque Arcadiæ fluvius fluxum aliquando suum inhibuit. Et Duris Rhagadas, quæ in Media sunt, nomen inde habere ait, quod terræ motibus rupta fuerit (ἐρράγη) terra apud Caspias portas, complures que eversæ urbes et pagi, ac fluviorum variæ inciderint mutationes. De Eubœa quoque Ion sic in fabula satyrica Omphale dicit :

> Eubœa rura fluctus Euripi levis
> Bœotiæ aufert, litus exscindens freto
> projectum.

20. Demetrius porro Callatianus terræ motus qui ab antiquis temporibus per Græciam totam acciderunt, enumerans, Lichadum insularum et Cenæi multas partes demersas narrat, et thermas quæ sunt Ædepsi atque in Thermopylis, per triduum retentas, rursum fluxisse, ita quidem, ut Ædepsanæ aliis eruperint fontibus. Et Orei murum maritimum et domos ad septingentas corruisse; Echini, Phalarorum et Heracleæ Trachiniæ magnam concidisse partem, Phalara funditus esse eversa. Similia evenisse Lamiensibus et Larisæis; et Scarphiam e fundamentis subrutam, et demersos homines mille septingentis non pauciores, Throniorum dimidiam partem horum et amplius : ac fluctum excitatum trifariam, cujus una pars ad Scarphen et Thronium delata, altera ad Thermopylas, tertia in campum usque ad Daphnuntem Phocicis. Fontes quoque fluminum per aliquot dies fuisse siccatos; Spercheum alveo mutato vias reddidisse navigabiles; Boagrium per aliam decurrisse convallem; Alopes, Cyni et Opuntis multas partes læsas : Œum autem castellum, quod supra urbem situm fuit, totum eversum, partem muri Elateæ concidisse : et apud Alponum, quum Thesmophoria agerentur, viginti quinque virgines in turrim in portu sitam spectandi causa accurrisse ac ruina turris in mare decidisse. Ferunt et Atalantam quæ est juxta Eubœam, ruptura accidente mediam navibus perviam redactam, campos etiam quosdam ad viginti stadia usque inundatos, et triremem quandam e navali ablatam supra muros decidisse.

21. His etiam mutationes addunt peregrinatione gentium consecutas, ad majorem admirationis vacuitatem paran-

ζειν ἐθέλοντες, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι πάντες· παράκειται γὰρ τῷ ἀθαμβεῖ καὶ ἀταράχῳ καὶ ἀνεκπλήκτῳ· οἷον Ἰβήρων μὲν τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων, οὓς ὁ Ἀράξης, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ὁρίζει, Κῦρος δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ὄρη τὰ Μοσχικά, Αἰγυπτίων δ' εἴς τε Αἰθίοπας καὶ Κόλχους, Ἐνετῶν δ' ἐκ Παφλαγονίας ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐθνῶν συνέβη, Ἰώνων καὶ Δωριέων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Αἰολέων· καὶ Αἰνιᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι περὶ τὸ Δώτιον ᾤκουν καὶ τὴν Ὄσσαν μετὰ Περραιβῶν· καὶ αὐτοὶ δὲ Περραιβοὶ μετανάσται τινές. πλήρης δέ ἐστι τῶν τοιούτων παραδειγμάτων ἡ νῦν ἐνεστῶσα πραγματεία. τινὰ μὲν οὖν καὶ πρόχειρα τοῖς πολλοῖς εἰσιν· αἱ δὲ τῶν Καρῶν καὶ Τρηρῶν καὶ Τεύκρων μεταναστάσεις καὶ Γαλατῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων οἱ ἐπὶ πολὺ ἐκτοπισμοί, Μάδυός τε τοῦ Σκυθικοῦ καὶ Τεαρκὼ τοῦ Αἰθίοπος καὶ Κώβου τοῦ Τρηρὸς καὶ Σεσώστριος καὶ Ψαμμιτίχου τῶν Αἰγυπτίων καὶ Περσῶν τῶν ἀπὸ Κύρου μέχρι Ξέρξου οὐχ ὁμοίως ἐν ἑτοίμῳ πᾶσίν εἰσιν. οἵ τε Κιμμέριοι, οὓς καὶ Τρῆρας ὀνομάζουσιν, ἢ ἐκείνων τι ἔθνος πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, τοτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, τοτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες, ἡνίκα Μίδαν αἷμα ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών. Λύγδαμις δὲ τοὺς αὑτοῦ ἄγων μέχρι Λυδίας καὶ Ἰωνίας ἤλασε καὶ Σάρδεις εἷλεν, ἐν Κιλικίᾳ δὲ διεφθάρη. πολλάκις δὲ καὶ οἱ Κιμμέριοι καὶ οἱ Τρῆρες ἐποιήσαντο τὰς τοιαύτας ἐφόδους· τοὺς δὲ Τρῆρας καὶ Κῶβον ὑπὸ Μάδυος τὸ τελευταῖον ἐξελαθῆναί φασι τοῦ τῶν † Κιμμερίων βασιλέως. ταῦτα μὲν εἰρήσθω πρὸς ἅπασαν κοινῇ τὴν περίοδον τῆς γῆς ἔχοντα οἰκείαν ἱστορίαν.

22. Ἐπάνιμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ἀφ' ὧν παρέβημεν. τοῦ γὰρ Ἡροδότου μηδένας Ὑπερβορείους εἶναι φήσαντος, μηδὲ γὰρ Ὑπερνοτίους, γελοίαν φησὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ ὁμοίαν ὁ Ἐρατοσθένης τῷ σοφίσματι τούτῳ, εἴ τις λέγοι μηδένας εἶναι ἐπιχαιρεκάκους, μηδὲ γὰρ ἐπιχαιραγάθους· κατὰ τύχην τε εἶναι καὶ Ὑπερνοτίους· κατὰ γοῦν τὴν Αἰθιοπίαν μὴ πνεῖν Νότον, ἀλλὰ [καὶ] κατωτέρω. θαυμαστὸν δ', εἰ, καθ' ἕκαστον κλίμα πνέοντος ἀνέμου, καὶ πανταχοῦ τοῦ ἀπὸ μεσημβρίας Νότου προσαγορευομένου, ἔστι τις οἴκησις ἐν ᾗ τοῦτο μὴ συμβαίνει. τοὐναντίον γὰρ οὐ μόνον Αἰθιοπία ἔχοι ἂν τὸν καθ' ἡμᾶς Νότον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνωτέρω πᾶσα μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ. εἰ δ' ἄρα, τοῦ Ἡροδότου τοῦτ' ἐχρῆν αἰτιᾶσθαι, ὅτι τοὺς Ὑπερβορείους τούτους ὑπέλαβε λέγεσθαι, παρ' οἷς ὁ Βορέας οὐ πνεῖ. καὶ γὰρ εἰ οἱ ποιηταὶ μυθικώτερον οὕτω φασίν, οἵ γ' ἐξηγούμενοι τὸ ὑγιὲς ἂν ἀκούσαιεν, Ὑπερβορείους τοὺς βορειοτάτους λέγεσθαί (φασι). ὅρος δὲ τῶν μὲν βορείων ὁ πόλος, τῶν δὲ νοτίων ὁ ἰσημερινός· καὶ τῶν ἀνέμων δ' ὁ αὐτὸς ὅρος.

23. Ἑξῆς δὲ λέγει πρὸς τοὺς φανερῶς πεπλασμένα καὶ ἀδύνατα λέγοντας, τὰ μὲν (γὰρ) ἐν μύθου σχήματι,

dam, quam, quia stupore ac perturbationibus liberat, valde prædicat Democritus, ceterique philosophi omnes. Ut quod Iberi occidentales in loca ultra Pontum et Colchidem commigrarunt, quos Araxes, ut ait Apollodorus, ab Armenia separat, verius autem Cyrus et Moschici montes; Ægyptii in Æthiopiam et ad Colchos. Eneti e Paphlagonia ad Adriam. Quæ eadem Græcis quoque evenerunt gentibus, Ionibus, Doribus, Achæis, Æolibus: et Ænianes Ætolis nunc finitimi, ad Dotium habitaverunt et Ossam inter Perrhæbos: sed et ipsi Perrhæbi peregrini sunt. Atque nostrum institutum refertum est hujusmodi exemplis. Quædam horum in promptu sunt omnibus: migrationes autem Carum, Trerum, Teucrorum, Galatarum, ducumque longinquæ peregrinationes, Madyis Scythæ, Tearco Æthiopis, Cobi e Trerum gente, Sesostris ac Psammitichi Ægyptiorum, Persarum a Cyro usque ad Xerxem, non itidem omnibus notæ sunt. Ac Cimmerii, quos et Treras appellant, aut quædam eorum natio, sæpe incursiones fecerunt in dextram Ponti partem et iis contigua, modo in Paphlagoniam, alias in Phrygiam irrumpentes; quando etiam obiisse Midam tauri poto sanguine narrant. Lygdamis vero suos ducens usque ad Lydiam et Ioniam est progressus, ac Sardes cepit, periit in Cilicia. Sæpe etiam Cimmerii et Treres hujusmodi fecerunt incursiones: ac Treras et Cobum tandem a Madye Cimmeriorum [Scytharum?] rege expulsos aiunt. Atque hæc dicta sunto, quatenus ad totius terræ ambitum in universum aptam cognitionem præbent.

22. Referat nunc se eo nostra unde egressa est oratio, et persequamur sequentia. Dixerat Herodotus nullos esse Hyperboreos, nam ne Hypernotios quidem esse. Id argumentum Eratosthenes simile ait esse cavillo isti, quo negantur esse qui malis alienis gaudeant, quia non sint qui bonis alienis gaudeant: atque evenire ut sint Hypernotii; nam in Æthiopia non spirare Notum (sive Austrum), sed locis inferioribus. Atqui mirum est, quum in quovis climate ventus spiret, et ubique is qui flat a meridie Notus vocetur, esse aliquam habitationem hujus expertem. Contra enim non modo Æthiopia nostrum sentit Notum, sed et superiores omnes usque ad æquinoctialem regiones. Quod quum ita sit, id in Herodoto erat reprehendendum, quod eos existimavit vocari Hyperboreos, apud quos non spiret Boreas. Nam tametsi fabulosius poetæ ista dicunt, interpretes id quod sanum erat poterant intelligere: scilicet Hyperboreos dici eos qui maxime sunt omnium septentrionales: porro septentrionalium terminus est polus, meridionalium æquinoctialis, idemque est ventorum terminus.

23. Secundum hæc Eratosthenes disputat contra eos qui perspicue falsa et impossibilia dixerunt, sive fabulæ, sive

τὰ δ' ἱστορίας, περὶ ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι· οὐδ' ἐκεῖνον ἐχρῆν ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ φλυάρους ἐπισκοπεῖν. ἡ μὲν οὖν πρώτη διέξοδος αὐτῷ τῶν ὑπομνημάτων τοιαύτη.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ πειρᾶται διόρθωσίν τινα ποιεῖσθαι τῆς γεωγραφίας, καὶ τὰς ἑαυτοῦ λέγει ὑπολήψεις· πρὸς ἃς πάλιν εἴ ἐστί τις ἐπανόρθωσις, πειρατέον προσφέρειν. τὸ μὲν οὖν τὰς μαθηματικὰς ὑποθέσεις [εἰσ-]άγειν καὶ φυσικὰς εὖ λέγεται, καὶ ὅτι εἰ σφαιροειδὴς ἡ γῆ, καθάπερ καὶ ὁ κόσμος, περιοικεῖται, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα. εἰ δὲ τηλικαύτη, ἡλίκην αὐτὸς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, [οὐ]δ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν· ὅμως δὲ πρὸς τὴν σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων προσχρῆται τοῖς διαστήμασιν ἐκείνοις Ἵππαρχος ἐπὶ τοῦ διὰ Μερόης καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Βορυσθένους μεσημβρινοῦ, μικρὸν παραλλάττειν φήσας παρὰ τὴν ἀλήθειαν. καὶ περὶ τοῦ σχήματος δ' ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πλειόνων [λέγων] καὶ δεικνὺς ὅτι σφαιροειδὴς καὶ ἡ γῆ σὺν τῇ ὑγρᾷ φύσει καὶ ὁ οὐρανός, ἀλλοτριολογεῖν ἂν δόξειεν· ἀρκεῖ γὰρ τὸ ἐπὶ μικρόν.

2. Ἑξῆς δὲ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζων φησὶν ἀπὸ μὲν Μερόης ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ μέχρι Ἀλεξανδρείας εἶναι μυρίους, ἐνθένδε εἰς τὸν Ἑλλήσποντον περὶ ὀκτακισχιλίους ἑκατόν, εἶτ' εἰς Βορυσθένη πεντακισχιλίους, εἶτ' ἐπὶ τὸν κύκλον τὸν διὰ Θούλης (ἥν φησι Πυθέας ἀπὸ μὲν τῆς Βρεττανικῆς ἓξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, ἐγγὺς δ' εἶναι τῆς πεπηγυίας θαλάττης) ἄλλους ὡς μυρίους χιλίους πεντακοσίους. ἐὰν οὖν ἔτι προσθῶμεν ὑπὲρ τὴν Μερόην ἄλλους τρισχιλίους τετρακοσίους, ἵνα τὴν τῶν Αἰγυπτίων νῆσον ἔχωμεν καὶ τὴν Κινναμωμοφόρον καὶ τὴν Ταπροβάνην, ἔσεσθαι σταδίους τρισμυρίους ὀκτακισχιλίους.

3. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα διαστήματα δεδόσθω αὐτῷ· ὡμολόγηται γὰρ ἱκανῶς· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ἐπὶ τὸν διὰ Θούλης κύκλον τίς ἂν δοίη νοῦν ἔχων; ὅ τε γὰρ ἱστορῶν τὴν Θούλην Πυθέας ἀνὴρ ψευδίστατος ἐξήτασται, καὶ οἱ τὴν Βρεττανικὴν [καὶ] Ἰέρνην ἰδόντες οὐδὲν περὶ τῆς Θούλης λέγουσιν, ἄλλας νήσους λέγοντες μικρὰς περὶ τὴν Βρεττανικήν. αὐτή τε ἡ Βρεττανικὴ τὸ μῆκος ἴσως πώς ἐστι τῇ Κελτικῇ παρεκτεταμένη, τῶν πεντακισχιλίων σταδίων οὐ μείζων καὶ τοῖς ἄκροις τοῖς ἀντικειμένοις ἀφοριζομένη. ἀντίκειται γὰρ ἀλλήλοις τά τε ἑῷα ἄκρα τοῖς ἑῴοις καὶ τὰ ἑσπέρια τοῖς ἑσπερίοις, καὶ τά γε ἑῷα ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ μέχρις ἐπόψεως, τό τε Κάντιον καὶ αἱ τοῦ Ῥήνου ἐκβολαί. ὁ δὲ πλειόνων ἢ δισμυρίων τὸ μῆκος ἀποφαίνει τῆς νήσου, καὶ τὸ Κάντιον ἡμερῶν τινων πλοῦν ἀπέχειν τῆς Κελτικῆς φησι· καὶ τὰ περὶ τοὺς

historiæ forma : quæ quidem indigna sunt mentione, neque ipsum in tractatione talis materiæ decebat nugas referre. Hæc ergo est primi ejus commentariorum explicatio.

CAP. IV.

Secundo libro quandam molitur geographiæ correctionem, et suas proponit sententias : quibus ipsis an aliqua possit adhiberi emendatio, tentandum est. Id quidem recte dicitur, quod mathematica et physica postulata sint usurpanda : et quod terra per orbem inhabitetur, siquidem, sicut totum universum, ipsa quoque globi habeat figuram; aliaque id genus. Utrum vero ea sit, quam ipse ponit, ejus quantitas, non convenit inter scriptores posteriores, qui nec dimensionem ejus laudant : tamen Hipparchus ad annotanda quæ secundum habitationes diversa in rebus cœlestibus observantur, adhibet ab eo tradita intervalla in Meroes, Alexandriæ et Borysthenis meridiano, eaque non multum ait a vero deviare. Deinceps de figura pluribus disserens, ac demonstrans terram una cum aquæ elemento globum constituere, sicut cœlum, extra propositum vagari videtur : hæc enim paucis expedire oportuit.

2. Porro latitudinem terræ definiens juxta meridiani circulum qui Meroen transit, a Meroe pronuntiat usque ad Alexandriam esse stadiûm decem millia : inde ad Hellespontum ad octo millia et centum : hinc ad Borysthenem quinque millia, deinde ad circulum qui per Thulen transit (quam Pytheas a Britannia insula ait sex dierum navigationem abesse versus septentrionem, vicinam congelato mari) alia fere undecim millia cum quingentis. Quodsi adhuc addamus ultra Meroen alia ter mille et quadringenta stadia, ut etiam Ægyptiam insulam, Cinnamomiferam regionem ac Taprobanam complectamur, fore in universum stadiorum triginta et octo millia.

3. Ac reliqua sane intervalla, quia satis de iis convenit, concedamus ita habere. Quis autem mentis compos intervallum quod a Borysthene ponit ad circulum qui Thulen transit, pro vero judicabit? quum et Pytheas, qui Thules historiam retulit, homo mendacissimus sit inventus, et qui Britanniam et Iberniam viderunt, nihil de Thule dicant, sed alias quasdam parvas circa Britanniam insulas commemorent. Et ipsa Britannia longitudine fere æquali est Celticæ juxta porrecta, quinque millibus stadiorum non major, atque extremitatibus oppositæ regionis definita. Opponuntur enim invicem orientales orientalibus, atque occiduæ occidentalibus, adeoque orientales propinquæ invicem sunt, ita ut altera ab altera conspici possit, Cantium inquam et Rheni ostia. At ille insulam viginti stadiorum millibus longiorem facit, aitque Cantium aliquot

Ὠστιμίους δὲ καὶ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου τὰ μέχρι Σκυθῶν πάντα κατέψευσται τῶν τόπων. ὅστις οὖν περὶ τῶν γνωριζομένων τόπων τοσαῦτα ἔψευσται, σχολῇ γ' ἂν περὶ τῶν ἀγνοουμένων παρὰ πᾶσιν ἀληθεύειν δύναιτο.

4. Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ διὰ τῆς Βρεττανικῆς εἰκάζουσιν Ἵππαρχός τε καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας· ὃν γὰρ λόγον εἴρηκε τοῦ ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν, τὸν αὐτὸν καὶ Ἵππαρχος κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν εὑρεῖν ἐν τῷ Βυζαντίῳ φησίν. ἐκ Μασσαλίας δὲ εἰς μέσην τὴν Βρεττανικὴν οὐ πλέον τῶν πεντακισχιλίων ἐστὶ σταδίων. ἀλλὰ μὴν ἐκ μέσης τῆς Βρεττανικῆς οὐ πλέον τῶν τετρακισχιλίων προελθὼν εὕροι ἂν οἰκήσιμον ἄλλως πως (τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ περὶ τὴν Ἰέρνην), ὥστε τὰ ἐπέκεινα, εἰς ἃ ἐκτοπίζει τὴν Θούλην, οὐκέτ' οἰκήσιμα. τίνι δ' ἂν καὶ στοχασμῷ λέγοι τὸ ἀπὸ τοῦ διὰ Θούλης ἕως τοῦ διὰ Βορυσθένους μυρίων καὶ χιλίων πεντακοσίων, οὐχ ὁρῶ.

5. Διαμαρτὼν δὲ τοῦ πλάτους ἠνάγκασται καὶ τοῦ μήκους ἀστοχεῖν. ὅτι μὲν γὰρ πλέον ἢ διπλάσιον τὸ γνώριμον μῆκός ἐστι τοῦ γνωρίμου πλάτους, ὁμολογοῦσι καὶ οἱ ὕστερον καὶ τῶν ἄλλων οἱ χαριέστατοι· λέγω δὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰβηρίας, [ἀπὸ] τοῦ [δι'] Αἰθιόπων ἕως τοῦ κατὰ Ἰέρνην κύκλου. ὁρίσας δὲ τὸ λεχθὲν πλάτος, τὸ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων Αἰθιόπων μέχρι τοῦ διὰ Θούλης ἐκτείνει πλέον ἢ δεῖ τὸ μῆκος, ἵνα ποιήσῃ πλέον ἢ διπλάσιον τοῦ λεχθέντος πλάτους. φησὶ δ' οὖν τὸ μὲν τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ στενότατον σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων· τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀκρωτήρια τεῖνον τρισχιλίοις εἶναι μεῖζον· τὸ δὲ ἔνθεν ἐπὶ Κασπίους πύλας μυρίων τετρακισχιλίων, εἶτ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην μυρίων, ἐπὶ δὲ τὸν Νεῖλον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου πεντακισχιλίων, ἄλλους δὲ χιλίους καὶ τριακοσίους μέχρι Κανωβικοῦ στόματος, εἶτα μέχρι τῆς Καρχηδόνος μυρίους τρισχιλίους πεντακοσίους, εἶτα μέχρι Στηλῶν ὀκτακισχιλίους τοὐλάχιστον· ὑπεραίρειν δὴ τῶν ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίους. δεῖν δὲ ἔτι προσθεῖναι τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, ἀντικείμενον μὲν τοῖς Ἴβηρσι, προπεπτωκὸς δὲ πρὸς τὴν ἑσπέραν, οὐκ ἔλαττον σταδίων τρισχιλίων, καὶ τὰ ἀκρωτήρια τά τε ἄλλα καὶ τὸ τῶν Ὠστιμίων, ὃ καλεῖται Κάβαιον, καὶ τὰς κατὰ τοῦτο νήσους, ὧν τὴν ἐσχάτην Οὐξισάμην φησὶ Πυθέας ἀπέχειν ἡμερῶν τριῶν πλοῦν. ταῦτα δ' εἰπὼν τὰ τελευταῖα οὐδὲν πρὸς τὸ μῆκος συντείνοντα προσέθηκε τὰ περὶ τῶν ἀκρωτηρίων καὶ τῶν Ὠστιμίων καὶ τῆς Οὐξισάμης καὶ ὧν φησι νήσων· ταῦτα γὰρ πάντα, φησί, προσάρκτιά ἐστι καὶ Κελτικά, οὐκ Ἰβηρικά, μᾶλλον δὲ Πυθέου πλάσματα. προστίθησί [τε] τοῖς εἰρημένοις τοῦ μήκους διαστήμασιν ἄλλους σταδίους δισχιλίους μὲν πρὸς τῇ δύσει, δισχι-

dierum navigatione abesse a Celtica. De Ostimiis [*codd. fere* Ostidamniis] etiam, et quæ trans Rhenum sunt ad Scythiam usque locis, omnia falsa perhibuit, ut qui tam multa de iis mentitus sit quæ nota sunt omnibus, non facile videatur de iis vera traditurus, quæ ab omnibus ignorantur.

4. Jam parallelum qui per Borysthenem transit, eundem esse cum Britannico Hipparchus aliique inde conjiciunt, quod idem parallelus est Byzantii ac Massiliæ : nam quam Eratosthenes umbræ ad gnomonem rationem Massiliæ ascripsit, eandem se sub ejusdem nominis tempus Byzantii observasse Hipparchus scribit. Jam a Massilia in mediam Britanniam non amplius est quinquies mille stadiis. Atqui e Britannia media non amplius quattuor stadiorum progressus millia, terram inveniet quæ vix habitari possit (et hæc erit circa Iberniam), ut ulteriora ista, in quæ ille Thulen rejicit, non jam habitari possint. Qua etiam ductus conjectura dixerit inter Thules et Borysthenis circulos undecies mille et quingenta stadia interesse, non video.

5. Ceterum in latitudine aberrans, necessario etiam in longitudine designanda est allucinatus. Nam cognitam longitudinem cognita latitudine duplo esse ampliorem, quum posteriores, tum reliquorum etiam elegantissimus quisque confitetur : ab extremis Indiæ usque ad ultimos Hispaniæ fines longitudinem, ab Æthiopico circulo usque ad Ibernicum latitudinem dico. Hanc ille postquam definiit ab extremis Æthiopibus usque ad circulum per Thulen, longitudinem porro extendit, ut amplius dupla ejus ad latitudinem efficiat proportionem. Itaque inquit, Indiam usque ad Indum fluvium, ubi est arctissima, porrigi per sedecim stadiorum millia : quæ ad extremas pertinent partes, tribus stadiorum millibus amplius : inde ad Caspias usque portas, quattuordecim millia : hinc ad Euphratem decem millia : ab hoc ad Nilum quinque millia : rursum usque ad Canopicum ostium alia mille et trecenta : atque hinc Carthaginem usque tredecim millia et quingenta : indeque ad columnas Herculis octo minimum millia : summam ergo fieri stadiorum septuagies millium et octingentorum : addendam vero adhuc esse Europæ curvitatem extra columnas Herculis, quæ Hispanis opposita vergit ad occasum, non minor tribus stadiorum millibus, et extremitates quum alias, tum Ostimiorum quod appellatur Cabæum, eique adjacentes insulas, quarum ultimam Uxisamam Pytheas ait abesse tridui navigatione. Hæc ille disserens, ultima ista nihil ad longitudinem pertinentia adjecit de promontoriis et Ostimiis et Uxisama, ac quas memorat insulis : nam hæc, inquit, omnia versus septentrionem sita et Celtica sunt, non Hispanica, imo Pytheæ potius sunt figmenta. Deinde ad hæc longitudinis spatia alia duo sta-

λίους δὲ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, ἵνα σώσῃ τὸ [μὴ] πλέον ἢ ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι.

6. Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλέον, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν διάστημα μεῖζον λέγειν, κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω πρὸς τὴν ἑσπέραν μακροτέραν εἶναι τὴν οἰκουμένην, καθάπερ εἰρήκαμεν·....... ὡς οἱ μαθηματικοί φασι, κύκλον συνάπτειν, συμβάλλουσαν αὐτὴν ἑαυτῇ· ὥστ', εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους ἐκώλυε, κἂν πλεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰνδικὴν διὰ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, τὸ λοιπὸν μέρος παρὰ τὸ λεχθὲν διάστημα ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος ὂν τοῦ ὅλου κύκλου· εἴπερ ὁ δι' Ἀθηνῶν ἐλάττων ἐστὶν εἴκοσι μυριάδων, ὅπου πεποιήμεθα τὸν εἰρημένον σταδιασμὸν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Ἰβηρίαν. οὐδὲ ταῦτα οὖν εὖ λέγει. οὗτος γὰρ ὁ λόγος (τὰ) περὶ μὲν τῆς εὐκράτου καὶ καθ' ἡμᾶς ζώνης λέγοιτ' ἂν κατὰ τοὺς μαθηματικούς, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη ἐστί, περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης.... καλοῦμεν γὰρ οἰκουμένην ἣν οἰκοῦμεν καὶ γνωρίζομεν· ἐνδέχεται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ εὐκράτῳ ζώνῃ καὶ δύο οἰκουμένας εἶναι ἢ καὶ πλείους, (εἰ) καὶ μάλιστα ἐγγὺς τοῦ δι' Ἀθηνῶν κύκλου τοῦ διὰ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους γραφομένου. πάλιν δὲ ἐπιμένων τῇ περὶ τοῦ σφαιροειδῆ τὴν γῆν εἶναι ἀποδείξει τῆς αὐτῆς ἐπιτιμήσεως ἂν τυγχάνοι. ὡς δ' αὕτως καὶ πρὸς τὸν Ὅμηρον οὐ παύεται περὶ τῶν αὐτῶν διαφερόμενος.

7. Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν ἠπείρων εἰπὼν γεγονέναι πολὺν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτάς, τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Τανάϊδι, νήσους ἀποφαίνοντας, τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς, τῷ τε μεταξὺ τῆς Κασπίας καὶ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης καὶ τῷ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ Ἐκρήγματος, τού[τους] δὲ χερρονήσους αὐτὰς λέγειν, οὐχ ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη, ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων (μᾶλλον) κατὰ Δημόκριτον εἶναι. μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὅρων καθάπερ Κολυττοῦ καὶ Μελίτης, οἷον στηλῶν ἢ περιβόλων, τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι τουτὶ μέν ἐστι Κολυττός, τουτὶ δὲ Μελίτη, τοὺς ὅρους [δὲ] μὴ ἔχειν εἰπεῖν. διὸ καὶ συμβαίνειν κρίσεις πολλάκις περὶ χωρίων τινῶν, καθάπερ Ἀργείοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις περὶ Θυρέας, Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς περὶ Ὠρωποῦ. ἄλλως τε τοὺς Ἕλληνας τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι, οὐκ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀποβλέψαντας, ἀλλ' εἴς τε τὴν σφετέραν καὶ τὴν ἀπαντικρὺ τὴν Καρικήν, ἐφ' ᾗ νῦν Ἴωνες καὶ οἱ ἑξῆς· χρόνῳ δὲ ἐπὶ πλέον προϊόντας ἀεὶ καὶ πλειόνων γνωριζομένων χωρῶν εἰς τοῦτο καταστρέψαι τὴν διαίρεσιν. πότερον οὖν οἱ πρῶτοι διορίσαντες τὰς τρεῖς, ἵνα ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἄρξωμαι διαιτῶν τὴν ἔριν μὴ κατὰ Δημόκριτον, ἀλλὰ κατ' αὐτόν, οὗτοι ἦσαν οἱ πρῶτοι τὴν σφετέραν ἀπὸ τῆς ἀντικειμένης τῆς τῶν Καρῶν διορίσαι ζητοῦντες; ἢ οὗτοι μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐπενόουν μόνην καὶ τὴν Καρίαν καὶ ὀλίγην τὴν συνεχῆ, οὔτε δ' Εὐρώπην οὔτε Ἀσίαν ὡσαύτως οὔτε Λιβύην,

diorum millia occidenti, totidem orienti adjicit, ut latitudinem longitudinis non æquare semissem teneat.

6. Pluribus deinde verbis persuadere nititur natura ita esse comparatum, ut intervallum ab ortu ad occasum reliquo sit majus : id quoque addit, terræ habitatæ eandem esse naturam, ut ab oriente in occidentem longius sit intervallum, sicut et ante diximus; [*nam temperatam seu nostram zonam ipsam quoque longiorem esse, et*] uti mathematici loqui solent, circulum scribere atque in se redire. Itaque, nisi Atlantici maris obstaret magnitudo, posse nos navigare per eundem parallelum ex Hispania in Indiam id quod reliquum est ultra dictam distantiam, quod totius circuli trientem excedit : siquidem circulus per Athenas [*codd.* Thinas] ductus minor est ducentis milliaribus, ubi nos stadia quæ diximus dimensi sumus ex India in Hispaniam. Neque hæc recte dicit. Namque hoc argumentum de temperata seu nostra zona, cujus pars terra habitata est, mathematicis reliquendum est : de habitata autem terra [*non item*]. Habitatam nempe appellamus eam terram, quam inhabitamus et notam habemus : possunt autem in eadem temperata zona vel duæ habitatæ terræ esse, imo et plures, præsertim proxime ad circulum qui per Athenas [*codd.* Thinas] et Atlanticum mare describitur. Rursum deinde insistens demonstrationi de terræ forma, quam globum referre ait, eandem meretur reprehensionem; itemque, quod nullum finem facit Homerum iisdem de rebus impugnandi.

7. Deinde ostendit varias de continentium distinctione sententias fuisse, alios eas fluviis divisisse Nilo ac Tanai, itaque insulas effecisse; alios isthmis, qui sunt inter Caspium ac Ponticum mare, et inter Rubrum mare ac Ecregma : alios eas pro peninsulis habere. Ad hæc ille ait se non videre, quomodo ea quæstio ad rem pertineat, sed eam tantum esse hominum altercantium litem, secundum Democriti illud. Quando enim, ut inter Colyttum et Meliten, non exstant termini certi, ut columnæ verbi gratia aut mœnia, licere quidem ut dicamus hoc e se Colyttum, illud Meliten, at terminos non posse indicari. Eandem causam esse quod sæpe de quibusdam locis orta est controversia, ut Argivis ac Spartanis de Thyrea, Atheniensibus ac Bœotis de Oropo. Ipsos vero alioqui Græcos tres continentes nominasse non respectu terræ habitatæ, sed suæ et ejus quæ opposita est, Caricæ nimirum, in qua nunc Iones ac ceteræ gentes degunt : successu deinde temporis paulatim eos ulterius progressos, plures regiones cognovisse, ut ista divisio hanc notionem induerit. Utrum ergo ii qui principes trium continentium divisionem instituerunt (ut ab extremis ordiar, litemque non secundum Democritum, sed ipsum Eratosthenem disceptem), isti erant qui primo suam terram ab opposita Carum terra distinguere voluere? an potius solam illi ad Græciam et Cariam paucaque ei contigua respexerunt, neutiquam vero ad Europam, Asiam et Afri-

οἱ δὲ λοιποὶ ἐπιόντες ὅση ἦν ἱκανὴ ὑπογράψαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπίνοιαν, οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τρία [μέρη] διαιροῦντες; πῶς οὖν οὐ τῆς οἰκουμένης ἐποιοῦντο διαίρεσιν; τίς δὲ τρία μέρη λέγων καὶ καλῶν ἤπειρον ἕκαστον τῶν μερῶν οὐ προσεπινοεῖ τὸ ὅλον, οὗ τὸν μερισμὸν ποιεῖται; εἰ δ' ἐπινοοῖ μὲν μὴ τὴν οἰκουμένην, μέρους δέ τινος αὐτῆς τὸν μερισμὸν ποιοῖτο, τίνος ἄν τις μέρους τῆς οἰκουμένης μέρος εἶπε τὴν Ἀσίαν ἢ τὴν Εὐρώπην [ἢ] ὅλως ἤπειρον; ταῦτα γὰρ εἴρηται παχυμερῶς.

8. Ἔτι δὲ παχυμερέστερον τὸ φήσαντα μὴ ὁρᾶν, εἰς τί πραγματικὸν καταστρέφει τὸ τοὺς ὅρους ζητεῖν, παραθεῖναι τὸν Κολυττὸν καὶ τὴν Μελίτην, εἶτ' εἰς τἀναντία περιτρέπεσθαι. εἰ γὰρ οἱ περὶ Θυρεῶν καὶ Ὠρωποῦ πόλεμοι διὰ τὰς τῶν ὅρων ἀγνοίας ἀπέβησαν, εἰς πραγματικόν τι καταστρέφον τὸ διαχωρίζειν τὰς χώρας· ἢ τοῦτο λέγει, ὡς ἐπὶ μὲν τῶν χωρίων, καὶ νὴ Δία τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν πραγματικὸν τὸ διορίζειν ἀκριβῶς, ἐπὶ δὲ τῶν ἠπείρων περιττόν. καίτοι οὐδὲ ἐνταῦθα ἧττον οὐδέν· γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τούτων ἡγεμόσι μεγάλοις ἀμφισβήτησις, τῷ μὲν ἔχοντι τὴν Ἀσίαν, τῷ δὲ τὴν Λιβύην, ὁποτέρου δ' ἐστὶν ἡ Αἴγυπτος, δηλονότι ἡ κάτω λεγομένη τῆς Αἰγύπτου χώρα. καὶ ἐάσας δέ τις τοῦτο διὰ τὸ σπάνιον ἄλλως φατέον διαιρεῖσθαι τὰς ἠπείρους κατὰ μέγαν διορισμὸν καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἀναφερόμενον· καθ' ὃν οὐδὲ τούτου φροντιστέον, εἰ οἱ τοῖς ποταμοῖς διορίσαντες ἀπολείπουσί τινα χωρία ἀδιόριστα, τῶν ποταμῶν μὴ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ διηκόντων, (τὰς) μηδὲ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους.

9. Ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις, βέλτιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα. πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ Ἀριανούς, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους, οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους. διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον, ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων, ὅσους οἷόν τ' ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν καὶ εὐεργετεῖν· ὥσπερ δι' ἄλλο τι τῶν οὕτω διελόντων τοὺς μὲν ἐν ψόγῳ, τοὺς δ' ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, ἢ διότι τοῖς μὲν ἐπικρατεῖ τὸ νόμιμον καὶ τὸ παιδείας καὶ λόγων οἰκεῖον, τοῖς δὲ τἀναντία. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος οὖν οὐκ ἀμελήσας τῶν παραινούντων, ἀλλ' ἀποδεξάμενος τὴν γνώμην τὰ ἀκόλουθα, οὐ τὰ ἐναντία ἐποίει, πρὸς τὴν διάνοιαν σκοπῶν τὴν τῶν ἐπεσταλκότων.

cam; reliqui autem ad terram habitabilem respicientes quantam describere valuerunt, ii demum auctores sunt hujus in tres partes divisionis? Jam quomodo non instituerunt ii terræ habitatæ partitionem? Quis autem est qui tres statuat partes, et partium unamquamque continentis nomine appellet, qui non prius totum animo conceperit cujus partitionem aggreditur? Quodsi autem non respexit ad totam habitabilem terram, sed tantummodo partem aliquam ejus dividere instituit, scire velim cujus partis terræ habitatæ partem dicat Asiam, Europam aut denique continentem. Hæc ergo pingui Minerva dixit.

8. Illud adhuc rudius, quod is ipse, qui ait se non videre quomodo ad ullam rem conducere possit terminorum indagatio, Colyttum producit et Meliten, ac deinde in contrarium avertitur. Si enim de Thyrea et Oropo bella ob finium ignorationem orta sunt, nimirum distinctio locorum pertinebit ad res gerendas: nisi fortassis dicat, loca, atque adeo singulis hoc in gentibus, distinguere, id quidem ad negotia tractanda facere, totam autem habitatam terram in continentes dividere, hoc esse rem supervacaneam. Atqui nihil minus hic est: nam summis imperatoribus eam ob rem possit controversia nasci, ut, si alter Asiam possideat, Africam alter, ad utrum pertineat Ægyptus, nimirum inferior quæ vocatur Ægypti plaga. Ceterum hoc omisso, ut quod sit rarum, dicendum est, aliter dividi continentes, magnæ divisionis ratione, quæ totam habitatam terram respiciat; propter quam ne id quidem curandum est, quod qui fluviis ea in re utuntur, quædam loca suâ divisione non comprehendunt, quia fluvii non usque ad oceanum pertingunt et continentes non quasi veras insulas disterminant.

9. In fine commentarii autem improbans eorum sententiam, qui universum genus humanum in duas dividunt partes, videlicet in Græcos et barbaros, et qui Alexandro suaserunt ut Græcos pro amicis, barbaros pro hostibus haberet, dicit rectius virtute et malitia eos dividi: nam et multos Græcorum esse malos, et de barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos, itemque Romanos et Carthaginienses, quorum in magna sunt admiratione respublicæ: itaque etiam Alexandrum istis admonitoribus valere jussis, quoscunque posset nancisci viros egregios, amplexum fuisse et beneficiis ornasse. Quasi vero qui ita homines distribuerunt, aliosque vituperio, alios laude dignos judicaverunt, alio respexerint, quam quod apud hos leges, civilitas, institutio et certa ratio agendi omnia, in usu essent, apud illos negligerentur. Itaque etiam Alexander consilium hoc nequaquam sprevit, sed probans hanc sententiam et ad consilium eorum qui sic suaserant, respiciens, non diversum ab eo, sed quæ ei consectaria erant, fecit.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ λέξιν προβαλλόμενος τὰ Ἐρατοσθένους διαιτᾷ καὶ διελέγχει, ὅσα μὴ ὀρθῶς εἴρηται ἢ διήρηται ἢ διαγέγραπται· καὶ Ἱππάρχου δὲ τῶν πολλῶν μιμνήσκεται ἐπιλαμβανόμενος. καὶ ἐπὶ τέλει ἔκθεσις σύντομος καὶ τρόπον τινὰ σύνοψις τῆς ὅλης πραγματείας, τοῦτ' ἔστι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν καθιστάμενος τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα γραμμῇ τινι διαιρεῖ δίχα ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν παραλλήλῳ τῇ ἰσημερινῇ γραμμῇ. πέρατα δ' αὐτῆς τίθησι πρὸς δύσει μὲν τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἐπ' ἀνατολῇ δὲ τὰ ἄκρα καὶ ἔσχατα ὄρη τῶν ἀφοριζόντων ὀρῶν τὴν πρὸς ἄρκτον τῆς Ἰνδικῆς πλευράν. γράφει δὲ τὴν γραμμὴν ἀπὸ Στηλῶν διά τε τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῶν μεσημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς, (καὶ) μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου. μέχρι μὲν δὴ δεῦρο διὰ τῆς θαλάττης φησὶν εἶναι τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν καὶ τῶν παρακειμένων ἠπείρων (καὶ γὰρ αὐτὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν οὕτως ἐπὶ μῆκος τετάσθαι μέχρι τῆς Κιλικίας), εἶτα ἐπ' εὐθείας πως ἐκβάλλεσθαι παρ' ὅλην τὴν ὀρεινὴν τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς· τὸν γὰρ Ταῦρον ἐπ' εὐθείας τῇ ἀπὸ Στηλῶν θαλάττῃ τεταμένον δίχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος, τὸ μὲν αὐτῆς μέρος βόρειον ποιοῦντα, τὸ δὲ νότιον· ὥσθ' ὁμοίως καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν ἱδρῦσθαι παραλλήλου καὶ τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι δεῦρο θάλατταν.

2. Ταῦτα δ' εἰπὼν οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα. πολὺ γὰρ ἐπὶ τὰς ἄρκτους παραλλάττειν τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν κατ' αὐτόν, συνεπισπᾶσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἀρκτικωτέραν ἢ δεῖ γινομένην. πίστιν δὲ τούτου φέρει μίαν μὲν τοιαύτην, ὅτι τὰ τῆς Ἰνδικῆς ἄκρα τὰ μεσημβρινώτατα ὁμολογοῦσι πολλοὶ τοῖς κατὰ Μερόην ἀνταίρειν τόποις, ἀπό τε τῶν ἀέρων καὶ τῶν οὐρανίων τεκμαιρόμενοι, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ βορειότατα τῆς Ἰνδικῆς τὰ πρὸς τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι Πατροκλῆς, ὁ μάλιστα πιστεύεσθαι δίκαιος διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιώτης εἶναι τῶν γεωγραφικῶν, φησὶ σταδίους μυρίους καὶ πεντακισχιλίους· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸν δι' Ἀθηνῶν παράλληλον τοσοῦτόν πώς ἐστιν, ὥστε τῆς Ἰνδικῆς τὰ προσάρκτια

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM.

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

In secundo libro Eratosthenis sententiam ad verbum proponens dijudicat et arguit, quæcunque non recte dicta aut distincta aut descripta sunt : complura etiam Hipparchi commemorat ac reprehendit. Brevis demum expositio et quodammodo synopsis totius operis, hoc est geographicæ cognitionis.

CAP. I.

Tertio commentario rerum geographicarum Eratosthenes, tabula totius habitatæ terræ constituta, linea quadam eam in duas dividit partes, quæ æqualiter ubique ab æquatore dissita ab occasu ad ortum porrigitur. Fines ejus lineæ facit, ad occasum columnas Herculis, ad ortum extremas partes eorum montium qui versus septentrionem latus Indiæ definiunt; describit autem lineam istam a Columnis per fretum Siculum, et extremitates meridiem spectantes Peloponnesi atque Atticæ, usque ad Rhodum et sinum Issicum. Atque hactenus quidem dictam lineam ait per mare et oram continentis adjacentis duci (quippe totum nostrum mare sic in longitudinem extendi usque ad Ciliciam) deinde vero ad rectam pæne lineam porrigi pone totum Tauri tractum montanum usque ad Indiam : etenim Taurum ad lineam et regione maris quod a columnis Herculis incipit positum, totam Asiam in duas partes secundum longitudinem dividere, ita ut una septentrioni, altera Austro obvertatur. Itaque similiter eum in parallelo per Athenas [*codd.* Thinas] ducto situm esse; ac mare quod eo usque a columnis pertinet Herculeis.

2. His expositis, veterem geographicam tabulam corrigi debere pronunciat : nam montium partes orientales juxta hanc tabulam nimium versus septentrionem declinare, simulque ipsam etiam Indiam in eandem partem plus æquo trahi. Fidem dictis primum hac ratione nititur facere, quod extremos Indiæ versus meridiem terminos plerique fatentur Meroæ oppositos, ab aeris et rerum cœlestium observatione conjecturam ducentes : inde autem, usque ad septentrioni maxime propinquas partes Indiæ, quæ sunt ad Caucasios montes, Patroclem (quum ob autoritatem, tum quod rerum geographicarum nequaquam fuerit rudis, fide apprime dignum) stadiorum numerare millia quindecim : atqui a Meroes parallelo usque ad eum qui per Athenas transit, esse spatium

μέρη συνάπτοντα τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν εἰς τοῦτον τελευτᾶν τὸν κύκλον.

3. Ἄλλην δὲ πίστιν φέρει τοιαύτην, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου διάστημα ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν Ποντικὴν τρισχιλίων πώς ἐστι σταδίων πρὸς ἄρκτον ἰόντι καὶ τοὺς περὶ Ἀμισὸν ἢ Σινώπην τόπους, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τῶν ὀρῶν λέγεται· ἐκ δὲ Ἀμισοῦ πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν φερομένῳ πρῶτον μὲν ἡ Κολχίς ἐστιν, ἔπειτα ἡ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις καὶ ἡ ἐφεξῆς (ἡ) ἐπὶ Βάκτρα καὶ τοὺς ἐπέκεινα Σκύθας ὁδὸς δεξιὰ ἔχοντι τὰ ὄρη· αὕτη δ' ἡ γραμμὴ διὰ Ἀμισοῦ πρὸς δύσιν ἐκβαλλομένη διὰ τῆς Προποντίδος ἐστὶ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου. ἀπὸ δὲ Μερόης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὐ πλείους εἰσὶ τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων σταδίων, ὅσοι καὶ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ πλευροῦ τῆς Ἰνδικῆς πρὸς τὰ περὶ τοὺς Βακτρίους μέρη, προστεθέντων τρισχιλίων τοῖς μυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, ὧν οἱ μὲν τοῦ πλάτους ἦσαν τῶν ὀρῶν, οἱ δὲ τῆς Ἰνδικῆς.

4. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ὁ Ἵππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς πίστεις· οὔτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δυεῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ Δηιμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων· τούτους γε δὴ τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὁμολογεῖν. ἀπίθανον δή που νομίζει τὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλεῖ, παρέντας [τοὺς] τοσοῦτον *ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι παρ' αὐτὸ τοῦτο τοὺς ἀρχαίους πίνακας, ἀλλὰ μὴ ἐᾶν οὕτως, ἕως ἄν τι πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν.

5. Οἶμαι δὴ πολλὰς ἔχειν εὐθύνας τοῦτον τὸν λόγον. πρῶτον μὲν ὅτι πολλαῖς μαρτυρίαις ἐκείνου χρησαμένου, μιᾷ φησι τῇ Πατροκλέους αὐτὸν χρῆσθαι. τίνες οὖν ἦσαν οἱ φάσκοντες τὰ μεσημβρινὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην; τίνες δ' οἱ τὸ ἀπὸ Μερόης διάστημα μέχρι τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου τοσοῦτον λέγοντες; τίνες δὲ πάλιν οἱ τὸ τῶν ὀρῶν πλάτος [τοσοῦτον], ἢ οἱ τὸ ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὴν Ἀμισὸν τὸ αὐτὸ τούτῳ λέγοντες; τίνες δὲ οἱ [τὸ] ἀπὸ Ἀμισοῦ διὰ Κόλχων καὶ τῆς Ὑρκανίας μέχρι Βακτρίων καὶ τῶν ἐπέκεινα εἰς τὴν ἑῴαν θάλατταν καθηκόντων ἐπ' εὐθείας τε εἶναι λέγοντες καὶ ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς καὶ παρὰ τὰ ὄρη ἐν δεξιᾷ ἔχοντι αὐτά; ἢ πάλιν τὸ ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ, διότι ἐπὶ τὴν Προποντίδα ἐστὶ καὶ τὸν Ἑλλήσποντον; ταῦτα γὰρ ὁ Ἐρατοσθένης λαμβάνει πάντα ὡς καὶ ἐκμαρτυρούμενα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις γενομένων, ἐντετυχηκὼς ὑπομνήμασι πολλοῖς, ὧν εὐπόρει, βιβλιοθήκην ἔχων τηλικαύτην, ἡλίκην αὐτὸς Ἵππαρχός φησι.

6. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Πατροκλέους πίστις ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν σύγκειται, τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν, τῶν ἐπακολουθησάντων αὐτῷ, τῶν ἀντιδοξούντων, ὧν αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κα-

fere idem : proinde in hunc circulum desinere septentrionales Indiæ fines, qui sunt ad Caucasios montes.

3. Alio quoque utitur argumento, tali : intervallum ab Issico sinu ad mare Ponticum pergenti versus septentrionem et quæ circa Amisum sunt aut Sinopen loca, stadiorum esse ter mille circiter, quanta etiam montium perhibeatur latitudo : ab Amiso autem versus ortum æquinoctialem proficiscenti primum Colchidem adiri, deinde montana quæ sunt usque ad mare Hyrcanum, ab his deinceps ad Bactra et ulteriores Scythas, montibus ad dextram sitis, iter fieri : hanc autem lineam ab Amiso versus occasum ductam per Propontidem ire et Hellespontum. Jam a Meroe ad Hellespontum non esse amplius duodeviginti stadiorum millibus, quot etiam sunt a meridionali Indiæ latere usque ad Bactrianos, accedentibus tribus millibus ad quindecim ista millia, quorum hæc erant latitudo montium, illa Indiæ.

4. Hanc sententiam impugnans Hipparchus argumenta hæc culpat. Negat enim Patroclem fidem mereri, contra quem duo sint testimonium ferentes Deimachus et Megasthenes, qui intervallum a mari meridionali quibusdam locis vicies, aliquibus etiam tricies mille stadiorum affirment esse; cum his consentire veteres etiam tabulas. Ac videtur ei absurdum, velle soli Patrocli credere, neglectis testibus adeo evidenter contraria dicentibus, et ex ipsius nutu veteres corrigere tabulas, neque potius sinere tales, donec certius aliquid hac de re cognoverimus.

5. Quam ego ejus orationem multas mereri reprehensiones existimo. Primum quod cum multis usum testimoniis, solius Patroclis usum testimonio ait. Qui ergo erant qui extrema Indiæ meridionalia Meroæ opposita dixerunt? qui a Meroes parallelo usque ad eum qui per Athenas ducitur, ea esse quantitate spatium affirmarunt? qui porro montium latitudinem tantam, aut qui a Cilicia ad Amisum iter tantum esse perhibuerunt? qui ab Amiso per Colchos et Hyrcaniam ad Bactra et ulteriores regiones usque ad orientale mare tractum in recta linea esse et versus ortum æquinoctialem et secundum montes, qui ad dextram habeantur? rursum eandem lineam occasum versus porrectam per Propontidem duci et Hellespontum? Nam hæc omnia sumit Eratosthenes ut testimonio eorum qui istis in locis fuerunt comprobata, quum multos ipse legerit commentarios, copia eorum instructus, ut qui tantam possideret bibliothecam, quantam ei fuisse ipse scribit Hipparchus.

6. Jam ipsius Patroclis fides multis nititur testimoniis, regum scilicet qui ei tantum commiserunt imperium, et eorum qui vel ipsius sententiam secuti sunt, vel contrarium senserunt, quos ipse nominat Hipparchus : quibus enim ii

τονομάζει· οἱ γὰρ κατ' ἐκείνων ἔλεγχοι πίστεις τῶν ὑπὸ τούτου λεγομένων εἰσίν. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀπίθανον τοῦ Πατροκλέους, ὅτι φησὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ συστρατεύσαντας ἐπιδρομάδην ἱστορῆσαι ἕκαστα, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι, ἀναγραψάντων τὴν ὅλην χώραν τῶν ἐμπειροτάτων αὐτῷ· τὴν δ' ἀναγραφὴν αὐτῷ δοθῆναί φησιν ὕστερον ὑπὸ Ξενοκλέους τοῦ γαζοφύλακος.

7. Ἔτι φησὶν ὁ Ἵππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι αὐτὸν τὸν Ἐρατοσθένη διαβάλλειν τὴν τοῦ Πατροκλέους πίστιν ἐκ τῆς πρὸς Μεγασθένη διαφωνίας περὶ τοῦ μήκους τῆς Ἰνδικῆς τοῦ κατὰ τὸ βόρειον πλευρόν, τοῦ μὲν Μεγασθένους λέγοντος σταδίων μυρίων ἑξακισχιλίων, τοῦ δὲ Πατροκλέους χιλίοις λείπειν φαμένου· ἀπὸ γάρ τινος ἀναγραφῆς σταθμῶν ὁρμηθέντα τοῖς μὲν ἀπιστεῖν διὰ τὴν διαφωνίαν, ἐκείνῃ δὲ προσέχειν. εἰ οὖν διὰ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα ἄπιστος ὁ Πατροκλῆς, καίτοι παρὰ χιλίους σταδίους τῆς διαφορᾶς οὔσης, πόσῳ χρὴ μᾶλλον ἀπιστεῖν ἐν οἷς παρὰ ὀκτακισχιλίους ἡ διαφορά ἐστι, πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἄνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, τῶν μὲν λεγόντων τὸ τῆς Ἰνδικῆς πλάτος δισμυρίων σταδίων, τοῦ δὲ μυρίων καὶ δισχιλίων;

8. Ἐροῦμεν δ' ὅτι οὐ ψιλὴν τὴν διαφωνίαν ᾐτιάσατο, ἀλλὰ συγκρίνων πρὸς τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν ἀξιοπιστίαν τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν. οὐ θαυμαστὸν δέ, εἰ πιστοῦ γίνεταί τι πιστότερον, καὶ εἰ τῷ αὐτῷ ἐν ἑτέροις μὲν πιστεύομεν, ἐν ἑτέροις δ' ἀπιστοῦμεν, ὅταν παρά τινος τεθῇ τι βεβαιότερον. γελοῖόν τε τὸ τὴν παρὰ πολὺ διαφωνίαν ἀπιστοτέρους ποιεῖν νομίσαι τοὺς διαφωνοῦντας· τοὐναντίον γὰρ ἐν τῷ παρὰ μικρὸν συμβαίνειν τοῦτο μᾶλλον ἔοικε. παρὰ μικρὸν γὰρ ἡ πλάνη συμβαίνει μᾶλλον οὐ τοῖς τυχοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλέον τι τῶν ἑτέρων φρονοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς παρὰ πολὺ ὁ μὲν τυχὼν ἁμάρτοι ἄν, ὁ δ' ἐπιστημονικώτερος ἧττον ἂν τοῦτο πάθοι· διὸ καὶ πιστεύεται θᾶττον.

9. Ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηίμαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ Νέαρχος καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι παραψελλίζοντες ἤδη. καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπὶ πλέον κατιδεῖν ταῦτα, ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις· διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δηιμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς Ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς Ἀστόμους καὶ Ἄρρινας ἱστοροῦντες Μονοφθάλμους τε καὶ Μακροσκελεῖς καὶ Ὀπισθοδακτύλους· ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν, τρισπιθάμους εἰπόντες. οὗτοι δὲ καὶ τοὺς χρυσωρύχους μύρμηκας καὶ Πᾶνας σφηνοκεφάλους ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας· περὶ ὧν ἕτερος τὸν ἕτερον ἐλέγχει, ὅπερ καὶ Ἐρατοσθένης φησίν. ἐπέμφθησαν μὲν γὰρ εἰς τὰ Παλίμβοθρα, ὁ μὲν Μεγασθένης πρὸς Σανδρόκοττον, ὁ δὲ

refelluntur, his fides Patrocli sententiæ paratur. Id quoque alienum a vero videri non debet, quod Patrocles ait, eos qui Alexandro comites expeditionis fuerunt obiter tantum singula cognovisse, Alexandrum vero ipsum accurate omnia indagasse, quum ei regionum descriptiones a peritissimis traderentur: atque hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam esse ait a Xenocle gazæ præfecto.

7. Addit Hipparchus libro secundo, ipsum Eratosthenem Patrocli fidem derogare, quod is a Megasthene dissenserit in longitudine lateris Indiæ septentrionalis annotanda, quod, quam Megasthenes sedecim millibus stadiorum definit, Patrocles mille stadia summæ ei detrahit: ac Eratosthenem dicere, se occasione ductum cujusdam diurnorum itinerum ac stadiorum annotationis, a qua uterque discrepet, credere neutri eorum, sed illam sequi. Quodsi hic fidem Patrocles non mereatur, quod mille tantum stadiis ab altero dissentit: quanto magis fidem ei denegandam, dissentienti de octo stadiorum millibus a duobus iisque consentientibus, quum hi dicant Indiæ latitudinem esse viginti millia stadiorum, Patrocles autem duodecim?

8. Hic respondebimus, non ob solam dissensionem culpatum fuisse Patroclem, sed comparatam ejus sententiam cum consensione et auctoritate annotationis itinerum. Neque vero mirum, esse aliquid credibili alio credibilius, aut eidem alia in re fidem adhiberi, in alia derogari, ubi ab alio firmius aliquid affertur. Ridiculum quoque est quod dissentientes eo minus putat fidei mereri, quo magis discrepant: contra enim in parvis dissensionibus id potius usu venire videtur. In minutioribus enim errare contingit non vulgares modo, sed et eos qui plus ceteris sapiunt: in multum habentibus discriminis scientior non perinde facile aberraverit atque rudis, ideoque illi facilius creditur.

9. Sane quicunque de India scripserunt, pleraque mentiti sunt: præ reliquis Deimachus, proxime Megasthenes; Onesicritus denique et Nearchus aliique tales nonnihil balbutiunt. Quod nobis plenius perspicere contigit, quum de rebus Alexandri faceremus commentarium. Præcipue autem fides Deimacho est et Megastheni deroganda. Hi enim sunt qui Aurincubos (*in auribus cubantes*), Ore-carentes, Naribus-carentes, Unoculos, Longipedes, Digitis-retroaversis-præditos referunt: renovarunt etiam Homericam Pygmæorum contra grues pugnam, trium spithamarum iis staturam assignantes: iidem narrant formicas aurum effodientes, Panas capita cunei forma habentes, serpentes etiam qui boves et cervos cum cornibus deglutiant; atque de his alter alterum redarguit, quod commemorat etiam Eratosthenes. Missi enim fuerunt legati Palimbothra, Megasthenes

Δηίμαχος πρὸς Ἀλλιτροχάδην τὸν ἐκείνου υἱὸν κατὰ πρεσβείαν· ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀποδημίας κατέλιπον τοιαῦτα, ὑφ' ἧς δή ποτε αἰτίας προαχθέντες. Πατροκλῆς δὲ ἥκιστα τοιοῦτος· καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μάρτυρες οὐκ ἀπίθανοι, οἷς κέχρηται ὁ Ἐρατοσθένης.

10. . . . εἰ γὰρ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Βυζαντίου μεσημβρινὸς ὀρθῶς εἴληπται, καὶ ὁ διὰ τῆς Κιλικίας καὶ Ἀμισοῦ ὀρθῶς ἂν εἴη εἰλημμένος· φαίνεται γὰρ τὸ παράλληλον ἐκ πολλῶν, ὅταν μηδετέρως ἡ σύμπτωσις ἀπελέγχηται.

11. Ὅ τε ἐξ Ἀμισοῦ πλοῦς ἐπὶ τὴν Κολχίδα ὅτι ἐστὶν ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολήν, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐλέγχεται καὶ ὥραις καὶ καρποῖς καὶ ταῖς ἀνατολαῖς αὐταῖς· ὡς δ' αὕτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις καὶ ἡ ἐφεξῆς ὁδὸς μέχρι Βάκτρων. πολλαχοῦ γὰρ ἡ ἐνάργεια καὶ τὸ ἐκ πάντων συμφωνούμενον ὀργάνου πιστότερόν ἐστιν· ἐπεὶ καὶ ὁ αὐτὸς Ἵππαρχος τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι τῆς Κιλικίας γραμμήν, ὅτι ἐστὶν ἐπ' εὐθείας καὶ ὅτι ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολήν, οὐ πᾶσαν ὀργανικῶς καὶ γεωμετρικῶς ἔλαβεν, ἀλλ' ὅλην τὴν ἀπὸ Στηλῶν μέχρι πορθμοῦ τοῖς πλέουσιν ἐπίστευσεν, ὥστ' οὐδ' [ἂν] ἐκεῖνο εὖ λέγοιτο, ἐπειδὴ οὐκ ἔχομεν λέγειν οὔθ' ἡμέρας μεγίστης πρὸς τὴν βραχυτάτην λόγον οὔτε γνώμονος πρὸς σκιὰν ἐπὶ τῇ παρωρείᾳ τῇ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰνδῶν, οὐδ' εἰ ἐπὶ παραλλήλου γραμμῆς ἐστιν ἡ λόξωσις, ἔχομεν εἰπεῖν, ἀλλ' ἐᾶν ἀδιόρθωτον, λοξὴν φυλάξαντες, ὡς οἱ ἀρχαῖοι πίνακες περιέχουσι. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ μὴ ἔχειν εἰπεῖν ταὐτόν ἐστι τῷ ἐπέχειν, ὁ δ' ἐπέχων οὐδ' ἑτέρωσε ῥέπει, ἐᾶν δὲ κελεύων, ὡς οἱ ἀρχαῖοι, ἐκεῖσε ῥέπει. μᾶλλον δ' ἂν τἀκόλουθον ἐφύλαττεν, εἰ συνεβούλευε μηδὲ γεωγραφεῖν ὅλως· οὐδὲ γὰρ τῶν ἄλλων ὀρῶν τὰς θέσεις, οἷον Ἄλπεων καὶ τῶν Πυρηναίων καὶ τῶν Θρᾳκίων καὶ Ἰλλυρικῶν καὶ Γερμανικῶν, οὕτως ἔχομεν εἰπεῖν. τίς δ' ἂν ἡγήσαιτο πιστοτέρους τῶν ὕστερον τοὺς παλαιοὺς τοσαῦτα πλημμελήσαντας περὶ τὴν πινακογραφίαν, ὅσα εὖ διαβέβληκεν Ἐρατοσθένης, ὧν οὐδενὶ ἀντείρηκεν Ἵππαρχος;

12. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ πλήρη μεγάλων ἀποριῶν ἐστιν. ὅρα γάρ, εἰ τοῦτο μὲν μὴ κινοίη τις τὸ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς τὰ μεσημβρινὰ ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην, μηδὲ τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸ στόμα τὸ κατὰ τὸ Βυζάντιον, ὅτι ἐστὶ περὶ μυρίους σταδίους καὶ ὀκτακισχιλίους, ποιοίη δὲ τρισμυρίων τὸ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν Ἰνδῶν μέχρι τῶν ὀρῶν, ὅσα ἂν συμβαίη ἄτοπα. τὸ πρῶτον μὲν γὰρ εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι παράλληλος ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Μασσαλίας (καθάπερ εἴρηκεν Ἵππαρχος πιστεύσας Πυθέᾳ), ὁ δ' αὐτὸς καὶ μεσημβρινός ἐστιν ὁ διὰ Βυζαντίου τῷ διὰ Βορυσθένους, ὅπερ καὶ αὐτὸ δοκιμάζει ὁ Ἵππαρχος, δοκιμάζει δὲ καὶ τὸ ἀπὸ Βυζαντίου διάστημα ἐπὶ τὸν Βορυσθένη σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑπτακοσίους, τοσοῦτοι ἂν εἶεν καὶ οἱ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὸν διὰ Βορυσθένους παράλληλον, ὅς γε διὰ τῆς Κελτικῆς παρωκεανίτιδος ἂν εἴη· τοσούτους γάρ πως διελθόντες συνάπτουσι τῷ ὠκεανῷ.

ad Sandrocottum, Deimachus ad filium ejus Allitrochaden, talesque suarum peregrinationum commentarios nescio qua de causa reliquerunt. Patrocles vero minime eorum similis est, neque reliqui leves sunt testes, quibus utitur Eratosthenes.

10. [*Non pauca desunt.*] Nam si meridianus qui per Rhodum et Byzantium ducitur, recte est assumptus, recte etiam habebit is qui per Ciliciam et Amisum transit: etenim eos eandem inter se usquequaque obtinere distantiam multis observationibus constat, quum neuter in alterum incidat.

11. Jam ab Amiso in Colchos navigari versus ortum æquinoctialem, et ventis deprehenditur, et anni temporibus, et fructibus, et ipsis solis exortibus: itemque transitus ad Caspium mare, et via deinceps ad Bactra usque idem indicat. Sæpe enim evidentia et omnium consensus plus fidei quam instrumentum meretur: quando ipse etiam Hipparchus lineam quæ ab Herculis columnis ad Ciliciam pertinet, rectam esse et versus ortum æquinoctialem docens, non totum id instrumentis et rationibus geometricis confecit, sed de eo toto, quod est a Columnis usque ad fretum, navigantibus credidit. Itaque ne illud quidem recte dicatur, quia dici longissimæ ad brevissimam non possumus nominare proportionem, neque umbræ ad gnomonem in montanis a Cilicia usque in Indiam regionibus, ne hoc quidem nos asserere posse, an obliquatio ea fiat in linea æqualiter undique dissita: sed debere nos eam absque ulla emendatione obliquam relinquere, sicut eam habent antiquæ tabulæ. Primo enim non habere quod dicas, idem est atque cohibere affirmationem; is in neutram partem inclinat: at qui jubet ita hæc relinqui ut habent antiqui, is quidem eo inclinat. Imo id quod ex hoc consequebatur verius dixisset, si consuluisset omnino supersedendum terræ descriptione: nam etiam in aliorum definiendo situ montium, ut Alpium, Pyrenæorum, Thraciorum, Illyricorum et Germanicorum, eodem modo laboratur. Quis autem credat recentioribus fide digniores esse antiquos, quorum tot exstant in tabulæ designatione errata, ab Eratosthene jure reprehensa, ab Hipparcho autem non refutata?

12. Sed et quæ sequuntur, plena sunt magnarum perplexitatum. Adverte enim animum, si quis non convellat id quod dicitur, extremas Indiæ versus meridiem partes oppositas esse Meroæ, neque hoc, Meroen a faucibus Byzantiis duodeviginti millibus stadiorum distare, sed triginta stadiorum millia esse a meridionalibus Indiæ partibus usque ad montes si dicat, quam multa sequantur absurda. Primo enim, si idem parallelus est qui per Byzantium cum eo qui per Massiliam ducitur, quod Hipparchus Pytheam secutus tradidit; et idem meridianus per Byzantium et Borysthenem transit, ut idem Hipparchus sentit, qui et stadia numerat a Byzantio ad Borysthenem ter mille septingenta: totidem ergo erunt etiam a Massilia ad parallelum qui per Borysthenem transit, et qui per Celticæ partes oceano contiguas ducendus esset; tanto enim confecto spatio ad oceanum pervenitur.

13. Πάλιν δ' ἐπεὶ τὴν Κινναμωμοφόρον ἐσχάτην ἴσμεν οἰκουμένην πρὸς μεσημβρίαν, καὶ καθ' Ἵππαρχον αὐτὸν ὁ δι' αὐτῆς παράλληλος ἀρχὴ τῆς εὐκράτου καὶ τῆς οἰκουμένης ἐστί, καὶ διέχει τοῦ ἰσημερινοῦ περὶ ὀκτακισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους σταδίους· ἐπεὶ οὖν φησιν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ τὸν διὰ Βορυσθένους διέχειν τρισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους σταδίους, εἶεν ἂν λοιποὶ οἱ ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος τὴν διακεκαυμένην καὶ τὴν εὔκρατον εἰς τὸν διὰ Βορυσθένους καὶ τῆς Κελτικῆς παρωκεανίτιδος στάδιοι δισμύριοι πεντακισχίλιοι διακόσιοι. ὁ δέ γε ἀπὸ τῆς Κελτικῆς πρὸς ἄρκτον πλοῦς ἔσχατος λέγεται παρὰ τοῖς νῦν ὁ ἐπὶ τὴν Ἰέρνην, ἐπέκεινα μὲν οὖσαν τῆς Βρεττανικῆς, ἀθλίως δὲ διὰ ψῦχος οἰκουμένην, ὥστε τὰ ἐπέκεινα νομίζειν ἀοίκητα. οὐ πλέον δὲ τῆς Κελτικῆς τὴν Ἰέρνην διέχειν φασὶ τῶν πεντακισχιλίων, ὥστε περὶ τρισμυρίους εἶεν ἂν ἢ μικρῷ πλείους οἱ πάντες οἱ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζοντες.

14. Φέρε δὴ τὴν ἀνταίρουσαν τῇ Κινναμωμοφόρῳ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου πρὸς ἕω κειμένην ὑποθῶμεν. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ περὶ τὴν Ταπροβάνην· ἡ δὲ Ταπροβάνη πεπίστευται σφόδρα, ὅτι τῆς Ἰνδικῆς πρόκειται πελαγία μεγάλη νῆσος πρὸς νότον· μηκύνεται δὲ ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν πλέον ἢ πεντακισχιλίους σταδίους, ὥς φασιν, ἐξ ἧς καὶ ἐλέφαντα κομίζεσθαι πολὺν εἰς τὰ τῶν Ἰνδῶν ἐμπόρια καὶ χελώνια καὶ ἄλλον φόρτον. ταύτῃ δὴ τῇ νήσῳ πλάτος προστεθὲν τὸ ἀνάλογον τῷ μήκει καὶ δίαρμα τὸ ἐπ' αὐτὴν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς τῶν μὲν τρισχιλίων σταδίων οὐκ ἂν ἔλαττον ποιήσειε διάστημα, ὅσον ἦν τὸ ἀπὸ τοῦ ὅρου τῆς οἰκουμένης εἰς Μερόην, εἴπερ μέλλει τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τῇ Μερόῃ· πιθανώτερον δ' ἐστὶ καὶ πλείους τῶν τρισχιλίων τιθέναι. εἰ δὴ τοῦτο προσθείη τις τοῖς τρισμυρίοις, οἷς φησιν ὁ Δηίμαχος μέχρι τῆς εἰς Βακτρίους καὶ Σογδιανοὺς ὑπερθέσεως, ἐκπέσοι ἂν πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς εὐκράτου. τίς ἂν οὖν θαρρήσειε ταῦτα λέγειν, ἀκούων καὶ τῶν πάλαι καὶ τῶν νῦν τὴν εὐκρασίαν καὶ τὴν εὐκαρπίαν λεγόντων πρῶτον μὲν τὴν τῶν προσβόρων Ἰνδῶν, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ τῇ Ἀρίᾳ καὶ ἐφεξῆς τῇ τε Μαργιανῇ καὶ τῇ Βακτριανῇ; ἅπασαι γὰρ αὗται προσεχεῖς μέν εἰσι τῇ βορείῳ πλευρᾷ τοῦ Ταύρου, καὶ ἥ γε Βακτριανὴ καὶ πλησιάζει τῇ εἰς Ἰνδοὺς ὑπερθέσει, τοσαύτῃ δ' εὐδαιμονίᾳ κέχρηνται, ὥστε πάμπολύ τι ἀπέχειν τῆς ἀοικήτου. ἐν μέν γε τῇ Ὑρκανίᾳ τὴν ἄμπελον μετρητὴν οἴνου φέρειν φασί, τὴν δὲ συκῆν μεδίμνους ἑξήκοντα, τὸν δὲ σῖτον ἐκ τοῦ ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης πάλιν φύεσθαι, ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖσθαι καὶ τῶν φύλλων ἀπορρεῖν μέλι, ὅπερ γίνεσθαι μὲν καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ καὶ τῇ Ἀραξηνῇ. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἐπ' ἴσης θαυμαστόν, εἴπερ εἰσὶ νοτιώτεραι τῆς Ὑρκανίας, καὶ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαι τῆς ἄλλης χώρας· ἐκεῖ δὲ μᾶλλον. ἐν δὲ τῇ Μαργιανῇ τὸν πυθμένα φασὶν

13. Rursus quoniam Cinnamomiferam regionem ultimam terræ habitabilis versus meridiem novimus, et secundum ipsum Hipparchum parallelus per eam transiens initium est temperatæ atque habitabilis plagæ, distans ab æquinoctiali ad octo millia stadiorum et octingenta : quum ergo dicat ab æquinoctiali Borysthenicum abesse stadiûm millia triginta et quattuor, reliqua erunt ab eo circulo qui torridam zonam a temperata dirimit ad eum qui per Borysthenem et Celticam oceano confinem transit, quinque et viginti millia stadiorum et ducenta. Porro extrema navigatio a Celtica versus septentrionem nostra ætate dicitur esse in Iberniam, quæ ultra Britanniam sita, ægre ob frigus incolitur, ita ut quæ ulterius sunt habitari non posse existimentur. At Iberniam non amplius quinque millibus stadiûm a Celtica abesse perhibent : ita tota terræ habitatæ latitudo triginta stadiorum millibus, aut non multo ampliore stadiorum numero definietur.

14. Agedum, ad oppositam Cinnamomiferæ et sub eodem parallelo versus orientem solem sitam regionem transeamus ea autem est Taprobana. Pro certo creditum est hanc magnam insulam in alto versus meridiem ante Indiam jacere, porrigique versus Æthiopiam amplius millia stadiorum quinque narrant, ex eaque in Indorum emporia importari multum eboris, testudinum, aliasque merces. Huic ergo insulæ si latitudo addatur longitudini congruens, et trajectus in eam ex India, intervallum erit non minus stadiis ter mille, quantum a fine habitatæ terræ ad Meroen, si quidem extremitates Indiæ e regione Meroæ sitæ sint : probabilius est autem tribus stadiorum millibus aliquid addere. Hoc si nunc addatur triginta illis stadiorum millibus, quæ usque ad Bactrios et Sogdianos porrigi Deimachus ait : omnes jam istæ gentes extra habitabilem ac temperatam terræ partem collocabuntur. Quis autem hoc dicere ausit, qui et veteres et recentes audiat prædicare temperiem et fertilitatem primum Indiæ versus septentrionem sitæ, tum Hyrcaniæ, Ariæ, ac deinceps Marginanæ atque Bactrianæ? hæ enim omnes regiones contiguæ sunt septentrionali lateri Tauri, adeoque Bactriana montanis ad Indiam porrectis est propinqua : tanta autem earum est ubertas, ut plurimum absint ab soli inhabitabilis natura. In Hyrcania ferunt vitem vini metretam, ficum medimnos sexaginta ferre; frumentum ex semine, quod ex spicis decidit, renasci, alvearia in arboribus confici, et mel a foliis defluere : hoc ipsum et in Mediæ fieri regione quæ dicitur Matiana, et in Sacasena atque Araxena Armeniæ. Verum in his id non ita mirum est, quum propius ab austro absint quam Hyrcania, et temperie reliquam præstent regionem : in illa magis est mirum ista fieri. In Margiana imum vitis truncum inveniri aiunt sæpe, qui

εὑρίσκεσθαι τῆς ἀμπέλου πολλάκις δυεῖν ἀνδρῶν ὀργυιαῖς περιληπτόν, τὸν δὲ βότρυν δίπηχυν. Παραπλησίαν δὲ λέγουσι καὶ τὴν Ἀρίαν, εὐοινίᾳ δὲ καὶ ὑπερβάλλειν, ἐν ᾗ γε καὶ εἰς τριγένειαν παραμένειν ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι τὸν οἶνον· πάμφορον δ' εἶναι καὶ τὴν Βακτριανὴν πλὴν ἐλαίου, πλησίον τῇ Ἀρίᾳ παρακειμένην.

15. Εἰ δὲ καὶ ψυχρὰ μέρη τῶν τόπων τούτων ἐστίν, ὅσα ὑψηλὰ καὶ ὀρεινά, οὐδὲν δεῖ θαυμάζειν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς κλίμασι τὰ ὄρη ψυχρά ἐστι, καὶ καθόλου τὰ μετέωρα ἐδάφη, κἂν πεδία ᾖ. τῆς γοῦν Καππαδοκίας τὰ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πολὺ βορειότερά ἐστι τῶν πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἀλλ' ἡ μὲν Βαγαδανία, πεδίον ἐξαίσιον μεταξὺ πῖπτον τοῦ τε Ἀργαίου ὄρους καὶ τοῦ Ταύρου, σπάνιον εἴ πού τι τῶν καρπίμων δένδρων φύοι, καίπερ νοτιώτερον τῆς Ποντικῆς θαλάττης σταδίοις τρισχιλίοις, τὰ δὲ τῆς Σινώπης προάστεια καὶ τῆς Ἀμισοῦ καὶ τῆς Φαναροίας τὸ πλέον ἐλαιόφυτά ἐστι. καὶ τὸν Ὦξον δὲ τὸν ὁρίζοντα τὴν Βακτριανὴν ἀπὸ τῆς Σογδιανῆς οὕτω φασὶν εὔπλουν εἶναι, ὥστε τὸν Ἰνδικὸν φόρτον ὑπερκομισθέντα εἰς αὐτὸν ῥᾳδίως εἰς τὴν Ὑρκανίαν κατάγεσθαι καὶ τοὺς ἐφεξῆς τόπους μέχρι τοῦ Πόντου διὰ τῶν ποταμῶν.

16. Τίν' [ἂν] οὖν τοιαύτην εὕροις εὐδαιμονίαν περὶ Βορυσθένη καὶ τὴν Κελτικὴν τὴν παρωκεανῖτιν; ὅπου μηδὲ φύεται ἄμπελος, ἢ μὴ τελεσφορεῖ· ἐν δὲ τοῖς νοτιωτέροις τούτων καὶ ἐπιθαλαττιαίοις καὶ τοῖς κατὰ Βόσπορον τελεσφορεῖ, ἐν μικροκαρπίᾳ δέ, καὶ τοῦ χειμῶνος κατορύττεται. οἱ δὲ πάγοι παρ' αὐτοῖς τοιοῦτοί τινές εἰσιν ἐπὶ τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ὥστ' ἐν χωρίῳ, ἐν ᾧ χειμῶνος ὁ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους ἱππομαχῶν ἐπὶ τῷ πάγῳ, τοὺς αὐτοὺς καταναυμαχῆσαι θέρους, λυθέντος τοῦ πάγου. ὁ δ' Ἐρατοσθένης καὶ τοὐπίγραμμα προφέρεται τὸ ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ τῷ Παντικαπαιέων ἐπὶ τῇ ῥαγείσῃ χαλκῇ ὑδρίᾳ διὰ τὸν πάγον·

εἴ τις ἄρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῖν
γίγνεται, εἰς τήνδε γνώτω ἰδὼν ὑδρίαν·
ἣν οὐχ ὡς ἀνάθημα θεοῦ καλόν, ἀλλ' ἐπίδειγμα
χειμῶνος μεγάλου θῆχ' ἱερεὺς Στράτιος.

ὅπου οὖν οὐδὲ τοῖς ἐν Βοσπόρῳ συγκριτέον τὰ ἐν τοῖς διαριθμηθεῖσι τόποις, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐν Ἀμισῷ καὶ Σινώπῃ (καὶ γὰρ ἐκείνων εὐκρατοτέρους ἂν εἴποι τις), σχολῇ γ' ἂν παραβάλλοιντο τοῖς κατὰ Βορυσθένη καὶ τοῖς ἐσχάτοις Κελτοῖς. μόλις γὰρ ἂν ταὐτοκλινεῖς εἶεν τοῖς κατ' Ἀμισὸν καὶ Σινώπην καὶ Βυζάντιον καὶ Μασσαλίαν, οἳ τοῦ Βορυσθένους καὶ τῶν Κελτῶν ὡμολόγηνται νοτιώτεροι σταδίοις τρισχιλίοις καὶ ἑπτακοσίοις.

17. Οἱ δέ γε περὶ Δηίμαχον τοῖς τρισμυρίοις ἐὰν προσλάβωσι τὸ ἐπὶ τὴν Ταπροβάνην καὶ τοὺς ὅρους τῆς διακεκαυμένης, οὓς οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων θετέον, ἐκτοπιοῦσι τά τε Βάκτρα καὶ τὴν Ἀρίαν εἰς τοὺς ἀπέχοντας τόπους τῆς διακεκαυμένης σταδίους

duûm virorum ulnis contineatur; uvam bicubitalem. Ariam aiunt parem huic esse, vini autem proventu etiam superiorem: quippe vinum in vasis non picatis etiam per tres ætates durare. Bactrianam quoque Ariæ proximam omnium rerum, dempto oleo, feracem esse.

15. Neque mirum videri debet, si qua iis in regionibus loca sunt frigida, sublimia nimirum et montana: nam in meridionalibus quoque climatibus montes frigidi sunt, atque in universum sola editiora, quamvis plana sint. Etenim Cappadociæ partes quæ ad Euxinum pertingunt mare, multo magis versus septentriones inclinant quam quæ sunt ad Taurum: Bagadania (Bagadaonia) tamen, quæ est ingens planities inter Argæum et Taurum montes sita, perraro ullam producit frugiferam arborem, quamvis tribus stadiorum millibus meridiei quam Euxinus pontus vicinior: at Sinopes suburbia et Amisi, ac PhanarϾ major pars oleas ferunt. Oxum quoque fluvium, qui Bactrianam a Sogdiana dividit, adeo commodum navigationi perhibent esse, ut in eum deportatæ Indicæ merces facile in Hyrcaniam reliquasque deinceps ad Pontum sitas regiones per fluvios devehantur.

16. Quam huic similem felicitatem possis invenire ad Borysthenem aut Celticam oceano contiguam? ubi aut nulla nascitur vitis, aut fructum non perfert: in iis autem partibus quæ magis ad meridiem inclinant et ad mare sitæ sunt et ad Bosporum, perferuntur quidem fructus, sed exigui, et hieme defodiuntur. Jam in faucibus Mæotidis paludis hujusmodi cogitur glacies, ut quo loco Mithridatis legatus barbaros in glacie superavit equestri prælio, eodem deinde eos æstate soluta glacie devicerit navali pugna. Profert Eratosthenes etiam hanc inscriptionem æreæ hydriæ præ gelu ruptæ, quæ reposita fuit in Æsculapii fano Panticapæensium:

Si quis forte hominum non credit qualia apud nos
fiant, hanc noscat conspiciens hydriam:
antistes posuit Stratius, non muneris ergo,
sed certum immensi frigoris indicium.

Quando igitur ea quæ in enumeratis fiunt locis neque cum Bosporanis comparanda sunt, neque iis quæ Amiso et Sinopæ (harum enim regionem illis temperatiorem diceret aliquis), nullo utique modo comparari possint cum iis quæ ad Bosporum sunt, et extremis Celtis. Vix enim qui stadiis ter mille et septingentis longius versus meridiem siti sunt quam Borysthenis accolæ et Celtæ, eundem situm obtineant cum Amiso, Sinopa, Byzantio et Massilia.

17. Porro qui cum Deimacho faciunt, si ad triginta stadiorum millia addant intervallum quod est usque ad Taprobanam et fines zonæ torridæ, quod non minus stadiorum quater millibus ponendum est, Bactra et Ariam suis mota locis rejicient in ea loca, quæ absunt a zona torrida

τρισμυρίους καὶ τετρακισχιλίους, ὅσους ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ Βορυσθένη φησὶν εἶναι ὁ Ἵππαρχος. ἐκπεσοῦνται ἄρα εἰς τοὺς βορειοτέρους τοῦ Βορυσθένους καὶ τῆς Κελτικῆς σταδίοις ὀκτακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις, ὅσοις νοτιώτερός ἐστιν ὁ ἰσημερινὸς τοῦ ὁρίζοντος κύκλου τὴν διακεκαυμένην καὶ τὴν εὔκρατον, ὅν φαμεν διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου (ἢ Ἰνδικῆς) μάλιστα γράφεσθαι. ἡμεῖς δέ γε ἐπεδείκνυμεν μέχρι τῆς Ἰέρνης μόλις οἰκήσιμα ὄντα τὰ ὑπὲρ τὴν Κελτικήν, ἅπερ οὐ πλείω τῶν πεντακισχιλίων ἐστίν. οὗτος δ' ἀποφαίνει ὁ λόγος τῆς Ἰέρνης ἔτι βορειότερον εἶναί τινα κύκλον οἰκήσιμον σταδίοις τρισχιλίοις ὀκτακοσίοις. ἔσται δὲ Βάκτρα καὶ τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης, εἴτε Ὑρκανίας, πάμπολύ τι ἀρκτικώτερα, ὅπερ τοῦ μυχοῦ τῆς Κασπίας καὶ τῶν Ἀρμενιακῶν καὶ Μηδικῶν ὀρῶν διέχει περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους, καὶ δοκεῖ τῆς αὐτῆς παραλίας μέχρι τῆς Ἰνδικῆς ἀρκτικώτερον εἶναι σημεῖον καὶ περίπλουν ἔχειν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς δυνατόν, ὥς φησιν ὁ τῶν τόπων ἡγησάμενος τούτων Πατροκλῆς. ἔτι τοίνυν ἡ Βακτριανὴ χίλια στάδια ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἐκτείνεται· τὰ δὲ τῶν Σκυθῶν πολὺ μείζω ταύτης ἐπέκεινα χώραν νέμεται, καὶ τελευτᾷ πρὸς τὴν βόρειον θάλατταν, νομαδικῶς μέν, ζῶντα δ' ὅμως. πῶς οὖν, εἴπερ καὶ αὐτὰ τὰ Βάκτρα ἤδη τῆς οἰκουμένης ἐκπίπτει; εἴη ἂν τὸ διάστημα τοῦτο ἀπὸ τοῦ Καυκάσου μέχρι τῆς βορείας θαλάττης τῇ διὰ Βάκτρων ὀλίγῳ πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων. ταῦτα δὴ προστεθέντα τῷ ἀπὸ τῆς Ἰέρνης ἐπὶ τὰ βόρεια σταδιασμῷ ποιεῖ τὸ πᾶν διὰ τῆς ἀοικήτου διάστημα ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης σταδιασμοῦ σταδίων ἑπτακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων· εἰ δὲ ἐάσειέ τις τοὺς τετρακισχιλίους σταδίους, αὐτά γε τὰ πρὸς τῷ Καυκάσῳ μέρη τῆς Βακτριανῆς ἔσται βορειότερα τῆς Ἰέρνης σταδίοις τρισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις, τῆς δὲ Κελτικῆς καὶ τοῦ Βορυσθένους ὀκτακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις.

18. Φησὶ δέ γε ὁ Ἵππαρχος κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὴν Κελτικὴν ἐν ὅλαις ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεσθαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου περιιστάμενον ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν, ταῖς δὲ χειμεριναῖς τροπαῖς [τὸ] πλεῖστον μετεωρίζεσθαι τὸν ἥλιον ἐπὶ πήχεις ἐννέα· ἐν δὲ τοῖς ἀπέχουσι τῆς Μασσαλίας ἑξακισχιλίοις καὶ τριακοσίοις (οὓς ἐκεῖνος μὲν ἔτι Κελτοὺς ὑπολαμβάνει, ἐγὼ δ' οἶμαι Βρεττανοὺς εἶναι, βορειοτέρους τῆς Κελτικῆς σταδίοις δισχιλίοις πεντακοσίοις) πολὺ μᾶλλον τοῦτο συμβαίνειν· ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς ἡμέραις ὁ ἥλιος μετεωρίζεται πήχεις ἕξ, τέτταρας δ' ἐν τοῖς ἀπέχουσι Μασσαλίας ἐνναкισχιλίους σταδίους καὶ ἑκατόν, ἐλάττους δὲ τῶν τριῶν ἐν τοῖς ἐπέκεινα, οἳ καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον πολὺ ἂν εἶεν ἀρκτικώτεροι τῆς Ἰέρνης. οὗτος δὲ Πυθέᾳ πιστεύων κατὰ τὰ † νοτιώτερα τῆς Βρεττανικῆς τὴν οἴκησιν ταύτην τίθησι, καί φησιν εἶναι τὴν μακροτάτην ἐνταῦθα ἡμέραν ὡρῶν ἰσημερινῶν δέκα ἐννέα, ὀκτωκαίδεκα δέ, ὅπου τέτταρας ὁ ἥλιος μετεωρίζεται πήχεις· οὕς φησιν ἀπέχειν τῆς Μασσα-

millibus stadiorum triginta quattuor, quot stadiis distare Borysthenem ab æquinoctiali ait Hipparchus. Excident igitur in loca quæ versus septentrionem a Borysthene et Celtica stadiis distant octo stadiorum millibus et octingentis : quot stadiis æquinoctialis versus meridiem abest a circulo eo, qui torridam plagam a temperata dirimit, quem per Cinnamomiferam potissimum describi dicimus. Nos autem ostendimus quæ ultra Celticam sunt usque ad Iberniam ægre habitari, non amplius quinquies mille stadiis. Hæc autem computatio pronunciat esse adhuc alium circulum habitabilem, ab Ibernia versus septentrionem situm ter mille stadiis et octingentis. Erunt autem Bactra ostio Caspii sive Hyrcani maris admodum septentrionaliora, quod ostium ab intimo secessu Caspii maris et Armeniacis ac Medicis montibus sex circiter millia stadiorum distat : videturque ejus oræ maritimæ usque ad Indiam punctum esse septentrionibus proximum; ac posse eo ab India circumnavigari, ut asserit Patrocles, qui istis præfuit locis. Jam Bactriana stadiis mille versus septentriones porrigitur : Scythæ vero ultra longe ampliorem occupant regionem, quæ mari septentrionali terminatur, et vivunt sane, quanquam incertis vagantur sedibus. Qui ergo, si ipsa etiam Bactra extra habitatam terram sita sint? erit enim intervallum a Caucaso per Bactra usque ad mare septentrionale stadiorum plus paulo quattuor millibus. Hæc adjecta numero stadiorum ab Ibernia versus aquilonem, totum per non habitabilem terram spatium cum stadiorum per Iberniam numero, stadiorum septies mille et octingentorum summam conficiet. Quodsi quis ista quater mille stadia omittat, ipsæ partes Bactrianæ ad Caucasum sitæ ultra Iberniam versus septentriones inclinabunt tribus millibus stadiorum et octingentis, ultra Celticam et Borysthenem octo millibus et octingentis.

18. Præterea Hipparchus tradit ad Borysthenem inque Celtica totis noctibus æstivis solem adlucere, et ambire ab occasu in ortum, sub brumam autem solem non attolli ultra novem cubitos : idque multo magis evenire apud eos qui a Massilia sexies mille et trecentis stadiis absunt (quos ille Celtas etiamnum esse putat, ego autem jam Britannos, versus septentrionem a Celtica stadiis bis mille quingentis remotos) : ibi enim hibernis diebus solem ad cubitos sex elevari; ad quattuor, apud eos qui a Massilia absunt novem stadiorum millibus et centum; intra tres, apud ulterius dissitos, qui etiam secundum nostram computationem longe magis sunt septentrionales quam Ibernia. At iste Pytheæ fidem adhibens, eum situm collocat in partibus Britanniæ austro [boreæ?] propinquioribus, atque ibi longissimam diem horarum æquinoctialium esse ait undeviginti; duodeviginti autem, ubi sol ad quattuor cubitos assurgit, quos a Massilia abesse dicit novem millia sta-

λίας ἐνναχισχιλίους καὶ ἑκατὸν σταδίους, ὥσθ' οἱ νοτιώτατοι τῶν Βρεττανῶν βορειότεροι τούτων εἰσίν. ἤτοι οὖν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου εἰσὶ τοῖς πρὸς τῷ Καυκάσῳ Βακτρίοις ἢ ἐπί τινος πλησιάζοντος· εἴρηται γὰρ ὅτι κατὰ τοὺς περὶ Δηίμαχον συμβήσεται βορειοτέρους εἶναι τῆς Ἰέρνης τοὺς πρὸς τῷ Καυκάσῳ Βακτρίους σταδίοις τρισχιλίοις ὀκτακοσίοις· προστεθέντων δὲ τούτων τοῖς ἀπὸ Μασσαλίας εἰς Ἰέρνην, γίνονται μύριοι δισχίλιοι πεντακόσιοι. τίς οὖν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς ἐκεῖ τόποις, λέγω δὲ τοῖς περὶ Βάκτρα, τοῦτο τὸ μῆκος τῶν μεγίστων ἡμερῶν ἢ τὸ ἔξαρμα τοῦ ἡλίου τὸ κατὰ τὰς μεσουρανήσεις ἐν ταῖς χειμεριναῖς τροπαῖς; ὀφθαλμοφανῆ γὰρ πάντα ταῦτα ἰδιώτῃ καὶ οὐ δεόμενα μαθηματικῆς σημειώσεως, ὥστε συνέγραψαν ἂν πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν τῶν τὰ Περσικὰ ἱστορούντων καὶ τῶν ὕστερον μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς. πῶς δ' ἂν ἡ λεχθεῖσα εὐδαιμονία τῶν τόπων ὡμολόγητο τοῖς τοιούτοις ἐν τῷ οὐρανῷ φαινομένοις; ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον, ὡς καὶ σοφῶς ἀντιλέγει πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, ὡς, ἰσοδυναμούντων τῶν ζητουμένων, λαμβάνοντος πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι τὸ ζητούμενον.

19. Πάλιν δ' ἐκείνου τὸν Δηίμαχον ἰδιώτην ἐνδείξασθαι βουλομένου καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων· οἴεσθαι γὰρ τὴν Ἰνδικὴν μεταξὺ κεῖσθαι τῆς τε φθινοπωρινῆς ἰσημερίας καὶ τῶν τροπῶν τῶν χειμερινῶν, Μεγασθένει τε ἀντιλέγειν φήσαντι ἐν τοῖς νοτίοις μέρεσι τῆς Ἰνδικῆς τάς τε ἄρκτους ἀποκρύπτεσθαι καὶ τὰς σκιὰς ἀντιπίπτειν· μηδέτερον γὰρ τούτων μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς συμβαίνειν· ταῦτα δὴ φάσκοντος ἀμαθῶς λέγεσθαι· τό τε γὰρ τὴν φθινοπωρινὴν τῆς ἐαρινῆς διαφέρειν οἴεσθαι κατὰ τὴν διάστασιν τὴν πρὸς τὰς τροπὰς ἀμαθές, τοῦ τε κύκλου τοῦ αὐτοῦ ὄντος καὶ τῆς ἀνατολῆς· τοῦ τε διαστήματος τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς τροπικοῦ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ, ὧν μεταξὺ τίθησι τὴν Ἰνδικὴν ἐκεῖνος, δειχθέντος ἐν τῇ ἀναμετρήσει πολὺ ἐλάττονος τῶν δισμυρίων σταδίων, συμβῆναι ἂν καὶ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον, ὅπερ αὐτὸς νομίζει, οὐχ ὃ ἐκεῖνος· δυεῖν μὲν γὰρ ἢ καὶ τριῶν μυριάδων οὖσαν τὴν Ἰνδικὴν οὐδὲ πεσεῖν μεταξὺ τοσούτου διαστήματος, ὅσην δ' αὐτὸς εἴρηκε, πεσεῖν ἄν· τῆς δ' αὐτῆς ἀγνοίας εἶναι καὶ τὸ μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς ἀποκρύπτεσθαι φάσκειν τὰς ἄρκτους μηδὲ τὰς σκιὰς ἀντιπίπτειν, ὅ, τε γε καὶ πενταχισχιλίους προελθόντι ἀπ' Ἀλεξανδρείας εὐθὺς συμβαίνειν ἄρχεται· ταῦτα δὴ εἰπόντος, εὐθύνει πάλιν οὐκ εὖ ὁ Ἵππαρχος, πρῶτον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ τὸν θερινὸν δεξάμενος· εἶτ' οὐκ οἰόμενος δεῖν μάρτυρι χρῆσθαι τῶν μαθηματικῶν ἀναστρολογήτῳ ἀνθρώπῳ, ὥσπερ τοῦ Ἐρατοσθένους προηγουμένως τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἐγκρίνοντος, ἀλλ' οὐ κοινῷ τινι ἔθει χρωμένου πρὸς τοὺς ματαιολογοῦντας. εἷς γάρ τις τῶν πρὸς τοὺς ματαίως ἀντιλέγοντας ἐλέγχων ἐστίν, ὅταν αὐτὴν τὴν ἐκείνων ἀπόφασιν, ὁποία ποτέ ἐστι, δείξωμεν ἡμῖν συνηγοροῦσαν.

20. Νυνὶ μὲν οὖν ὑποθέμενοι τὰ νοτιώτατα τῆς

diorum et centum. Quo efficitur Britannorum eos qui omnium maxime ad meridiem accedunt, septentrioni esse quam isti sint viciniores. Ergo vel in eodem erunt parallelo cum Bactriis ad Caucasum sitis, vel in aliquo propinquo : docuimus enim juxta Deimachum effici ut Bactrii isti stadiis ter mille octingentis propiores sint septentrioni quam Ibernia : quibus si addantur quot sunt a Massilia in Iberniam, conficientur duodecim millia stadiorum et quingenta. Quis ergo iis in locis (de Bactriis loquor) observavit istam maximarum dierum longitudinem, aut solis altitudinem in medio cœli brumæ tempore versantis? hæc enim oculis omnium etiam litteraturæ omnis rudium exposita sunt, neque mathematica opus habent designatione : itaque multi utique ea conscripsissent et veterum qui res Persicas tradiderunt, et usque ad nostram ætatem subsecutorum. Et quomodo ea regionum istarum, quam exposui, fertilitas cum iis conveniret quæ in cœlo fieri cernerentur? Ex iis itaque quæ disputata sunt, liquet quam docte Hipparchus Eratosthenis sententiam refellat, argumentis æque obscuris quam illud de quo quæstio est, quum ad demonstrationem id ipsum adhibeat quod quæritur.

19. Rursus Eratosthenes Deimachum rudem et harum rerum imperitum conatur ostendere, ut qui putarit Indiam inter æquinoctium autumnale et brumam esse sitam, et Megasthenem reprehenderit, qui in austrinis Indiæ partibus Ursas occidere et umbras diversam in partem cadere dixisset : horum enim neutrum ullibi in India fieri, esseque hæc indocte dicta : indocti enim esse dicere, autumnale æquinoctium alio modo distare a tropicis quam vernum, quum idem sit circulus et ortus; et quum intervallum terrestris tropici ab æquinoctiali (inter quos ille ponat Indiam) in dimensione compertum sit multo minus viginti stadiorum millibus, ex sententia Deimachi non illius, sed suum propositum concludi : Indiam scilicet quæ viginti aut etiam triginta millia stadiorum æquet, non posse isto intervallo comprehendi; comprehensum iri autem si ea quantitas Indiæ assignetur, quam ipse tradat. Ejusdem quoque esse ignorationis, quod neget in ulla Indiæ parte occidere Ursas, aut umbras in diversam cadere partem : quum ea statim ab Alexandria ad quinque millia stadiorum progressis evenire incipiant. Hæc dicentem rursum non recte refellit Hipparchus, primum ab [pro?] hiberno tropico æstivum accipiens : deinde absurdum judicans, quod de rebus mathematicis testimonium profertur hominis astrologiæ rudis : quasi vero Eratosthenes in eo testimonio potissimam collocarit confirmationis vim, ac non potius communem vana dicentes refutandi morem tenuerit. Nam e rationibus futiliter contradicentes refellendi hæc quoque una est, quum ipsorummet sententiam, qualis qualis ea est, ostendimus nobiscum facere.

20. Hactenus ergo eo, quod multi tradidere ac credidere,

Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην, ὅπερ εἰρήκασι πολλοὶ καὶ πεπιστεύκασιν, ἐπεδείξαμεν τὰ συμβαίνοντα ἄτοπα. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἵππαρχος, οὐδὲν ἀντειπὼν τῇ ὑποθέσει ταύτῃ νυνί, μετὰ ταῦτα ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματι οὐ συγχωρεῖ, σκεπτέον καὶ τοῦτον τὸν λόγον. φησὶ τοίνυν, ἀνταιρόντων ἀλλήλοις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κειμένων, ἐπειδὰν τὸ μεταξὺ ᾖ μέγα διάστημα, μὴ δύνασθαι γνωσθῆναι αὐτὸ τοῦτο, ὅτι εἰσὶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου οἱ τόποι, ἄνευ τῆς τῶν κλιμάτων συγκρίσεως τῆς κατὰ θάτερον τὸν τόπον. τὸ μὲν οὖν κατὰ Μερόην κλίμα Φίλωνά τε τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν ἱστορεῖν, ὅτι πρὸ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος, λέγειν δὲ καὶ τοὺς λόγους τοῦ γνώμονος πρός τε τὰς τροπικὰς σκιὰς καὶ τὰς ἰσημερινάς, αὐτόν τε Ἐρατοσθένη συμφωνεῖν ἔγγιστα τῷ Φίλωνι, τὸ δ' ἐν τῇ Ἰνδικῇ κλίμα μηδένα ἱστορεῖν, μηδ' αὐτὸν Ἐρατοσθένη. εἰ δὲ δὴ καὶ αἱ ἄρκτοι ἐκεῖ ἀμφότεραι, ὡς οἴονται, ἀποκρύπτονται, πιστεύοντες τοῖς περὶ Νέαρχον, μὴ δυνατὸν εἶναι ἐπὶ ταὐτοῦ παραλλήλου κεῖσθαι τήν τε Μερόην καὶ ταῦτα τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς. εἰ μὲν τοίνυν περὶ τῶν ἄρκτων ἀμφοτέρων, ὅτι ἀποκρύπτονται, συναποφαίνεται τοῖς εἰποῦσιν Ἐρατοσθένης, πῶς περὶ τοῦ ἐν τῇ Ἰνδικῇ κλίματος οὐδεὶς ἀποφαίνεται, οὐδ' αὐτὸς Ἐρατοσθένης; οὗτος γὰρ ὁ λόγος περὶ τοῦ κλίματός ἐστιν. εἰ δ' οὐ συναποφαίνεται, ἀπηλλάχθω τῆς αἰτίας. οὐ συναποφαίνεται δέ γε, ἀλλὰ τοῦ Δηιμάχου φήσαντος μηδαμοῦ τῆς Ἰνδικῆς μήτ' ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἄρκτους μήτ' ἀντιπίπτειν τὰς σκιάς, ἅπερ ὑπείληφεν ὁ Μεγασθένης, ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγιγνώσκει, τὸ συμπεπλεγμένον νομίζων ψεῦδος, ἐν ᾧ ὁμολογουμένως καὶ κατ' αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον τό γε μὴ ἀντιπίπτειν τὰς σκιὰς ψεῦδος ἐμπέπλεκται. καὶ γὰρ εἰ μὴ τῇ Μερόῃ ἀνταίρει, τῆς γε Συήνης νοτιώτερα εἶναι τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς συγχωρῶν φαίνεται.

21. Καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιχειρῶν ἢ ταὐτὰ λέγει τοῖς ἐξελεγχθεῖσιν ὑφ' ὑμῶν, ἢ λήμμασι προσχρῆται ψευδέσιν, ἢ ἐπιφέρει τὸ μὴ ἀκολουθοῦν. οὔτε γὰρ τῷ ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Θάψακον εἶναι σταδίους τετρακισχιλίους ὀκτακοσίους, ἐντεῦθεν δὲ πρὸς τὴν ἄρκτον ἐπὶ τὰ Ἀρμένια ὄρη [δισ]χιλίους ἑκατόν, ἀκολουθεῖ τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ ἐπὶ τὰ ἀρκτικὰ ὄρη πλείους εἶναι τῶν ἑξακισχιλίων· οὔτε τὸ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ τὰ ὄρη [δισ]χιλίων καὶ ἑκατὸν φησιν Ἐρατοσθένης, ἀλλ' εἶναί τι λοιπὸν ἀκαταμέτρητον, ὥσθ' ἡ ἑξῆς ἔφοδος ἐκ μὴ διδομένου λήμματος οὐκ ἂν ἐπεραίνετο. οὔτ' ἀπεφήνατο οὐδαμοῦ Ἐρατοσθένης τὴν Θάψακον τῆς Βαβυλῶνος πρὸς ἄρκτους κεῖσθαι πλείοσιν ἢ τετρακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις.

22. Ἑξῆς δὲ συνηγορῶν ἔτι τοῖς ἀρχαίοις πίναξιν οὐ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους προφέρεται περὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος, ἀλλ' ἑαυτῷ κεχαρισμένως πλάττει τὴν ἀπόφασιν πρὸς ἀνατροπὴν εὐφυῆ· ὁ μὲν γὰρ ἀκολουθῶν τῇ θέσει τῇ προειρημένῃ τοῦ τε Ταύρου καὶ τῆς

tanquam vero posito, nempe austro propinquissimas Indiæ partes e regione Meroæ sitas esse, ostendimus quæ absurda consequantur. Quoniam autem Hipparchus, qui in præsentia hanc propositionem non impugnat, in secundo commentario eam negat, consideremus agedum etiam hoc argumentum. Ait ergo, quæ in eodem sita parallelo e regione invicem jacent, si magnum sit inter ea intervallum, hoc ipsum cognosci non posse, quod ea sint eodem in parallelo sita, nisi utriusque loci inclinationes inter sese comparentur. Ac Meroes quidem clima (sive inclinationem) a Philone, eo qui navigationem in Æthiopiam conscripsit, observatam fuisse eam, quod quadraginta quinque diebus ante æstivum solstitium ei loco sol supra verticem immineat: ab eodem etiam rationes gnomonis ad umbras solstitiorum et æquinoctiorum traditas, et ipsum Eratosthenem proxime ad Philonis accedere sententiam. Indiæ autem clima neque ab ullo alio, neque ab ipso Eratosthene exponi. Quodsi utraque Ursa ibi occidat, ut isti tradant Nearchum secuti, non posse in eodem parallelo jacere Meroen et istas Indiæ extremitates. At vero si Eratosthenes suffragatur iis qui utramque Ursam occultari dixerunt; qui dici recte potest neminem, ac ne ipsum quidem Eratosthenem, de Indiæ situ quicquam pronunciasse? nam ista quidem de climate profecto est oratio. Quodsi is non suffragatur, utique absolvendus est hoc crimine. Et quidem non suffragatur: sed quum Deimachus dixisset, nulla in parte Indiæ vel occidere Ursas, vel in alteram partem recidere umbras, quæ fuerunt Megasthenis opiniones, imperitiæ eum damnat, ac mendacium vero connexum illud judicat, in quo, vel Hipparcho judice, manifesto mendacium de non cadentibus in diversam partem umbris est implicatum: nam si extremæ Indiæ partes non opponuntur Meroæ, tamen austro quam Syene viciniores esse illas videtur concedere.

21. Sed et deinceps iisdem de rebus disputans Hipparchus aut eadem cum iis quæ jam refutavimus, dicit, aut falsa assumit, aut infert id quod non est consequens. Neque enim quod a Babylone ad Thapsacum stadia sunt quater mille et octingenta, indeque versus septentrionem ad Armenios usque montes stadia bis mille centum, ex eo sequitur, a Babylone in meridiano per eam ducto ad montes septentrionales stadia esse sexies mille amplius: neque dicit Eratosthenes a Thapsaco ad montes esse bis mille centum stadia, sed restare aliquid adhuc non dimensum. Itaque argumentum quod subjicitur, ab eo ductum quod datum aut concessum minime fuit, nihil efficit: neque dixit usquam Eratosthenes, Thapsacum a Babylone versus Aquilonem amplius quater mille et quingentis stadiis abesse.

22. Deinceps Hipparchus adhuc patrocinans antiquis tabulis non ea profert quæ Eratosthenes dixit de tertio sigillo, sed sibi ipsi ad gratiam confingit sententiam ad refellendum opportunam. Nam Eratosthenes ea sequens quæ eum posuisse docuimus de Tauro et mari quod a columnis Her-

ἀπὸ Στηλῶν θαλάττης, διελὼν τῇ γραμμῇ ταύτῃ τὴν οἰκουμένην δίχα, καὶ καλέσας τὸ μὲν βόρειον μέρος, τὸ δὲ νότιον, πειρᾶται τούτων ἑκάτερον τέμνειν πάλιν εἰς τὰ δυνατὰ μέρη· καλεῖ δὲ ταῦτα σφραγῖδας. καὶ δὴ τοῦ νοτίου μέρους πρώτην εἰπὼν σφραγῖδα τὴν Ἰνδικήν, δευτέραν δὲ τὴν Ἀριανήν, ἐχούσας τι εὐπερίγραφον, ἴσχυσεν ἀμφοτέρων ἀποδοῦναι καὶ μῆκος καὶ πλάτος, τρόπον δέ τινα καὶ σχῆμα ὡς ἂν γεωμετρικός. τὴν μὲν γὰρ Ἰνδικὴν ῥομβοειδῆ φησι διὰ τὸ τῶν πλευρῶν τὰς μὲν θαλάττῃ κλύζεσθαι τῇ τε νοτίῳ καὶ τῇ ἑῴᾳ, μὴ πάνυ κολπώδεις ᾐόνας ποιούσῃ, τὰς δὲ λοιπάς, τὴν μὲν τῷ ὄρει, τὴν δὲ τῷ ποταμῷ, κἀνταῦθα τοῦ εὐθυγράμμου σχήματος ὑπό τι σωζομένου· τὴν δ' Ἀριανὴν ὁρῶν τάς γε τρεῖς πλευρὰς ἔχουσαν εὐφυεῖς πρὸς τὸ ἀποτελέσαι παραλληλόγραμμον σχῆμα, τὴν δ' ἑσπέριον οὐκ ἔχων σημείοις ἀφορίσαι διὰ τὸ ἐπαλλάττειν ἀλλήλοις τὰ ἔθνη, γραμμῇ τινι ὅμως δηλοῖ τῇ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Καρμανίας τελευτώσῃ τὰ συνάπτοντα πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον. ἑσπέριον μὲν οὖν καλεῖ τοῦτο τὸ πλευρόν, ἑῷον δὲ τὸ παρὰ τὸν Ἰνδόν, παράλληλα δ' οὐ λέγει, οὐδὲ τὰ λοιπά, τό τε τῷ ὄρει γραφόμενον καὶ τὸ τῇ θαλάττῃ, ἀλλὰ μόνον τὸ μὲν βόρειον, τὸ δὲ νότιον.

23. Οὕτω δ' ὁλοσχερεῖ τινι τύπῳ τὴν δευτέραν ἀποδιδοὺς σφραγῖδα, πολὺ ταύτης ὁλοσχερέστερον ἀποδίδωσι τὴν τρίτην σφραγῖδα κατὰ πλείους αἰτίας. πρώτην μὲν τὴν λεχθεῖσαν, ὅτι οὐκ εὐκρινῶς ἀφώρισται ἡ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ Καρμανίαν, ἥτις κοινή ἐστι τῇ τρίτῃ πρὸς τὴν δευτέραν σφραγῖδα πλευρά· ἔπειθ' ὅτι εἰς τὴν νότιον πλευρὰν ὁ Περσικὸς ἐμπίπτει κόλπος, ὅπερ καὶ αὐτός φησιν, ὥστ' ἠνάγκασται τὴν ἐκ Βαβυλῶνος λαβεῖν γραμμήν, ὡς ἂν εὐθεῖάν τινα διὰ Σούσων καὶ Περσεπόλεως μέχρι τῶν ὅρων τῆς Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος, ᾗ δυνατὸς ἦν εὑρεῖν μεμετρημένην ὁδόν, σταδίων οὖσαν τὴν ὅλην μικρῷ πλειόνων ἢ ἐννακισχιλίων· ἣν νότιον μὲν καλεῖ πλευράν, παράλληλον δ' οὐ λέγει τῇ βορείῳ. δῆλον δ' ὅτι οὐδ' ὁ Εὐφράτης, ᾧ τὸ ἑσπέριον ἀφορίζει πλευρόν, σύνεγγύς ἐστιν εὐθείᾳ γραμμῇ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ῥυείς, εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς ἕω καὶ πάλιν πρὸς νότον μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς. δηλοῖ δὲ τὸ μὴ εὐθύπορον τοῦ ποταμοῦ, φράζων τὸ σχῆμα τῆς Μεσοποταμίας, ὃ ποιοῦσι συμπίπτοντες εἰς ἓν ὅ τε Τίγρις καὶ ὁ Εὐφράτης, ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον, ὥς φησι. καὶ μὴν (τὸ ἀπὸ Θαψάκου μέχρι τῆς Ἀρμενίας) οὐδὲ πᾶν μεμετρημένον ἔχει τὸ ἑσπέριον πλευρὸν τὸ ἀφοριζόμενον ὑπὸ τοῦ Εὐφράτου, ἀλλά φησι τὸ πρὸς τῇ Ἀρμενίᾳ μέρος καὶ τοῖς ἀρκτικοῖς ὄρεσι μὴ ἔχειν πόσον ἐστὶ διὰ τὸ ἀμέτρητον εἶναι. διὰ δὴ ταῦτα πάντα τυπωδῶς φησιν ἀποδιδόναι τὴν τρίτην μερίδα· καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα, ἅ φησιν, ἐκ πολλῶν συνάγειν τῶν τοὺς σταθμοὺς πραγματευσαμένων· τινὰς καὶ ἀνεπιγράφους καλεῖ. ἀγνωμονεῖν δὴ δόξειεν ἂν ὁ Ἵππαρχος πρὸς τὴν τοιαύτην ὁλοσχέρειαν γεωμετρικῶς ἀντιλέγων, ἐν ᾗ χάριν εἰδέναι δεῖ

culis fluit, quum hujus lineæ ope terram habitatam in duas esset partitus portiones, quarum unam septentrionalem vocat, alteram meridionalem; conatur harum utramque denuo in partes, quas res ferret, diducere, quas ipse Sigilla nominat. Et quum austrinæ partis primum sigillum constituisset Indiam, secundum Arianam, quæ non incommode circumscribi possunt, utriusque et longitudinem valuit et latitudinem perhibere, figuramque etiam quodammodo, ut geometriæ gnarus. Indiam enim rhombi ait similem esse, quod laterum ejus alia mari alluuntur austrino et orientali, cujus non admodum sinuosa sunt litora, reliqua, monte unum, alterum flumine clauduntur, atque ita rectilinea quodammodo constat figura. Arianam autem videns tria quidem latera ad constituendum parallelogrammum habere apta, occiduum autem latus punctis definire non valens, quod gentes istæ vicissim permixtæ habitant; linea tamen illud indicat, quæ a Caspiis portis ad extremitates Carmaniæ pertinet Persicum attingentes sinum: hoc latus occiduum vocat, orientale id quod est ad flumen Indum : æqualiter autem ea invicem undique distare non ait, ut neque reliqua duo montanum et maritimum, contentus alterum septentrionale, alterum meridionale appellasse.

23. Hoc pacto secundum sigillum non exactissima complexus forma, multo etiam rudius tertium sigillum describit, pluribus quidem de causis. Prima est quam jam retulimus, quod non satis distincte linea definitur a Caspiis portis ad Carmaniam, quæ tertio sigillo communis est cum latere ad secundum pertinente sigillum. Deinde quod in latus meridionale Persicus incidit sinus, quod ipse etiam dicit : itaque coactus fuit lineam e Babylone rectam educere tanquam per Susa et Persepolin usque ad fines Carmaniæ et Persidis, qua poterat iter dimensum invenire, stadiorumque linea fiebat tota paulo plus novem millium quam meridionale quidem vocat latus, sed parallelum septentrionali lateri non dicit. Manifestum porro est Euphratem etiam, quo occiduum describit latus, rectæ lineæ similem non esse : quippe is a montibus versus meridiem fluens, inde ad orientem flectitur, rursumque versus austrum fertur, usquedum in mare effluit : et obliquitatem fluvii ipse indicat, ubi figuram Mesopotamiæ, quam constituunt in unum confluentes Tigris et Euphrates, assimilem ait esse navigio remis instructo ut ipse loquitur. Jam ne dimensum quidem ex toto habet latus occiduum, quod ab Euphrate definitur : ait enim se non habere quanta sit portio quæ est ad Armeniam et montes septentrionales, quia ejus mensura non exstet. Ob hæc ergo omnia tertiam partem fatetur se rudi deformatione conceptam proponere : nam intervallo quoque, quæ indicat, se ait ex multorum scriptis annotasse, qui dimensiones literis mandarint, quorum quædam etiam incerti auctoris essent. Videtur itaque iniquus esse Hipparchus, qui contra hanc crassam et confusiorem descriptionem geometrice disputat, quum hac in re gratiæ sint habendæ iis qui vel ut-

τοῖς καὶ ὁπωσοῦν ἀπαγγείλασιν ἡμῖν τὴν τῶν τόπων φύσιν. ὅταν δὲ δὴ μηδ' ἐξ ὧν ἐκεῖνος λέγει λαμβάνῃ τὰς γεωμετρικὰς ὑποθέσεις, ἀλλ' ἑαυτῷ πλάσας, ἐκφανέστερον ἂν τὸ φιλότιμον καταμηνύοιτο.

24. Ὁ μὲν δὴ οὕτως φησὶ τὴν τρίτην μερίδα τυπωδῶς ἀποδίδοσθαι μυρίων σταδίων ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, κατὰ μέρος δὲ διαιρῶν, ὡς ἀναγεγραμμένην εὗρε τὴν μέτρησιν, οὕτω τίθησιν, ἔμπαλιν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ποιησάμενος καὶ τῆς κατὰ Θάψακον διαβάσεως αὐτοῦ. μέχρι μὲν δὴ τοῦ Τίγριδος, ὅπου Ἀλέξανδρος διέβη, σταδίους [δισ]χιλίους καὶ τετρακοσίους γράφει· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τοὺς ἑξῆς τόπους διὰ Γαυγαμήλων καὶ τοῦ Λύκου καὶ Ἀρβήλων καὶ Ἐκβατάνων, ᾗ Δαρεῖος ἐκ τῶν Γαυγαμήλων ἔφυγε μέχρι Κασπίων πυλῶν, τοὺς μυρίους ἐκπληροῖ, τριακοσίοις μόνον πλεονάσας. τὸ μὲν δὴ βόρειον πλευρὸν οὕτω καταμετρεῖ, οὐ παράλληλον τοῖς ὄρεσι θείς, οὐδὲ τῇ διὰ Στηλῶν καὶ Ἀθηνῶν καὶ Ῥόδου γραμμῇ· ἡ γὰρ Θάψακος πολὺ τῶν ὀρῶν ἀφέστηκε, συμπίπτει δὲ καὶ τὸ ὄρος καὶ ἡ ἀπὸ Θαψάκου ὁδὸς ἐπὶ τὰς Κασπίους πύλας. καὶ τά γε προσάρκτια μέρη τοῦ ὅρου ταῦτ' ἐστίν.

25. Ἀποδοὺς δὲ τὸ βόρειον οὕτω πλευρόν, τὸ δὲ νότιον, φησί, παρὰ μὲν τὴν θάλατταν οὐκ ἔστι λαβεῖν διὰ τὸ τὸν Περσικὸν ἐμπίπτειν κόλπον, ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ διὰ Σούσων καὶ Περσεπόλεως * μέχρι τῶν ὁρίων τῆς τε Περσίδος καὶ τῆς Καρμανίας σταδίους εἶναι ἐννακισχιλίους καὶ διακοσίους, νότιον μὲν λέγων, παράλληλον δ' οὐ λέγων τῷ βορείῳ τὸ νότιον. τὴν δὲ διαφωνίαν τοῦ μήκους φησὶ συμβαίνειν τοῦ τε βορείου τεθέντος πλευροῦ καὶ τοῦ νοτίου, διὰ τὸ τὸν Εὐφράτην μέχρι τινὸς πρὸς μεσημβρίαν ῥυέντα πρὸς τὴν ἕω πολὺ ἐγκλίνειν.

26. Τῶν δὲ πλαγίων πλευρῶν τὴν ἑσπερίαν λέγει πρῶτον· ἣν ὁποία τίς ἐστιν, εἴτε μία εἴτε δύο, ἐν μέσῳ πάρεστι σκοπεῖν. ἀπὸ γὰρ τῆς κατὰ Θάψακόν φησι διαβάσεως παρὰ τὸν Εὐφράτην εἰς μὲν Βαβυλῶνα σταδίους εἶναι τετρακισχιλίους ὀκτακοσίους, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Εὐφράτου καὶ πόλιν Τερηδόνα τρισχιλίους· τὰ δ' ἀπὸ Θαψάκου πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι μὲν τῶν Ἀρμενίων πυλῶν καταμεμετρῆσθαι καὶ εἶναι ὡς χιλίους ἑκατόν, τοὺς δὲ διὰ Γορδυαίων καὶ Ἀρμενίων μηκέτι· διὸ δὴ παραλείπειν αὐτούς. τοῦ δὲ πρὸς ἕω πλευροῦ τὸ μὲν διὰ τῆς Περσικῆς κατὰ μῆκος ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς ὡς ἐπὶ Μηδίαν καὶ τὰς ἄρκτους οὐκ ἔλαττον εἶναι δοκεῖ τῶν ὀκτακισχιλίων, ἀπὸ δέ τινων ἀκρωτηρίων καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐννακισχιλίους, τὸ δὲ λοιπὸν διὰ τῆς Παραιτακηνῆς καὶ Μηδίας ἐπὶ Κασπίους πύλας ὡς τρισχιλίων· τὸν δὲ Τίγριν ποταμὸν καὶ τὸν Εὐφράτην ῥέοντας ἐκ τῆς Ἀρμενίας πρὸς μεσημβρίαν, ἐπειδὰν παραμείψωνται τὰ τῶν Γορδυαίων ὄρη, κύκλον μέγαν περιβαλομένους καὶ ἐμπεριλαβόντας χώραν πολλὴν τὴν Μεσοποταμίαν ἐπιστρέφειν πρὸς χειμερινὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν μεσημβρίαν, πλέον δὲ τὸν Εὐφράτην· γενόμενον δὲ τοῦτον ἔγγιον ἀεὶ τοῦ Τίγριδος κατὰ τὸ Σεμιράμιδος

cunque locorum nobis indicaverunt naturam. Apertius etiam suum contendendi studium prodit, dum non ex dictis Eratosthenis sumit geometricas hypotheses, sed sibi ipsi eas confingit.

24. Atque ille quidem hoc modo rudi figura tertiam partem esse delineatam ait, decem millibus stadiorum a portis Caspiis usque Euphraten. Per partes deinde dimensionem, uti descriptam reperit, referens, facto iterum ab Euphrate et ejus apud Thapsacum trajectu initio, usque ad Tigrin, quo loco Alexander transiit, stadia scribit bis mille quadringenta : inde ad subsequentia loca per Gaugamela, Lycum, Arbela et Ecbatana, qua Darius a Gaugamelis fugit, usque ad Caspias portas, illa decem millia implet, superadditis duntaxat trecentis stadiis. Sic ergo dimetitur latus septentrionale, non id æqualiter undique a montibus abesse ponens, neque a linea quæ a columnis per Athenas et Rhodum ducitur : nam Thapsacus longe abest a montibus, iterque a Thapsaco ad portas Caspias incidit in montes. Hæ ergo sunt terminationis partes versus septentrionem sitæ.

25. Exposito ad hunc modum septentrionali latere, austrinum ait juxta mare non posse describi, quia Persicus incidit sinus : a Babylone autem per Susa et Persepolin usque ad Persidis et Carmaniæ confinia, stadiorum esse novem millia et ducenta : idque latus vocat austrinum, non tamen æqualiter identidem a boreali distans. Discrepantiam vero longitudinis horum laterum inde nasci ait, quod Euphrates, quum aliquamdiu versus meridiem fluxit, valde postea versus ortum labitur.

26. De transversalibus lateribus occiduum priore loco exponit, quod quale, et unicumne sit an duo, in medio ad considerandum est propositum. Nam a trajectu qui est apud Thapsacum juxta Euphratem usque ad Babylonem, stadia numerat quater mille et octingenta : hinc usque ad ostia Euphratis et urbem Teredonem ter mille : a Thapsaco versus septentrionem usque ad portas Armenias spatium dimensum ait esse, circiter mille et centum : id vero quod per Gordyæos [*codd.* Gortynæos] et Armenios est, non item : ideoque id esse omissum. Orienti obversum latus, quod in longum per Persicam a Rubro mari versus Mediam et septentriones ducitur, videtur non brevius esse stadiorum octo millibus, a quibusdam vero promontoriis etiam superare novem millia : reliquum per Parætacenam et Mediam ad Caspias portas, ad tria millia. Porro Tigrin et Euphratem fluvios ex Armenia versus meridiem labentes, postquam Gordyæorum præteriverunt montes, magnum circulum includere, amplamque in eo regionem Mesopotamiam comprehendere; inde hibernum ortum et meridiem versus eos ferri, Euphratenque magis altero : atque hunc semper Tigridi vicinum juxta murum Semiramidis et pagum

διατείχισμα καὶ κώμην καλουμένην Ὦπιν, διασχόντα ταύτης ὅσον διακοσίους σταδίους καὶ ῥυέντα διὰ Βαβυλῶνος, ἐκπίπτειν εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον. γίνεται δή, φησί, τὸ σχῆμα τῆς Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. ὁ μὲν δὴ Ἐρατοσθένης τοιαῦτ' εἴρηκε.

27. Περὶ δὲ τῆς τρίτης σφραγῖδος καὶ ἄλλα μέν τινα ἁμαρτήματα ποιεῖ, περὶ ὧν ἐπισκεψόμεθα, ἃ δὲ Ἵππαρχος προφέρει αὐτῷ, οὐ πάνυ. σκοπῶμεν δ' ἃ λέγει. βουλόμενος γὰρ βεβαιοῦν τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐ μεταθετέον τὴν Ἰνδικὴν ἐπὶ τὰ νοτιώτερα, ὥσπερ Ἐρατοσθένης ἀξιοῖ, σαφὲς ἂν γενέσθαι τοῦτο μάλιστά φησιν ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προφέρεται· τὴν γὰρ τρίτην μερίδα κατὰ τὴν βόρειον πλευρὰν εἰπόντα ἀφορίζεσθαι ὑπὸ τῆς ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην γραμμῆς σταδίων μυρίων οὔσης, μετὰ ταῦτα ἐπιφέρειν ὅτι τὸ νότιον πλευρὸν τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας μικρῷ πλειόνων ἐστὶν ἢ ἐνναχισχιλίων, τὸ δὲ πρὸς δύσει πλευρὸν ἀπὸ Θαψάκου παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐστὶν εἰς Βαβυλῶνα τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι στάδιοι, καὶ ἑξῆς ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τρισχίλιοι, τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ Θαψάκου, τὸ μὲν ἀπομεμέτρηται μέχρι χιλίων ἑκατόν, τὸ λοιπὸν δ' οὐκέτι. ἐπεὶ τοίνυν, φησί, τὸ μὲν βόρειόν ἐστι πλευρὸν τῆς τρίτης μερίδος ὡς μυρίων, ἡ δὲ τούτῳ παράλληλος ἀπὸ Βαβυλῶνος εὐθεῖα μέχρι ἀνατολικοῦ πλευροῦ συνελογίσθη μικρῷ πλειόνων ἢ ἐνναχισχιλίων, δῆλον ὅτι ἡ Βαβυλὼν οὐ πολλῷ πλείοσιν ἢ χιλίοις ἐστὶν ἀνατολικωτέρα τῆς κατὰ Θάψακον διαβάσεως.

28. Ἐροῦμεν δ' ὅτι, εἰ μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μεσημβρινῆς εὐθείας ἐπ' ἀκριβὲς ἐλαμβάνοντο αἵ τε Κάσπιοι πύλαι καὶ οἱ ὅροι τῶν Καρμανίων καὶ Περσῶν, πρὸς ὀρθάς τε ἤγοντο ἀπὸ τῆς λεχθείσης μεσημβρινῆς εὐθείας ἥ τε ἐπὶ Θάψακον καὶ ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνα, συνέβαινεν ἂν τοῦτο. ἡ γὰρ προσεκβαλλομένη τῇ διὰ Βαβυλῶνος μέχρι τῆς διὰ Θαψάκου εὐθείας μεσημβρινῆς, ἴση ἂν ἦν πρὸς αἴσθησιν ἢ πάρισός γε τῇ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Θάψακον· ὥστε τῇ ὑπεροχῇ ἐγίνετ' ἂν ἀνατολικωτέρα ἡ Βαβυλὼν τῆς Θαψάκου, ᾗ ὑπερέχει ἡ ἐκ Κασπίων πυλῶν εἰς Θάψακον τῆς ἐκ τῶν Καρμανίων ὅρων εἰς Βαβυλῶνα. ἀλλ' οὔτε τὴν διορίζουσαν γραμμὴν ἑσπέριον πλευρὸν τῆς Ἀριανῆς ἐπὶ μεσημβρινοῦ κειμένην εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, οὐδὲ τὴν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ Θάψακον πρὸς ὀρθὰς τῇ διὰ τῶν Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῷ ὄρει γραφομένην, πρὸς ἣν ἡ ἐπὶ Θάψακον γωνίαν ποιεῖ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου κατηγμένη, ἀφ' οὗ καὶ ἡ τοῦ ὄρους γραμμή· οὔθ' ἡ ἐπὶ Βαβυλῶνα ἠγμένη ἀπὸ τῆς Καρμανίας παράλληλος εἴρηται τῇ ἐπὶ Θάψακον ἠγμένῃ· οὐδ' εἰ παράλληλος ἦν, μὴ [πρὸς] ὀρθὰς δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ, οὐδὲν ἂν ἐγίνετο πλέον πρὸς συλλογισμόν.

29. Ὁ δὲ ταῦτα λαβὼν ἐξ ἑτοίμου καὶ δείξας, ὡς οἴεται, διότι ἡ Βαβυλὼν κατὰ Ἐρατοσθένη Θαψάκου ἀνατολικωτέρα ἐστὶ μικρῷ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις,

qui vocatur Opim, intervallo stadiorum ab eo pago fere ducentorum per Babylonem defluere, et in sinum exire Persicum. Sic ait figuram Mesopotamiæ et Babyloniæ fieri similem navigio remis instructo. Hæc Eratosthenes tradidit.

27. De tertio sane sigillo alia quædam sunt ejus errata, quæ considerabimus : quæ vero ei objicit Hipparchus, non admodum recte habent. Sed perpendamus quid dicat. Volens Hipparchus confirmare initio propositum illud, non esse (quod voluit Eratosthenes) Indiam in partes meridiei viciniores reponendam, id ait maxime ex his manifestum fore, quæ ille ipse tradat. Tertiam enim partem quum dixisset quod ad latus septentrionale attinet definiri a linea quæ ducitur a Caspiis portis ad Euphraten, longitudine decem millium stadiorum; inferre eum deinde, austrinum latus a Babylone ad fines Carmaniæ paulo amplius novem stadiorum millia continere : occiduum autem a Thapsaco secundum Euphraten ad Babylonem quattuor millia stadiorum et octingenta continere, atque hinc usque ad ostia esse tria millia : quæ versus septentrionem a Thapsaco sunt, usque ad mille centum stadia dimensa esse, reliqua non item. Quoniam ergo, inquit, tertiæ partis latus septentrionale stadiorum est circiter decem millium, et recta linea ab hac ubique æqualiter dissita, quæ Babylone ducitur usque ad orientale latus, paulo major novem millibus stadiorum supputando inventa est : constat Babylonem, non multo pluribus quam mille stadiis orienti esse propiorem quam est transitus apud Thapsacum.

28. Ad hoc dicemus, si quidem præcise in eadem linea recta meridiana sumerentur portæ Caspiæ et fines Carmaniæ ac Persidis, atque ab ea linea meridiana ad perpendiculum educerentur lineæ ad Thapsacum et Babylonem, fore ut istud eveniret : nam linea quæ educeretur juxta lineam quæ per Babylonem usque ad meridianam Thapsaci lineam recta protenditur, utique ad sensum aut æqualis, aut admodum æquali propinqua esset collata cum linea quæ est a portis Caspiis ad Thapsacum : itaque tanto intervallo Babylon Thapsaco esse orientalior, quanto excedit linea a Caspiis portis ad Thapsacum lineam, a finibus Carmaniæ ad Babylonem extentam. Atqui neque lineam quæ definit occiduum latus Arianæ in meridiano sitam dixit Eratosthenes, neque eam quæ a Caspiis portis ad Thapsacum, ad angulos rectos insistere meridiano Caspiarum portarum : sed magis eam quæ monte describitur, ad quam linea ad Thapsacum pertinens angulum facit, ab eodem educta signo, a quo etiam montis linea. Neque lineam a Carmania ad Babylonem ductam lineæ ad Thapsacum ductæ æque distantem esse dictum fuit : neque si fuisset, non tamen Caspiarum portarum meridiano ad rectos angulos insisteret, id ad argumenti conclusionem erat facturum.

29. At Hipparchus postquam ista quasi in promptu sita sumpserat et, ut putat, ostenderat Babylonem de sententia Eratosthenis paulo pluribus mille stadiis orienti quam Tha-

πάλιν ἄλλως πλάττει λῆμμα ἑαυτῷ πρὸς τὴν ἑξῆς ἀπόδειξιν, καί φησιν, ἐὰν ἐννοηθῇ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ μεσημβρίαν εὐθεῖα ἀγομένη καὶ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ ταύτην κάθετος, τρίγωνον ὀρθογώνιον ἔσεσθαι, συνεστηκὸς ἔκ τε τῆς ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Βαβυλῶνα τεινούσης πλευρᾶς καὶ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος καθέτου ἐπὶ τὴν διὰ Θαψάκου μεσημβρινὴν γραμμὴν ἠγμένης καὶ αὐτῆς τῆς διὰ Θαψάκου μεσημβρινῆς. τούτου δὲ τοῦ τριγώνου τὴν μὲν ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ τὴν ἀπὸ Θαψάκου εἰς Βαβυλῶνα τίθησιν, ἥν φησι τετρακισχιλίων ὀκτακοσίων εἶναι· τὴν δ' ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν διὰ Θαψάκου μεσημβρινὴν γραμμὴν κάθετον μικρῷ πλειόνων ἢ χιλίων, ὅσων ἦν ἡ ὑπεροχὴ τῆς ἐπὶ Θάψακον πρὸς τὴν μέχρι Βαβυλῶνος. ἐκ δὲ τούτων καὶ τὴν λοιπὴν τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν συλλογίζεται πολλαπλάσιον οὖσαν τῆς λεχθείσης καθέτου. προστίθησι δὲ ταύτῃ τὴν ἀπὸ Θαψάκου πρὸς ἄρκτον ἐκβαλλομένην μέχρι τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, ἧς τὸ μὲν ἔφη μεμετρῆσθαι Ἐρατοσθένης καὶ εἶναι χιλίων ἑκατόν, τὸ δ' ἀμέτρητον ἐᾷ. οὗτος δ' ἐπὶ τοὐλάχιστον ὑποτίθεται χιλίων, ὥστε τὸ συνάμφω δισχιλίων καὶ ἑκατὸν γίγνεσθαι· ὃ προσθεὶς τῇ ἐπ' εὐθείας πλευρᾷ τοῦ τριγώνου μέχρι τῆς καθέτου τῆς ἐκ Βαβυλῶνος πολλῶν χιλιάδων λογίζεται διάστημα τὸ ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν καὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου μέχρι τῆς ἐκ Βαβυλῶνος καθέτου, ἥτις ἐπὶ τοῦ διὰ Βαβυλῶνος παραλλήλου ἵδρυται. τό δέ γε ἀπὸ τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου ἐπὶ τὸν διὰ Βαβυλῶνος δείκνυσιν οὐ μεῖζον ὂν σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων, ὑποτεθέντος τοῦ μεσημβρινοῦ παντὸς τοσούτων σταδίων, ὅσων Ἐρατοσθένης φησίν. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν ἦν τὰ ὄρη τὰ Ἀρμένια καὶ τὰ τοῦ Ταύρου ἐπὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου, ὡς Ἐρατοσθένης, ἀλλὰ πολλαῖς χιλιάσι σταδίων ἀρκτικώτερα κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον. ἐνταῦθα δὴ πρὸς τῷ τοῖς ἀνεσκευασμένοις λήμμασι προσχρῆσθαι πρὸς τὴν τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου τάξιν, καὶ τοῦτο λαμβάνει (πρὸς) τὸ μὴ διδόμενον, τὸ τὴν ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ τὴν ἀπὸ Θαψάκου γραμμὴν εὐθεῖαν εἶναι μέχρι Βαβυλῶνος ἐν σταδίοις τετρακισχιλίοις ὀκτακοσίοις. παρά τε γὰρ τὸν Εὐφράτην φησὶν εἶναι τὴν ὁδὸν ταύτην ὁ Ἐρατοσθένης, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σὺν τῇ Βαβυλωνίᾳ μεγάλῳ κύκλῳ περιέχεσθαι λέγων ὑπό τε τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος, τὸ πλέον δὲ τῆς περιοχῆς ὑπὸ τοῦ Εὐφράτου συμβαίνειν φησίν· ὥσθ' ἡ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Βαβυλῶνα εὐθεῖα οὔτ' ἂν παρὰ τὸν Εὐφράτην εἴη, οὔτ' ἂν τοσούτων σταδίων οὐδ' ἐγγύς. ἀνατέτραπται οὖν ὁ συλλογισμός· καὶ μὴν εἴρηταί γε, ὅτι οὐχ οἷόν τε δυεῖν δεδομένων γραμμῶν ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν κατάγεσθαι τὴν μὲν ἐπὶ Θάψακον, τὴν δ' ἐπὶ τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη τὰ κατάλληλα τῇ Θαψάκῳ, ἀπέχοντα τῆς Θαψάκου τοὐλάχιστον κατ' αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον δισχιλίους καὶ ἑκατὸν σταδίους, ἀμφοτέρας παραλλήλους εἶναι καὶ ἀλλήλαις καὶ τῇ διὰ Βαβυλῶνος, ἣν νότιον πλευρὰν Ἐρατοσθένης ἐκάλεσεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐκ ἔχων καταμεμετρημένην εἰπεῖν τὴν παρὰ τὰ ὄρη ὁδόν, τὴν δ'

psacum esse propinquiorem, aliud rursum sibi fingit assumptum ad insequentem demonstrationem : aitque, si imaginatione concipiatur recta linea a Thapsaco versus meridiem ducta, perpendicularisque in eam a Babylone demissa, fore triangulum rectangulum, quod comprehendatur a linea a Thapsaco ad Babylonem tendente, et ea quæ a Babylone ad perpendiculum in meridianam Thapsaci lineam agitur, ipsaque Thapsaci linea meridiana. Hujus trianguli latus recto angulo oppositum facit lineam a Thapsaco ad Babylonem porrectam, cui longitudinem assignat stadiorum quater mille et octingentorum; perpendiculari a Babylone in meridianam Thapsaci, paulo amplius mille, quanto excedebat linea ad Thapsacum eam quæ est usque ad Babylonem : atque ex his etiam reliquum latus quod angulum rectum conficit, supputat, cujus aliquota pars sit ista perpendicularis. Huic adjicit lineam a Thapsaco versus septentrionem usque ad montes Armenios porrectam, cujus partem ait Eratosthenes dimensam esse stadiorum mille et centum, omittitque id cujus nondum est explorata mensura. Hipparchus ponit id esse ad minimum mille stadiorum, ut conjuncta hæc sint bis mille et centum stadia. Hoc ergo addens trianguli lateri quod ad lineam rectam ei adjungitur usque ad perpendicularem a Babylone demissam, multorum millium supputat intervallum ab Armeniis montibus et parallelo per Athenas usque ad cathetum e Babylone, quæ in parallelo Babylonem transeunte insistit. A parallelo autem qui per Athenas ducitur ad eum qui per Babylonem, ostendit non amplius esse stadiis bis mille et quadringentis, posito toto meridiano tot stadiorum, quot affirmat Eratosthenes. Quod si ita est, Armenii montes et Taurici non possunt esse in parallelo Atheniensi, quod voluit Eratosthenes, sed multis stadiorum millibus versus septentriones vergent, secundum hunc ipsum. Hoc loco igitur, præterquam quod sumptionibus utitur refutatis ad trianguli rectanguli constitutionem, istud quoque sumit quod concessum non est, lineam quæ recto angulo subtenditur rectam a Thapsaco ad Babylonem usque stadiis constare quater mille et octingentis : nam hanc viam Eratosthenes ait esse juxta Euphraten, ac Mesopotamiam cum Babylonia contineri magno circulo ab Euphrate et Tigri; majorem tamen partem ab Euphrate circuiri. Ergo recta linea a Thapsaco ad Babylonem neque juxta Euphraten ducatur, et summam hanc non modo non æquabit, sed et magno erit intervallo minor. Hæc ergo Hipparchi ratiocinatio subversa est. Et quidem dictum est fieri non posse datis duabus lineis a Caspiis portis, quarum una ad Thapsacum, altera ad Armeniæ montes e regione Thapsaci sitos, indeque minimum dissitos (ipso Hipparcho auctore) stadiis bis mille ac centum, deducatur, eæ ut inter se æqualiter undiquaque distent, item paralleli sint ad lineam quæ est per Babylonem ducta, quam meridionale latus vocat Eratosthenes. Ille igitur quum iter montanum quantum esset exprimere non posset, lineæ autem a

ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Κασπίους πύλας ταύτην εἶπε, καὶ προσέθηκε τὸ ὡς τυπωδῶς εἰπεῖν· ἄλλως τε τῷ βουλομένῳ τὸ μῆκος εἰπεῖν τῆς μετὰ τὴν Ἀριανὴν μέχρι Εὐφράτου χώρας οὐ πολὺ διέφερε ταύτην ἢ ἐκείνην καταμετρεῖν. ὁ δ' ὡς παραλλήλους ὑπακούων λέγεσθαι τελέως ἂν δόξειε καταγινώσκειν παιδικὴν ἀμαθίαν τἀνθρώπου. ταῦτα μὲν οὖν ἐᾶν δεῖ ὡς παιδικά.

30. Ἃ δ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τοῦ Ἐρατοσθένους τοιαῦτα ἐστί. καθάπερ γὰρ ἡ κατὰ μέλος τομὴ τῆς ἄλλως κατὰ μέρος διαφέρει (διότι ἡ μὲν καὶ τὰ μέρη λαμβάνει περιγραφὴν ἔχοντα φυσικήν, * ἀρθρώσει τινὶ καὶ τύπῳ σημειώδει, καθ' ὃ καὶ τοῦτο εἴρηται,

τὸν δὲ διὰ μελεϊστὶ ταμών,

ἡ δ' οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον), χρώμεθα δ' οἰκείως ἑκατέρᾳ τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν σκοποῦντες, οὕτως ἐπὶ τῶν γεωγραφικῶν δεῖ μὲν τομὰς ποιεῖσθαι τῶν μερῶν, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντας, μιμεῖσθαι δὲ τὰς κατὰ μέλος τομὰς μᾶλλον ἢ τὰς ὡς ἔτυχε. τὸ γὰρ σημειῶδες καὶ τὸ εὐπεριόριστον ἐκεῖθεν λαβεῖν ἔστιν, οὗ χρείαν ἔχει ὁ γεωγράφος. εὐπεριόριστον δέ, ὅταν ἢ ποταμοῖς ἢ ὄρεσιν ἢ θαλάττῃ δυνατὸν ᾖ, καὶ ἔθνει δὲ ἢ ἔθνεσι καὶ μεγέθει ποσῷ καὶ σχήματι, ὅπου τοῦτο δυνατόν. πανταχοῦ δὲ ἀντὶ τοῦ γεωμετρικῶς τὸ ἁπλῶς καὶ ὁλοσχερῶς ἱκανόν. μέγεθος μὲν οὖν ἱκανόν ἐστιν, ἂν τὸ μέγιστον εἴπῃς μῆκος καὶ πλάτος, ὡς τῆς οἰκουμένης ἑπτὰ μυριάδων εἰ τύχοι μῆκος, πλάτος δ' ἔλαττον ἢ ἥμισυ μικρῷ τοῦ μήκους· σχῆμα δ', ἂν (τι) τῶν γεωμετρικῶν τινὶ σχημάτων εἰκάσῃς, ὡς τὴν Σικελίαν τριγώνῳ, ἢ τῶν ἄλλων γνωρίμων τινὶ σχημάτων, οἷον τὴν Ἰβηρίαν βύρσῃ, τὴν δὲ Πελοπόννησον πλατάνου φύλλῳ· ὅσῳ δ' ἂν μεῖζον ᾖ τὸ τεμνόμενον, τοσῷδε καὶ ὁλοσχερεστέρας πρέποι ἂν ποιεῖσθαι τὰς τομάς.

31. Ἡ μὲν οὖν οἰκουμένη δίχα διῄρηται τῷ τε Ταύρῳ καὶ τῇ ἐπὶ Στήλας θαλάττῃ καλῶς. καὶ τοῦ νοτίου μέρους (καὶ) ἡ μὲν Ἰνδικὴ περιώρισται πολλοῖς· καὶ γὰρ ὄρει καὶ ποταμῷ καὶ θαλάττῃ καὶ ἑνὶ ὀνόματι, ὡς (ἔθνος) ἑνὸς ἔθνους· ὥστε καὶ τετράπλευρος ὀρθῶς λέγεται καὶ ῥομβοειδής. ἡ δ' Ἀριανὴ ἧττον μὲν τὸ εὐπερίγραφον ἔχει διὰ τὸ τὴν ἑσπερίαν πλευρὰν συγκεχύσθαι, διώρισται δ' ὅμως ταῖς τε τρισὶ πλευραῖς, ὡς ἂν εὐθείαις, καὶ τῷ ὀνόματι, ὡς ἂν ἑνὸς ἔθνους. ἡ δὲ τρίτη σφραγὶς τελέως ἀπερίγραφός ἐστιν, οὕπω γε ἀφορισθεῖσα· ἥ τε γὰρ κοινὴ πλευρὰ αὐτῇ τε καὶ τῇ Ἀριανῇ συγκέχυται, ὡς προείρηται, καὶ ἡ νότιος πλευρὰ ἀργότατα εἴληπται· οὔτε γὰρ περιγράφει τὴν σφραγῖδα, διὰ μέσης τε αὐτῆς βαδίζουσα, καὶ πολλὰ μέρη ἀπολείπουσα πρὸς νότον, οὔτε μῆκος ὑπογράφει τὸ μέγιστον· τὸ γὰρ προσάρκτιον πλευρὸν μεῖζον· οὔθ' ὁ Εὐφράτης ἑσπέριόν ἐστι πλευρόν, οὐδ' εἰ ἐπ' εὐθείας ῥέοι, τῶν ἄκρων αὐτοῦ μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κειμένων. τί γὰρ μᾶλλον ἑσπέριον ἢ νότιον; χωρὶς δὲ τούτων, ὀλίγης οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν λοιπῆς τὴν Κιλίκιον καὶ τὴν Συριακήν, τὸ μὴ μέχρι δεῦρο προάγειν δεῖν τὴν σφραγῖδα οὐ πι-

Thapsaco ad Caspias portas mensuram cognitam haberet, hanc posuit, addiditque « ut crassa Minerva loquar »; quum alias mensuram indicaturi spatii quod est ab Ariana usque ad Euphraten, non multum interesset utrius lineæ dimensionem haberet. Qui autem eas lineas pro æqualiter distantibus ab eo positas accipit, is plane videtur hominem puerilis ignorantiæ insimulare. Hæc igitur, utpote puerilia, missa faciamus.

30. Quæ vero Eratostheni vitio dari possunt, talia sunt. Quemadmodum enim sectio in membra differt a simplici tributione in partes (quod illa nimirum partes sumit circumscriptionem quandam habentes naturalem, secundum articulationem et typum insignem [unde et hoc dictum est (*Od.* I, 291, *Il.* Ω, 409),

Illum scindendo in sua membra resolvens]:

hæc nihil tale habet), utimur autem utraque tempestive, ratione habita opportunitatis ac necessitatis: ita in rebus geographicis sane in partes faciendæ sunt divisiones, dum singula persequimur, magis tamen sectiones in membra sunt imitandæ, quam quæ in qualescunque partes sunt: ex illis enim puncta insignia et termini possunt sumi, quibus unumquodque commode circumscribatur, quæ res geographo est opus. Facile autem circumscribitur quædam regio, si definiri possit fluminibus, montibus, mari, gente aut populis, magnitudine (ubi hoc licet) ac figura certa: ubique autem loco geometricæ præcisionis, simplicior atque rudior ratio sufficiet. Nam magnitudo satis videbitur expressa, si maximam longitudinem ac latitudinem dixeris: ut terræ habitatæ longitudinem (verbi gratia) septuaginta millia, latitudinem paulo semisse longitudinis minorem. Figura, si quid geometricæ alicui compares figuræ, ut (exempli gratia) Siciliam triangulo aut ex ceteris rerum formis alicui notæ, ut Hispaniam tergori, Peloponnesum folio platani. Ceterum quanto majus est id quod dividitur, tanto etiam grandiora fieri segmenta par est.

31. Igitur terra habitabilis in duas partes divisa est Tauro monte et mari ad Columnas, recte. Et austrinæ quidem partis India multis finibus circumscripta est, monte, fluvio, mari, uno nomine, ut unius gentis: quare et quadrilatera et rhombi similis recte dicitur. Ariana minus commode circumscribitur, eo quod latus occiduum cum aliis est confusum, definita tamen est tribus lateribus tanquam rectis, et nomine, ut unius gentis. Tertium autem sigillum plane circumscriptione aut certe definitione caret. Nam et latus quod ei commune est cum Ariana, confusum est ut diximus; et meridionale latus negligentissime expressum est, quippe neque sigillum eo includitur, quum per id medium transeat, et quia multas versus meridiem partes relinquit: neque longitudinem maximam describit: nam septentrionale latus majus est: neque Euphrates occiduum latus conficit, ne si rectam quidem flueret ad lineam; quum ejus extrema non sint in eodem meridiano: qui ergo magis occiduum quam austrinum faceret latus? Absque etiam his, quum paulum restet terræ usque ad mare Cilicium et Syrium, quod sigillum non usque ad ista producit, consentaneum non est:

θανόν, τῆς τε Σεμιράμιδος καὶ τοῦ Νίνου Σύρων λεγομένων, ὧν τῆς μὲν ἡ Βαβυλὼν κτίσμα καὶ βασίλειον, τοῦ δὲ Νίνος, ὡς ἂν μητρόπολις τῆς Συρίας. καὶ τῆς διαλέκτου δὲ μέχρι νῦν διαμενούσης τῆς αὐτῆς τοῖς τε ἐκτὸς τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῖς ἐντός, τὰ ἐνταῦθα μέντοι τοιούτῳ μερισμῷ διασπᾶν ἔθνος γνωριμώτατον καὶ τὰ μέρη συνάπτειν τοῖς ἀλλοεθνέσιν ἥκιστα ἂν πρέποι. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ μεγέθους ἀπηναγκάσθαι λέγοι ἄν· καὶ γὰρ τὸ μέχρι θαλάττης οὐ μήν πω ἂν ἐξισάζοιτο τῇ Ἰνδικῇ, ἀλλ' οὐδὲ τῇ Ἀριανῇ, προσλαβὸν καὶ τὸ μέχρι τῶν ὅρων τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας καὶ τῆς Αἰγύπτου· ὥστε πολὺ κρεῖττον ἦν μέχρι δεῦρο προελθεῖν, τῆς τρίτης εἰπόντα σφραγῖδος τοσαύτη προσθήκη τῇ μέχρι τῆς Συριακῆς θαλάττης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος εἶπεν ἔχον, οὐδ' ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Καρμανίας εὐθὺς τὴν δεξιὰν παραλίαν εἰσπλέοντι (γὰρ) τὸν Περσικὸν κόλπον μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις τῆς Μεσήνης καὶ τῆς Βαβυλωνίας συνάπτον, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου, εἶτ' ἐφεξῆς αὐτὸν τοῦτον διεξιόν, διῆκόν τε μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ Πηλουσίου, καὶ ἔτι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου· τοῦτο μὲν τὸ νότιον πλευρόν, τὸ δὲ λοιπὸν ἑσπέριον τὴν ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος μέχρι τῆς Κιλικίας παραλίαν.

32. Τετάρτη δ' ἂν εἴη σφραγὶς ἡ συνεστῶσα ἔκ τε τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης καὶ τῆς Αἰθιοπίας. ταύτης δὲ τῆς μερίδος μῆκος μὲν ἔσται τὸ ἀφοριζόμενον ὑπὸ δυεῖν μεσημβρινῶν· ὁ μὲν γὰρ γράφεται διὰ τοῦ δυσμικωτάτου σημείου τοῦ ἐπ' αὐτῆς, ὁ δὲ διὰ τοῦ ἑωθινωτάτου· πλάτος δὲ τὸ μεταξὺ δυεῖν παραλλήλων, ὧν ὁ μὲν γράφεται διὰ τοῦ βορειοτάτου σημείου, ὁ δὲ διὰ τοῦ νοτιωτάτου· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνωμάλων σχημάτων, ἐφ' ὧν πλευραῖς οὐ δυνατὸν ἀφορίσαι πλάτος καὶ μῆκος, οὕτω τὸ μέγεθος ἀφοριστέον. καθόλου δὲ νοητέον, ὅτι οὐχ ὡσαύτως λέγεται μῆκος καὶ πλάτος ἐπὶ ὅλου καὶ μέρους· ἀλλ' ἐφ' ὅλου μὲν τὸ μεῖζον διάστημα καλεῖται μῆκος, τὸ δ' ἔλαττον πλάτος, ἐπὶ μέρους δὲ μῆκος μὲν τὸ παράλληλον τῷ τοῦ ὅλου μήκει τμῆμα ἐκείνου, ὁπότερον ἂν ᾖ μεῖζον, κἂν τὸ ληφθὲν διάστημα ἐν τῷ πλάτει μεῖζον ᾖ τοῦ ληφθέντος ἐν τῷ μήκει διαστήματος. διὸ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν μηκυνομένης, ἀπὸ δὲ ἄρκτων ἐπὶ νότον πλατυνομένης, καὶ τοῦ μὲν μήκους ἐπὶ παραλλήλου τινὸς τῷ ἰσημερινῷ γραφομένου, τοῦ δὲ πλάτους ἐπὶ μεσημβρινοῦ, δεῖ καὶ τῶν μερῶν λαμβάνεσθαι μήκη μὲν τὰ παράλληλα τῷ μήκει τμήματα αὐτῆς, πλάτη δὲ τὰ τῷ πλάτει. οὕτω γὰρ ἂν ἄμεινον ὑπογράφοιτο πρῶτον μὲν τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης ὅλης, ἔπειτα καὶ ἡ διάθεσις καὶ τὸ σχῆμα τῶν μερῶν, καθ' ἃ μὲν ἀπολείπειν, καθ' ἃ δὲ πλεονάζειν φαινομένων τῇ τοιαύτῃ παραθέσει.

33. Ἐρατοσθένης δὲ τὸ μὲν τῆς οἰκουμένης λαμβά-

quum et Semiramis et Ninus Syri dicantur, quorum illa Babylonem condidit et regiam habuit, ille Ninum, quæ metropolis (sive primaria urbs) Syriæ censetur. Etiam quum eadem adhuc lingua utantur extra intraque Euphraten, hic quidem gentem nobilissimam tanta intercapedine divellere, partesque ejus peregrinis adjungere nationibus, minime convenit. Neque enim dicere potest se magnitudine coactum esse : etsi enim usque ad mare producatur, nunquam æquabit Indiam, ac ne Arianam quidem, assumptis etiam quæ supersunt usque ad fines Felicis Arabiæ et Ægypti. Erat itaque multo melius eo usque progredi, et facto hoc additamento usque ad Syriacum mare, tertii sigilli australe latus definire non secundum illius sententiam, neque ad lineam rectam, sed statim a Carmania ora maritima, quæ per Persicum sinum naviganti ad dextram est, usque ad Euphratis ostia, ac deinceps progredi ad contiguum finibus Mesenes et Babyloniæ, ubi isthmus incipit qui Felicem Arabiam a reliqua continente dirimit, tum denique per hunc isthmum producere, usque ad intimum Arabici sinus, Pelusium et Canobicum Nili ostium : hoc erit latus meridionale; reliquum occiduum a Canobico ostio usque ad Ciliciæ oram maritimam.

32. Quartum sigillum *constabit Arabia Felice*, *sinu* Arabico, tota Ægypto et Æthiopia. Hujus partis longitudo continebitur duobus meridianis, quorum unus per occasui alter per ortui proximum ejus punctum describetur : latitudo inter duas parallelos, quarum una per septentrioni, altera per meridiei vicinissimum punctum ducatur. Nam in figuris quæ inæqualibus inter se lineis includuntur, quum lateribus longitudo et latitudo accurate finiri non possunt, magnitudo hac ratione est definienda. In universum autem intelligendum est, non eodem modo longitudinem et latitudinem in toto atque in parte dici : nam longius spatium in toto appellatur longitudo, brevius latitudo ; in parte autem longitudo est id quod æquali intervallo juxta totius longitudinem porrigitur segmentum ejus, nulla habita ratione majoris spatii, etiamsi quod in latitudine sumptum majus sit sumpto in longitudine. Ergo quum terræ orbis, quantum ejus habitatur, ab ortu versus occasum in longum protendatur, a septentrionibus autem versus austrum dilatetur, longitudoque circulo qui sit æquinoctiali parallelus describatur, latitudo in ipso meridiano notetur : partium quoque longitudines sumi debent portiones totius longitudini parallelæ, et latitudines latitudini : sic enim rectius exprimi poterit quum totius habitatæ terræ magnitudo, tum partium dispositio ac figura, quæ hac comparatione instituta in quibusdam excedi, in quibusdam excedere videbuntur.

33. At Eratosthenes longitudinem terræ habitatæ in linea,

νει μῆκος ἐπὶ τῆς διὰ Στηλῶν καὶ Κασπίων πυλῶν καὶ Καυκάσου γραμμῆς, ὡς ἂν εὐθείας, τὸ δὲ τῆς τρίτης μερίδος ἐπὶ τῆς διὰ Κασπίων πυλῶν καὶ Θαψάκου, τὸ δὲ τῆς τετάρτης ἐπὶ τῆς διὰ Θαψάκου καὶ Ἡρώων πόλεως μέχρι τῆς μεταξὺ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου, [ἣν] ἀνάγκη καταστρέφειν εἰς τοὺς περὶ Κάνωβον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τόπους· ἐνταῦθα γάρ ἐστι τὸ ἔσχατον στόμα τὸ καλούμενον Κανωβικόν τε καὶ Ἡρακλεωτικόν. εἴτ' οὖν ἐπ' εὐθείας ἀλλήλοις τὰ μήκη τίθησιν, εἴθ' ὡς ἂν γωνίαν ποιοῦντα κατὰ Θάψακον, ἀλλ' ὅτι γε οὐ παράλληλον οὐδέτερον τῷ τῆς οἰκουμένης μήκει, φανερόν ἐστιν ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκεν αὐτός. τὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκουμένης μῆκος διὰ τοῦ Ταύρου γράφει καὶ τῆς ἐπ' εὐθείας μέχρι Στηλῶν θαλάττης κατὰ γραμμὴν τὴν διὰ τοῦ Καυκάσου καὶ Ῥόδου καὶ Ἀθηνῶν, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τὸν δι' αὐτῶν μεσημβρινὸν οὐ πολὺ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων φησὶν εἶναι σταδίων· ὥστε τοσοῦτον καὶ οἱ παράλληλοι διέχοιεν ἂν ἀλλήλων ὅ τε διὰ Ῥόδου καὶ ὁ δι' Ἀλεξανδρείας. ὁ δ' αὐτός πώς ἐστι τούτῳ ὁ διὰ τῆς Ἡρώων πόλεως, ἢ νοτιώτερός γε τούτου· ὥσθ' ἡ συμπίπτουσα γραμμὴ τούτῳ γε τῷ παραλλήλῳ καὶ τῷ διὰ Ῥόδου καὶ Κασπίων πυλῶν, εἴτ' εὐθεῖα εἴτε κεκλασμένη, οὐκ ἂν εἴη παράλληλος οὐδετέρᾳ. οὐκ εὖ γοῦν λαμβάνεται τὰ μήκη· οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ αἱ (δια)βόρειοι λαμβάνονται μερίδες.

34. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἵππαρχον πρότερον ἐπανιόντες τὰ ἑξῆς ἴδωμεν. πάλιν γὰρ πλάσας ἑαυτῷ λήμματα γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα. φησὶ γὰρ αὐτὸν λέγειν τὸ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς μὲν Κασπίους πύλας διάστημα σταδίων ἑξακισχιλίων ἑπτακοσίων, εἰς δὲ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας καὶ Περσίδος πλειόνων ἢ ἐνακισχιλίων, ὅπερ ἐπὶ γραμμῆς κεῖται πρὸς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς εὐθείας ἀγομένης· γίνεσθαι δὲ ταύτην κάθετον ἐπὶ τὴν κοινὴν πλευρὰν τῆς τε δευτέρας καὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος, ὥστε κατ' αὐτὸν συνίστασθαι τρίγωνον ὀρθογώνιον, ὀρθὴν ἔχον τὴν πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Καρμανίας, καὶ τὴν ὑποτείνουσαν εἶναι ἐλάττω μιᾶς τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἐχουσῶν· δεῖν οὖν τὴν Περσίδα τῆς δευτέρας ποιεῖν σφραγῖδος. πρὸς ταῦτα δ' εἴρηται, ὅτι οὔθ' ἡ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Καρμανίαν ἐπὶ παραλλήλου λαμβάνεται, οὔθ' ἡ διορίζουσα εὐθεῖα τὰς σφραγῖδας μεσημβρινὴ εἴρηται· ὥστ' οὐδὲν εἴρηται πρὸς αὐτόν. οὐδὲ τὸ ἐπιφερόμενον [εὖ]· εἰρηκότος γὰρ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς μὲν Βαβυλῶνα τοὺς λεχθέντας, εἰς δὲ Σοῦσα σταδίους εἶναι τετρακισχιλίους ἐνακοσίους, ἀπὸ δὲ Βαβυλῶνος τρισχιλίους τετρακοσίους, πάλιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμηθεὶς ὑποθέσεων ἀμβλυγώνιον τρίγωνον συνίστασθαί φησι πρός τε ταῖς Κασπίοις πύλαις καὶ Σούσοις καὶ Βαβυλῶνι, τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ἔχον πρὸς Σούσοις, τὰ δὲ τῶν πλευρῶν μήκη τὰ ἐκκείμενα· εἶτ' ἐπιλογίζεται, διότι συμβήσεται κατὰ τὰς ὑποθέσεις ταύτας τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὴν γραμμὴν ἐπὶ τοῦ διὰ Βαβυλῶνος καὶ Σούσων παραλλήλου δυσμικωτέραν ἔχειν τὴν κοινὴν τομὴν τῆς κοινῆς τομῆς τοῦ

quam ipse rectam putat, sumit quæ per Columnas, portas Caspias; et Caucasum ducatur; tertii autem sigilli, in ducta per Caspias portas et Thapsacum; quarti, in ducta per Thapsacum et Heroum urbem usque ad ostia Nili, quam lineam necesse est finiri in locis Canobo et Alexandriæ vicinis : ibi enim ultimum est ostium, quod Canobicum et Heracleoticum dicitur. Proinde sive longitudines istas in eadem ponat recta linea, sive lineæ hæ apud Thapsacum faciant angulum : id quidem ex ejus ipsius verbis liquet, neutram harum longitudinum directione sua respondere orbis habitati longitudini. Longitudinem enim hanc describit in recta linea quæ Taurum, mare ad Columnas, Caucasum, Rhodum, et Athenas transeat. Jam a Rhodo Alexandriam usque, secundum ductum per hæc loca meridianum, non multo minus quattuor stadiorum millibus esse ait : tantum ergo intervallum erit inter parallelos per Rhodum et per Alexandriam ductos : cum hoc autem fere idem est is qui per Heroum urbem ducitur, aut meridiem versus magis vergit : quo efficitur, lineam quæ incidit in hunc parallelum, et eum qui per Rhodum et Caspias portas agitur, sive recta est ea sive fracta, neutrius respectu parallelum esse. Non ergo longitudines recte accipiuntur, nihiloque rectius particulæ latitudinum adversus boream porrectæ.

34. Sed nos prius ad Hipparchum reversi, ea quæ sequuntur inspiciamus. Rursum enim sumptiones sibi ipse fingens, ea quæ Eratosthenes crassius dixerat, rationibus geometricis refellere conatur. Ait enim, Eratosthenis sententia, a Babylone ad portas Caspias intervallum esse stadiorum sexies mille septingentorum; ad fines Carmaniæ et Persidis amplius novem millibus, quod situm sit in recta linea versus ortum æquinoctialem ducta, quæ ad angulos rectos insistat lineæ ei quæ commune est latus secundi et tertii sigilli : itaque ex ejus sententia fieri triangulum rectangulum, cujus rectus angulus ad fines Carmaniæ pertineat, et latus ei subtentum altero eorum quæ eum includunt sit minus : ergo Persidem secundo sigillo debere ascribi. Adversus hæc dictum est, neque lineam quæ a Babylone in Carmaniam ducitur, paralleli loco sumi; neque meridianam appellatam esse eam lineam, quæ sigilla distinguit : nihil ergo contra eum dictum est. Nec quod porro affertur, bene. Quum enim dixerit a Caspiis portis ad Babylonem tot esse quot docuimus stadia, ad Susa autem quinque millia demptis centum, et a Babylone ter mille et quadringenta; rursum ab iisdem profectus positionibus, triangulum ait obtusangulum constitui ad Caspias portas, Susa et Babylonem, cujus recto major angulus Susis insistat, laterum ea longitudine manente, quæ exposita fuit. Inde ratiocinatur, his positis consequens fore, meridianam lineam quæ per Caspias portas agitur, in parallelo per Babylonem et Susa transeunte communem intersectionem magis versus occidentem sitam habituram ea intersectione ejusdem paralleli et rectæ a Ca-

αὐτοῦ παραλλήλου καὶ τῆς ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καθηκούσης εὐθείας ἐπὶ τοὺς ὅρους τοὺς τῆς Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος πλείοσι τῶν τετρακισχιλίων καὶ τετρακοσίων· σχεδὸν δή τι πρὸς τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὴν γραμμὴν ἡμίσειαν ὀρθῆς ποιεῖν γωνίαν τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν καὶ τῶν ὅρων τῆς τε Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος, καὶ νεύειν αὐτὴν ἐπὶ τὰ μέσα τῆς τε μεσημβρίας καὶ τῆς ἰσημερινῆς ἀνατολῆς· ταύτῃ δ' εἶναι παράλληλον τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, ὥστε καὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν ὀρῶν οὐκ ἐπὶ μεσημβρίαν ῥεῖν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἀλλὰ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἰσημερινῆς ἀνατολῆς, καθάπερ ἐν τοῖς ἀρχαίοις πίναξι καταγέγραπται. τίς οὖν συγχωρήσει τὸ νῦν συσταθὲν τρίγωνον ἀμβλυγώνιον εἶναι, μὴ συγχωρῶν ὀρθογώνιον εἶναι τὸ περιέχον αὐτό; τίς δ' ἐπὶ παραλλήλου κειμένην τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα μίαν τῶν τὴν ἀμβλεῖαν περιεχουσῶν, τὴν ὅλην μὴ συγχωρῶν τὴν μέχρι Καρμανίας; τίς δὲ τῷ Ἰνδῷ παράλληλον τὴν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας; ὧν χωρὶς κενὸς ἂν εἴη ὁ συλλογισμός. χωρὶς δὲ τούτων κἀκεῖνος εἴρηκεν ὅτι ῥομβοειδές ἐστι τὸ σχῆμα τῆς Ἰνδικῆς· καὶ καθάπερ ἡ ἑωθινὴ πλευρὰ παρέσπασται πολὺ πρὸς ἕω, καὶ μάλιστα τῷ ἐσχάτῳ ἀκρωτηρίῳ, ὃ καὶ πρὸς μεσημβρίαν προπίπτει πλέον παρὰ τὴν ἄλλην ἠιόνα, οὕτω καὶ ἡ παρὰ τὸν Ἰνδὸν πλευρά.

35. Πάντα δὲ ταῦτα λέγει γεωμετρικῶς ἐλέγχων, οὐ πιθανῶς. ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπενέγκας ἀπολύεται, φήσας, εἰ μὲν παρὰ μικρὰ διαστήματα ὑπῆρχεν ὁ ἔλεγχος, συγγνῶναι ἂν ἦν· ἐπειδὴ δὲ παρὰ χιλιάδας σταδίων φαίνεται διαπίπτων, οὐκ εἶναι συγγνωστά· καίτοι ἐκεῖνόν γε καὶ παρὰ τετρακοσίους σταδίους αἰσθητὰ ἀποφαίνεσθαι τὰ παραλλάγματα, ὡς ἐπὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου καὶ τοῦ διὰ Ῥόδου. ἔστι δὲ τὸ πρὸς αἴσθησιν οὐχ ἁπλοῦν, ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι, τὸ δ' ἐν ἐλάττονι. μείζονι μέν, ἂν αὐτῷ τῷ ὀφθαλμῷ πιστεύωμεν ἢ καρποῖς ἢ κράσεσιν ἀέρων πρὸς τὴν τῶν κλιμάτων κρίσιν· ἐλάττονι δ', ἂν δι' ὀργάνων γνωμονικῶν ἢ διοπτρικῶν. ὁ μὲν οὖν δι' Ἀθηνῶν παράλληλος γνωμονικῶς ληφθεὶς καὶ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Καρίας, εἰκότως ἐν σταδίοις τοσούτοις αἰσθητὴν ἐποίησε τὴν διαφοράν. ὁ δ' ἐν πλάτει μὲν τρισχιλίων σταδίων, μήκει δὲ καὶ τετρακισμυρίων ὄρους, πελάγους δὲ τρισμυρίων λαμβάνων τὴν ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς γραμμήν, καὶ τὰ ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος τὰ μὲν νότια ὀνομάζων, τὰ δὲ βόρεια, καὶ ταῦτα πλινθία καλῶν καὶ σφραγῖδας, νοείσθω πῶς καὶ ταῦτα λέγει καὶ πλευρὰ τὰ μὲν ἀρκτικά, τὰ δὲ νότια, καὶ πῶς τὰ μὲν *ἑσπέρια*, τὰ δὲ ἑωθινά· καὶ τὸ μὲν παρὰ πολὺ διαμαρτανόμενον παρορῶν ὑπεχέτω λόγον (δίκαιον γάρ), τὸ δὲ παρὰ μικρὸν οὐδὲ παριδὼν ἐλεγκτέος ἐστίν. ἐνταῦθα δ' οὐδετέρως αὐτῷ προσάγεταί τις ἔλεγχος. οὔτε γὰρ τῶν ἐν τοσούτῳ πλάτει γεωμετρική τις δύναιτ' ἂν ἀπόδειξις· οὔτ' ἐν οἷς ἐπιχειρεῖ γεωμετρεῖν, ὁμολογουμένοις χρῆται λήμμασιν, ἀλλ' ἑαυτῷ πλάσας.

spiis portis ad fines Carmaniæ Persidisque deductæ lineæ, amplius quattuor millibus stadiorum et stadiis quadringentis, ac fere ad Caspiarum portarum meridianam lineam dimidium recti anguli conficere eam quæ per portas Caspias ac fines Carmaniæ et Persidis ducitur, eamque inclinare in medium inter meridiem et ortum æquinoctialem: ab eaque undiquaque, æqualiter dissitum esse Indum fluvium: itaque et hunc non versus meridiem a montibus fluere, ut Eratosthenes dicit, sed inter meridiem atque ortum æquinoctialem, sicut in vetustis tabulis fuit descriptum. Quis autem concedet triangulum nunc constitutum, esse obtusangulum, non concedens id quod ipsum continet esse rectangulum? quis in parallelo sitam lineam a Babylone ad Susa ductam concedet unam esse earum quæ obtusum angulum includunt, totam non concedens eam quæ est usque ad Carmaniam? quis Indo parallelum esse eam quæ a Caspiis portis ad fines Carmaniæ ducitur? sine quibus vana est ratiocinatio. Præter hæc (inquit Hipparchus) Eratosthenes etiam dixit Indiæ figuram esse rhombi similem: et sicut orientale latus valde est versus ortum productum, maxime ultimo promontorio, quod et magis versus meridianum vergit quam reliquum litus; ita et latus juxta Indum.

35. Hæc omnia profert geometricis, non verisimilibus argumentis utens. Atque hanc quasi legem in se quoque ipse ferens, his verbis defendit: si error in exiguis distantiis deprehenderetur, ignosci poterat; quia autem aliquot stadiorum millibus aberratur, venia dari non potest illi, qui diversitatem etiam ad quadringenta stadia sentiri posse pronunciat, ut in parallelo qui per Athenas et qui per Rhodum ducitur. Quæ autem ad sensus attinent, non uno modo percipiuntur, sed alia ratione in majori, alia in minori latitudinis spatio: in majori quidem, si de climatum temperamento ipsi oculo judice credimus, aut fructibus, aut temperamentis aeris; in minori autem, si gnomica adhibemus instrumenta, et dioptrica. Parallelus igitur ductus per Athenas gnomonice observatus, itemque qui per Rhodum et Cariam ducitur, probabiliter tot stadiorum intercapedinem sensui objecisset. Qui autem in latitudine ter mille stadiorum, et longitudine quadraginta millium per montes, et triginta millium per mare ducit lineam ab occasu ad ortum æquinoctialem, et in utramque ejus partem alia meridionalia, alia septentrionalia appellat, eaque iterum in laterculos et sigilla dividit; is videat, quomodo dicat et hæc, et latera hæc septentrionalia, illa austrina, et quomodo hæc occidua, illa orientalia; idemque ea prætermittens in quibus magnum est erratum, rationem reddat (*id* enim par est) exigua autem etiamsi cum fugerint, refutandus non est. Enimvero hic neutro modo is hominem redarguit: nam neque de tanta latitudine demonstratio potest geometrica dari; neque ubi geometrice agere vult, sumptionibus utitur in confesso sitis, sed ipse sibi eas fingit.

36. Βέλτιον δὲ περὶ τῆς τετάρτης λέγει μερίδος· προστίθησι δὲ καὶ τοῦ φιλαιτίου καὶ τοῦ μένοντος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑποθέσεων ἢ τῶν παραπλησίων. τοῦτο μὲν γὰρ ὀρθῶς ἐπιτιμᾷ, διότι μῆκος ὀνομάζει τῆς μερίδος ταύτης τὴν ἀπὸ Θαψάκου μέχρις Αἰγύπτου γραμμήν, ὥσπερ εἴ τις παραλληλογράμμου τὴν διάμετρον μῆκος αὐτοῦ φαίη. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖται ἥ τε Θάψακος καὶ ἡ τῆς Αἰγύπτου παραλία, ἀλλ' ἐπὶ διεστώτων πολὺ ἀλλήλων· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ διαγώνιός πως ἄγεται καὶ λοξὴ ἡ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Αἴγυπτον. τὸ δὲ θαυμάζειν, πῶς ἐθάρρησεν εἰπεῖν ἑξακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ Πηλουσίου εἰς Θάψακον, πλειόνων ὄντων ἢ ὀκτακισχιλίων, οὐκ ὀρθῶς. λαβὼν γὰρ δι' ἀποδείξεως μέν, ὅτι ὁ διὰ Πηλουσίου παράλληλος τοῦ διὰ Βαβυλῶνος πλείοσιν ἢ δισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις νοτιώτερός ἐστι, κατ' Ἐρατοσθένη δὲ (ὡς οἴεται), διότι τοῦ διὰ Βαβυλῶνος ὁ διὰ τῆς Θαψάκου ἀρκτικώτερος τετρακισχιλίοις ὀκτακοσίοις, συμπίπτειν φησὶ πλείους τῶν ὀκτακισχιλίων. πῶς οὖν κατ' Ἐρατοσθένη δείκνυται ἡ τοσαύτη ἀπόστασις τοῦ διὰ Βαβυλῶνος παραλλήλου ἀπὸ τοῦ διὰ Θαψάκου, ζητῶ. ὅτι μὲν γὰρ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Βαβυλῶνα τοσοῦτόν ἐστιν, εἴρηκεν ἐκεῖνος· ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ δι' ἑκατέρου παραλλήλου ἐπὶ τὸν διὰ θατέρου, οὐκ εἴρηκεν· οὐδὲ γάρ, ὅτι ἐπὶ ταὐτοῦ μεσημβρινοῦ ἐστιν ἡ Θάψακος καὶ ἡ Βαβυλών. τἀναντία γὰρ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἔδειξε, κατ' Ἐρατοσθένη πλείοσιν ἢ δισχιλίοις σταδίοις συμβαίνειν ἀνατολικωτέραν εἶναι τὴν Βαβυλῶνα τῆς Θαψάκου. ἡμεῖς τε παρατίθεμεν τὰς Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις, ἐν αἷς τὸν Τίγριν καὶ τὸν Εὐφράτην ἐγκυκλοῦσθαι τήν τε Μεσοποταμίαν καὶ τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ τὸ πλέον γε τῆς ἐγκυκλώσεως τὸν Εὐφράτην ποιεῖν· ἀπὸ γὰρ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν ῥυέντα ἐπιστρέφειν πρὸς τὰς ἀνατολάς, ἐκπίπτειν δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν. ἡ μὲν οὖν ἐπὶ μεσημβρίαν ἀπὸ τῶν ἄρκτων ὁδὸς ὡς ἂν μεσημβρινοῦ τινός ἐστιν, ἡ δ' ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ἐπιστροφὴ καὶ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἔκνευσίς τέ ἐστιν ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ καὶ οὐκ ἐπ' εὐθείας διὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἐγκύκλωσιν. τὴν δέ γε ὁδὸν εἴρηκε τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου παρὰ τὸν Εὐφράτην προσθείς, καθάπερ ἐπίτηδες, τοῦ μή τινα εὐθεῖαν αὐτὴν δέξασθαι καὶ μέτρον τοῦ μεταξὺ δυεῖν παραλλήλων διαστήματος. μὴ διδομένου δὲ τούτου, κενόν ἐστι καὶ τὸ ἐφεξῆς δείκνυσθαι δοκοῦν, ὅτι συνισταμένου ὀρθογωνίου τριγώνου πρός τε Πηλουσίῳ καὶ Θαψάκῳ καὶ τῇ τομῇ τοῦ τε διὰ Θαψάκου παραλλήλου καὶ τοῦ διὰ Πηλουσίου μεσημβρινοῦ, μία τῶν περὶ τὴν ὀρθήν, ἡ ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, μείζων ἔσται τῆς ὑπὸ τὴν ὀρθήν, τῆς ἀπὸ Θαψάκου εἰς Πηλούσιον. κενὸν δὲ καὶ τὸ συνάπτον τούτῳ, ἀπὸ μὴ συγχωρουμένου λήμματος κατασκευαζόμενον. οὐ γὰρ δὴ δίδοται τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ τὸν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὸν εἶναι διάστημα τετρακισχιλίων ὀκτακοσίων. ἐλήλεγκται γὰρ ὑφ' ἡμῶν ἐκ τῶν μὴ συγχωρουμένων ὑπ' Ἐρατοσθέ-

36. Melius autem de quarta dicit parte, sed prioribus vitiis adjicit culpandi studium, inque eisdem aut similibus hypothesibus permansionem. Id quidem merito reprehendit, quod Eratosthenes longitudinem appellat hujus partis lineam a Thapsaco ad Ægyptum pertinentem : quod perinde sit, ac si quis parallelogrammi diametrum, ejus figuræ longitudinem appellet. Non enim in eodem parallelo jacent Thapsacus et Ægypti ora maritima, sed in valde invicem distantibus : inque spatio inter hos interveniente quasi ad angulum et obliqua ducitur a Thapsaco ad Ægyptum linea. Id autem non recte, quod miratur quî ausus fuerit dicere Thapsacum Pelusio distare sex millibus stadiorum, quum distet amplius octo millibus. Demonstrans enim Pelusiacum parallelum a Babylonio versus meridiem amplius bis mille et quingentis stadiis vergere; secundum Eratosthenem autem (ut opinatur) Babylonio Thapsacenum septentrionaliorem esse quater mille et octingentis stadiis : conficiuntur, inquit, stadia millibus octo plura. Hæc parallelorum qui ducuntur per Babylonem et per Thapsacum distantia quomodo ex Eratosthenis sententia ostendatur, quæro. Id quidem hic dixit, tantam esse Babylonis a Thapsaco distantiam : sed parallelos horum locorum tantundem distare non dixit : nam neque Thapsacum et Babylonem in eodem esse meridiano dixit. Contra enim ipse Hipparchus demonstravit, secundum Eratosthenem esse Babylonem Thapsaco amplius bis mille [non amplius mille?] stadiis orientaliorem. Et nos adducimus Eratosthenis pronunciata, in quibus est, Tigri et Euphrate ambiri Mesopotamiam et Babyloniam, ita ut Euphrates majorem circularis istius ambitionis partem conficiat : eum enim a septentrione profluentem versus orientem converti, et versus meridiem effluere. At quod a septentrione versus meridiem fluit, id quidem secundum meridianum aliquem fieri potest : sed illa versus ortum aversio et versus Babylonem, declinatio jam est a meridiano, neque in recta linea permansio, propter modo dictum ambitum. Iter quoque a Thapsaco Babylonem quater mille et octingentorum stadiûm esse dixit, tanquam data opera addens « juxta Euphraten », ne quis linea recta hoc iter confici posse credat, idque mensuram intervalli inter duos parallelos putet. Quo negato, vanum jam est deinceps demonstrare velle, constituto rectangulo triangulo ad Pelusium et Thapsacum et intersectionem Thapsaceni paralleli cum Pelusiaco meridiano, unum eorum quæ rectum angulum faciunt laterum, nempe quod est in meridiano, longius esse eo quod recto subtenditur angulo, ductum a Thapsaco ad Pelusium. Vanum est et id argumentum quod huic annectitur, conclusum ex sumptione non concessa. Nequaquam enim datum hoc est, a Babylone usque ad Caspiarum portarum meridianum esse spatium stadiorum quater mille et octingentorum. Demonstravimus enim Hipparchum id confecisse ex iis quæ non concessit Eratosthe-

νους κατεσκευακότα τοῦτο τὸν Ἵππαρχον· ἵνα δ' ἀνίσχυρον ᾖ τὸ ὑπὸ ἐκείνου διδόμενον, λαβὼν τὸ εἶναι πλείους ἢ ἐνναχισχιλίους ἐκ Βαβυλῶνος ἐπὶ τὴν ἐκ Κασπίων πυλῶν οὕτως ἀγομένην γραμμήν, ὡς ἐκεῖνος εἴρηκεν, ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας, ἐδείκνυε τὸ αὐτό.

37. Οὐ τοῦτο οὖν λεκτέον πρὸς τὸν Ἐρατοσθένη, ἀλλ' ὅτι τῶν ἐν πλάτει λεγομένων καὶ μεγεθῶν καὶ σχημάτων εἶναί τι δεῖ μέτρον, καὶ ὅπου μὲν μᾶλλον, ὅπου δὲ ἔλαττον συγχωρητέον. ληφθέντος γὰρ τοῦ τῶν ὀρῶν πλάτους τῶν ἐπὶ τὰς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς ἐκτεινομένων τρισχιλίων σταδίων, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ τῆς θαλάττης τῆς μέχρι Στηλῶν, μᾶλλον ἄν τις συγχωρήσειεν ὡς ἐπὶ μιᾶς γραμμῆς ἐξετάζεσθαι τὰς παραλλήλους ἐκείνης ἐν τῷ αὐτῷ πλάτει ἀγομένας ἢ τὰς συμπιπτούσας, καὶ τῶν συμπιπτουσῶν τὰς ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ πλάτει τὴν σύμπτωσιν ἐχούσας ἢ τὰς ἐκτός· ὡσαύτως καὶ τὰς διισταμένας μέχρι τοῦ μὴ ἐκβαίνειν τοῦ πλάτους ἢ τὰς ἐκβαινούσας, καὶ τὰς ἐν μείζονι μήκει μᾶλλον ἢ τὰς ἐν ἐλάττονι. καὶ γὰρ ἡ ἀνισότης τῶν μηκῶν συγκρύπτοιτ' ἂν μᾶλλον καὶ ἡ ἀνομοιότης τῶν σχημάτων· οἷον ἐν τῷ πλάτει τοῦ Ταύρου παντὸς καὶ τῆς μέχρι Στηλῶν θαλάττης, ὑποκειμένων τρισχιλίων σταδίων, νοεῖται ἕν τι παραλληλόγραμμον χωρίον, τὸ περιγράφον τό τε ὄρος ἅπαν καὶ τὴν λεχθεῖσαν θάλατταν. ἐὰν οὖν διέλῃς εἰς πλείω παραλληλόγραμμα τὸ μῆκος, καὶ τὴν διάμετρον ὅλου τε τούτου λάβῃς καὶ τῶν μερῶν, ῥᾷον ἂν ἡ τοῦ ὅλου διάμετρος ἡ αὐτὴ λογισθείη, παράλληλός τε καὶ ἴση, τῇ κατὰ τὸ μῆκος πλευρᾷ ἤπερ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι· καὶ ὅσῳ γ' ἂν ἔλαττον ᾖ τὸ παραλληλόγραμμον τὸ ληφθὲν ἐν μέρει, τοσῷδε μᾶλλον τοῦτ' ἂν συμβαίνοι. ἥ τε γὰρ λοξότης τῆς διαμέτρου ἧττον ἀπελέγχεται καὶ ἡ ἀνισότης τοῦ μήκους ἐν τοῖς μεγάλοις, ὥστ' οὐδ' ἂν ὀκνήσειας ἐπ' αὐτῶν τὴν διάμετρον εἰπεῖν μῆκος τοῦ σχήματος. ἐὰν οὖν τὴν διάμετρον λοξώσῃς μᾶλλον, ὥστε ἐκπεσεῖν ἔξω τῶν πλευρῶν ἑκατέρας ἢ τῆς γε ἑτέρας, οὐκ ἂν ὁμοίως ἔτι ταῦτα συμβαίνοι· τοιοῦτον δή τι λέγω τὸ μέτρον τῶν ἐν πλάτει λεγομένων. ὁ δ' ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν τὴν μὲν δι' αὐτῶν τῶν ὀρῶν λαμβάνων, ὡς ἂν ἐπὶ ταὐτοῦ παραλλήλου μέχρι Στηλῶν ἀγομένην, τὴν δ' ἀπονεύουσαν εἰς Θάψακον εὐθὺς ἔξω πολὺ τῶν ὀρῶν, καὶ πάλιν ἐκ Θαψάκου προσεκβάλλων ἄλλην μέχρις Αἰγύπτου τοσοῦτον ἐπιλαμβάνουσαν πλάτος, εἶτα τῷ μήκει τῷ ταύτης καταμετρῶν τὸ τοῦ χωρίου μῆκος, διαμέτρῳ τετραγώνου καταμετρεῖν ἂν δόξειε τὸ τοῦ τετραγώνου μῆκος. ὅταν δὲ μηδὲ διάμετρος ᾖ, ἀλλὰ κεκλασμένη ἡ γραμμή, πολὺ μᾶλλον ἂν δόξειε πλημμελεῖν· κεκλασμένη γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν διὰ Θαψάκου πρὸς τὸν Νεῖλον ἀγομένη. πρὸς μὲν Ἐρατοσθένη ταῦτα.

38. Πρὸς δὲ τὸν Ἵππαρχον κἀκεῖνο, ὅτι ἐχρῆν, ὡς κατηγορίαν πεποίηται τῶν ὑπ' ἐκείνου λεχθέντων, οὕτω καὶ ἐπανόρθωσίν τινα ποιήσασθαι τῶν ἡμαρτημένων·

nes. Ut autem invalidum sit quod ab eo datum est, sumens amplius novem stadiorum millibus a Babylone esse ad lineam quæ sic ducitur a Caspiis portis ad fines Carmaniæ, ut ille dixit, idem demonstravit.

37. At enim non hoc fuit objiciendum Eratostheni; sed id, quod magnitudinum et figurarum etiam late sumptarum oporteat esse aliquam mensuram, et alicubi magis, alicubi minus concedendum. Si enim sumatur latitudo montium qui ad ortum æquinoctialem porriguntur stadia ter mille, similiterque maris usque ad columnas Herculis, facilius concedat quispiam, ejus parallelos in una latitudine ductas veluti una eademque linea examinari, quam eas qui invicem incidunt : interque ipsas incidentes eas quæ in ipsa ea concurrunt latitudine, quam quæ extra : itemque distantes eo usque, ut latitudinem non excedant, quam exeuntes; et quæ in majori longitudine potius, quam quæ in minori. Etenim sic inæqualitas longitudinum atque figurarum facilius celari possit. Verbi gratia, in latitudine Tauri totius et maris usque ad columnas Herculis, si ponantur tria stadiorum millia, intelligitur una quædam figura parallelis contenta lineis, quæ circumscribat totum illum *montem et* dictum mare. Quodsi ergo longitudinem in plura dividas parallelogramma, diametrumque quum totius tum partium accipias; facilius sane totius diameter eadem reputabitur parallelus et æqualis lateri longitudinis, quam partium diameter; et quanto minus erit particulare parallelogrammum, tanto id magis eveniet : nam et obliquitas diametri, et inæqualitas longitudinis minus arguitur in magnis, ut in his non verearis diametrum figuræ longitudinem appellare. Si ergo diametrum magis adhuc obliques, ut vel extra utrumque vel extra alterum omnino latus excidat, non jam eodem modo ista contingent. Hæc est mea sententia de mensura eorum quæ late dicuntur. Quum vero Eratosthenes, qui lineam a Caspiis portis per montes ductam, tanquam in eodem parallelo usque ad Columnas sumit, aliam a montibus statim ad Thapsacum excurrentem, et rursum aliam a Thapsaco ad Ægyptum protensam, quæ tantam complectatur latitudinem, assumit, et deinde hujus longitudine metitur figuræ longitudinem; sane longitudinem quadrangularis figuræ diametro ejus metiri videtur. Quando autem non fuerit diameter, sed fracta linea, multo magis videbitur peccare. Fracta est enim linea quæ a Caspiis portis per Thapsacum ad Nilum ducitur. Atque hæc contra Eratosthenem.

38. Adversus Hipparchum autem hoc etiam, quod oportebat eum, sicut ab illo dicta reprehendit, ita et correctionem aliquam erratorum afferre, sicut nos nunc facimus. Hic

ὅπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν. ἐκεῖνος δ' εἰ καί που τούτου πεφρόντικε, κελεύει ἡμᾶς τοῖς ἀρχαίοις πίναξι προσέχειν, δεομένοις παμπόλλῳ τινὶ μείζονος ἐπανορθώσεως, ἢ ὁ Ἐρατοσθένους πίναξ προσδεῖται. καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δ' ἐπιχείρημα τῆς αὐτῆς ἔχεται μοχθηρίας. λαμβάνει γὰρ ἐν λήμματι τὸ ἐκ τῶν μὴ διδομένων κατασκευασθέν, ὡς ἠλέγξαμεν ἡμεῖς, ὅτι Θαψάκου Βαβυλὼν ἀνατολικωτέρα ἐστὶν οὐ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις· ὥστ' εἰ καὶ πάνυ συνάγεται τὸ πλείοσιν ἢ δισχιλίοις καὶ τετρακοσίοις σταδίοις ἀνατολικωτέραν αὐτὴν εἶναι ἐκ τῶν λεγομένων ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους, ὅτι ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριδος διάβασιν, ᾗ Ἀλέξανδρος διέβη, ἀπὸ Θαψάκου ἐστὶ σύντομος σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων, ὁ δὲ Τίγρις καὶ ὁ Εὐφράτης ἐγκυκλωσάμενοι τὴν Μεσοποταμίαν, τέως μὲν ἐπ' ἀνατολὰς φέρονται, εἶτ' ἐπιστρέφουσι πρὸς νότον καὶ πλησιάζουσι τότε ἀλλήλοις τε ἅμα καὶ Βαβυλῶνι, οὐδὲν ἄτοπον συμβαίνει τῷ λόγῳ.

39. Πλημμελεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ ἑξῆς ἐπιχειρήματι, ἐν ᾧ συνάγειν βούλεται, ὅτι τὴν ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Κασπίους πύλας ὁδόν, ἣν μυρίων σταδίων Ἐρατοσθένης εἴρηκεν, οὐχ ἐπ' εὐθείας ἀναμεμετρημένην ὡς ἐπ' εὐθείας παραδίδωσι, τῆς εὐθείας πολὺ ἐλάττονος οὔσης. ἡ δ' ἔφοδός ἐστιν αὐτῷ τοιαύτη. φησὶν εἶναι καὶ κατ' Ἐρατοσθένη τὸν αὐτὸν μεσημβρινὸν τόν τε διὰ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος καὶ τὸν διὰ Κυανέων, διέχειν δὲ τοῦτον τοῦ διὰ Θαψάκου ἑξακισχιλίους τριακοσίους σταδίους, τὰς δὲ Κυανέας τοῦ Κασπίου ὄρους ἑξακισχιλίους ἑξακοσίους, ὃ κεῖται κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐπὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος ἐκ Κολχίδος, ὥστε παρὰ τριακοσίους σταδίους τὸ ἴσον εἶναι διάστημα ἀπὸ τοῦ διὰ Κυανέων μεσημβρινοῦ ἐπί τε Θάψακον καὶ ἐπὶ τὸ Κάσπιον· τρόπον δή τινα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κεῖσθαι τήν τε Θάψακον καὶ τὸ Κάσπιον· τούτῳ δ' ἀκολουθεῖν τὸ ἀφεστάναι ἴσον τὰς Κασπίους πύλας Θαψάκου τε καὶ τοῦ Κασπίου, πολὺ ἐλάττους [δ'] ἀφεστάναι τῶν μυρίων, ὅσους φησὶν ἀφεστάναι Ἐρατοσθένης τῆς Θαψάκου· ἄρα πολὺ ἐλάττους ἢ μυρίους ἀφεστάναι (τοὺς) ἐπ' εὐθείας. κυκλοπορίαν ἄρα εἶναι τοὺς μυρίους, [οὓς] λογίζεται ἐκεῖνος ἐπ' εὐθείας ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Θάψακον. ἐροῦμεν δὲ πρὸς αὐτόν, ὅτι τοῦ Ἐρατοσθένους ἐν πλάτει λαμβάνοντος [τὰς] εὐθείας, ὅπερ οἰκεῖόν ἐστι γεωγραφίας, ἐν πλάτει δὲ καὶ τὰς μεσημβρινὰς καὶ τὰς ἐπὶ ἰσημερινὴν ἀνατολήν, ἐκεῖνος γεωμετρικῶς αὐτὸν εὐθύνει, καὶ ὡς ἂν δι' ὀργάνων λάβοι τις τούτων ἕκαστον· οὐδὲ αὐτὸς δι' ὀργάνων, ἀλλὰ μᾶλλον στοχασμῷ λαμβάνων καὶ τὸ πρὸς ὀρθὰς καὶ τὸ παραλλήλους. ἓν μὲν δὴ τοῦθ' ἁμάρτημα· ἕτερον δὲ τὸ μηδὲ τὰ κείμενα παρ' ἐκείνῳ διαστήματα τίθεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, μηδὲ πρὸς ἐκεῖνα τὸν ἔλεγχον προσάγεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὑπ' αὐτοῦ πλαττόμενα. διόπερ πρῶτον μὲν ἐκείνου τὸ ἀπὸ τοῦ στόματος ἐπὶ Φᾶσιν εἰπόντος σταδίων ὀκτακισχιλίων, καὶ προσθέντος τοὺς εἰς Διοσκουριάδα ἐνθένδε ἑξακοσίους, τὴν δ' ἀπὸ Διοσκουριάδος εἰς τὸ Κάσπιον

vero, sicubi ejus rei rationem habuit, jubet nos veteribus tabulis intentos esse, quæ nimio majore quam Eratosthenis tabula correctione opus habent. Tum argumentatio, quam porro infert, eodem laborat vitio. Sumit enim pro fundamento id quod ex non concessis concluserat, ut jam arguimus, Thapsaco Babylonem orientaliorem esse non amplius mille stadiis. Ita vero, ut vel maxime ex Eratosthenis verbis concludi possit orientaliorem esse amplius bis mille et quadringentis stadiis, quia iter brevissimum a Thapsaco ad Tigris transitum, qua Alexander transiit, totidem sit stadiorum; ac Tigris et Euphrates clausa circulo Mesopotamia aliquamdiu versus orientem lapsi, inde ad austrum conversi sibi invicem et Babyloni appropinquant, nihil absurdum consequitur.

39. Delinquit etiam proxime insequenti ratiocinatione, qua conatur concludere, viam a Thapasco ad Caspias portas, quam decem millium stadiorum Eratosthenes ait, ab eo tanquam rectam lineam perhiberi hac mensura, quum res secus habeat, rectæque sit multo minor quantitas. Rem sic aggreditur. Ait de sententia Eratosthenis eundem meridianum per Canobicum ostium et Cyaneas transire, eumque a Thapsaceno distare sexies mille et trecenta stadia : porro a Cyaneis ad Caspium montem, qui situs est qua ex Colchide ad mare Caspium transcenditur, stadia esse sexies mille et sexcenta : ergo demptis trecentis stadiis eandem esse distantiam a Cyanearum meridiano ad Thapsacum et montem Caspium; ac quodammodo sub meridiano eodem jacere Thapsacum et Caspium : hujus consequens esse, æquali intervallo abesse Caspias portas a Thapsaco et Caspio, sed multo minus decem millibus stadiorum, quam distantiam a Thapsaco Eratosthenes tradiderit. Ergo rectæ lineæ a portis Caspiis ad Thapsacum multo esse breviorem quantitatem decem millibus stadiorum, atque ea ad ambitum quendam pertinere, quæ ille de recto itinere inter loca illa intellexit. Cui nos respondemus, Eratosthenem, qui more geographico rectas lineas, meridianos, et lineas quæ ad ortum æquinoctialem ducuntur, rudi Minerva sumpserit, ab ipso geometrica subtilitate examinari, ac veluti si mathematicis instrumentis eas lineas exploratas posuisset : quum quidem ipse etiam Hipparchus non instrumentis iis, sed conjectura in parallelis et rectos angulos conficientibus lineis ponendis usus sit. Atque hoc unum est peccatum. Alterum, quod neque posita ab illo intervalla ponit, neque ad ea suas refutationes accommodat, sed ad sua ipsius figmenta. Ergo primum quum ille ab ostio Ponti Euxini dicat ad Phasin esse octo millia stadiorum, addatque, nimirum usque ad Dioscuriadem, inde alia sexcenta stadia; transitum porro a Dioscuriade ad Caspium quinque dierum,

ὑπέρθεσιν ἡμερῶν πέντε, ἥτις κατ' αὐτὸν Ἵππαρχον εἰκάζεται λέγεσθαι ὅσον χιλίων σταδίων, ὥστε τὴν σύμπασαν κατ' Ἐρατοσθένη κεφαλαιοῦσθαι ἐνναχισχιλίων ἑξακοσίων· αὐτὸς συντέτμηκε καί φησιν ἐκ μὲν Κυανέων εἰς Φᾶσιν πεντακισχιλίους ἑξακοσίους, εἰς δὲ Κάσπιον ἐνθένδε ἄλλους χιλίους· ὥστ' οὐ κατ' Ἐρατοσθένη συμβαίνοι ἂν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ πως μεσημβρινοῦ τό τε Κάσπιον εἶναι καὶ τὴν Θάψακον, ἀλλὰ κατ' αὐτόν. φέρε δ' οὖν κατ' Ἐρατοσθένη· πῶς οὖν τούτῳ ἕπεται τὸ τὴν ἀπὸ τοῦ Κασπίου ἐπὶ Κασπίους πύλας ἴσην εἶναι τῇ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον;

sunt ad tropicum usque æstivum, qui est parallelus per Syenen ductus. Singula porro intervalla ex mensuris apparentibus colliguntur. Evenit enim ut tropicus Syenæ incumbat, quia ibi solstitio æstivo meridie gnomo umbram nullam projicit. Meridianus autem per Syenam maxime describitur Nili defluxu a Meroe ad Alexandriam, qui est stadiorum circiter decem millium : medio autem spatio Syene sita est, inde ergo ad Meroen stadia sunt quinquies mille. Recta autem versus meridiem progressus ad tria millia stadiorum, loca inveniet quæ habitari præ æstu non possunt : eorum ergo locorum parallelus, qui idem est cum Cinnamomiferæ regionis parallelo, terminus et principium poni debet terræ nostræ versus meridiem habitatæ. Quum ergo a Syena ad Meroen sint stadia quinquies mille, accedantque alia tria millia, erunt universi ad finem usque terræ habitatæ millia octo. Jam a Syena ad æquinoctialem stadia sunt sedecies mille et octingenta (tantum enim in quattuor sexagesimas competit, quum una quævis sit quater mille et ducentorum stadiûm) : ergo a finibus habitatæ terræ ad æquinoctialem erunt octies mille et octingenta stadia, ad eundem ab Alexandria unum et viginti millia cum octingentis. Rursum ab Alexandria in recta linea cum Nili defluxu omnes consentiunt esse navigationem ad Rhodum, indeque præter Cariam et Ioniam usque ad Troadem, Byzantium et Borysthenem. Sumentes igitur intervalla navigationibus comperta, considerant ultra Borysthenem in eadem recta linea quousque habitetur terra, et partes terræ habitatæ versus septentrionem finiuntur. Habitant autem ultra Borysthenem ultimi notorum Scytharum Roxolani, magis versus meridiem siti quam extrema ultra Britanniam cognita. Ulteriora jam frigus habitari non sinit : sed ab his versus meridiem incolunt qui supra Mæotidem sunt Sauromatæ et Scythæ, usque ad orientales Scythas.

8. Pytheas ergo Massiliensis circa Thulen Britannicarum regionum septentrionalissimam ultima ait esse, ubi tropicus æstivus arctici circuli vicem gerit : apud reliquos vero nihil narratum reperio, neque quod insula sit Thule, neque utrum eo usque habitationes pertingant, ubi æstivus tropicus pro arctico est. Ego autem illum septentrionalem finem multo propius meridiem versus esse existimo : qui enim hodie terras perlustrant, nihil possunt referre ultra Iberniam, quæ non longe versus septentrionem ante Britanniam jacet, plane ferorum hominum domicilium et propter frigus male incolentium : ibi ergo finem habitatæ terræ constituendum censeo. Jam quum Byzantii idem sit qui Massiliæ parallelus, quod Hipparchus tradit Pytheæ fidem secutus (ait enim Byzantii eandem umbræ ad stylum esse rationem, quam esse Massiliæ tradidit Pytheas (et ab

σθένους ἀπὸ τούτου διέχοντος περὶ τρισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἴη ἂν ἐκ τοῦ διαστήματος τοῦ ἀπὸ Μασσαλίας ἐπὶ τὴν Βρεττανικὴν ἐνταῦθά που πίπτων ὁ διὰ τοῦ Βορυσθένους κύκλος. πανταχοῦ (πολλαχοῦ) δὲ παρακρουόμενος τοὺς ἀνθρώπους ὁ Πυθέας κἀνταῦθά που διέψευσται. τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀπὸ Στηλῶν γραμμὴν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πορθμὸν καὶ Ἀθήνας καὶ Ῥόδον τόπους ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖσθαι ὡμολόγηται παρὰ πολλῶν· ὁμολογεῖται δὲ ὅτι καὶ διὰ μέσου πως τοῦ πελάγους ἐστὶν ἡ ἀπὸ Στηλῶν ἐπὶ τὸν Πορθμόν. οἱ δὲ πλέοντες τὸ μέγιστον δίαρμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων, τοῦτο δ' εἶναι καὶ τὸ μέγιστον πλάτος τοῦ πελάγους, ὥστ' εἴη ἂν τὸ ἀπὸ τῆς λεχθείσης γραμμῆς ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου σταδίων δισχιλίων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ Μασσαλίαν ἐλαττόνων· νοτιωτέρα γάρ ἐστιν ἡ Μασσαλία τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου. τὸ δέ γε ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ Βυζάντιόν ἐστι τετρακισχιλίων που καὶ ἐννακοσίων σταδίων, ὥστε πολὺ ἀρκτικώτερος ἂν εἴη ὁ διὰ Βυζαντίου τοῦ διὰ Μασσαλίας. τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Βρεττανικὴν δύναται συμφωνεῖν τῷ ἀπὸ Βυζαντίου ἐπὶ Βορυσθένη· τὸ δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἰέρνην οὐκέτι γνώριμον, πόσον ἄν τις θείη, οὐδ', εἰ περαιτέρω ἔτι οἰκήσιμά ἐστιν, οὐδὲ δεῖ φροντίζειν τοῖς ἐπάνω λεχθεῖσι [προσέχοντας]. πρός τε γὰρ ἐπιστήμην ἀρκεῖ τὸ λαβεῖν, καθάπερ ἐπὶ τῶν νοτίων μερῶν, ὅτι ὑπὲρ Μερόης μέχρι τρισχιλίων σταδίων προελθόντι τῆς οἰκησίμου τίθεσθαι [πέρας] προσῆκεν (οὐχ ὡς ἂν τούτου ἀκριβεστάτου πέρατος ὄντος, ἀλλ' ἐγγύς γε τἀκριβοῦς), οὕτω κἀκεῖ τοὺς ὑπὲρ τῆς Βρεττανικῆς οὐ πλείους τούτων θετέον ἢ μικρῷ πλείους, οἷον τετρακισχιλίους. πρός τε τὰς ἡγεμονικὰς χρείας οὐδὲν ἂν εἴη πλεονέκτημα τὰς τοιαύτας γνωρίζειν χώρας καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας, καὶ μάλιστα εἰ νήσους οἰκοῖεν τοιαύτας, αἳ μήτε λυπεῖν μήτ' ὠφελεῖν ἡμᾶς δύνανται μηδὲν διὰ τὸ ἀνεπίπλεκτον. καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν, ὁρῶντες ὅτι οὔτε φόβος ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς ἐστιν (οὐ γὰρ ἰσχύουσι τοσοῦτον, ὥστ' ἐπιδιαβαίνειν ἡμῖν), οὔτ' ὠφέλεια τοσαύτη τις, εἰ κατάσχοιεν. πλέον γὰρ (ἂν) ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης τὸ φρουρῆσον καὶ φορολογῆσον τὴν νῆσον· πολὺ δ' ἂν ἐπιγένοιτο τὸ ἄχρηστον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ ταύτην νήσων.

9. Εἰ δὲ προστεθείη τῷ ἀπὸ τῆς Ῥοδίας μέχρι Βορυσθένους διαστήματι τὸ ἀπὸ Βορυσθένους ἐπὶ τὰς ἄρκτους τῶν τετρακισχιλίων σταδίων διάστημα, γίνεται τὸ πᾶν μύριοι δισχίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι, τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἐπὶ τὸ νότιον πέρας ἐστὶ τῆς οἰκουμένης μύριοι ἑξακισχίλιοι ἑξακόσιοι, ὥστε τὸ σύμπαν πλάτος τῆς οἰκουμένης εἴη ἂν ἔλαττον τῶν τρισμυρίων ἀπὸ νότου πρὸς ἄρκτον. τὸ δέ γε μῆκος περὶ ἑπτὰ μυριάδας λέγεται, τοῦτο δ' ἐστὶν ἀπὸ δύσεως ἐπὶ τὰς

hoc parallelus per Borysthenem distet stadiis ferme ter mille et octingentis. Sequitur ex ipso intervallo a Massilia ad Britanniam, circulum per Borysthenem transeuntem huc fere incidere. Ceterum Pytheas, qui ubique homines decepit, hic quoque haud dubie erravit. Multi enim uno ore affirmant, lineam a Columnis ad fretum Siculum, Athenas, Rhodumque ductam in eodem esse parallelo : in confesso est etiam lineam a Columnis ad Fretum ductam per medium fere pelagus duci. Porro qui navigant, maximum a Gallia in Africam trajectum aiunt esse a sinu Gallico, stadiorum quinquies mille, eamque maximam alti maris esse latitudinem; ergo a dicta linea ad intimum sinus recessum erunt stadia bis mille et quingenta, ad Massiliam pauciora : est enim Massilia quam is recessus meridiei propior. Atqui a Rhodo ad Byzantium sunt quattuor millia ferme stadiorum cum noningentis; quo concluditur, Byzantinum parallelum multo esse Massiliensi septentrionaliorem. quod inde est ad Britanniam, convenire potest spatio quod a Byzantio est ad Borysthenem : sed inde ad Iberniam quantum sit, ignotum est, itemque an ultra sint loca habitata, nihil attinet requirere, ut ex supra dictis patet. Nam ad scientiam satis est statuere, sicut in austrinis partibus posuimus, ultra Meroen ad tria millia stadiorum finem esse terræ habitatæ,(non quod prorsus præcise ita res se habeat, sed quod prope ad veritatem acceditur); ita hic quoque supra Britanniam totidem (licet ponere stadia, aut non multo plura, tanquam quattuor millia. Nam et ad Principis officium non multum emolumenti conferet hujusmodi regionum et incolarum notitia; præcipue si tales incolant insulas, quæ neque damnum afferre nobis neque utilitatem possint, quia nulla nobis cum iis intercedant commercia. Certe Britanniam occupare quum possent Romani, spreverunt, quum viderent neque ullum ab illis metum esse (non enim tantum iis est virium, ut in nostras ditiones ingressionem faciant) neque tantum utilitatis, si occuparent. Videtur enim nunc plus percipi ex vectigalibus, quam tributum efficere posset, detracto in militem præsidio insulæ futurum et stipendium exacturum sumptu : multumque præterea incommodi ab aliis eam insulam circumjacentibus oblatum iri probabile est.

9. Quodsi intervallo quod a Rhodo est ad Borysthenem adjiciantur versus septentrionem quattuor millia stadiorum, erunt in summa duodecim millia cum septingentis, et a Rhodo ad finem habitatæ terræ meridionalem sedecim millia cum sexcentis : ergo universa terræ habitatæ latitudo ab austro ad septentrionem erit minor triginta millibus stadiorum. Longitudo autem ad septuaginta millia esse fertur, quæ intelligitur ab occasu ad ortum, ab extremis

ἀνατολὰς τὸ ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Ἰβηρίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς, τὸ μὲν ὁδοῖς, τὸ δὲ ταῖς ναυτιλίαις ἀναμεμετρημένον. ὅτι δ' ἐντὸς τοῦ λεχθέντος τετραπλεύρου τὸ μῆκός ἐστι τοῦτο, ἐκ τοῦ λόγου τῶν παραλλήλων (τῶν) πρὸς τὸν ἰσημερινὸν δῆλον, ὥστε πλέον ἢ διπλάσιόν ἐστι τοῦ πλάτους τὸ μῆκος. λέγεται δὲ καὶ χλαμυδοειδές πως τὸ σχῆμα· πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους πρὸς τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἑσπερίοις, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντων ἡμῶν.

10. Νυνὶ μὲν οὖν ἐπιγεγράφαμεν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας τὸ χωρίον, ἐν ᾧ φαμεν ἱδρῦσθαι τὴν οἰκουμένην· καὶ δεῖ τὸν ἐγγυτάτω διὰ τῶν χειροκμήτων *εἰκασμάτων μιμούμενον τὴν ἀλήθειαν ποιήσαντα σφαῖραν τὴν γῆν, καθάπερ τὴν Κρατήτειον, ἐπὶ ταύτης ἀπολαβόντα τὸ τετράπλευρον, ἐντὸς τούτου τιθέναι τὸν πίνακα τῆς γεωγραφίας. ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλης δεῖ σφαίρας, ὥστε πολλοστημόριον αὐτῆς ὑπάρχον τὸ λεχθὲν τμῆμα ἱκανὸν γενέσθαι δέξασθαι σαφῶς τὰ προσήκοντα μέρη τῆς οἰκουμένης, καὶ τὴν οἰκείαν παρασχεῖν ὄψιν τοῖς ἐπιβλέπουσι, τῷ μὲν δυναμένῳ κατασκευάσασθαι τηλικαύτην οὕτω ποιεῖν βέλτιον· ἔστω δὲ μὴ μείω δέκα ποδῶν ἔχουσα τὴν διάμετρον· τῷ δὲ μὴ δυναμένῳ τηλικαύτην ἢ μὴ πολλῷ ταύτης ἐνδεεστέραν ἐν ἐπιπέδῳ καταγραπτέον πίνακι τοὐλάχιστον ἑπτὰ ποδῶν. διοίσει γὰρ μικρόν, ἐὰν ἀντὶ τῶν κύκλων, τῶν τε παραλλήλων καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν καὶ τὰς ἄλλας διαφορὰς καὶ τὰς σχέσεις τῶν τῆς γῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ τὰ οὐράνια, εὐθείας γράφωμεν, τῶν μὲν παραλλήλων παραλλήλους, τῶν δὲ ὀρθῶν πρὸς ἐκείνους ὀρθάς, τῆς διανοίας ῥᾳδίως μεταφέρειν δυναμένης τὸ ὑπὸ τῆς ὄψεως ἐν ἐπιπέδῳ θεωρούμενον ἐπιφανείᾳ σχῆμα καὶ μέγεθος ἐπὶ τὴν περιφερῆ τε καὶ σφαιρικήν. ἀνάλογον δὲ καὶ περὶ τῶν λοξῶν κύκλων καὶ εὐθειῶν φαμεν. εἰ δ' οἱ μεσημβρινοὶ οἱ παρ' ἑκάστοις [διὰ] τοῦ πόλου γραφόμενοι πάντες συννεύουσιν ἐν τῇ σφαίρᾳ πρὸς ἓν σημεῖον, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιπέδῳ γε οὐ διοίσει πίνακι τὰς εὐθείας μικρὰς συννευούσας ποιεῖν μόνον τὰς μεσημβρινάς. οὐδὲ γὰρ πολλαχοῦ τοῦτ' ἀναγκαῖον, οὐδ' ἐκφανής ἐστιν ὥσπερ ἡ περιφέρεια οὕτω καὶ ἡ σύννευσις, μεταφερομένων τῶν γραμμῶν εἰς τὸν πίνακα τὸν ἐπίπεδον καὶ γραφομένων εὐθειῶν.

11. Καὶ δὴ καὶ τὸν ἑξῆς λόγον ὡς ἐν ἐπιπέδῳ πίνακι τῆς γραφῆς γινομένης ἐκθήσομεν. ἐροῦμεν δὴ τὴν μὲν ἐπελθόντες αὐτοὶ τῆς γῆς καὶ θαλάττης, περὶ ἧς δὲ πιστεύσαντες τοῖς εἰποῦσιν ἢ γράψασιν. ἐπήλθομεν δὲ ἐπὶ δύσιν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῶν κατὰ Σαρδόνα τόπων τῆς Τυρρηνίας, ἐπὶ μεσημβρίαν δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὅρων· οὐδὲ τῶν ἄλλων δὲ οὐδὲ εἷς ἂν εὑρεθείη τῶν γεωγραφησάντων πολύ τι ἡμῶν μᾶλλον ἐπεληλυθὼς τῶν λεχθέντων διαστημάτων, ἀλλ' οἱ πλεονάσαντες περὶ τὰ δυσμικὰ μέρη τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς οὐ τοσοῦτον ἥψαντο, οἱ δὲ περὶ τἀναντία τῶν ἑσπερίων ὑστέρησαν· ὁμοίως δ' ἔχει καὶ

Hispaniæ ad Indiæ extrema, partim *itineribus terrestribus*, partim navigationibus percepta mensura. Hanc autem longitudinem esse intra dictum quadrilaterum, constat ex proportione parallelorum ad æquatorem, ita ut majorem dupla rationem longitudo ad latitudinem obtineat. Dicitur hæc figura etiam chlamydis similis; nam in extremis latitudinem valde contrahi animadversum est, præcipue occiduis, singula nobis perlustrantibus.

10. Nunc quidem, descripsimus locum in quo terram habitatam sitam dicimus, in sphærica superficie : atque oportet eum qui manu fabricatis simulacris veritatem imitatur quam fieri potest proxime, globo qui terram referat formato, qualis est Cratetis, in eo quadrilaterum illud designare, inque eo tabulam geographicam inscribere. Sed quoniam magno opus est globo, cujus exigua pars illud sit quadrilaterum, quod sufficiat ad perspicue inscribendas terræ habitatæ partes, easque aspectui proprie exhibeat; sane fecerit egregie, qui talem conficere poterit : diametrum globus talis requirit decem pedibus non minorem. Qui vero tantum aut non multo minorem globum parare nequit, is in plana describat tabula, septem minimum pedum. Parum enim intererit, si loco circulorum parallelorum ac meridianorum, quibus climata et ventos indicamus, reliquasque differentias et comparationes partium terræ inter se et cum cœlo, rectis lineis utamur parallelis et in eos ad angulos rectos incidentibus, quum magnitudinem et figuram visu in plana spectatam superficie intellectus facile transferre possit ad rotundam et sphæricam. Idem statuimus de circulis obliquis et rectis lineis. Ac tametsi per polos ducti meridiani quique circuli in sphæra omnes ad unum punctum concurrunt, nihil tamen refert si in plana tabula rectæ et parvæ lineæ meridianæ repræsententur tantum convergentes : non enim sæpe hoc necessitas exiget, nec translatis in tabulam planam delineationibus et descriptis rectis lineis, coitio tam evidens est, ut curvatura in orbem.

11. Et quidem deinceps reliqua ita exponemus, ut descriptione in tabula plana proposita. Exponemus enim tum quæ ipsi obivimus terra marique, tum de quibus aliorum sermonibus aut scriptis nobis fides est facta. Ipsi obivimus versus occasum ab Armenia usque ad Etruriæ loca Sardiniæ opposita : versus meridiem ab Euxino ponto usque ad fines Æthiopiæ. Neque vero reliquorum qui situm terræ descripserunt quenquam facile invenies, qui de dictis intervallis multo plura quam nos obierit : sed qui in occidua plaga plura viderunt, orientalium non tantum quam nos attigerunt; contra alii pauciora in occasu : quod idem de septentrione et meridie affirmo. Pleraque tamen, ut illi,

περὶ τῶν πρὸς νότον καὶ τὰς ἄρκτους. τὸ μέντοι πλέον κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἀκοῇ παραλαβόντες συντίθεμεν καὶ τό (τε) σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην φύσιν, ὁποία καὶ ὁπόση, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά· σχῆμα γὰρ καὶ χρόαν καὶ μέγεθος μήλου καὶ ὀδμὴν καὶ ἁφὴν καὶ χυμὸν ἀπαγγέλλουσιν αἱ αἰσθήσεις, ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μεγάλων σχημάτων τὰ μέρη μὲν αἴσθησις ὁρᾷ, τὸ δ' ὅλον ἐκ τῶν ὁραθέντων ἡ διάνοια [συν]τίθησιν. οὕτω δὲ καὶ οἱ φιλομαθεῖς ἄνδρες, ὥσπερ αἰσθητηρίοις πιστεύσαντες τοῖς ἰδοῦσιν* οὓς ἔτυχε τόπους καὶ πλανηθεῖσιν ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τῆς γῆς, συντιθέασιν εἰς ἓν διάγραμμα τὴν τῆς ὅλης οἰκουμένης ὄψιν. ἐπεὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ πάντα μὲν αὐτοὶ πράττουσιν, οὐ πανταχοῦ δὲ πάρεισιν, ἀλλὰ πλεῖστα κατορθοῦσι δι' ἑτέρων, ἀγγέλοις πιστεύοντες καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διαπέμποντες οἰκείως τὰ προστάγματα. ὁ δ' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον, ἥτις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρείττων ἐστί.

12. Μάλιστα δ' οἱ νῦν ἄμεινον ἔχοιεν ἄν τι λέγειν περὶ τῶν κατὰ Βρεττανοὺς καὶ Γερμανοὺς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τούς τε ἐντὸς καὶ τοὺς ἐκτός, Γέτας τε καὶ Τυρεγέτας καὶ Βαστάρνας, ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Καύκασον, οἷον Ἀλβανοὺς καὶ Ἴβηρας. ἀπήγγελται δ' ἡμῖν καὶ ὑπὸ τῶν τὰ Παρθικὰ συγγραψάντων, τῶν περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀρτεμιτηνόν, ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανήν· τῶν τε Ῥωμαίων καὶ εἰς τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν ἐμβαλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστί, ἧς ἡγεῖτο ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος, καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων στόλοις ἤδη πλεόντων διὰ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, (ἃ) πολὺ μᾶλλον καὶ ταῦτα ἔγνωσται τοῖς νῦν ἢ τοῖς πρὸ ἡμῶν. ὅτε γοῦν Γάλλος ἐπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων ἱστοροῦμεν, ὅτι καὶ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι νῆες πλέοιεν ἐκ Μυὸς ὅρμου πρὸς τὴν Ἰνδικήν, πρότερον ἐπὶ τῶν Πτολεμαϊκῶν βασιλέων ὀλίγων παντάπασι θαρρούντων πλεῖν καὶ τὸν Ἰνδικὸν ἐμπορεύεσθαι φόρτον.

13. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ κυριώτατα καὶ πρὸς ἐπιστήμην καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικὰς ταῦτα, σχῆμα καὶ μέγεθος εἰπεῖν ὡς ἁπλούστατα ἐγχειρεῖν τὸ πῖπτον εἰς τὸν γεωγραφικὸν πίνακα, συμπαραδηλοῦντα καὶ τὸ ποῖόν τι καὶ πόστον μέρος τῆς ὅλης γῆς ἐστι· τοῦτο μὲν γὰρ οἰκεῖον τῷ γεωγράφῳ. τὸ δὲ καὶ περὶ ὅλης ἀκριβολογεῖσθαι τῆς γῆς καὶ περὶ τοῦ σπονδύλου παντὸς ἧς λέγομεν ζώνης ἄλλης τινὸς ἐπιστήμης ἐστίν, οἷον εἰ περιοικεῖται καὶ κατὰ θάτερον τεταρτημόριον ὁ σπόνδυλος· καὶ γὰρ εἰ οὕτως ἔχει, οὐχ ὑπὸ τούτων γε οἰκεῖται τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐκείνην ἄλλην οἰκουμένην θετέον, ὅπερ ἐστὶ πιθανόν. ἡμῖν δὲ τὰ ἐν αὐτῇ ταύτῃ λεκτέον.

14. Ἔστι δή τι χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης, οὗ τὸ μὲν πλάτος ὑπογράφει τὸ μέγιστον ἡ

ita nos quoque auditu percepta composuimus, itaque figuram, magnitudinem, omnemque naturam et comparationem terræ collegimus, quo modo intellectus ex iis quæ sensus suppeditant, notiones in animo effingit. Figuram enim, colorem, magnitudinemque pomi, tum odorem, tactum et saporem sensus indicant, et ex his intellectus pomi notionem componit. Ipsarumque etiam magnarum figurarum partes sensus cernit, totum intellectus ex visis concipit. Ita et cognitionis avidi fidem adhibentes, veluti sensibus, hominibus alias atque alias terræ partes pervagatis ac contemplatis, totius habitatæ terræ unam quandam compositam descriptionem ob oculos ponunt. Sic et imperatores ipsi quidem omnia agunt, non ubique tamen adsunt, sed multa aliorum opera perficiunt, nuntiis credentes, et pro rebus auditis mandata convenientia huc illuc mittentes. Qui vero contendit eos solos scire qui viderint, is auditûs in judicando officium tollit, ad scientiam parandam longe visu utilius.

12. Præsertim vero nostræ ætatis homines certius aliquid dicere possunt de Britannis, Germanis, Istri accolis interioribus et exterioribus, Getis, Tyregetis [*al.* Tyrigetis vel Tyrengetis], Bastarnis, et ad Causasum habitantibus, ut Albanis et Iberis. Exposita sunt etiam nobis quæ Apollodorus Artemitanus [*codd.* Artemita] belli Parthici scriptor de rebus Hyrcanicis et Bactrianicis accuratius * reliquis tradidit. Quin et in Arabiam Felicem Romani jam cum exercitu profecti sunt, ductore Ælio Gallo, amico ac sodali nostro, et Alexandrinorum mercatorum classes per Nilum jam navigantes et Arabium sinum usque ad Indiam, multo ista nobis, quam olim fuerant, notiora reddiderunt. Quo tempore Gallus Ægypto præfuit, ad ipsum veni, unaque usque ad Syenen et fines Æthiopiæ ascendi, ibique comperi centum et viginti naves a Myoshormo (*id est* Muris portu), Indiam versus navigare: quum sub Ptolemæis regibus perpauci auderent navigare et Indicas merces advehere.

13. Primum proinde ac potissimum est ad scientiam et usus civiles, figuram et magnitudinem quam simplicissime exprimere studere in tabulam geographicam aptando, simulque quæ et quanta totius terræ sit portio indicare: hoc enim proprium est geographi. Subtiliter autem de tota disputare terra, et de uniuscujusque quam narramus zonæ verticillo, alterius est scientiæ; ut, utrum in altero etiam quadrante verticillus inhabitetur. Nam si ita res habet, certe non a nostris habitatur hominibus, sed alia illa terra appellari debet: quod sane probabile est. Nobis vero de nostra hac dicendum est.

14. Est ergo figura terræ nostræ habitatæ similis forma chlamydis. Maximam ejus latitudinem linea per Nilum

διὰ τοῦ Νείλου γραμμή, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων τῶν φυγάδων νήσου μέχρι τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης παραλλήλου, τὸ δὲ μῆκος ἡ ταύτῃ πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῆς ἑσπέρας διὰ Στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, παρὰ τὸν Ταῦρον ἰοῦσα τὸν διεζωκότα τὴν Ἀσίαν καὶ καταστρέφοντα ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς Βακτριανῆς Σκυθῶν. δεῖ δὴ νοῆσαι παραλληλόγραμμόν τι, ἐν ᾧ τὸ χλαμυδοειδὲς σχῆμα ἐγγέγραπται οὕτως, ὥστε τὸ μῆκος τῷ μήκει ὁμολογεῖν καὶ ἴσον εἶναι τὸ μέγιστον, καὶ τὸ πλάτος τῷ πλάτει. τὸ μὲν δὴ χλαμυδοειδὲς σχῆμα οἰκουμένη ἐστί· τὸ δὲ πλάτος ὁρίζεσθαι ἔφαμεν αὐτῆς ταῖς ἐσχάταις παραλλήλοις πλευραῖς, ταῖς διοριζούσαις τὸ οἰκήσιμον αὐτῆς καὶ τὸ ἀοίκητον ἐφ' ἑκάτερα. αὗται δ' ἦσαν πρὸς ἄρκτοις μὲν ἡ διὰ τῆς Ἰέρνης, πρὸς δὲ τῇ διακεκαυμένῃ ἡ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου· αὗται δὴ προσεκβαλλόμεναι ἐπί τε τὰς ἀνατολὰς καὶ ἐπὶ τὰς δύσεις μέχρι τῶν ἀνταιρόντων μερῶν τῆς οἰκουμένης ποιήσουσί τι παραλληλόγραμμον πρὸς τὰς ἐπιζευγνυούσας διὰ τῶν ἄκρων αὐτάς. ὅτι μὲν οὖν ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ οἰκουμένη, φανερὸν ἐκ τοῦ μήτε τὸ πλάτος αὐτῆς τὸ μέγιστον ἔξω πίπτειν αὐτοῦ μήτε τὸ μῆκος· ὅτι δ' αὐτῆς χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμά ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ ἄκρα μυουρίζειν τὰ τοῦ μήκους ἑκατέρωθεν, κλυζόμενα (δ') ἀπὸ τῆς θαλάττης, καὶ ἀφαιρεῖν τοῦ πλάτους· τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν περιπλευσάντων τά τε ἑῷα μέρη καὶ τὰ δυσμικὰ ἑκατέρωθεν. τῆς τε γὰρ Ἰνδικῆς νοτιωτέραν πολὺ τὴν Ταπροβάνην καλουμένην νῆσον ἀποφαίνουσιν, οἰκουμένην ἔτι καὶ ἀνταίρουσαν τῇ τῶν Αἰγυπτίων νήσῳ καὶ τῇ τὸ κιννάμωμον φερούσῃ γῇ· τὴν γὰρ κρᾶσιν τῶν ἀέρων παραπλησίαν εἶναι· τῆς τε μετὰ τοὺς Ἰνδοὺς Σκυθίας τῆς ὑστάτης ἀρκτικώτερά ἐστι τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς Ὑρκανίας θαλάττης καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ κατὰ τὴν Ἰέρνην. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἔξω Στηλῶν λέγεται· δυσμικώτατον μὲν γὰρ σημεῖον τῆς οἰκουμένης τὸ τῶν Ἰβήρων ἀκρωτήριον, ὃ καλοῦσιν Ἱερόν· κεῖται δὲ κατὰ τὴν γραμμήν πως (πρὸς) τὴν διὰ Γαδείρων τε καὶ Στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας. συμφωνεῖν γὰρ καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τοὺς ἀνέμους φασὶ τοὺς ἑκατέρωσε φοροὺς καὶ τὰ μήκη τῶν μεγίστων ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν· ἔστι γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ὡρῶν ἰσημερινῶν [καὶ ἡμίσους ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν] τε καὶ νυκτῶν. ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ † Ἰβηράς ποτε ὁρᾶσθαι [**] Ποσειδώνιος δ' ἔκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους, φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτὸν ἔκ τοῦ τε μικρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτόν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ· τὴν γὰρ Εὐδόξου σκοπὴν οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι, λέγεσθαι δ' ὅτι ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα, εἶναι δ' ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν

ducta describit, incipiens a Cinnamomiferæ regionis parallelo, et Ægyptiorum Exulum insula, desinens in parallelum Iberniæ. Longitudinem alia in hanc ad angulos rectos incidens ab occidente ducta per Columnas et fretum Siculum, usque ad Rhodum et sinum Issicum, inde præter Taurum qui Asiam dirimit, et in orientale desinens mare inter Indos et supra Bactrianam sitos Scythas. Intelligendum est igitur parallelogrammum quoddam, in quo chlamydiformis hæc figura ita inscripta sit, ut longitudini longitudo respondeat et maxime huic sit similis, item latitudo similis sit latitudini. Hæc chlamydiformis ergo figura terra est habitata. Latitudinem ejus docuimus definiri extremis parallelis lineis, quæ habitatas ejus partes ab habitationi ineptis utrinque dirimunt : eæ sunt, ut diximus, versus septentrionem per Iberniam transiens, ad zonam vero torridam, per Cinnamomiferam. Hæ lineæ versus ortum occasumque protractæ usque in oppositas terræ habitatæ partes, cum lineis per extrema ductis et has conjungentibus parallelogrammum includent. In quo esse terram habitatam ex eo patet, quod neque latitudo ejus maxima extra cadit, neque longitudo : esse autem eam chlamydi forma similem, quia extrema longitudinis utrinque in acutum coarctantur, mari alluente, et de latitudine aliquid detrahunt. Id sciri certo potest ex iis qui utrinque et ortivas et occiduas partes navibus sunt circumvecti. Pronunciant enim ii Taprobanam quæ vocatur insulam multo longius versus meridiem quam sit India sitam, cultam, et oppositam Ægyptiorum insulæ et Cinnamomiferæ regioni, cum quibus eandem habeat aeris temperiem : et quæ sita sunt ad os maris Hyrcanii, atque adhuc magis Ibernia, magis versus septentrionem inclinant quam extrema Scythia quæ est post Indos. Similiter de eo quod est extra Columnas dicitur. Terræ enim habitatæ punctum maxime occiduum est promontorium Hispaniæ quod Sacrum dicitur, situm fere in ea linea, quæ per Gades, Columnas, fretum Siculum et Rhodiam transit : nam et horologia aiunt convenire, et eosdem utrinque ventos ferri, et eandem esse utrobique longissimæ diei et noctis quantitatem : est enim maxima et dies et nox quattuordecim horarum æquinoctialium ac dimidiæ : et in ora maritima ad Gades atque Hispaniam [Columnas?] aliquando observari [*astra Canobo proxima*]. Posidonius refert se de excelsa quadam domo in urbe ab iis locis ad quadringenta stadia distante, stellam vidisse, quam existimaverit esse Canobum : nam et qui inde versus meridiem ex Hispania paululum progressi sint, fateri se eum cernere; et observationes astronomicas in Cnido institutas idem testari. Esse enim in Cnido Eudoxi speculam, non multo domibus sublimiorem, ex qua is fertur Canobum spectasse : esse autem Cnidum in

Κνίδον, ἐφ' οὗ καὶ τὰ Γάδειρα καὶ ἡ ταύτῃ παραλία.

15. Ἐντεῦθεν δὲ πρὸς μὲν τὰ νότια μέρη πλέουσιν ἡ Λιβύη κεῖται· ταύτης δὲ τὰ δυσμικώτατα μικρῷ τῶν Γαδείρων πρόκειται μᾶλλον, εἶτ' ἄκραν ποιήσαντα στενὴν ἀναχωρεῖ πρὸς ἕω καὶ νότον, καὶ πλατύνεται κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι συνάψῃ. οὗτοι δ' ὑπόκεινται τῶν περὶ Καρχηδόνα τόπων ὕστατοι, συνάπτοντες τῇ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου γραμμῇ. εἰς δὲ τἀναντία πλέουσιν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῶν Ἀρτάβρων καλουμένων ὁ πλοῦς ἐστι πρὸς ἄρκτον, ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν Λυσιτανίαν· εἶτ' ὁ λοιπὸς πρὸς ἕω πᾶς ἀμβλεῖαν γωνίαν ποιῶν μέχρι τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων τῶν τελευτώντων εἰς τὸν ὠκεανόν. τούτοις δὲ τὰ ἑσπέρια τῆς Βρεττανικῆς ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς Ἀρτάβροις ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον αἱ Καττιτερίδες καλούμεναι νῆσοι πελάγιαι, κατὰ τὸ Βρεττανικόν πως κλίμα ἱδρυμέναι· ὥστε δῆλον ἐφ' ὅσον συνάγεται τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης κατὰ μῆκος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου πελάγους εἰς στενόν.

16. Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ καθόλου σχήματος, χρήσιμον φαίνεται δύο λαβεῖν εὐθείας, αἳ τέμνουσαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλας, ἡ μὲν διὰ τοῦ μήκους ἥξει τοῦ μεγίστου παντός, ἡ δὲ διὰ τοῦ πλάτους, καὶ ἡ μὲν τῶν παραλλήλων ἔσται μία, ἡ δὲ τῶν μεσημβρινῶν· ἔπειτα ταύταις παραλλήλους ἐπινοοῦντας ἐφ' ἑκάτερα διαιρεῖν κατὰ ταύτας τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν, ᾗ χρώμενοι τυγχάνομεν. καὶ γὰρ τὸ σχῆμα μᾶλλον ἂν καταφανὲς γένοιτο, ὁποῖον εἰρήκαμεν, κατὰ τὸ μέγεθος τῶν γραμμῶν, ἄλλα καὶ ἄλλα μέτρα ἐχουσῶν, τῶν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους, καὶ τὰ κλίματα ἀποδηλωθήσεται βέλτιον, τά τε ἑωθινὰ (μᾶλλον) καὶ τὰ ἑσπέρια, ὡς δ' αὔτως τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. ἐπεὶ δὲ διὰ γνωρίμων τόπων λαμβάνεσθαι δεῖ τὰς εὐθείας ταύτας, αἱ μὲν ἐλήφθησαν ἤδη, λέγω δὲ τὰς μέσας δύο, τήν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους, τὰς λεχθείσας πρότερον, αἱ δ' ἄλλαι ῥᾳδίως γνωρίζοιντ' ἂν διὰ τούτων· τρόπον γάρ τινα στοιχείοις χρώμενοι τούτοις τὰ παράλληλα μέρη * συνησόμεθα καὶ τὰς ἄλλας σχέσεις τῶν οἰκήσεων τάς τ' ἐπὶ γῆς καὶ πρὸς τὰ οὐράνια.

17. Πλεῖστον δ' ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς, ὁμοίως δὲ ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας· προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη. διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἤπειροί τε καὶ ἔθνη καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν καὶ τἆλλα ποικίλματα, ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν νήσων πλῆθός ἐστι κατεσπαρμένον ἔν τε τοῖς πελάγεσι καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν. ἄλλων [δ'] ἄλλας ἀρετάς τε καὶ κακίας καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν χρείας ἐπιδεικνυμένων ἢ δυσχρηστίας, τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ ἐκ κατασκευῆς, τὰς φύσει δεῖ λέγειν· διαμένουσι γάρ, αἱ δ' ἐπίθετοι δέχονται μεταβολάς. καὶ τούτων δὲ τὰς πλείω χρόνον συμμένειν δυναμένας ἐμ-

Rhodiaco climate, in quo et Gades sunt et ora maritima ejus regionis.

15. Inde versus meridiem navigantibus Africa occurrit, cujus partes occidentalissimæ paululum ultra Gades procurrunt, inde arcto promontorio facto versus orientem et meridiem reflectitur, paulatimque in latum porrigitur, donec Æthiopas occidentales [*codd. et Plin.* 6, 30, Ætherios] attingat, qui ultimi sunt regionis Carthaginiensis, attingentes Cinnamomiferæ parallelum. Qui vero in diversam partem navigant a Sacro promontorio ad Artabros, eorum cursus versus septentrionem dirigitur, ad dextram habentium Lusitaniam : reliquus deinceps cursus versus orientem est et facit angulum obtusum, usque ad extrema Pyrenes, quæ in oceanum desinunt. His occiduæ Britanniæ partes oppositæ sunt versus septentrionem. Itemque Artabris versus septentrionem opponuntur insulæ Cattiterides quæ vocantur, in alto mari, et Britannico propemodum sitæ climate. Itaque ergo liquet in quantum contrahantur extrema habitatæ terræ secundum longitudinem a circumfuso mari.

16. Proinde quum hæc sit universi figura, e re videtur fore ut duæ sumantur rectæ lineæ, quæ se invicem ad angulos rectos partitæ, altera longitudinem maximam, altera eodem modo latitudinem contineat; atque harum altera erit una de parallelis, altera de meridianis : deinde ut imaginemur alias utrique parallelos, itaque dividamus terram et mare quo utimur. Sic enim magis apparebit figura qualem tradidimus, secundum linearum variam mensuram, tam earum quæ latitudinem, quam earum quæ longitudinem explicant : melius etiam demonstrabuntur inclinationes locorum versus quattuor mundi plagas, orientalem, occidentalem, austrinam, septentrionalem. Quandoquidem vero istas lineas duci necesse est per loca nota, mediæ quidem duæ, longitudinem latitudinemque complectentes, jam ante ductæ sunt et explicatæ, reliquæ vero hac ratione facile percipientur : quodammodo enim his tanquam principiis usi, æqualiter distantes partes et reliquas habitationum rationes intelligemus, quas vel ad terram habent, vel ad cœlestia.

17. Plurimum autem mare terram describit et in formam redigit, sinus efficiens, et alta maria, et freta, nec non isthmos, peninsulas, atque promontoria; eique operam in hoc navant et amnes et montes. Horum enim ope continentes, nationes, urbiumque commodi situs excogitati sunt, aliæque varietates, quarum plena est tabula singulis regionibus describendis aptata. In his et insularum multitudo est dispersa quum in alto mari, tum in ora continentis passim. Aliis autem aliæ quum adsint vel virtutes vel vitia, aliæ utilitates aliis, alia incommoda, partim natura loci, partim opere humano; naturales quidem oportet referre locorum conditiones : nam permaneant hæ, mutationi obnoxiis iis quæ sunt asciticiæ : quanquam harum quoque non sunt prætereundæ, quæ aliquanto tempore permanere

φανιστέον, [ἢ] μὴ πολὺ μέν, ἄλλως δ' ἐπιφάνειαν μὲν ἐχούσας τινὰ καὶ δόξαν, ἣ πρὸς τὸν ὕστερον χρόνον παραμένουσα τρόπον τινὰ συμφυῆ τοῖς τόποις ποιεῖ καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν· ὥστε δῆλον ὅτι δεῖ καὶ τούτων μεμνῆσθαι. περὶ πολλῶν γάρ ἐστι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν, ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἅς οὕτως ἠφανίσθαι φησίν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα. ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς τούτους τοὺς τόπους καὶ εἰς ἄλλους ἀφικνοῦνται ἄσμενοι; τά γ' ἴχνη ποθοῦντες ἰδεῖν τῶν οὕτω διωνομασμένων ἔργων, καθάπερ καὶ τοὺς τάφους τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν. οὕτω δὲ καὶ νομίμων καὶ πολιτειῶν μεμνήμεθα τῶν μηκέτι οὐσῶν, ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφελείας προκαλουμένης τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων· ἢ γὰρ ζήλου χάριν, ἢ ἀποτροπῆς τῶν τοιούτων.

18. Λέγομεν δ' ἀναλαβόντες ἀπὸ τῆς πρώτης ὑποτυπώσεως, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη γῆ περίρρυτος οὖσα δέχεται κόλπους εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κατὰ τὸν ὠκεανὸν πολλούς, μεγίστους δὲ τέτταρας· ὧν ὁ μὲν βόρειος Κασπία καλεῖται θάλαττα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν· ὁ δὲ Περσικὸς καὶ Ἀράβιος ἀπὸ τῆς νοτίας ἀναχέονται θαλάττης, ὁ μὲν τῆς Κασπίας κατ' ἀντικρὺ μάλιστα, ὁ δὲ τῆς Ποντικῆς· τὸν δὲ τέταρτον, ὅσπερ πολὺ τούτους ὑπερβέβληται κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα ἀπεργάζεται, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λαμβάνουσα καὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμοῦ, μηκυνομένη δ' εἰς τὸ πρὸς ἕω μέρος ἐν ἄλλῳ [καὶ ἄλλῳ] πλάτει, μετὰ δὲ ταῦτα σχιζομένη καὶ τελευτῶσα εἰς δύο κόλπους πελαγίους, τὸν μὲν ἐν ἀριστερᾷ, ὅνπερ Εὔξεινον πόντον προσαγορεύομεν, τὸν δ' ἕτερον τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Παμφυλίου καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ. ἅπαντες δ' οἱ λεχθέντες κόλποι ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης στενὸν ἔχουσι τὸν εἴσπλουν, μᾶλλον μὲν ὅ τε Ἀράβιος καὶ ὁ κατὰ Στήλας, ἧττον δ' οἱ λοιποί. ἡ δὲ περικλείουσα αὐτοὺς γῆ τριχῇ νενέμηται, καθάπερ εἴρηται. ἡ μὲν οὖν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη πασῶν ἐστιν, ἡ δὲ Λιβύη τἀναντία πέπονθεν, ἡ δὲ Ἀσία μέσην πως ἀμφοῖν ἔχει τὴν διάθεσιν· ἅπασαι δ' ἐκ τῆς ἐντὸς παραλίας ἔχουσι τὴν αἰτίαν τοῦ τε πολυσχήμονος καὶ τοῦ μή, ἡ δ' ἐκτὸς πλὴν τῶν λεχθέντων κόλπων ἁπλῆ καὶ χλαμυδοειδής ἐστιν, ὡς εἶπον, τὰς δ' ἄλλας ἐν μικρῷ διαφορὰς ἐατέον· οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖς μεγάλοις τὸ μικρόν. ἔτι δ' ἐπεὶ κατὰ τὴν γεωγραφικὴν ἱστορίαν οὐ σχήματα μόνον ζητοῦμεν καὶ μεγέθη τόπων, ἀλλὰ καὶ σχέσεις πρὸς ἄλληλα αὐτῶν, ὥσπερ ἔφαμεν, καὶ ἐνταῦθα το ποικίλον ἡ ἐντὸς παραλία παρέχεται μᾶλλον ἢ ἡ ἐκτός. πολὺ δ' ἐστὶ καὶ τὸ γνώριμον καὶ τὸ εὔκρατον καὶ τὸ πόλεσι καὶ ἔθνεσιν εὐνομουμένοις συνοικούμενον μᾶλλον ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖ. ποθοῦμέν τε εἰδέναι ταῦτα, ἐν οἷς πλείους παραδίδονται πράξεις καὶ πολιτεῖαι καὶ τέχναι καὶ τἆλλα, ὅσα εἰς φρόνησιν συνεργεῖ, αἵ τε χρεῖαι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα, ὧν ἐν ἐφικτῷ αἱ ἐπιπλοκαὶ καὶ κοινωνίαι· ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσα οἰκεῖται,

possunt, sin minus, quæ splendoris alioqui et famæ quiddam habent : hæc enim etiam ad posteritatem locis illis inhærens efficit ut quasi adnata videantur ea quæ jam pridem desierunt esse accidentia, ut facile appareat, horum quoque faciendam mentionem. Hoc enim de multis urbibus licet pronunciare, quod de Olyntho et vicinis dixit Demosthenes (*Philipp.* 3, *p.* 117): quas ita ait deletas esse, ut si quis nunc ea ad loca perveniat, is dubitare possit unquamne ibi fuerit habitatum. Veruntamen in hujusmodi loca libenter homines proficiscuntur, ipsa vestigia tam nobilium operum cupientes videre, sicut et sepulcra inclitorum virorum. Eadem ratione legum quoque et formarum reipublicæ recordamur jam abolitarum, utilitate ad hanc cognitionem non secus quam ad actionum notitiam invitante: aut enim ut imitemur ea, aut ut devitemus, cognita nobis esse cupimus.

18. Nos autem repetita prima designatione hoc nunc addimus, terram nostram habitatam mari circumdatam in se ab externo mari ad oceanum referendo multos admittere sinus: maximos autem quattuor; de quibus is qui ad septentrionem spectat, Caspium vocatur mare, ab aliis Hyrcanium. Persicus autem sinus, et sinus Arabius a meridionali infunduntur mari, alter maxime e regione Caspii maris, alter ex opposita ponto Euxino parte. Quartum, qui magnitudine dictos multum superat, internum et nostrum ut nominant mare efficit, incipiens ab occasu et freto quod est ad columnas Herculis, ac deinde diversa latitudinis ratione versus ortum protentum, donec in duos tandem marinos finditur sinus, quorum alter ad sinistram situs Euxinum mare diciturì alter Ægyptio, Pamphylio et Issico mari constat. Hi omnes sinus ab externo mari angustos habent introitus, magis tamen Arabius et mare Mediterraneum ad Columnas, quam reliqui. Terra autem eos includens in tres est, ut docuimus, divisa partes. Atque Europa quidem omnium maxime variam habet figuram, omnium simplicissimam Africa, medium inter utramque tenet Asia : causa hujus vel diversitatis vel æqualitatis figuræ pendet ab interiore ora maritima : exterior, ut dixi, simplex est, et formam refert chlamydis, sinubus quos retuli demptis, omissisque exiguis quibusdam differentiis: nam in magna quantitate exiguæ nullus est locus. Enimvero siquidem in disquisitione geographica non figuras modo quærimus et quantitates locorum, sed et mutuam, ut dixi, eorum collationem; hac in parte interni maris ora majorem quam externi præbet varietatem : præterea illa etiam magis nota est, et ejus major est temperamenti æqualitas, pluresque ad hoc quam ad alterum urbes sunt ac gentes bonis utentes legibus. Atque ea nos scire cupimus, in quibus plura negotia, plures reipublicæ administrationes, artes plures aliaque ad prudentiam conducentia traduntur : tum nostræ necessitates ad ea nos ducunt, quorum commercia et societas nobis parari possunt: hæc autem sunt ea loca quæ incolun-

μᾶλλον δ' οἰκεῖται καλῶς. πρὸς ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔφην, ἡ παρ' ἡμῖν θάλαττα πλεονέκτημα ἔχει μέγα· καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως.

19. Εἴρηται δὲ ὅτι ἀρχὴ τοῦδε τοῦ κόλπου ἐστὶν ὁ κατὰ τὰς Στήλας πορθμός· τὸ δὲ στενότατον τούτου περὶ ἑβδομήκοντα σταδίους λέγεται· παραπλεύσαντι δὲ τὸν στενωπὸν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ὄντα διάστασιν λαμβάνουσιν αἱ ἠιόνες ἀθρόαν, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ μᾶλλον· εἶτ' ὄψις μεγάλου φαίνεται πελάγους. ὁρίζεται δ' ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ μέχρι Καρχηδόνος, ἐκ δὲ θατέρου τῇ τε Ἰβηρικῇ καὶ τῇ Κελτικῇ κατὰ Νάρβωνα καὶ Μασσαλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Λιγυστικῇ, τελευταίᾳ δὲ τῇ Ἰταλικῇ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. τὸ δ' ἑῷον τοῦ πελάγους πλευρὸν ἡ Σικελία ἐστὶ καὶ οἱ ἑκατέρωθεν αὐτῆς πορθμοί· ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ἑπταστάδιος, ὁ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. ἡ δ' ἀπὸ (τῆς) τῶν Στηλῶν ἐπὶ τὸ ἑπταστάδιον γραμμὴ μέρος μέν ἐστι τῆς ἐπὶ Ῥόδον καὶ τὸν Ταῦρον, μέσον δέ πως τέμνει τὸ λεχθὲν πέλαγος· λέγεται δὲ σταδίων μυρίων καὶ δισχιλίων· τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τοῦ πελάγους, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Νάρβωνος ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ Λιβύην. καλοῦσι δὲ τὸ πρὸς τῇ Λιβύῃ πᾶν μέρος τῆς θαλάττης ταύτης Λιβυκὸν πέλαγος, τὸ δὲ πρὸς τῇ κατ' ἀντικρὺ γῇ τὸ μὲν Ἰβηρικόν, τὸ δὲ Λιγυστικόν, τὸ δὲ Σαρδώνιον, τελευταῖον δὲ μέχρι τῆς Σικελίας τὸ Τυρρηνικόν. νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναί, μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη. πολὺ δὲ τούτων λειπόμεναι πελάγιαι μὲν Πανδαταρία τε καὶ Ποντία, πρόσγειοι δὲ Αἰθαλία τε καὶ Πλανασία καὶ Πιθηκοῦσσα καὶ Προχύτη καὶ Καπρίαι καὶ Λευκωσία καὶ ἄλλαι τοιαῦται. ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς Λιγυστικῆς αἱ πρὸ τῆς λοιπῆς ἠιόνος μέχρι Στηλῶν οὐ πολλαί, ὧν εἰσιν αἵ τε Γυμνήσιαι καὶ Ἔβυσος· οὐ πολλαὶ δ' οὐδὲ πρὸ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Σικελίας, ὧν εἰσι Κόσσουρά τε καὶ Αἰγίμουρος καὶ αἱ Λιπαραίων νῆσοι, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι.

20. Μετὰ δὲ τὴν Σικελίαν καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν πορθμοὺς ἄλλα πελάγη συνάπτει· τό τε πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καὶ αὐταὶ αἱ Σύρτεις καὶ τὸ Αὐσόνιον μὲν πάλαι, νῦν δὲ καλούμενον Σικελικόν, σύρρουν ἐκείνῳ καὶ συνεχές. τὸ μὲν οὖν πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καλεῖται Λιβυκόν, τελευτᾷ δ' εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. τῶν δὲ Σύρτεων ἡ μὲν ἐλάττων ἐστὶν ὅσον χιλίων καὶ ἑξακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον· πρόκεινται δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ στόματος νῆσοι Μῆνίγξ τε καὶ Κέρκινα· τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεώς φησιν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων, τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα καὶ τὸ τῆς Κυρηναίας μεθόριον πρὸς τὴν

tur, aut potius quæ bene incoluntur. In his omnibus magnam, ut diximus, prærogativam habet mare internum: ab eo igitur sumemus nostræ descriptionis exordium.

19. Hujus sinus initium esse fretum ad Columnas, jam ante docuimus, cujus summa angustia fertur esse septuaginta circiter stadiorum. Ubi per illud arctum navigaris, quod est centum et viginti stadiorum, litora jam majorem in modum diducuntur, magisque adeo id quod ad lævam est. Deinde magni maris alicujus apparet species. Id includitur dextro latere ora Africæ maritima usque ad Carthaginem, altero Hispanica ora et Gallica ad Narbonem ac Massiliam, tum Ligustica, et tandem Italica usque ad fretum Siculum. Ortivum pelagi hujus latus est Sicilia, et freta ab utraque ejus parte, unum ad Italiam, septem stadiorum; alterum ad Carthaginem, stadiûm mille et quingentorum. Ceterum linea quæ a Columnis ad fretum illud septem stadiorum ducitur, pars est lineæ ad Rhodum ac Taurum inde pertinentis, pelagusque dictum secat medium, ac traditur longa esse stadia duodecies mille. Latitudo ejus maxima ad quinque millia, stadiorum est a sinu Galatico qui est inter Massiliam ac Narbonem, ad oppositam Africam. Quidquid hujus maris est ad Africam, Africum mare dicitur: quæ ad oppositam terram pertinent partes, mare Hispanicum, Ligusticum, Sardoum, ac denique Tyrrhenum usque ad Siciliam dicuntur. Insulæ ejus sunt in ora quidem Tyrrheni maris ad Liguriam usque crebræ: inter quas Sardinia et Cyrnus maximæ post Siciliam: hæc enim reliquarum nostrarum omnium et maxima est et optima. Multo his minores, et quidem in alto Pandataria [*codd.* Pandaria], et Pontia [*codd.* Pantia], prope continentem autem Æthalia [*codd. Athalia*], Planasia, Pithecussa, Prochyta, Capreæ, Leucosia [*codd.* Lucasia], et aliæ similes. In altera autem parte Ligustici maris ante reliquum litus usque ad Columnas non multæ, inque his Gymnesiæ et Ebusus [*codd.* Gymnesia et Bysus]. Non multæ etiam ante Africam et Siciliam jacent, e quibus est Cossura, Ægimurus, et Liparæorum insulæ, quas nonnulli Æoli cognomento dicunt.

20. Post Siciliam et utrumque ad eam fretum alia jam alta maria continenter sequuntur, id nempe quod ante Syrtes est et Cyrenaicam, ipsæque Syrtes, et quod olim Ausonium, nunc Siculum vocatur mare, continuum cum illo et confluens. Quod ante Syrtes et Cyrenaicam est mare, id Libycum (sive Africum) vocatur, et in Ægyptium pelagus desinit. Syrtium minor ambitum habet mille et sexcentorum stadiûm: ante fauces utrinque sunt insulæ Meninx et Cercina. Majoris Syrtis circulum Eratosthenes ait esse stadiorum quinquies mille, profunditatem mille et octingentorum, ab Hesperidum regione ad Automala, et Cyrenaicæ limites ad reliquam illic Libyam. Alii circuitum tradiderunt

ἄλλην τὴν ταύτῃ Λιβύην· ἄλλοι δὲ τὸν περίπλουν τετρακισχιλίων σταδίων εἶπον, τὸ δὲ βάθος χιλίων πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος. τὸ δὲ Σικελικὸν πέλαγος πρὸ τῆς Σικελίας ἐστὶ καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὸ πρὸς ἕω μέρος καὶ ἔτι τοῦ μεταξὺ πόρου τῆς τε Ῥηγίνης μέχρι Λοκρῶν, καὶ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Συρακουσῶν καὶ Παχύνου. αὔξεται δ' ἐπὶ μὲν τὸ πρὸς ἕω μέρος μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης, καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ περικλύζει τὴν πλείστην, καὶ πληροῖ τὸν Κορινθιακὸν καλούμενον κόλπον· πρὸς ἄρκτους δὲ ἐπί τε ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ τὸ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ τῆς Ἠπείρου τὰ νότια μέρη μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου καὶ τῆς συνεχοῦς παραλίας τῆς ποιούσης τὸν Κορινθιακὸν κόλπον πρὸς τὴν Πελοπόννησον. ὁ δ' Ἰόνιος κόλπος μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου λεγομένου· τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ, τὴν δ' εὐώνυμον ἡ Ἰταλία μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀκυληίαν. ἔστι δὲ πρὸς ἄρκτον ἅμα καὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἀνέχων στενὸς καὶ μακρός, μῆκος μὲν ὅσον ἑξακισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ τὸ (μὲν) μέγιστον διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. νῆσοι δέ εἰσιν ἐνταῦθα συχναὶ μὲν αἱ πρὸ τῆς Ἰλλυρίδος, αἵ τε Ἀψύρτιδες καὶ Κυρικτικὴ καὶ Λιβυρνίδες· ἔτι δ' Ἴσσα καὶ Τραγούριον καὶ ἡ Μέλαινα Κόρκυρα καὶ Φάρος· πρὸ τῆς Ἰταλίας δὲ αἱ Διομήδειοι. τοῦ Σικελικοῦ δὲ τὸ ἐπὶ Κρήτην ἀπὸ Παχύνου τετρακισχιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων φασί· τοσοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς· τὸ δὲ ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τῶν μὲν τρισχιλίων ἐστὶν ἔλαττον, τὸ δ' ἀπὸ Ἰαπυγίας εἰς τὴν Λιβύην πλέον τῶν τετρακισχιλίων ἐστί. νῆσοι δ' εἰσὶν ἐνταῦθα ἥ τε Κόρκυρα καὶ Σύβοτα πρὸ τῆς Ἠπειρώτιδος, καὶ ἐφεξῆς πρὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου Κεφαλληνία καὶ Ἰθάκη καὶ Ζάκυνθος καὶ Ἐχινάδες.

21. Τῷ δὲ Σικελικῷ συνάπτει τὸ Κρητικὸν πέλαγος καὶ τὸ Σαρωνικὸν καὶ τὸ Μυρτῷον, ὃ μεταξὺ τῆς Κρήτης ἐστὶ καὶ τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Ἀττικῆς, πλάτος ἔχον τὸ μέγιστον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων σταδίων, μῆκος δ' ἔλαττον ἢ διπλάσιον. ἐν τούτῳ δὲ νῆσοι Κύθηρά τε καὶ Καλαυρία καὶ αἱ περὶ Αἴγιναν καὶ Σαλαμῖνα καὶ τῶν Κυκλάδων τινές. τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖόν ἐστιν ἤδη σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ, καὶ τὸ Ἰκάριον καὶ Καρπάθιον μέχρι τῆς Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ † Κύπρου καὶ τῶν πρώτων μερῶν τῆς (δ') Ἀσίας· [**] αἵ τε Κυκλάδες νῆσοι εἰσὶ καὶ αἱ Σποράδες καὶ αἱ προκείμεναι τῆς Καρίας καὶ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος μέχρι τῆς Τρῳάδος, λέγω δὲ Κῶ καὶ Σάμον καὶ Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον· ὡς δ' αὔτως αἱ προκείμεναι τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς ὁμόρου Θρᾴκης Εὔβοιά τε καὶ Σκῦρος καὶ Πεπάρηθος καὶ Λῆμνος καὶ Θάσος καὶ Ἴμβρος καὶ Σαμοθρᾴκη καὶ ἄλλαι πλείους, περὶ ὧν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα δηλώσομεν. ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς θαλάττης ταύτης περὶ τετρα-

stadiorum quater mille, altitudinem mille quingentorum, quanta etiam latitudo faucium est. Siculum pelagus versus ortum est ante Siciliam et Italiam, anteque trajectum Rhegii Locros usque, et Messeniæ Syracusas usque et ad Pachynum. Augetur autem versus ortum usque ad Cretæ extrema: majorem quoque Peloponnesi partem alluit, et sinum Corinthiacum implet. Versus septentrionem autem, Iapygiam promontorium et fauces Ionii sinus tangit, et partes Epiri meridiem spectantes usque ad sinum Ambracicum et continentem oram quæ cum Peloponneso sinum Corinthiacum includit. Ionius autem sinus pars est maris quod nunc Adria dicitur. Hujus dextrum latus Illyricum, sinistrum Italia facit usque ad recessus juxta Aquileiam. Protenditur versus septentrionem et occasum angustus et longus ad sex millia stadiorum, latitudine, ubi ea summa est, mille stadiûm et ducentorum. Insulæ autem in eo sunt crebræ ante Illyricum, Apsyrtides, Cyrictica [*codd.* Cerуctica] et Liburnides: item Issa, Tragurium, Melæna [*id est* Nigra; *codd.* Melinna] Corcyra, et Pharus; ante Italiam, Diomedeæ. Maris Siculi a Pachyno ad Cretam longitudo stadiorum perhibetur quater mille et quingentorum: tantundemque ad Tænarum Laconicæ. A promontorio autem Iapygia ad intimum sinus Corinthiaci, minus est tribus millibus, ab Iapygia autem in Africam plus millibus quattuor. Insulæ ibi sunt Corcyra et Sybota ante Epirum, ac deinde ante sinum Corinthiacum Cephallenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades.

21. Siculum mare contingunt Creticum, Saronicum et Myrtoum: hoc inter Cretam est et Argiam et Atticam, latissimum ab Attica ad stadia mille et ducenta, longitudine paulo minus quam dupla. Insulæ in eo Cythera, Calauria, Ægina, Salamin, et vicinæ his, ac Cycladum nonnullæ. Insequitur continuo Ægæum mare cum Melane sinu et Hellesponto. Tum Icarium mare, et Carpathium usque ad Rhodum, Cretam, Cyprum [Cnidum?] et primas Asiæ partes. [*Ibi*] sunt Cyclades insulæ, et Sporades, et quæ sitæ sunt ante Cariam, Ioniam, Æolidem, usque ad Troadem: Cos, inquam, Samus, Chius, Lesbus, Tenedus: item quæ ante Græciam sitæ sunt usque ad Macedoniam et confinem Thraciam, Eubœa, Scyrus, Peparethus, Lemnus, Thasus, Imbrus, Samothrace, aliæque plures, de quibus in singulorum enarratione dicemus. Hujus maris longitudo est sta-

κισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους, τὸ δὲ πλάτος περὶ δισχιλίους. περιέχεται δὲ ὑπὸ τῶν λεχθέντων μερῶν τῆς Ἀσίας καὶ τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θερμαίου κόλπου πρὸς ἄρκτον ἐχούσης τὸν πλοῦν παραλίας καὶ τῶν Μακεδονικῶν κόλπων μέχρι τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου.

22. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ ἑπταστάδιον τὸ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄϐυδον, δι' οὗ τὸ Αἰγαῖον καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐκδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα· κἀκεῖνο εἰς ἄλλο, τὸν Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον. ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ οὗτος· κατὰ μέσον γάρ πως ἄκραι δύο προπίπτουσιν, ἡ μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν βορείων μερῶν, ἡ δ' ἐκ τῆς Ἀσίας ἐναντία ταύτῃ, συνάγουσαι τὸν μεταξὺ πόρον καὶ ποιοῦσαι δύο πελάγη μεγάλα· τὸ μὲν οὖν τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον, τὸ δὲ τῆς Ἀσίας Κάραμϐις, διέχοντα ἀλλήλων περὶ (δισ)χιλίους σταδίους καὶ πεντακοσίους. τὸ μὲν οὖν πρὸς ἑσπέραν πέλαγος μῆκός ἐστιν ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Βορυσθένους σταδίων τρισχιλίων ὀκτακοσίων, πλάτος δὲ δισχιλίων· ἐν τούτῳ δ' ἡ Λευκὴ νῆσός ἐστι· τὸ δ' ἑῷόν ἐστι παράμηκες, εἰς στενὸν τελευτῶν μυχὸν τὸν κατὰ Διοσκουριάδα, ἐπὶ πεντακισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους σταδίους, τὸ δὲ πλάτος περὶ τρισχιλίους· ἡ δὲ περίμετρος τοῦ σύμπαντος πελάγους ἐστὶ δισμυρίων που καὶ πεντακισχιλίων σταδίων, εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ταύτης ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ, τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου (ταῦτα δ' ἐστὶν ὁ παράπλους ὁ ἀπὸ τοῦ στόματος μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα· πλὴν γὰρ τῆς Καράμϐιος ἥ γε ἄλλη πᾶσα ἠιὼν μικρὰς ἔχει ἐσοχάς τε καὶ ἐξοχάς, ὥστ' εὐθείᾳ ἐοικέναι), τὴν δὲ λοιπὴν τῷ κέρατι τοῦ τόξου διττὴν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφήν, τὴν μὲν ἄνω περιφερεστέραν, τὴν δὲ κάτω εὐθυτέραν· οὕτω δὲ κἀκείνην ἀπεργάζεσθαι δύο κόλπους, ὧν ὁ ἑσπέριος πολὺ θατέρου περιφερέστερός ἐστιν.

23. Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἑωθινοῦ κόλπου πρὸς ἄρκτον ἡ Μαιῶτις λίμνη, τὴν περίμετρον ἔχουσα ἐνναχισχιλίων σταδίων ἢ καὶ μικρῷ πλεόνων· ἐκδίδωσι δ' αὕτη μὲν εἰς Πόντον κατὰ τὸν Κιμμερικὸν καλούμενον βόσπορον, οὗτος δὲ κατὰ τὸν Θρᾴκιον εἰς τὴν Προποντίδα· τὸ γὰρ Βυζαντιακὸν στόμα οὕτω καλοῦσι (Θρᾴκιον Βόσπορον), ὃ τετραστάδιόν ἐστιν. ἡ δὲ Προποντὶς χιλίων καὶ πεντακοσίων λέγεται τὸ μῆκος σταδίων τὸ ἀπὸ τῆς Τρωάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον· πάρισον δέ πώς ἐστι καὶ τὸ πλάτος. ἐνταῦθα δ' ἡ τῶν Κυζικηνῶν ἵδρυται νῆσος καὶ τὰ περὶ αὐτὴν νησία.

24. Τοιαύτη μὲν ἡ πρὸς ἄρκτον τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἀνάχυσις καὶ τοσαύτη, πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας ἡ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ποιοῦσα καὶ τὸ Παμφύλιον καὶ τὸ Ἰσσικὸν ἐπὶ μὲν τὴν ἕω καὶ τῆς Κιλικίας κατὰ Ἰσσὸν ἐκτείνεται μέχρι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων παρά τε Λυκίαν καὶ Παμφυλίαν καὶ τὴν Κιλίκων παραλίαν πᾶσαν. ἐντεῦθεν δὲ Συρία τε καὶ Φοινίκη καὶ

diorum fere quater mille aut paulo amplius, latitudo circiter bis mille includitur a dictis Asiæ partibus et ora maritima quæ a Sunio navigatur ad usque Thermæum sinum versus septentrionem, et sinubus Macedoniæ usque ad Thraciæ Cherronesum.

2. Πρῶτον δὲ μέρος αὐτῆς ἐστι τὸ ἑσπέριον, ὡς ἔφαμεν, ἡ Ἰβηρία. ταύτης δὴ τὸ μὲν πλέον οἰκεῖται φαύλως· ὄρη γὰρ καὶ δρυμοὺς καὶ πεδία λεπτὴν ἔχοντα γῆν, οὐδὲ ταύτην ὁμαλῶς εὔυδρον, οἰκοῦσι τὴν πολλήν· ἡ δὲ πρόσβορρος ψυχρά τέ ἐστι τελέως πρὸς τῇ τραχύτητι καὶ παρωκεανῖτις, προσειληφυῖα τὸ ἄμικτον κἀνεπίπλεκτον τοῖς ἄλλοις, ὥσθ' ὑπερβάλλει τῇ μοχθηρίᾳ τῆς οἰκήσεως. ταῦτα μὲν δὴ τὰ μέρη τοιαῦτα, ἡ δὲ νότιος πᾶσα εὐδαίμων σχεδόν τι, καὶ διαφερόντως ἡ ἔξω Στηλῶν· ἔσται δὲ δῆλον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ὑπογράψασιν ἡμῖν πρότερον τό τε σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος.

3. Ἔοικε γὰρ βύρσῃ τεταμένῃ κατὰ μῆκος μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τὰ πρόσθια ἐχούσῃ μέρη πρὸς τῇ ἕῳ, κατὰ πλάτος δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς νότον. ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ πεντακισχιλίων τὸ μέγιστον, ἔστι δ' ὅπου πολὺ ἔλαττον τῶν τρισχιλίων, καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν. ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν τεταμένον ὁρίζει τὴν Κελτικὴν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. οὔσης δὲ καὶ τῆς Κελτικῆς ἀνωμάλου τὸ πλάτος καὶ τῆς Ἰβηρίας, τὸ στενότατον τοῦ πλάτους ἑκατέρας ἀπὸ τῆς ἡμετέρας θαλάττης ἐπὶ τὸν ὠκεανόν ἐστι τὸ τῇ Πυρήνῃ πλησιάζον μάλιστα ἐφ' ἑκάτερον αὐτῆς τὸ μέρος, καὶ ποιοῦν κόλπους τοὺς μὲν ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ· μείζους δὲ τοὺς Κελτικούς, οὓς δὴ καὶ Γαλατικοὺς καλοῦσι, στενότερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας παρὰ τὸν Ἰβηρικόν. καὶ δὴ τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας ἡ Πυρήνη ποιεῖ, τὸ δὲ νότιον ἥ τε καθ' ἡμᾶς θάλαττα ἀπὸ τῆς Πυρήνης μέχρι Στηλῶν, καὶ ἡ ἐκτὸς τὸ ἑξῆς μέχρι τοῦ Ἱεροῦ καλουμένου ἀκρωτηρίου· τρίτον ἐστὶ τὸ ἑσπέριον πλευρὸν παράλληλόν πως τῇ Πυρήνῃ, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς πρὸς Ἀρτάβροις ἄκρας, ἣν καλοῦσι Νέριον· τέταρτον δὲ τὸ ἐνθένδε μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης.

4. Ἀναλαβόντες δὲ λέγωμεν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἀρξάμενοι. τοῦτο δέ ἐστι τὸ δυτικώτατον οὐ τῆς Εὐρώπης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκου-

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

Posteaquam primam terræ descriptionis formam tradidimus, dicendum nobis deinceps jam peculiariter est de singulis partibus : hoc enim in nos recepimus, et videtur hactenus recte tractatio esse divisa. Ordiendum est autem iterum ab Europa et iis ejus partibus, a quibus et ante, idque easdem ob causas.

2. Est ergo prima pars Europæ versus occasum Hispania. Ejus magna pars incommode habitatur : quippe montes et saltus et campos terra præditos exili neque æqualiter aquis irrigua, magna ex parte incolunt : tum pars septentrioni objecta, præter asperitatem etiam frigidissima est; et quia ad oceanum pertinet, id accedit, quod nulla ejus incolis sunt cum aliis hominibus commercia, itaque ibi pessime degitur. Hæ igitur partes sunt ejusmodi : at versus meridiem sita, felix fere omnis est regio, præcipue quæ extra Columnas jacet. Verum hæc singulis persequendis faciemus plana : prius figura totius Hispaniæ et magnitudo nobis describenda est.

3. Hispania similis est pelli bovis in longum ab occasu versus ortum expansæ, ita ut priores partes ad ortum spectent, in latum a septentrione ad austrum. Longitudo ejus est ferme sex millium stadiorum, latitudo maxima quinque millium, alicubi multo etiam minor tribus millibus, maxime ad Pyrenen, quæ latus ortivum includit. Mons enim ille continenter ab austro versus boream porrectus Galliam ab Hispania dirimit. Quum autem utraque regio, Gallia et Hispania, inæqualiter sit lata, arctissima utraque est a nostro mari ad oceanum, qua ad Pyrenen accedunt, præcipue ad utramque ejus montis partem, ubi et sinus fiunt, quum in oceano, tum in nostro mari, quorum majores Celtici sunt, quos etiam Galaticos (sive Gallicos) vocant, qui eum isthmum arctiorem reddunt respectu Hispanici. Ergo latus Hispaniæ ortivum Pyrene includit : meridionale efficit nostrum mare a Pyrena usque ad Columnas, et proximum huic oceanus usque ad Sacrum quod dicitur promontorium : tertium latus est occiduum, fere parallelum Pyrenæ, a Sacro promontorio usque ad promontorium apud Artabros, quod vocatur Nerium : quartum latus inde ducitur usque ad boreales Pyrenes fines.

4. Proinde singula narraturi, principium repetamus a Sacro promontorio. Hoc enim non Europæ modo, sed universæ habitatæ terræ punctum est omnium maxime ad

μένης ἁπάσης σημεῖον. περατοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δυεῖν ἠπείρων ἡ οἰκουμένη πρὸς δύσιν, τοῖς τε τῆς Εὐρώπης ἄκροις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Λιβύης, ὧν τὰ μὲν Ἴβηρες ἔχουσι, τὰ δὲ Μαυρούσιοι. προὔχει δὲ τὰ Ἰβηρικὰ ὅσον χιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις κατὰ τὸ λεχθὲν ἀκρωτήριον. καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. αὐτὸ δὲ τὸ ἄκρον καὶ προπεπτωκὸς εἰς τὴν θάλατταν Ἀρτεμίδωρος εἰκάζει πλοίῳ, γενόμενος, φησίν, ἐν τῷ τόπῳ, προσλαμβάνειν δὲ τῷ σχήματι νησίδια τρία, τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων, ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους. Ἡρακλέους [δ' οὔ] θ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι (ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον), οὔτε βωμόν, οὐδ' ἄλλου τῶν θεῶν, ἀλλὰ λίθους συγκεῖσθαι τρεῖς ἢ τέτταρας κατὰ πολλοὺς τόπους, οὓς ὑπὸ τῶν ἀφικνουμένων στρέφεσθαι κατά τι πάτριον καὶ μεταφέρεσθαι † ψευδοποιησαμένων· θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον, οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβαίνειν τοῦ τόπου, θεοὺς φασκόντων κατέχειν αὐτὸν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν, εἶτ' ἐπιβαίνειν ἡμέρας, ὕδωρ ἐπιφερομένους διὰ τὴν ἀνυδρίαν.

5. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχειν ἐγχωρεῖ, καὶ δεῖ πιστεύειν· ἃ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ χυδαίοις ὁμοίως εἴρηκεν, οὐ πάνυ. λέγειν γὰρ δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλούς, μείζω δύνειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι [καὶ] μετὰ ψόφου παραπλησίως ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν. ψεῦδος δ' εἶναι καὶ τοῦτο καὶ τὸ παραχρῆμα νύκτα ἀκολουθεῖν μετὰ τὴν δύσιν· οὐ γὰρ παραχρῆμα, μικρὸν δ' ὕστερον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πελάγεσι τοῖς μεγάλοις. ὅπου μὲν γὰρ εἰς ὄρη δύεται, πλείω τὸν μετὰ δύσιν χρόνον τῆς ἡμέρας συμβαίνειν ἐκ τοῦ παραφωτισμοῦ, ἐκεῖ δὲ πλείω μὲν οὐκ ἐπακολουθεῖν, μὴ μέντοι μηδὲ παραχρῆμα συνάπτειν τὸ σκότος, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις πεδίοις. τὴν δὲ τοῦ μεγέθους φαντασίαν αὔξεσθαι μὲν ὁμοίως κατά τε τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι· διὰ δὲ τούτων ὡς δι' † αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας, καθάπερ καὶ διὰ νέφους ξηροῦ καὶ λεπτοῦ βλέπουσαν δυόμενον ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην, ἡνίκα καὶ ἐνερευθὲς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον. τὸ δὲ ψεῦδος ἐλέγξαι φησὶ τριάκονθ' ἡμέρας διατρίψας ἐν Γαδείροις καὶ τηρήσας τὰς δύσεις. ὁ δέ γε Ἀρτεμίδωρος ἑκατονταπλασίονά φησι δύεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ αὐτίκα νύκτα καταλαμβάνειν. ὡς μὲν οὖν αὐτὸς εἶδε τοῦτο ἐν τῷ Ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ, οὐχ ὑποληπτέον, προσέχοντας τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ· ἔφη γὰρ νύκτωρ μηδένα ἐπιβαίνειν, ὥστ' οὐδὲ δυομένου ἡλίου οὐδεὶς ἂν ἐπιβαίνοι, εἴπερ εὐθὺς ἡ νὺξ καταλαμβάνει. ἀλλ' οὐδ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ τῆς παρωκεανίτιδος· καὶ γὰρ τὰ Γάδειρα ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἀντιμαρτυρεῖ καὶ ἄλλοι πλείους.

6. Τῆς δὲ συνεχοῦς τῷ Ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ παραλίας

occasum situm. Etenim terra habitata versus occasum terminatur duabus continentibus, extremis nimirum Europæ, et Africæ primis, quorum illa Hispani, hæc Maurusii tenent. Sed Hispanica ad id quod diximus promontorium excedunt ad mille et quingenta stadia. Et quidem regionem ei adjacentem, Cuneum Latina voce appellant. Ipsum autem promontorium in mare procurrens Artemidorus, qui se ibi fuisse ait, navigio comparat, et ad figuram accedere dicit tres exiguas insulas, quarum una rostri vicem gerat, reliquæ auriculorum navis a prora prominentium, quæ portus habeant mediocres. Sed ibi neque fanum Herculis monstrari (id enim Ephorum finxisse), neque aram, neque alius ullius deorum, sed lapides multis in locis ternos aut quaternos esse compositos, qui ab eo venientibus ex more a majoribus tradito convertantur translatique fingantur [coronentur factisque libationibus transferantur?] Fas ibi non esse sacrificare, neque noctu eum locum adire, quod ferant eum nocturno tempore a diis teneri : sed qui spectatum veniant, eos in vicino pago pernoctare, interdiu accedere, aquam secum, qua locus ille caret, afferentes.

5. Hæc ita esse possunt, esseque credendum est, non item ea, quæ plebeii et vulgaris homunculi in morem dixit. Vulgo enim perhiberi ait Posidonius, solem ibi ad oceani litus occidere majorem, editoque strepitu, quasi si mare strideret sibilaretque eo quia in fundum deferatur exstincto : quin præter hoc vanum esse etiam illud quod aiunt statim ab occasu noctem insequi : non enim statim id fieri, sed non multo post, ut et in aliis fit magnis maribus; ubi enim sol in montes occumbit, ex luminis per latera diffusione diutius ab occasu diem perdurare, in mari autem non item, neque tamen illico tenebras statim oboriri, atque idem etiam in magnis usu venire campis. Magnitudinem autem solis ideo augeri videri sub ortum et occasum in maribus altis, quod plures vapores ab humido in altum sese attollunt : quibus tanquam fistulis [vitris?] infractos radios visus diffundi et majorem vera quantitatem fingere, quemadmodum quum solem lunamve orientem aut occidentem per aridam tenuemque nubem intuemur, rubere putamus. Hoc mendacium ait se deprehendisse, quum Gadibus per triginta dies commoratus occasum solis observasset. At Artemidorus centuplo quam sit alias majorem occidere solem dicit, confestimque noctem ingruere. Quod ipsum vidisse in Sacro promontorio, credi non potest ab observantibus quid ea de re pronunciarit. Si enim (quod ait) noctu nemo illum locum intrat, ne occidente quidem sole quisquam ibi erit, siquidem statim nox opprimit. Sed neque alibi in oceani ora illud vidit : nam et Gades sunt in oceano, et contrarium testantur Posidonius aliique plures.

6. Enimvero continenter adjacens Sacro promonorio

ἡ μέν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ ἑσπερίου πλευροῦ τῆς Ἰβηρίας μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Τάγου ποταμοῦ, ἡ δὲ τοῦ νοτίου μέχρι ἄλλου ποταμοῦ τοῦ Ἄνα καὶ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ. φέρεται δ' ἀπὸ τῶν ἑῴων μερῶν ἑκάτερος· ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' εὐθείας εἰς τὴν ἑσπέραν ἐκδίδωσι πολὺ μείζων ὢν θατέρου, ὁ δ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει, τὴν μεσοποταμίαν ἀφορίζων, ἣν Κελτικοὶ νέμονται τὸ πλέον καὶ τῶν Λυσιτανῶν τινες, ἐκ τῆς περαίας τοῦ Τάγου μετοικισθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων· ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι καὶ Καρπητανοὶ καὶ Ὠρητανοὶ καὶ Οὐεττώνων συχνοὶ νέμονται. αὕτη μὲν οὖν ἡ χώρα μετρίως ἐστὶν εὐδαίμων, ἡ δ' ἐφεξῆς πρὸς ἕω κειμένη καὶ νότον ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην ἀρετῆς χάριν καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀγαθῶν. αὕτη δ' ἐστίν, ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμός, ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ἀφ' ὧνπερ καὶ ὁ Ἄνας καὶ ὁ Τάγος, μέσος πως ἀμφοῖν τούτων ὑπάρχων κατὰ μέγεθος· παραπλησίως μέντοι τῷ Ἄνᾳ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ῥυεὶς εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκδίδωσι τούτῳ παραλίαν. καλοῦσι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ποταμοῦ Βαιτικήν, ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων Τουρδητανίαν· τοὺς δ' ἐνοικοῦντας Τουρδητανούς τε καὶ Τουρδούλους προσαγορεύουσιν, οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζοντες, οἱ δ' ἑτέρους· ὧν ἐστι καὶ Πολύβιος, συνοίκους φήσας τοῖς Τουρδητανοῖς πρὸς ἄρκτον τοὺς Τουρδούλους· νυνὶ δ' ἐν αὐτοῖς οὐδεὶς φαίνεται διορισμός. σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι, καὶ γραμματικῇ χρῶνται, καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι συγγράμματα καὶ ποιήματα καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν, ὥς φασι· καὶ οἱ ἄλλοι δ' Ἴβηρες χρῶνται γραμματικῇ, οὐ μιᾷ [δ'] ἰδέᾳ, οὐδὲ γὰρ γλώττῃ μιᾷ. τείνει δὲ ἡ χώρα αὕτη, ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα, πρὸς ἕω μὲν μέχρι τῆς Ὠρητανίας, πρὸς νότον δὲ * μέχρι τῆς παραλίας τῆς ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἄνα μέχρι Στηλῶν. ἀνάγκη δὲ διὰ πλειόνων περὶ αὐτῆς εἰπεῖν καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων, ὅσα συντείνει πρὸς τὸ μαθεῖν τὴν εὐφυΐαν τῶν τόπων καὶ τὴν εὐδαιμονίαν.

7. Τῆς δὲ παραλίας ταύτης, εἰς ἣν ὅ τε Βαῖτις καὶ ὁ Ἄνας ἐκδίδωσι, καὶ τῶν ἐσχάτων τῆς Μαυρουσίας εἰς τὸ μεταξὺ ἐμπῖπτον τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ποιεῖ τὸν κατὰ Στήλας πορθμόν, καθ' ὃν ἡ ἐντὸς θάλαττα συνάπτει τῇ ἐκτός. ἐνταῦθα δὴ ὄρος ἐστὶ τῶν Ἰβήρων τῶν καλουμένων Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν, ἡ Κάλπη, τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν νησοειδὲς φαίνεσθαι. ἐκπλέουσιν οὖν ἐκ τῆς ἡμετέρας θαλάττης εἰς τὴν ἔξω δεξιόν ἐστι τοῦτο, καὶ πρὸς αὐτὸ Καρτηία πόλις ἐν τετταράκοντα σταδίοις ἀξιόλογος καὶ παλαιά, ναύσταθμόν ποτε γενομένη τῶν Ἰβήρων. ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλέους κτίσμα λέγουσιν αὐτήν, ὧν ἐστι καὶ Τιμοσθένης, ὅς φησι καὶ Ἡράκλειαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν, δείκνυσθαί τε μέγαν περίβολον καὶ νεωσοίκους.

8. Εἶτα Μενλαρία, ταριχείας ἔχουσα, καὶ μετὰ ταῦτα Βελὼν πόλις καὶ ποταμός. ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι

maritima ora, ab una parte initium est occidui Hispaniæ lateris, usque ad ostium Tagi fluvii, ab altera austrini, usque ad alium fluvium Anam et ejus exitum. Uterque horum ex partibus Hispaniæ versus ortum sitis profluit: verum Tagus recta versus occasum exit, longe major altero; Anas versus meridiem se convertit, et interceptam amnibus regionem circumscribit, quam majore ex parte Celtici incolunt, et ii Lusitani, qui a Romanis e regione trans Tagum sita eo translati sunt. Supra Anam habitant et Carpetani, et Oretani, et Vettones frequentes. Hæc regio mediocriter est felix. Quæ vero deinceps ad ortum et meridiem insequitur, ea cum quacunque terræ habitatæ conferatur parte, nullam habet cui terræ marisque bonorum præstantia postponi debeat. Hæc est quam Bætis perfluit amnis, ex iisdem cum Ana et Tago ortus partibus, medius fere inter eos quantitate, atque initio sicut et Anas versus occasum lapsus, ad meridiem inde vergit, in eodemque cum Ana littore effluit. Regionem a fluvio Bæticam nominant, ab incolis Turdetaniam, incolas Turdetanos et Turdulos, quos quidam eundem, quidam diversos populos censent, in quibus et Polybius est, Turdetanos Turdulorum ad septentrionem vicinos esse tradens. Nostra ætate nulla eorum apparet distinctio. Hi omnium Hispanorum doctissimi judicantur, utunturque grammatica, et antiquitatis monumenta habent conscripta, ac poemata et metris inclusas leges a sex millibus, ut aiunt, annorum. Utuntur et reliqui Hispani grammatica, non unius tamen omnes generis; quippe ne eodem quidem sermone. Hæc regio, quæ intra Anam est, tendit versus ortum usque ad Oretaniam; meridiem versus usque ad oram maritimam quæ est ab ostio Anæ usque ad Columnas. Necesse est autem pluribus disserere de ea et vicinis locis, ad intelligendum locorum istorum naturæ præstantiam et felicitatem.

7. Deinceps inter hanc oram, in qua Bætis et Anas effluunt, et inter Mauritaniæ [*græce* Maurusiæ] extrema, Atlanticum irrumpens mare, fretum quod apud Columnas vocatur, efficit, quo freto mare internum externo adjungitur. Ibi ergo mons est eorum Hispanorum qui Bastetani et iidem Bastuli vocantur, nomine Calpe, ambitu non magnus, ceterum in altitudinem magnam erectus, ut eminus videntibus insulæ speciem objiciat: is ad dextram est e nostro mari in externum navigantibus, et ad quadraginta inde stadia urbs Carteia [*codd.* Calpe] vetusta et memorabilis, olim statio navibus Hispanorum. Hanc ab Hercule quidam conditam aiunt, inter quos est Timosthenes, qui eam antiquitus Heracleam fuisse appellatam refert, ostendique adhuc magnum murorum circuitum et navalia.

8. Sequitur Menlaria [*al.* Mellaria], ubi salsamenta conduntur. Inde Belon urbs et fluvius: hinc maxime ad Tingin

μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυρουσίας καὶ ἐμπόρια καὶ ταριχεῖαι. ἦν δὲ καὶ Ζῆλις τῆς Τίγγιος ἀστυγείτων, ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἐκ τῆς Τίγγιος προσλαβόντες τινάς· ἔπεμψαν δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐποίκους, καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἴοζαν τὴν πόλιν. εἶτα Γάδειρα, πορθμῷ στενῷ διειργομένη νῆσος ἀπὸ τῆς Τουρδητανίας, διέχουσα τῆς Κάλπης περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους· οἱ δὲ ὀκτακοσίους φασίν. ἔστι δ' ἡ νῆσος αὕτη τἆλλα μὲν οὐθὲν διαφέρουσα τῶν ἄλλων, ἀνδρείᾳ δὲ τῶν ἐνοικούντων τῇ περὶ τὰς ναυτιλίας καὶ φιλίᾳ πρὸς Ῥωμαίους τοσαύτην ἐπίδοσιν εἰς πᾶσαν εὐτυχίαν ἔσχεν, ὥστε, καίπερ ἐσχάτη ἱδρυμένη τῆς γῆς, ὀνομαστοτάτη τῶν ἁπασῶν ἐστιν. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων νήσων λέγωμεν.

9. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμὴν καὶ ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις καὶ Νάβρισσαν. λέγονται δὲ ἀναχύσεις αἱ πληρούμεναι τῇ θαλάττῃ κοιλάδες ἐν ταῖς πλημμυρίσι καὶ ποταμῶν δίκην ἀνάπλους εἰς τὴν μεσόγαιαν ἔχουσαι καὶ τὰς ἐπ' αὐταῖς πόλεις. εἶτ' εὐθὺς αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῇ σχιζόμενα· ἡ δὲ ἀπολαμβανομένη νῆσος ὑπὸ τῶν στομάτων ἑκατόν, ὡς δ' ἔνιοι, καὶ πλειόνων σταδίων ἀφορίζει παραλίαν. ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ μαντεῖον τοῦ Μενεσθέως ἐστί, καὶ ὁ τοῦ Καιπίωνος ἵδρυται πύργος ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου, θαυμασίως κατεσκευασμένος, ὥσπερ ὁ Φάρος, τῆς τῶν πλοϊζομένων σωτηρίας χάριν. ἥ τε γὰρ ἐκβαλλομένη χοῦς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ βραχέα ποιεῖ, καὶ χοιραδώδης ἐστὶν ὁ πρὸ αὐτοῦ τόπος, ὥστε δεῖ σημείου τινὸς ἐπιφανοῦς. ἐντεῦθεν δ' ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ καὶ πόλις Ἐβοῦρα καὶ τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερόν, ἣν καλοῦσι Λοῦκεμ δουβίαν· εἶθ' οἱ τῶν ἀναχύσεων τῶν ἄλλων ἀνάπλοι· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Ἄνας ποταμός, δίστομος καὶ οὗτος, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ἀνάπλους· εἶθ' ὕστατον τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον, διέχον τῶν Γαδείρων ἐλάττους ἢ δισχιλίους σταδίους· τινὲς δ' ἀπὸ μὲν τοῦ Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἐπὶ τὸ τοῦ Ἄνα στόμα ἑξήκοντα μίλιά φασιν, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ τοῦ Βαίτιος στόμα ἑκατόν, εἶτα εἰς Γάδειρα ἑβδομήκοντα.

ΚΕΦ. Β'.

Τῆς δ' οὖν ἐντὸς τοῦ Ἄνα παραλίας ὑπερκεῖσθαι συμβαίνει τὴν Τουρδητανίαν, ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμός. ἀφορίζει δὲ αὐτὴν πρὸς μὲν τὴν ἑσπέραν καὶ ἄρκτον ὁ Ἄνας ποταμός, πρὸς δὲ τὴν ἕω Καρπητανῶν τέ τινες καὶ Ὠρητανοί, πρὸς νότον δὲ Βαστητανῶν οἱ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τῶν Γαδείρων στενὴν νεμόμενοι παραλίαν, καὶ ἡ ἑξῆς θάλαττα μέχρι Ἄνα. καὶ οἱ Βαστητανοὶ δέ, οὓς εἶπον, τῇ Τουρδητανίᾳ πρόσκεινται καὶ οἱ ἔξω τοῦ Ἄνα καὶ οἱ πολλοὶ τῶν προσχώρων. μέγεθος δ' οὐ πλεῖόν ἐστι τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος ἢ δισχίλιοι στάδιοι· πόλεις δ' ὑπερβάλλουσαι τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ διακοσίας φασί· γνωριμώ-

Mauritaniæ trajicitur, mercatusque ibi sunt et salsamenta. Fuit et Zelis Tingi vicina urbs: sed eam Romani in oppositam ripam transtulerunt, additisque a Tingi nonnullis colonos alios ipsi ex Italia miserunt, urbique nomen Juliæ Iozæ indiderunt. Sequuntur Gades, insula angusto freto dirempta a Turdetania, a Calpe distans stadiis circiter septingentis et quinquaginta vel, ut alii volunt, octingentis. Insula hæc aliis nulla re præstans, fortitudine incolarum in navigationibus declarata, et colenda cum Romanis amicitia ad id fortunæ evecta fuit, ut, quanquam in extremo terræ habitatæ jaceret, tamen omnium esset celeberrima. Verum de hac dicemus, quum etiam de ceteris insulis erit sermo.

9. Sequitur Menesthei qui vocatur portus, et ad Astam maris affusio et Nabrissam [*codd.* Nabrasin]: æstuaria hæc vocant, ubi cavitates mari impletæ in ejus affluxu, fluminum instar facultatem navigandi in mediam terram et urbes ad ea sitas præbent. Statim sequuntur bipartita Bætis fluvii ostia: insula quæ in eorum est medio, oram maritimam continet centum, vel secundum alios etiam plurium stadiorum. Hisce in locis oraculum Menesthei est, et Cæpionis [*codd.* Capionis] turris saxo imposita quod mari cingitur, opus mirabile, Phari instar, salutis navigantium gratia factum. Nam et egestus a fluvio limus brevia ibi facit, et ante ostia locus scopulos habet sub aqua latentes, ut illustri aliquo signo habeat opus. Inde in Bætin navigatur sursum, et urbs succedit Ebura, et Luciferæ fanum, quod vocant Lucem dubiam: tum æstuariorum aliorum navigationes, ac deinde Anas fluvius, duobus et ipse se evolvens ostiis, quorum singulæ sunt navigationes. Ultimum deinde Sacrum promontorium, a Gadibus minus duobus stadiorum millibus dissitum. Quidam a Sacro promontorio ad ostium Anæ sexaginta milliaria numerant; hinc ad ostia Bætis centum, porro ad Gades septuaginta milliaria.

CAP. II.

Ergo supra oram maritimam quæ est intra Anam fluvium, sita est Turdetania, quam Bætis fluvius perfluit. Hanc versus occasum et septentrionem determinat Anas fluvius, versus ortum Carpetanorum [*codd.* Calpetanorum] nonnulli et Oretani, versus meridiem vero Bastetani [*codd.* Astetani] qui inter Calpen et Gades angustum accolunt litus, et externum mare usque ad Anam. Ii quos dixi Bastetani adjacent Turdetaniæ, et ii qui ultra Anam, multique finitimi populi. Regionis ejus magnitudo non excedit neque in longum neque in latum duo millia stadiorum. Urbes sunt ingenti numero: quippe ducentas aiunt; notissimæ sunt au-

ταται δὲ αἱ ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς ἱδρυμέναι καὶ ταῖς ἀναχύσεσι καὶ τῇ θαλάττῃ διὰ τὰς χρείας. πλεῖστον δ' ἥ τε Κόρδυβα ηὔξηται, Μαρκέλλου κτίσμα, καὶ δόξῃ καὶ δυνάμει, καὶ ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις, ἡ μὲν διὰ τὰς ναυτιλίας καὶ διὰ τὸ προσθέσθαι Ῥωμαίοις κατὰ συμμαχίας, ἡ δὲ χώρας ἀρετῇ καὶ μεγέθει, προσλαμβάνοντος καὶ τοῦ ποταμοῦ Βαίτιος μέγα μέρος· ᾤκησάν τε ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρες ἐπίλεκτοι· καὶ δὴ καὶ πρώτην ἀποικίαν ταύτην εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥωμαῖοι. μετὰ δὲ ταύτην καὶ τὴν τῶν Γαδιτανῶν ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανής, καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων· νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον συμμένει, τῇ τιμῇ δὲ καὶ τῷ ἐποικῆσαι νεωστὶ τοὺς Καίσαρος στρατιώτας ἡ Βαῖτις ὑπερέχει, καίπερ οὐ συνοικουμένη λαμπρῶς.

2. Μετὰ δὲ ταύτας Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι, Ἄστιγις δ' ἀπωτέρω καὶ Κάρμων καὶ Ὀβούλκων· ἔτι δὲ ἐν αἷς οἱ Πομπηίου παῖδες κατεπολεμήθησαν, Μοῦνδα καὶ Ἀτέγουα καὶ Οὔρσων καὶ Τοῦκκις καὶ Οὐλία καὶ † Αἴγουα· ἅπασαι δ' αὗται Κορδύβης οὐκ ἄπωθεν. τρόπον δέ τινα μητρόπολις κατέστη τοῦ τόπου τούτου Μοῦνδα· διέχει δὲ Καρτηίας ἡ Μοῦνδα σταδίους † χιλίους καὶ τετρακοσίους, εἰς ἣν ἔφυγεν ἡττηθεὶς ὁ Γναῖος· εἶτ' ἐκπλεύσας ἔνθεν καὶ ἐκβὰς ἔς τινα ὑπερκειμένην θαλάττης ὀρεινὴν διεφθάρη. ὁ δ' ἀδελφὸς αὐτοῦ Σέξτος ἐκ Κορδύβης σωθεὶς καὶ μικρὸν ἐν τοῖς Ἴβηρσι πολεμήσας χρόνον ὕστερον Σικελίαν ἀπέστησεν, εἶτ' ἐκπεσὼν ἐνθένδε εἰς τὴν Ἀσίαν ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν ἐν † Μιλήτῳ κατέστρεψε τὸν βίον. ἐν δὲ τοῖς Κελτικοῖς Κονίστοργίς ἐστι γνωριμωτάτη· ἐπὶ δὲ ταῖς ἀναχύσεσιν ἡ Ἄστα, εἰς ἣν οἱ Γαδιτανοὶ συνίασι μάλιστα, ὑπερκειμένην τοῦ ἐπινείου τῆς νήσου σταδίους οὐ πολὺ πλείους τῶν ἑκατόν.

3. Παροικεῖται δὲ ὑπὸ πλείστων ὁ Βαῖτις, καὶ ἀναπλεῖται σχεδόν τι ἐπὶ χιλίους καὶ διακοσίους σταδίους ἐκ θαλάττης μέχρι Κορδύβης καὶ τῶν μικρὸν ἐπάνω τόπων. καὶ δὴ καὶ ἐξείργασται περιττῶς ἥ τε παραποταμία καὶ τὰ ἐν τῷ ποταμῷ νησίδια. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ τῆς ὄψεως τερπνόν, ἄλσεσι καὶ ταῖς ἄλλαις φυτουργίαις ἐκπεπονημένων τῶν χωρίων. μέχρι μὲν οὖν Ἱσπάλιος ὁλκάσιν ἀξιολόγοις ὁ ἀνάπλους ἐστὶν ἐπὶ σταδίους οὐ πολὺ λείποντας τῶν πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ τὰς ἄνω πόλεις μέχρι Ἰλίπας ταῖς ἐλάττοσι, μέχρι δὲ Κορδύβης τοῖς ποταμίοις σκάφεσι, πηκτοῖς μὲν τὰ νῦν, τὸ παλαιὸν δὲ καὶ μονοξύλοις· τὸ δ' ἄνω τὸ ἐπὶ Καστλῶνος οὐκ ἔστι πλόϊμον· παράλληλοι δέ τινες ῥάχεις ὀρῶν παρατείνουσι τῷ ποταμῷ, μᾶλλόν τε καὶ ἧττον αὐτῷ συνάπτουσαι πρὸς βορρᾶν, μετάλλων πλήρεις. πλεῖστος δ' ἐστὶν ἄργυρος ἐν τοῖς κατὰ Ἴλιπαν τόποις καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα, τόν τε παλαιὸν λεγόμενον καὶ τὸν νέον· κατὰ δὲ τὰς Κωτίνας λεγομένας χαλκός τε ἅμα γεννᾶται καὶ χρυσός. ἐν ἀριστερᾷ μὲν οὖν ἐστι τοῖς ἀναπλέουσι τὰ ὄρη ταῦτα, ἐν δεξιᾷ δὲ πεδίον μέγα καὶ ὑψηλὸν καὶ εὔκαρπον καὶ μεγαλόδενδρον καὶ εὔβοτον. ἔχει δὲ καὶ

tem quæ fluminibus, æstuariis aut mari appositæ sunt, ob usum rerum. Maxime autem gloria ac potentia crevit Corduba, Marcelli opus, et Gaditanorum urbs: hæc quidem ob navigationes, et quod Romanis se sociam præbuit; illa ob agri bonitatem ac amplitudinem, magnam quoque partem Bæti fluvio conferente: inhabitaruntque eam ab initio delecti Romanorum et indigenarum viri, primamque eo istis in regionibus coloniam Romani deduxerant. Post hanc et Gaditanorum urbem Hispalis claret, ipsa quoque Romanorum colonia; ac nunc quidem emporium ibi durat, honore autem et recenti militum Cæsaris eo missorum inhabitatione Bætis [?] præcellit, quamvis non splendide condita.

2. Post has Italica et Ilipa supra Bætin sitæ: Astigis [*codd.* Astinas] ab eo remotior, et Carmon, et Obulco: præterea in quibus Pompeii filii debellati sunt, Munda, Ategua [*codd.* Atetua], Urso, Tuccis, Ulia [*codd.* Julia, Ægua [Esgua?]. Omnes hæ non procul a Corduba distant. Munda quodammodo hujus regionis metropolis est, distans a Carteia stadia circiter mille [al. *codd.* sexies mille; *fort.* triginta] et quadringenta. Huc fugit Cn. Pompeius prælio victus, indeque navi avectus quum in montana quædam mari imminentia egressus esset, occisus est. Sextus autem frater ejus Corduba elapsus, non diu inde in Hispania bellum sustinens, postea Siciliam ad defectionem concitavit: indeque in Asiam profugiens, captus ab Antonii legatis apud Miletum [*imo* Midaeum *in Phrygia*] vitam amisit. In Celticis notissima urbs est Conistorgis [*codd.* Conistorsis]. Ad æstuaria autem Asta, in quam Gaditani [*vulgo* Turditani; *codd.* Tungaditani] conveniunt, sitam supra navale insulæ stadiis non multo pluribus quam centum.

3. Accolitur a plurimis Bætis, navigaturque sursum ad stadia mille et ducenta a mari usque et ad Cordubam et paulo superiora loca. Ædificata sunt diligentissime tum quæ in ripa sita sunt, tum parvæ in flumine insulæ: acceditque spectandi amœnitas, locis istis lucorum et alia stirpium plantatione excultis. Hispalin usque sursum navigatur grandibus onerariis pæne ad quingenta stadia: ad superiores autem urbes Ilipam usque minoribus; inde ad Cordubam usque scaphis fluvialibus, compactis nostra ætate, olim autem etiam lintribus. Superiores autem partes quæ sunt ad Castlonem [*codd.* Clastonem], navigari non possunt: sed dorsa quædam montium utrinque parallelo decursu, modo magis modo minus appropinquantia, juxta fluvium protenduntur versus boream, plena metallorum. Plurimum argenti est in locis circa Ilipam et Sisaponem tam veterem quam novum. Apud Cotinas quas vocant æs simul aurumque nascitur. Ii montes sursum navigantibus ad sinistram sunt: ad dextram autem planities magna, excelsa, fertilis, magnis consita arboribus, et pascuis apta. Navigari quoque Anas potest, sed neque tam

ὁ Ἄνας ἀνάπλουν· οὔτε δὲ τηλικούτοις σκάφεσιν, οὔτ' ἐπὶ τοσοῦτον. ὑπέρκειται δὲ καὶ τούτου μεταλλείας ἔχοντα ὄρη, καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Τάγον. τὰ μὲν οὖν τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία ἀνάγκη τραχέα τε εἶναι καὶ παράλυπρα, οἷάπερ καὶ τὰ τῇ Καρπητανίᾳ συνάπτοντα, καὶ ἔτι μᾶλλον τοῖς Κελτίβηρσι. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ Βαιτουρία, ξηρὰ ἔχουσα πεδία τὰ παρήκοντα τῷ Ἄνᾳ.

4. Αὐτὴ δ' ἡ Τουρδητανία θαυμαστῶς εὐτυχεῖ· παμφόρου δ' οὔσης αὐτῆς, ὡσαύτως δὲ καὶ πολυφόρου, διπλασιάζεται τὰ εὐτυχήματα ταῦτα τῷ ἐκκομισμῷ· τὸ γὰρ περιττεῦον τῶν καρπῶν ἀπεμπολεῖται ῥᾳδίως τῷ πλήθει τῶν ναυκληριῶν. ποιοῦσι δὲ τοῦτο οἵ τε ποταμοὶ καὶ αἱ ἀναχύσεις, ὡς εἶπον, ἐμφερεῖς τοῖς ποταμοῖς οὖσαι καὶ ἀναπλεόμεναι παραπλησίως ἐκ θαλάττης οὐ μικροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις σκάφεσιν εἰς τὰς ἐν τῇ μεσογαίᾳ πόλεις. ἅπασα γάρ ἐστι πεδιὰς ἡ ὑπὲρ τῆς παραλίας ἐπὶ πολὺ τῆς μεταξὺ τοῦ τε Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ Στηλῶν. ἐνταῦθα δὲ πολλαχοῦ κοιλάδες εἰς τὴν μεσόγαιαν ἐκ τῆς θαλάττης ἀνέχουσι, φάραγξι μετρίαις ἢ ῥείθροις ἐοικυῖαι ποταμίοις, ἐκτεταμέναι ἐπὶ πολλοὺς σταδίους· ταύτας δὲ πληροῦσιν αἱ τῆς θαλάττης ἐπιβάσεις κατὰ τὰς πλημμυρίδας, ὥστ' ἀναπλεῖσθαι μηδὲν ἧττον ἢ τοὺς ποταμούς, ἀλλὰ καὶ βέλτιον· τοῖς γὰρ κατάπλοις ἔοικε τοῖς ποταμίοις, ἀντικόπτοντος μὲν οὐδενός, ἐπουρίζοντος δὲ τοῦ πελάγους καθάπερ τοῦ ποταμίου ῥεύματος διὰ τὴν πλημμυρίδα. αἱ δ' ἐπιβάσεις μείζους εἰσὶν ἐνταῦθα ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ὅτι εἰς πόρον συνωθουμένη στενὸν ἡ θάλαττα ἐκ μεγάλου πελάγους, ὃν ἡ Μαυρουσία ποιεῖ πρὸς τὴν Ἰβηρίαν, ἀνακοπὰς λαμβάνει, καὶ φέρεται πρὸς τὰ εἴκοντα μέρη τῆς γῆς εὐπετῶς. ἔνιαι μὲν οὖν τῶν τοιούτων κοιλάδων κενοῦνται κατὰ τὰς ἀμπώτεις, τινὰς δ' οὐ παντάπασιν ἐπιλείπει τὸ ὕδωρ, ἔνιαι δὲ καὶ νήσους ἀπολαμβάνουσιν ἐν ἑαυταῖς. τοιαῦται μὲν οὖν εἰσιν αἱ ἀναχύσεις αἱ μεταξὺ τοῦ τε Ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν Στηλῶν, ἐπίδοσιν ἔχουσαι σφοδροτέραν παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις· ἡ τοιαύτη δ' ἐπίδοσις ἔχει μέν τι καὶ πλεονέκτημα πρὸς τὰς χρείας τῶν πλοϊζομένων· πλείους γὰρ καὶ μείζους ποιεῖ τὰς ἀναχύσεις, πολλάκις καὶ ἐπὶ † ὀκτὼ σταδίους ἀναπλεομένας, ὥστε τρόπον τινὰ πᾶσαν πλωτὴν παρέχεται τὴν γῆν καὶ εὐπετῆ πρός τε τὰς ἐξαγωγὰς τῶν φορτίων καὶ τὰς εἰσαγωγάς. ἔχει δέ τι καὶ ὀχληρόν· αἱ γὰρ ἐν τοῖς ποταμοῖς ναυτιλίαι (αἱ) διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πλημμυρίδος ἰσχυρότερον τῇ ῥύσει τῶν ποταμῶν ἀντιπνέουσαν κίνδυνον οὐ μικρὸν ταῖς ναυκληρίαις ἐπιφέρουσι, καταχομιζομέναις τε ὁμοίως καὶ ἀνακομιζομέναις. αἱ δὲ ἀμπώτεις ἐν ταῖς ἀναχύσεσίν εἰσι βλαβεραί· ταῖς γὰρ πλημμυρίσιν ἀνὰ λόγον καὶ αὐταὶ παροξύνονται, διά τε τὸ τάχος καὶ ἐπὶ ξηρᾶς πολλάκις ἐγκατέλιπον τὴν ναῦν. τά τε βοσκήματα εἰς τὰς νήσους διαβαίνοντα τὰς (πρὸ τῶν ποταμῶν) πρὸ τῶν ἀναχύσεων τοτὲ μὲν οὖν καὶ ἐπεκλύσθη, τοτὲ δὲ ἀπελήφθη, βιαζόμενα δ' ἐπανελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ διεφθάρη· τὰς δὲ βοῦς φασι καὶ τετηρηκυίας τὸ

magnis navibus, neque ad tantum spatium. Superjacent autem huic quoque montes secturas habentes metallicas, qui ad Tagum pertingunt. Loca in quibus metalla sint, necesse est aspera esse et sterilia fere, qualia sunt Carpetaniæ contigua, magisque etiam ea quæ Celtiberiam tangunt. Talis ergo est etiam Bæturia, siccos habens campos juxta Anam porrectos.

4. Ipsa autem Turdetania mirum in modum est opulenta, et quum omnis generis fruges ferat et sit feracissima, commoda hæc ejus exportatione rerum duplicantur : nam ob multitudinem mercatorum navigantium facile quod abundat fructuum divenditur. Navigationibus autem non flumina modo inserviunt, sed et æstus effusiones amnium, ut dixi, similes, per quas eodem modo navigatur a mari non exiguis tantum, sed magnis quoque lembis ad urbes mediterraneas. Nam supra maritimam oram quæ est inter Sacrum promontorium et Columnas, omnis regio campestris est late. Ibi multis in locis cavitates a mari in terram protenduntur, mediocribus convallibus, aut etiam fluviorum alveis similes, in multa porrectæ stadia : eas incrementa maris implent æstu appellente, ut non minus quam per amnes possit per eas navigari; atque adeo melius. Secundis enim amnium navigationibus similes sunt, nulla re impediente, et mari ob affluxum æstus leniter impellente, sicut fit in defluxu fluviorum. Porro maris incrementa hic quam alibi sunt majora, quia ex magna latitudine alti in arctum meatum mare coactum, quem ad Hispaniam Mauritania facit, repercutitur, et facile defertur ad terræ partes concedentes. Porro harum cavitatum quædam evacuantur quum mare resorbetur, nonnullas aqua nunquam prorsus deserit, nonnullæ etiam insulas in se continent. Tales ergo sunt maris effusiones inter Sacrum promontorium et Columnas, vehementius habentes quam alibi fiat incrementum. Atque hoc maximum affert navigantium usibus commodum : nam plures ac majores facit effusiones, sæpe ad octo [centum?] usque stadia navigabiles, ut quodammodo totam faciat terram navigabilem et exportandis importandisque mercibus aptam. Habent autem etiam aliquid molestum : navigationes enim in amnibus ob vehementiam exundationis validius fluxui amnium obnitentem haud leve periculum sursum deorsumve navigantibus objiciunt. Et defluxus maris in effusionibus istis sunt damnosi : nam eadem qua affluxus ratione et ipsi incitantur, atque ob celeritatem non raro in sicco destituunt naves; pecus quod porro ante affluxum in insulas ad amnem sitas transiverat, id aliquando illuvie obruitur, aliquando intercipitur, vique transire frustra conatum interit; aiuntque boves observato

συμβαῖνον περιμένειν τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης, καὶ τότε ἀπαίρειν εἰς τὴν ἤπειρον.

5. Καταμαθόντες δ' οὖν τὴν φύσιν τῶν τόπων οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰς ἀναχύσεις ὁμοίως ὑπουργεῖν τοῖς ποταμοῖς δυναμένας πόλεις ἔκτισαν ἐπ' αὐτῶν καὶ ἄλλας κατοικίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν· τούτων δ' ἐστὶν ἥ τε Ἄστα καὶ Νάβρισσα καὶ Ὄνοβα καὶ [Ὀσ]σόνοβα καὶ Μαίνοβα καὶ ἄλλαι πλείους. προσλαμβάνουσι δὲ καὶ διώρυγες ἔσθ' ὅπου γεγονυῖαι τῷ πολλαχόθεν εἶναι καὶ πολλαχόσε τὴν κομιδὴν καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς ἔξω. καὶ αἱ σύρροιαι δὲ ὡσαύτως ὠφελοῦσι κατὰ τὰς ἐπὶ πολὺ πλήμας, (διειργομένας ὑπὸ) τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους (καὶ) πλωτοὺς ἀπεργαζομένας, ὥστε πορθμεύεσθαι καὶ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὰς ἀναχύσεις κἀκεῖθεν δεῦρο. ἅπασα δ' ἡ ἐμπορία πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ καὶ τὴν Ῥώμην, ἔχουσα τὸν πλοῦν μέχρι τῶν Στηλῶν ἀγαθόν (πλὴν εἴ τίς ἐστι περὶ τὸν πορθμὸν δυσκολία) καὶ τὸν πελάγιον τὸν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ. διὰ γὰρ εὐδίου κλίματος οἱ δρόμοι συντελοῦνται, καὶ μάλιστα τῷ πελαγίζοντι· τοῦτο δὲ πρόσφορόν ἐστι ταῖς ἐμπορικαῖς ὁλκάσιν. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄνεμοι τάξιν οἱ πελάγιοι. πρόσεστι δὲ καὶ ἡ νῦν εἰρήνη, τῶν λῃστηρίων καταλυθέντων, ὥσθ' ἡ σύμπασα ὑπάρχει ῥᾳστώνη τοῖς πλοϊζομένοις. ἴδιον δέ τί φησι Ποσειδώνιος τηρῆσαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν τὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας, ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος ἕως τοῦ Σαρδῴου κόλπου πνέοιεν ἐτησίαι· διὸ καὶ τρισὶ μησὶν εἰς Ἰταλίαν καταραι μόλις παραδιενεχθεὶς περί τε τὰς Γυμνησίας νήσους καὶ περὶ Σαρδόνα καὶ τὰ ἄλλα ἀπαντικρὺ τούτων μέρη τῆς Λιβύης.

6. Ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς Τουρδητανίας σῖτός τε καὶ οἶνος πολὺς καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον· καὶ κηρὸς δὲ καὶ μέλι καὶ πίττα ἐξάγεται καὶ κόκκος πολλὴ καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς. τά τε ναυπήγια συνιστᾶσιν αὐτόθι ἐξ ἐπιχωρίας ὕλης, ἅλες τε ὀρυκτοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσι καὶ ποταμῶν ἁλμυρῶν ῥεύματα οὐκ ὀλίγα, οὐκ ὀλίγη δὲ οὐδὲ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία οὐκ ἔνθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἄλλης τῆς ἐκτὸς Στηλῶν παραλίας, οὐ χείρων τῆς Ποντικῆς. πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο, νῦν δὲ ἔρια † μᾶλλον τῶν Κοραξῶν. καὶ ὑπερβολή τίς ἐστι τοῦ κάλλους· ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας. ὑπερβολὴ δὲ καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων, ἅπερ οἱ † Σαλτιῆται κατασκευάζουσιν. ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων ἀφθονία παντοίων καὶ κυνηγεσίων. τῶν δ' ὀλεθρίων θηρίων σπάνις πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων, οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι· λυμαίνονται γὰρ καὶ φυτὰ καὶ σπέρματα ῥιζοφαγοῦντες· καὶ τοῦτο συμβαίνει καθ' ὅλην τὴν Ἰβηρίαν σχεδόν, διατείνει δὲ καὶ μέχρι Μασσαλίας, ὀχλεῖ δὲ καὶ τὰς νήσους. οἱ δὲ τὰς Γυμνησίας οἰκοῦντες λέγονται πρεσβεύσασθαί ποτε πρὸς Ῥωμαίους κατὰ χώρας αἴτησιν· ἐκβάλλεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ζῴων τούτων, ἀντέχειν μὴ δυνάμενοι διὰ τὸ πλῆθος. πρὸς μὲν οὖν τὸν τοσοῦτον ἴσως πόλεμον, ὃς οὐκ ἀεὶ συμβαίνει,

eo casu, recessum maris operiri, atque tum in continentem abire.

5. Ergo homines locorum natura cognita, quum viderent effusiones istas ministerium fluviorum implere posse, urbes in iis locis condiderunt et domicilia, sicut ad fluvios, quarum sunt Asta, Nabrissa, Onoba, Ossonoba, Mænoba, aliæque plures. Adjuvant et fossæ quibusdam in locis actæ, quia multis de locis hinc inde merces trahuntur, et inter incolas, et ad exteros : similiter prosunt etiam confluxus in exundationibus, quæ isthmos dirimentes, navigabiles faciunt, ut etiam ex fluminibus ad effusiones hinc inde navigari possit. Omnis autem negotiatio est versus Italiam et Romam, habetque navigationem usque ad Columnas commodam (nisi si qua est ad Fretum difficultas) et in alto nostri maris. Per tranquillum enim clima cursus est, maxime altum mare navigantibus, quod commodum est mercatoriis onerariis : habent et venti altum mare perflantes suum ordinem : accedit etiam quod nunc pax est, abolitis latrociniis : itaque summa est navigantibus securitas. Peculiare autem aliquid se in navigatione ex Hispania observasse scribit Posidonius, nimirum in illo mari usque ad sinum Sardoum Euros stato anni tempore spirare : itaque se tribus vix mensibus in Italiam pervenisse, jactatum et circa Gymnesias, et juxta Sardiniam, aliaque e regione horum loca Africæ.

6. Exportatur e Turdetania multum frumenti ac vini, oleumque non multum modo, sed et optimum : præterea cera, mel, pix, et coccus multus, et minium Sinopica terra non deterius. Naves conficiunt ex indigena materia, habentque et sales fossiles, et fluviorum salsorum fluxus non paucos : tum salsamenta copiosa non inde modo habentur, sed et ex reliqua extra Columnas ora, nihil cedentia bonitate Ponticis. Quondam etiam multum vestium avehebatur, nunc lanæ majore copia quam a Coraxis [lanæ Coraxorum lana præstantiores? *Coraxi gens Caucasi*] : eæque summa sunt pulchritudine : adeoque talento aries emitur qui oves ineat. Summa etiam præstantia est tenuium textorum quæ faciunt Saltietæ [Saltigetæ *vel* Saltigani?]. Est ingens ibi pecoris omnigeni copia, et venandi materies. Perniciosas habet bestias fere nullas, exceptis cuniculis terram fodientibus, quos quidam leberides nominant : ii enim radices vorantes stirpibus seminibusque nocent. Idque usu venit per omnem prope Hispaniam, et ad Massiliam usque; quin et insulas infestant : traditumque memoriæ est, Gymnesiarum insularum incolas aliquando missis legatis petiisse a Romanis terram sibi habitandam, quod sua se ab his animalibus pelli, neque eorum multitudini resistere posse dicerent. Et sane tali auxilio opus esse potest, quum, quod non semper fit, tanta multitudine tanquam bello aut peste grassantur [?] veluti serpentes et mu-

† φθόρον δέ τινι λοιμικῇ, καθάπερ ὄφεων καὶ μυῶν τῶν ἀρουραίων, χρεία τῆς τοσαύτης ἐπικουρίας, πρὸς δὲ τὸ μέτριον ἐξεύρηνται πλείους θῆραι· καὶ δὴ καὶ γαλᾶς ἀγρίας, ἃς ἡ Λιβύη φέρει, τρέφουσιν ἐπίτηδες· ἃς φιμώσαντες παρίασιν εἰς τὰς ὀπάς· αἱ δ' ἐξέλκουσιν ἔξω τοῖς ὄνυξιν, οὓς ἂν καταλάβωσιν, ἢ φεύγειν ἀναγκάζουσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἐκπεσόντας δὲ θηρεύουσιν οἱ ἐφεστῶτες. τὴν δὲ ἀφθονίαν τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Τουρδητανίας ἐμφανίζει τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν ναυκληρίων· ὁλκάδες γὰρ μέγισται παρὰ τούτων πλέουσιν εἰς Δικαιαρχίαν καὶ τὰ Ὤστια, τῆς Ῥώμης ἐπίνειον· τὸ δὲ πλῆθος μικροῦ δεῖν ἐνάμιλλον τοῖς Λιβυκοῖς (ἐκπολλαπλασίασις).

7. Τοιαύτης δὲ τῆς μεσογαίας οὔσης τῆς ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ, καὶ τὴν παράλιον ἐνάμιλλον εὕροι τις ἂν τοῖς ἐκ θαλάττης ἀγαθοῖς. τά τε γὰρ ὀστρεώδη πάντα καὶ κογχοειδῆ καὶ τοῖς πλήθεσιν ὑπερβάλλει καὶ τοῖς μεγέθεσι καθόλου κατὰ τὴν ἔξω θάλατταν πᾶσαν, ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως, ἅτε καὶ τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων ἐνταῦθα αὐξομένων, ἅς εἰκὸς αἰτίας εἶναι καὶ τοῦ πλήθους καὶ τοῦ μεγέθους διὰ τὴν γυμνασίαν. ὡς δ' αὔτως ἔχει καὶ περὶ τῶν κητέων ἁπάντων, ὀρύγων τε καὶ φαλαινῶν καὶ φυσητήρων, ὧν ἀναφυσησάντων φαίνεταί τις νεφώδους ὄψις κίονος τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι· καὶ οἱ γόγγροι δὲ ἀποθηριοῦνται, πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ αἱ σμύραιναι καὶ ἄλλα πλείω τῶν τοιούτων ὄψων. ἐν δὲ Καρτηΐᾳ κήρυκας δεκακοτύλους καὶ πορφύρας φασίν· ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζους ὀγδοήκοντα μνῶν τὴν σμύραιναν καὶ τὸν γόγγρον, ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα, διπήχεις δὲ τὰς τευθίδας καὶ τὰ παραπλήσια. πολὺς δὲ καὶ ὁ θύννος συνελαύνεται δεῦρο ἀπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἔξωθεν παραλίας πίων καὶ παχύς. τρέφεται δὲ βαλάνῳ δρυΐνῃ φυομένῃ κατὰ τῆς θαλάττης χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασιν, ἀδρότατον δ' ἐκφερούσῃ καρπόν. ἥπερ καὶ ἐν τῇ γῇ φύεται πολλὴ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ῥίζας μὲν ἔχουσα μεγάλας ὡς ἂν τελείας δρυός, ἐξαιρομένη δὲ ἐκ θάμνου ταπεινῆς ἧττον· τοσοῦτον δ' ἐκφέρει καρπόν, ὥστε μετὰ τὴν ἀκμὴν πλήρη τὴν παραλίαν εἶναι τήν τε ἐντὸς καὶ τὴν ἐκτὸς Στηλῶν, ἣν ἐκβάλλουσιν αἱ πλῆμαι· ἡ δ' ἐντὸς Στηλῶν ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται. λέγει δ' ὁ Πολύβιος καὶ μέχρι τῆς Λατίνης ἐκπίπτειν τὴν βάλανον ταύτην, εἰ μὴ ἄρα, φησί, καὶ ἡ Σαρδὼ φέρει καὶ ἡ πλησιόχωρος ταύτῃ. καὶ οἱ θύννοι δ' ὅσῳ πλεῖον συνεγγίζουσι ταῖς Στήλαις ἔξωθεν φερόμενοι, τοσῷδ' ἰσχναίνονται πλεῖον, τῆς τροφῆς ἐπιλειπούσης· εἶναί τε † παρὰ θαλάττιον ὗν τὸ ζῷον τοῦτο· ἥδεσθαι γὰρ τῇ βαλάνῳ καὶ πιαίνεσθαι διαφερόντως ἀπ' αὐτῆς, φορᾶς τε τῆς βαλάνου γενομένης, φορὰν καὶ τῶν θύννων εἶναι.

8. Τοσούτοις δὲ τῆς προειρημένης χώρας ἀγαθοῖς κεχορηγημένης, οὐχ ἥκιστα, ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἀποδέξαιτ' ἄν τις καὶ θαυμάσειε τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές· ἅπασα μὲν γὰρ μεστὴ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ τῶν Ἰβήρων χώρα, οὐ πᾶσα δ' εὔκαρπος οὐδ' εὐδαίμων οὕ-

res terrestres : sed ubi mediocriter habet res, inventæ sunt jam cuniculos venandi plures rationes : quarum est, quod feles Africos feros ad hunc ipsum usum alunt, et ore obligato in foramina immittunt, qui unguibus extrahunt cuniculos inventos, aut in superficiem expellunt, ubi ab astantibus captantur. Abundantiam vero eorum quæ ex Turdetania exportantur, navium magnitudo et multitudo indicat : maximæ enim onerariæ naves inde ad Dicæarchiam et Ostia, quod est Romæ navale, advehuntur, tanto numero, ut jam cum Africis certare possint.

7. Quum hic sit status mediterraneorum Turdetaniæ, ora ejus maritima opibus maritimis cum ea quasi certare videtur. In universum enim exterum mare totum omni ostreorum concharumque abundat genere, numero et magnitudine : verum ad Turdetaniam id maxime fit, quippe maris affluxu ac refluxu ibi augescente, quam causam apparet esse multitudinis ac magnitudinis istarum rerum ob exercitationem quæ fit motu aquarum. Idem intelligendum de cetorum omnibus generibus, orygibus, balænis et physeteribus, qui quum efflant, eminus intuentibus species quædam nubis in columnæ *formam coactæ videtur* : quin et congri ibi in belluas abeunt, longe nostrorum magnitudinem supergressi : et murenæ sunt ibi, aliique plures id genus pisces. Apud Carteiam buccinæ et purpuræ inveniri dicuntur, decem cotylas implentes : et in exterioribus locis murenæ congrique qui appendunt plus quam octoginta minas, polypos qui talentum; bicubitales teuthidas, aliosque id genus pisces. Huc etiam plurimi thynni compelluntur, ab reliquis externi maris litoribus pingues et crassi. Nutriuntur glande querna, quæ in mari nascitur humilis plane, sed prægrandem generans fructum : hæc arbor etiam in mediterraneis per Hispaniam frequens nascitur, magna radice, ut quercus perfectæ, sed a stirpe surgit minus quam humilis quercus : tantum autem fert fructus, ut post maturitatem litus maris intra extraque Columnas oppleatur eo alluvie ejecto : semper tamen minor invenitur quæ intra Columnas nascitur. Polybius tradit, hanc glandem etiam in Latium usque ejici, nisi forte, inquit, Sardinia etiam eam generat et vicina huic loca. Ceterum thynni quanto magis ad Columnas accedunt, tanto fiunt tenuiores, defectu nutrimenti. Fertur que hoc animal esse tanquam suem marinam : nam glande delectari atque ea admodum pinguescere : et quando glandium copia nascatur, multos etiam nasci thynnos.

8. Quum autem Turdetaniæ tot bona suppeditent, non levi, sed maxima cum admiratione observet aliquis quod ita ferax sit metallorum. Etenim metallis quidem plena est tota Hispania : at non omnes regiones ita frugiferæ sunt

τως, καὶ μάλιστα ἡ τῶν μετάλλων εὐποροῦσα. σπάνιον δ' ἐν ἀμφοτέροις εὐτυχεῖν· σπάνιον δὲ καὶ τὸ τὴν αὐτὴν ἐν ὀλίγῳ χωρίῳ παντοίοις πληθύνειν μετάλλοις. ἥ τε Τουρδητανία καὶ ἡ προσεχὴς αὐτῇ λόγον οὐδένα ἄξιον καταλείπει περὶ τήνδε τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐπαινεῖν βουλομένοις. οὔ τε γὰρ χρυσός, οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ δὴ χαλκός, οὐδὲ σίδηρος οὐδαμοῦ τῆς γῆς οὔτε τοσοῦτος οὔθ' οὕτως ἀγαθὸς ἐξήτασται γεννώμενος μέχρι νῦν. ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύρεται· καταφέρουσι δ' οἱ ποταμοὶ καὶ οἱ χείμαρροι τὴν χρυσῖτιν ἄμμον, πολλαχοῦ καὶ ἐν τοῖς ἀνύδροις τόποις οὖσαν, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀφανής ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς ἐπικλύστοις ἀπολάμπει τὸ τοῦ χρυσοῦ ψῆγμα· καὶ τοὺς ἀνύδρους δὲ φορητῷ ἐπικλύζοντες ὕδατι στιλπνὸν ποιοῦσι τὸ ψῆγμα, καὶ φρέατα δ' ὀρύσσοντες καὶ ἄλλας τέχνας ἐπινοοῦντες πλύσει τῆς ἄμμου τὸν χρυσὸν ἐκλαμβάνουσι, καὶ πλείω τῶν χρυσωρυχείων ἐστὶ νῦν τὰ χρυσοπλύσια προσαγορευόμενα. ἀξιοῦσι δὲ Γαλάται † τὰ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι τὰ μέταλλα ἐν τῷ Κεμμένῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῇ κείμενα τῇ Πυρήνῃ· τὸ μέντοι πλεῖον τἀντεῦθεν εὐδοκιμεῖ. ἐν δὲ τοῖς ψήγμασι τοῦ χρυσίου φασὶν εὑρίσκεσθαί ποτε καὶ ἡμιλιτριαίας βώλους, ἃς καλοῦσι πάλας, μικρᾶς καθάρσεως δεομένας. φασὶ δὲ καὶ λίθων σχιζομένων εὑρίσκειν βωλάρια θηλαῖς ὅμοια· ἐκ δὲ τοῦ χρυσοῦ ἑψομένου καὶ καθαιρομένου στυπτηριώδει τινὶ γῇ τὸ κάθαρμα ἤλεκτρον εἶναι· πάλιν δὲ τούτου καθεψομένου, μῖγμα ἔχοντος ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, τὸν μὲν ἄργυρον ἀποκαίεσθαι, τὸν δὲ χρυσὸν ὑπομένειν· εὐδιάχυτος γὰρ † ὁ τύπος καὶ λιπώδης· διὰ τοῦτο καὶ τῷ ἀχύρῳ τήκεται μᾶλλον ὁ χρυσός, ὅτι ἡ φλόξ, μαλακὴ οὖσα, συμμέτρως ἔχει πρὸς τὸ εἶκον καὶ διαχεόμενον ῥᾳδίως, ὁ δὲ ἄνθραξ ἐπαναλίσκει πολύ, ὑπερτήκων τῇ σφοδρότητι καὶ ἐξαίρων. ἐν δὲ τοῖς ῥείθροις σύρεται καὶ πλύνεται πλησίον ἐν σκάφαις, ἢ ὀρύττεται φρέαρ, ἡ δὲ ἀνενεχθεῖσα γῆ πλύνεται. τὰς δὲ τοῦ ἀργύρου καμίνους ποιοῦσιν ὑψηλάς, ὥστε τὴν ἐκ τῶν βώλων λιγνὺν μετέωρον ἐξαίρεσθαι· βαρεῖα γάρ ἐστι καὶ ὀλέθριος. τῶν δὲ χαλκουργείων τινὰ καλεῖται χρυσεῖα, ἐξ ὧν τεκμαίρονται χρυσὸν ἐξ αὐτῶν ὀρύττεσθαι πρότερον.

9. Ποσειδώνιος δέ, τὸ πλῆθος τῶν μετάλλων ἐπαινῶν καὶ τὴν ἀρετήν, οὐκ ἀπέχεται τῆς συνήθους ῥητορείας, ἀλλὰ συνενθουσιᾷ ταῖς ὑπερβολαῖς. οὐ γὰρ ἀπιστεῖν τῷ μύθῳ φησίν, ὅτι τῶν δρυμῶν ποτε ἐμπρησθέντων ἡ γῆ ταχεῖσα, ἅτε ἀργυρῖτις καὶ χρυσῖτις, εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξέζεσε διὰ τὸ πᾶν ὄρος καὶ πάντα βουνὸν ὕλην εἶναι νομίσματος ὑπό τινος ἀφθόνου τύχης σεσωρευμένην. καθόλου δ' ἂν εἶπε, φησίν, ἰδών τις τοὺς τόπους, θησαυροὺς εἶναι φύσεως ἀενάους ἢ ταμιεῖον ἡγεμονίας ἀνέκλειπτον· οὐ γὰρ πλουσία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπόπλουτος ἦν, φησίν, ἡ χώρα, καὶ παρ' ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον οὐχ ὁ Ἅδης, ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ. τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων, ὡς ἂν ἐκ μετάλλου καὶ αὐτὸς πολλῷ χρώμενος τῷ λόγῳ. τὴν δ' ἐπιμέλειαν φράζων τὴν τῶν μεταλλευόν-

ac felices, minimumque eæ quæ metallis abundant. Rarum nimirum est quum metallorum habere tum frugum copiam: rarum etiam in exigua regione opes omnis generis metallorum habere. At Turdetania eique contigua regio ita utraque re abundat, ut nulla satis digna laudatio præstantiæ earum institui possit. Nondum enim adhuc compertum est ullibi terrarum aurum, argentum, æs, ferrum tanta quum copia tum bonitate gigni atque hic. Aurum non effoditur modo, sed etiam verritur: flumina et torrentes auro permixtam arenam volvunt; multis etiam in locis aquæ expertibus arena talis reperitur: verum ibi aurum non apparet, in locis autem irriguis ramenta auri fulgent: atque arenas nulla aqua madentes illata aqua humectant, itaque ramenta auri ut splendeant efficiunt: quin et puteis actis, aliisque excogitatis artibus, abluenda arena aurum excipiunt; et plura nunc sunt loca in quibus elavetur, quam in quibus effodiatur aurum. Asserunt quidem Galli apud se esse *præstantiora* metalla in Cemmeno monte, et quæ sub ipsam sita sunt Pyrenen: tamen quod ex Hispania petitur magis laudatur. Ceterum inter auri ramenta aiunt inventas aliquando selibres glebas, quas ipsi palas nominant, exigua purgatione indigentes. Ferunt etiam lapidibus fissis inveniri glebulas uberibus similes. Porro auro cocto et purgato aluminosa quadam terra, electrum esse id quod purgando rejicitur; quo quum habeat argenti aurique mixturam, iterum cocto argentum quidem comburi, aurum autem permanere: nam ..... facile fundi et liquefieri potest. Itaque etiam paleâ facilius liquefit aurum, quia flamma mollis quum sit, proportionem habet temperatam ad id quod cedit et facile funditur, carbo autem multum absumit, nimis colliquans sua vehementia et elevans. In fluviorum alveis terra verritur et prope lavatur in scaphis; aut puteo acto, terra inde egesta lavatur. Argenti autem caminos faciunt sublimes, ita ut fuligo a glebis in altum efferatur; est enim gravis ea ac pestilens. Ærariarum officinarum quædam vocantur aurariæ, unde conjiciunt prius aurum inde fuisse effossum.

9. Posidonius vero multitudinem metallorum laudans et præstantiam, non abstinet solita sibi sermonis exornatione, sed nimiis amplificationibus quasi instinctu quodam poetico rapitur. Ait enim se fidem huic fabulæ non derogare, quod nemoribus aliquando inflammatis, terra argento auroque abundans liquefacta in superficiem ea metalla effervescendo ejecerit: quia omnis mons et omnis collis locupletissimæ cujusdam fortunæ dono sit nomismatis materia cumulatus: omninoque, ait, videns aliquis ista loca, dixerit thesauros esse perennes naturæ, aut principatus ærarium perpetuum: non enim dives modo, inquit, terra illa est, sed et infra se opes habet conditas: et revera apud istos homines infra terram non Hades, sed Pluto (sive Dis *quasi* dives) habitat. Sic ille oratione omnibus rhetorices numeris absoluta de his rebus loquitur, quasi ex metallis et ipse copiosa verba extulerit. Diligentiam porro fodientium

των παρατίθησι τὸ τοῦ Φαληρέως, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν Ἀττικῶν ἀργυρείων οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἂν προσδοκώντων αὐτὸν ἀνάξειν τὸν Πλούτωνα· καὶ τούτων οὖν ἐμφανίζει παραπλησίαν τὴν σπουδὴν καὶ τὴν φιλεργίαν, σκολιὰς τεμνόντων καὶ βαθείας τὰς σύριγγας, καὶ πρὸς τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναντλούντων κοχλίαις. † τὸν δόλον οὐ ταὐτὸν εἶναι τούτοις που καὶ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν· ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησίν, οὐκ ἔλαβον, ὅσα δὲ εἶχον, ἀπέβαλον· τούτοις δ' ὑπεράγαν λυσιτελῆ, τοῖς μὲν χαλκουργοῖς τέταρτον μέρος ἐξάγουσι τῆς γῆς τὸν χαλκόν, τῶν δ' ἀργυρευόντων τισὶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαίρουσι. τὸν δὲ καττίτερον οὐκ ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν, ὡς τοὺς ἱστορικοὺς θρυλεῖν, ἀλλ' ὀρύττεσθαι· γεννᾶσθαι δ' ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάροις καὶ ἐν ταῖς Καττιτερίσι νήσοις, καὶ ἐκ τῶν Βρεττανικῶν δὲ εἰς τὴν Μασσαλίαν κομίζεσθαι. ἐν δὲ τοῖς Ἀρτάβροις, οἳ τῆς Λυσιτανίας ὕστατοι πρὸς ἄρκτον καὶ δύσιν εἰσίν, ἐξανθεῖν φησιν τὴν γῆν ἀργυρίῳ, καττιτέρῳ, χρυσίῳ λευκῷ· ἀργυρομιγὲς γάρ ἐστι· τὴν δὲ γῆν ταύτην φέρειν τοὺς ποταμούς· τὴν δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς † ἐπὶ κίστην. οὗτος μὲν περὶ τῶν μετάλλων τοιαῦτ' εἴρηκε.

10. Πολύβιος δέ, τῶν περὶ Καρχηδόνα Νέαν ἀργυρείων μνησθείς, μέγιστα μὲν εἶναί φησι, διέχειν δὲ τῆς πόλεως ὅσον εἴκοσι σταδίους, περιειληφότα κύκλον τετρακοσίων σταδίων, ὅπου τέτταρας μυριάδας ἀνθρώπων μένειν τῶν ἐργαζομένων, ἀναφέροντας τότε τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων καθ' ἑκάστην ἡμέραν δισμυρίας καὶ πεντακισχιλίας δραχμάς. τὴν δὲ κατεργασίαν τὴν μὲν ἄλλην ἐῶ (μακρὰ γάρ ἐστι), τὴν δὲ συρτὴν βῶλον τὴν ἀργυρῖτίν φησι κόπτεσθαι καὶ κοσκίνοις εἰς ὕδωρ διαττᾶσθαι· κόπτεσθαι δὲ πάλιν τὰς ὑποστάσεις, καὶ πάλιν διηθουμένας ἀποχεομένων τῶν ὑδάτων κόπτεσθαι· τὴν δὲ πέμπτην ὑπόστασιν χωνευθεῖσαν, ἀποχυθέντος τοῦ μολύβδου, καθαρὸν τὸν ἄργυρον ἐξάγειν. ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὔτε (δὲ) ἐνταῦθα οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλ' εἰς ἰδιωτικὰς μετέστασαν κτήσεις· τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω. ἐν δὲ καὶ Κастλῶνι καὶ ἄλλοις τόποις ἴδιόν ἐστι μέταλλον ὀρυκτοῦ μολύβδου· παραμέμικται δέ τι καὶ τούτῳ τοῦ ἀργύρου μικρόν, οὐχ ὥστε λυσιτελεῖν ἀποκαθαίρειν αὐτόν.

11. Οὐ πολὺ δ' ἄποθεν τοῦ Καστλῶνός ἐστι καὶ τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖν φασι τὸν Βαῖτιν, ὃ καλοῦσιν Ἀργυροῦν διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ. Πολύβιος δὲ καὶ τὸν Ἄναν καὶ τοῦτον ἐκ τῆς Κελτιβηρίας ῥεῖν φησι, διέχοντας ἀλλήλων ὅσον ἐνναкοσίους σταδίους· αὐξηθέντες γὰρ οἱ Κελτίβηρες ἐποίησαν καὶ τὴν πλησιόχωρον πᾶσαν ὁμώνυμον ἑαυτοῖς. ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν Ταρτησσόν, τὰ δὲ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρύθειαν· διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμ-

indicans Phalerei (Demetrii) illud dictum adducit, qui de Atticis metallis dixerat tanta assiduitate homines ibi fodere, ac si sperarent se ipsum Plutonem (sive Ditem) eruturos; atque nunc Turdetanorum similem demonstrat industriam laborandique studium, qui profundos obliquosque agant cuniculos, et fluvios, qui sæpe in istis occurrunt, exhauriant Ægyptiis cochleis. Ceterum non idem evenire his atque Atticis : nam apud hos metallica opera simile quippiam habere ænigmatis illius : quæ enim capere vellent, inquit, Athenienses, ea non percepisse, quæ autem habuissent, amisisse. Turdetanis vero illa incredibilem in modum prosunt : nimirum æris opificibus æs, quod quadrans *est glebæ* effossæ, eruentibus; qui autem argentifodinas possident, triduo Euboicum talentum efferentibus. Addit porro stannum non, ut historici divulgarunt, in superficie terræ inveniri, sed effodi; nasci autem apud barbaros qui supra Lusitaniam degunt, et in Cassiteridibus insulis; ex Britannicis quoque Massiliam afferri. Apud Artabros autem, qui Lusitaniæ versus occasum et septentrionem ultima habent, efflorescere ait terram argento, stanno, auro albo : est enim hoc permixtum argento : hanc terram fluviis deferri, et a mulieribus sarculis exhauriri, lavarique in colis textis in modum cistæ. Hæc ille de his metallis retulit.

10. Polybius autem mentionem argenteorum metallorum faciens quæ sunt ad Carthaginem Novam, ea ait esse maxima, ab urbe ad viginti stadia dissita, circulo quadringentorum stadiûm contenta, et ibi quadraginta millia hominum in labore versari, atque in singulos dies populo Romano tum temporis quinque et viginti millia drachmarum ab iis effecta esse. Quo modo conficiatur argentum, quia longum est, omitto narrare. Glebam autem quæ amnibus devehitur, argentariam contundi ait et cribris in aquam percolari : ac rursus quæ subsidunt contundi ac percolari; deinde effusa aqua rursus tundi; denique quod quinto subsedit, id liquari, itaque plumbo defuso purum argentum produci. Exstant etiamnum officinæ in quibus argentum conficitur, non autem publicæ neque ibi neque aliis in locis, sed ad privatos redactæ reditus : auraria vero metalla pleraque ad rempublicam pertinent. Ad Castlonem [*codd.* Castaonem] et aliis in locis peculiare est metallum plumbi fossilis, cui admixtum et ipsi est paululum argenti, sed quod ab eo separare non sit operæ pretium.

11. Non procul a Castlone [*codd.* Castaone] mons est, unde Bætis dicitur profluere, quem montem Argenteum vocant ob argenti in eo metalla. Polybius scribit et hunc et Anam e Celtiberia labi, distantes invicem ad noningenta stadia : nam Celtiberi aucti potentia, a se etiam regionibus omnibus circumjacentibus nomen fecerunt. Videntur autem veteres Bætin appellasse Tartessum, et Gades cum insulis

ϐάνουσι Στησίχορον περὶ τοῦ Γηρυόνος βουκόλου, διότι γεννηθείη

σχεδὸν ἀντιπέρας κλεινᾶς Ἐρυθείας
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ παγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους,
ἐν κευθμῶνι πέτρας.

δυεῖν δὲ οὐσῶν ἐκϐολῶν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῷ μεταξὺ χώρῳ κατοικεῖσθαι πρότερόν φασιν, ἣν καλεῖσθαι Ταρτησσόν, ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ, καὶ τὴν χώραν Ταρτησσίδα, ἣν νῦν Τουρδοῦλοι νέμονται. (καὶ) Ἐρατοσθένης δὲ τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαί φησι, καὶ Ἐρύθειαν νῆσον εὐδαίμονα. πρὸς ὃν Ἀρτεμίδωρος ἀντιλέγων καὶ ταῦτα ψευδῶς λέγεσθαί φησι ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τὸ ἀπὸ Γαδείρων ἐπὶ τὸ Ἱερὸν ἀκρωτήριον διάστημα ἀπέχειν ἡμερῶν πέντε πλοῦν, οὐ πλειόνων ὄντων ἢ χιλίων καὶ ἑπτακοσίων σταδίων, καὶ τὸ τὰς ἀμπώτεις μέχρι δεῦρο περατοῦσθαι ἀντὶ τοῦ κύκλῳ περὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην συμϐαίνειν, καὶ τὸ τὰ προσαρκτικὰ μέρη τῆς Ἰϐηρίας εὐπαροδώτερα εἶναι πρὸς τὴν Κελτικὴν ἢ κατὰ τὸν ὠκεανὸν πλέουσι, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα εἴρηκε Πυθέᾳ πιστεύσας δι' ἀλαζονείαν.

12. Ὁ δὲ ποιητής, πολύφωνός τις ὢν καὶ πολυΐστωρ, δίδωσιν ἀφορμὰς ὡς οὐδὲ τούτων ἀνήκοός ἐστι τῶν τόπων, εἴ τις ὀρθῶς συλλογίζεσθαι βούλοιτο ἀπ' ἀμφοῖν, τῶν τε χεῖρον λεγομένων περὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἄμεινον καὶ ἀληθέστερον. χεῖρον μέν, ὅτι πρὸς δύσιν ἐσχάτη ἤκουεν αὕτη, ὅπου, καθάπερ αὐτός φησιν, εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐμπίπτει

λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

ἡ δὲ νὺξ ὅτι δύσφημον καὶ τῷ ᾍδῃ πλησιάζον δῆλον, ὁ δὲ ᾍδης τῷ Ταρτάρῳ. εἰκάζοι ἄν τις ἀκούοντα περὶ Ταρτησσοῦ τὸν Τάρταρον ἐκεῖθεν παρονομάσαι τὸν ἔσχατον τῶν ὑποχθονίων τόπων, προσθεῖναι δὲ καὶ μῦθον, τὸ ποιητικὸν σώζοντα. καθάπερ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς ἐν βορείοις καὶ ζοφεροῖς οἰκήσαντας τόποις τοῖς κατὰ τὸν Βόσπορον ἵδρυσεν αὐτοὺς πρὸς τῷ ᾍδῃ, τάχα καὶ κατά τι κοινὸν τῶν Ἰώνων ἔχθος πρὸς τὸ φῦλον τοῦτο· καὶ γὰρ καθ' Ὅμηρον ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ λέγουσι τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον γενέσθαι τὴν μέχρι τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας. ταῖς δὲ Κυανέαις ἐποίησε παραπλησίως τὰς Πλαγκτάς, ἀεὶ τοὺς μύθους ἀπό τινων ἱστοριῶν ἐνάγων. χαλεπὰς γάρ τινας μυθεύει πέτρας, καθάπερ τὰς Κυανέας φασίν, ἐξ οὗ καὶ Συμπληγάδες καλοῦνται· διόπερ καὶ τὸν Ἰάσονος παρέθηκε δι' αὐτῶν πλοῦν· καὶ ὁ κατὰ τὰς Στήλας δὲ πορθμὸς καὶ ὁ κατὰ Σικελίαν ὑπηγόρευον αὐτῷ τὸν περὶ τῶν Πλαγκτῶν μῦθον. πρὸς μὲν δὴ τὸ χεῖρον ἀπὸ τῆς τοῦ Ταρτάρου μυθοποιίας αἰνίττοιτό τις ἂν τὴν τῶν τόπων μνήμην τῶν περὶ Ταρτησσόν.

13. Πρὸς δὲ τὸ βέλτιον ἐκ τούτων· ἥ τε γὰρ Ἡρακλέους στρατεία μέχρι δεῦρο προελθοῦσα καὶ τῶν Φοινίκων ὑπέγραφεν αὐτῷ πλοῦτόν τινα καὶ ῥᾳθυμίαν τῶν

vicinis Erytheam : ideoque putant Stesichorum de Geryone pastore cecinisse : natum eum esse

ex adverso fere inclytæ Erytheæ
Tartessi amnis ad fontes immensos argenteis radicibus,
in recessu petræ.

Quum autem Bætis duobus ostiis in mare exeat, aiunt olim in medio horum loco urbem fuisse habitatam Tartessum, fluvio cognominem, regionemque appellatam fuisse Tartessidem, quam nunc Turduli incolunt. Atque Eratosthenes Calpæ adjacentem regionem Tartessidem vocari tradit, et Erytheam insulam fortunatam. Quem reprehendens Artemidorus quum id falso eum dixisse ait, tum Sacrum promontorium a Gadibus quinque dierum navigatione distare mentitum, quum non intersint amplius mille et septingenta stadia; et vanum esse quod maris æstus ibi locorum dixit finiri, qui circumquaque ad omnes terræ partes fiant : et quod asseruit partes Hispaniæ ad septentrionem spectantes faciliorem accessum præbere juxta Galliam, quam si quis oceanum naviget : et quæ id genus alia(arrogantius)perhibuit Pytheæ fidens.

12. Homerus vero, multa canens et multarum rerum præditus notitia, occasiones suggerit cogitandi se ne horum quidem inscium fuisse locorum : modo quis ex utrisque, tam minus recte ab eo dictis quam quæ melius et verius dicta de illis, ratiocinari convenienter velit. Minus recte, quod Tartessus dicitur « ultima ad occasum », quandoquidem, ut ipse loquitur (*Il.* Θ, 485),

Incidit oceano lampas clarissima solis,
frugiferæ noctem tellurique ingerit atram.

Constat autem noctem esse mali ominis, et Orco propinquam, atque Orcum Tartaro. Audientem ergo aliquis de Tartesso Homerum existimare possit Tartarum inde nominasse extremum eorum quæ infra terram sunt locum, et fabulam, more poetico servato, adjecisse. Quemadmodum etiam Cimmerios quum sciret ad Bosporum habitare loca versus septentrionem et occasum sita, eos apud inferos collocavit : quanquam forte secutus est in eo commune Ionum in eam gentem odium : nam aut ætate Homeri, aut paulo ante Cimmerii usque ad Æolidem et Ioniam impressione facta progressi sunt. Ita semper ab historia aliqua fabulam introducens, ad exemplum Cyaneorum scopulorum ipse Planctas petras finxit. Fingit enim quædam periculosa saxa, qualia erant Cyanea, quæ ideo Symplegades dicuntur; quare et Iasonem per ea navigasse addit; ceterum ad Columnas et ad Siciliam quæ sunt freta ei hanc fabulam de Planctis etiam suggerebant. Ergo ex minus commode dictis, nempe Tartari figmento, existimarit aliquis loca circa Tartessum Homero nota fuisse.

13. Rectius autem, ex his quæ referam. Etenim et Herculis et Phœnicum expeditio huc progressa significavit Homero opes et socordiam horum hominum : ita enim in

ἀνθρώπων. οὗτοι γὰρ Φοίνιξιν οὕτως ἐγένοντο σφόδρα ὑποχείριοι, ὥστε τὰς πλείους τῶν ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ πόλεων καὶ τῶν πλησίον τόπων ὑπ' ἐκείνων νῦν οἰκεῖσθαι. καὶ ἡ τοῦ Ὀδυσσέως δὲ στρατεία δοκεῖ μοι δεῦρο γενηθεῖσα καὶ ἱστορηθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ παραδοῦναι πρόφασιν· ὥστε καὶ τὴν Ὀδύσσειαν, καθάπερ καὶ τὴν Ἰλιάδα, ἀπὸ τῶν συμβάντων μεταγαγεῖν εἰς ποίησιν καὶ τὴν συνήθη τοῖς ποιηταῖς μυθοποιΐαν. οὐ γὰρ μόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τόποι καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων σημεῖα ὑπογράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς τε ἐκείνου πλάνης, καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου [περι] γενομένων, (καὶ) ἐπ' ἴσης κακώσαντος τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν· καὶ γὰρ οὗτοι Καδμείαν νίκην ἐτύγχανον ἠρμένοι, τῶν τε οἴκων κατεφθαρμένων, καὶ τῶν λαφύρων ὀλίγων εἰς ἕκαστον ἐληλυθότων· συνέβη [δὴ] τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων κατὰ λῃστείας τρέπεσθαι, καὶ τοῖς Ἕλλησι, τοῖς μὲν διὰ τὸ ἐκπεπορθῆσθαι, τοῖς δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην, ἑκάστου προλαβόντος

αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν

ἄνευ τῶν οἰκείων,

κενεόν τε νέεσθαι

παρ' αὐτοὺς πάλιν. ἥ τε τοῦ Αἰνείου παραδέδοται πλάνη καὶ Ἀντήνορος καὶ ἡ τῶν Ἑνετῶν· ὡσαύτως καὶ ἡ Διομήδους τε καὶ Μενελάου καὶ † Ὀδυσσέως καὶ ἄλλων πλειόνων. ὁ τοίνυν ποιητὴς τὰς τοσαύτας στρατείας ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς Ἰβηρίας ἱστορηκώς, πυνθανόμενος δὲ καὶ πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς (οἱ γὰρ Φοίνικες ἐδήλουν τοῦτο), ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν ἔπλασε χῶρον καὶ τὸ Ἠλύσιον πεδίον, οὗ φησιν ὁ Πρωτεὺς ἀποικήσειν τὸν Μενέλαον·

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν·
οὐ νιφετὸς οὔτ' ἄρ' χειμὼν πολὺς οὐδέ ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

τό τε γὰρ εὐάερον καὶ τὸ εὔπνουν τοῦ Ζεφύρου ταύτης ἐστὶ τῆς χώρας οἰκεῖον, ἑσπερίου τε καὶ ἀλεεινῆς οὔσης, τό τε ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς, ἐφ' οἷς καὶ τὸν Ἅδην μεμυθεῦσθαί φαμεν. ὅ τε Ῥαδάμανθυς παρατεθεὶς ὑπογράφει τὸν πλησίον τῷ Μίνῳ τόπον, περὶ οὗ φησιν·

ἔνθ' ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν,
χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσι.

καὶ οἱ μετὰ ταῦτα δὲ ποιηταὶ παραπλήσια θρυλοῦσι, τήν τε ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας στρατείαν καὶ τὴν ἐπὶ τὰ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων τὰ χρύσεα ὡσαύτως στρατείαν, καὶ Μακάρων τινὰς νήσους κατονομάζοντες, ἃς καὶ νῦν δεικνυμένας ἴσμεν οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν ἄκρων τῆς Μαυρουσίας τῶν ἀντικειμένων τοῖς Γαδείροις.

potestatem Phœnicum venerunt, ut pleræque *Turdetaniæ* urbes et viciniæ ab iis nunc habitentur. Ulyssis quoque expeditio hucusque progressa et cognita Homero ansam videtur præbuisse, ut sicut Iliadem, ita Ulysseam quoque ex historia in fabulosam poetarum more narrationem torqueret. Non enim Italiæ modo et Siciliæ loca, et alia quædam, hujus rei indicia suggerunt; sed in Hispania quoque urbs Odyssea (sive Ulyssea) ostenditur, et Minervæ templum, et alia sexcenta tam Ulyssis errorum vestigia, quam aliorum qui evaserunt e bello Trojano, quod non minus Trojæ victores quam victos infestavit : nam Cadmeam hi Græci victoriam retulerunt, rebus eorum domesticis deperditis, et singulis prædæ parte exigua potitis : itaque quum ii qui patriæ excidio superessent et evasissent, tum Græci latrocinium agere coacti sunt; illi ob res eversas, hi ob pudorem, quod quisque apud se cogitaret (*Il.* B, 298) :

Turpe tibi diu abesse domo,

procul a propinquis,

vacuumque redire est

rursum ad illos. Ergo quum Æneæ peregrinatio memoriæ mandata est, et Antenoris atque Henetorum, tum Diomedis, Menelai, Ulyssis [Menesthei *a quo* portus *appellatus* § 9], aliorumque complurium. Proinde Homerus quum sciret tot expeditiones ultima Hispaniæ attigisse, et eorum locorum opulentiam atque alia bona Phœnicibus indicantibus cognovisset : ibi piorum sedes et campum Elysium finxit, ubi Proteus Menelaum inculturum ait (*Od.* Δ, 563) :

Sed te, qua terræ postremus terminus exstat,
Elysium in campum cœlestia numina ducent,
quem Rhadamanthus habet : qua vita facillima multo
ducitur : haud operit campos nive Juppiter istos,
hiberno tempus neque multum prorogat anno :
nulli imbres : spirat semper grata aura Favoni,
missaque ab oceano nimios demitigat æstus.

Propria enim est hujus regionis bona aeris constitutio, ac Favonii bonus flatus, quum sit occidua illa terra et tepida : et sita ea est ad fines terræ, ubi et inferos fingi diximus. Porro appositus Rhadamanthus locum designat Minoi vicinum, de quo ait (*Od.* Λ, 567) :

Hic ego conspexi prolem Minoa Tonantis,
aureo qui sceptro dat jura silentibus umbris.

Similia his recentiores poetæ fabulantur, expeditionem ob boves Geryonis, et aliam ob Hesperidum mala aurea; et insulæ Beatorum commemorantur, quæ etiamnum apparent, novimusque eas non multum distantes ab extremis Mauritaniæ, quæ sunt Gadibus opposita.

14. Τοὺς δὲ Φοίνικας λέγω μηνυτάς· καὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Λιβύης τὴν ἀρίστην οὗτοι κατέσχον πρὸ τῆς ἡλικίας τῆς Ὁμήρου καὶ διετέλεσαν κύριοι τῶν τόπων ὄντες, μέχρις οὗ Ῥωμαῖοι κατέλυσαν αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν. τοῦ δ' Ἰβηρικοῦ πλούτου καὶ ταῦτα μαρτύρια· Καρχηδόνιοι μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες κατέλαβον, ὥς φασιν οἱ συγγραφεῖς, φάτναις ἀργυραῖς καὶ πίθοις χρωμένους τοὺς ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ. ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα τοὺς ἡγεμόνας, καὶ διὰ τοῦτο Ἀνακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν·

Ἔγωγ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθίης
βουλοίμην κέρας οὔτ' ἔτεα
πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν
Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι·

Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον· ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις † ἢ ἴσον τούτῳ τὸ Ἀνακρέοντος, ἢ κοινότερον οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι. ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσι.

15. Τῇ δὲ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ καὶ τὸ ἥμερον καὶ τὸ πολιτικὸν συνηκολούθησε τοῖς Τουρδητανοῖς· καὶ τοῖς Κελτικοῖς δὲ διὰ τὴν γειτνίασιν [ἢ], ὡς εἴρηκε Πολύβιος, διὰ τὴν συγγένειαν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἧττον· τὰ πολλὰ γὰρ κωμηδὸν ζῶσιν. οἱ μέντοι Τουρδητανοί, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. Λατῖνοί τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι, καὶ ἐποίκους εἰλήφασι Ῥωμαίους, ὥστε μικρὸν ἀπέχουσι τοῦ πάντες εἶναι Ῥωμαῖοι. αἵ τε νῦν συνῳκισμέναι πόλεις, ἥ τε ἐν τοῖς Κελτικοῖς Παξαυγοῦστα καὶ ἡ ἐν τοῖς Τουρδούλοις Αὐγοῦστα Ἡμερίτα καὶ ἡ περὶ τοὺς Κελτίβηρας Καισαραυγοῦστα καὶ ἄλλαι ἔνιαι κατοικίαι τὴν μεταβολὴν τῶν λεχθεισῶν πολιτειῶν ἐμφανίζουσι. καὶ δὴ τῶν Ἰβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας, τογάτοι λέγονται· ἐν δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ Κελτίβηρες οἱ πάντων νομισθέντες ποτὲ θηριωδέστατοι. ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ πάλιν ἀκρωτηρίου τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσιν ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς παραλίας, τὸ πρὸς τὸν Τάγον, κόλπος ἐστίν· ἔπειτα ἄκρα τὸ Βαρβάριον καὶ αἱ τοῦ Τάγου ἐμβολαὶ πλησίον, ἐφ' ἃς εὐθυπλοΐᾳ [**] στάδιοι δ' εἰσὶ δέκα· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἀναχύσεις, ὧν μία ἐπὶ πλείους ἢ τετρακοσίους σταδίους ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου, καθ' ἣν ὑδρεύονται εἴ που λακκαῖα [ὕδατα]. ὁ δὲ Τάγος καὶ τὸ πλάτος ἔχει τοῦ στόματος εἰκοσί που σταδίων καὶ τὸ βάθος μέγα, ὥστε μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι. δύο δ' ἀναχύσεις ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις ποιεῖται πεδίοις, ὅταν αἱ πλῆμαι γίνωνται, ὥστε πελαγίζειν μὲν ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους καὶ ποιεῖν πλωτὸν τὸ πεδίον, ἐν δὲ τῇ ἐπάνω

14. Phœnices porro harum ego rerum fuisse indices dico, qui ante Homeri ætatem optima Africæ et Hispaniæ tenuerunt, et domini eorum fuere locorum, donec eorum a Romanis est abolitum imperium. Hispanicarum porro divitiarum id quoque testimonium scriptores perhibuerunt, Carthaginienses qui Barca duce expeditionem fecerunt, Turdetanos argenteis præsepibus et doliis usos deprehendisse. Judicare etiam aliquis possit ob multam felicitatem hos homines etiam longævos fuisse nominatos, maxime eorum principes, indeque esse quod ita dixit Anacreon :

Non cornu Amaltheæ mi,
non posco quinquaginta
centumque regnare annos
Tartessis beatis;

et quod Herodotus etiam regis eorum nomen expressit Arganthonium : [Nam de hoc vel de alio simili huic illud Anacreontis intelligendum est, aut communius ita : nolim vel Tartessi longo tempore rex esse. Sunt autem qui Tartessum esse dicant quæ nunc est Carteia.]

15. Ceterum Turdetanis ad felicitatem regionis vitæ etiam urbanitas et mansuetudo accedit : quod et Celticis ob vicinitatem, vel, ut scribit Polybius, ob cognationem contigit; minus tamen his, quum fere vicatim habitent. Turdetani autem, maxime qui ad Bætin sunt, plane Romanos mores assumpserunt, ne sermonis quidem vernaculi memores, ac plerique facti sunt Latini, et colonos acceperunt Romanos : parumque abest quin omnino Romani sint facti; et quæ nunc conditæ habitantur urbes, Paxaugusta in Celticis, Augusta Emerita in Turdulis, et Cæsaraugusta apud Celtiberos, aliæque nonnullæ coloniæ demonstrant mutationem dictarum reipublicæ formarum. Et qui more romano vivunt Hispani, hi togati [*codd.* stolati] appellantur, in quibus sunt etiam Celtiberi, quondam omnium maxime feri inhumanique habiti. Verum hæc de his hactenus.

CAP. III.

Jam a Sacro rursum promontorio in alteram oræ maritimæ partem quæ versus Tagum est progredientibus, sinus est; deinde promontorium Barbarium, et prope Tagi ostia, ad quæ recta navigatur [*stadiis....*]; stadia autem sunt decem. Ibi sunt et effusiones, quarum una a dicta Turri seu Pyrgo ad plura quadringentis prodit stadia, unde etiam aquantur, sicubi sunt cisternæ. Tagi autem ostia latitudine sunt viginti circiter stadiorum, profunda admodum, ita ut etiam navibus maximis onerariis subvehi liceat. Quum autem mare effluit, duas Tagus effusiones facit in campos supra ostia positos, ita ut stagnet maris instar campus ad centum et quinquaginta stadia et navigabilis sit; in superiore effusione autem insula quoque includatur

ἀναχύσει καὶ νησίον ἀπολαμβάνειν ὅσον τριάκοντα σταδίων τὸ μῆκος, πλάτος δὲ μικρὸν ἀπολεῖπον τοῦ μήκους, εὐαλδὲς καὶ εὐάμπελον. κεῖται δ' ἡ νῆσος * κατὰ Μόρωνα πόλιν εὖ κειμένην ἐν ὄρει τοῦ ποταμοῦ πλησίον, ἀφεστῶσαν τῆς θαλάττης ὅσον πεντακοσίους σταδίους, ἔχουσαν δὲ καὶ χώραν ἀγαθὴν τὴν πέριξ καὶ τοὺς ἀνάπλους εὐπετεῖς μέχρι μὲν πολλοῦ καὶ μεγάλοις σκάφεσι, τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς ποταμίοις· καὶ ὑπὲρ τὸν Μόρωνα δ' ἔτι μακρότερος ἀνάπλους ἐστί· ταύτῃ δὲ τῇ πόλει Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς ὁρμητηρίῳ χρώμενος ἐπολέμησε πρὸς τοὺς Λυσιτανούς, καὶ κατέστρεψε τούτους. τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ * πλευροῖς ἐπετείχισε τὴν Ὀλυσιπ[ῶνα], ὡς ἂν ἔχοι τοὺς ἀνάπλους ἐλευθέρους καὶ τὰς ἀνακομιδὰς τῶν ἐπιτηδείων, ὥστε καὶ τῶν περὶ τὸν Τάγον πόλεων αὗται κράτισται. πολύϊχθυς δ' ὁ ποταμὸς καὶ ὀστρέων πλήρης. ῥεῖ δ' ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐκ Κελτιβήρων διὰ Οὐεττώνων καὶ Καρπητανῶν καὶ Λυσιτανῶν ἐπὶ δύσιν ἰσημερινήν, μέχρι ποσοῦ παράλληλος ὢν τῷ τε Ἄνᾳ καὶ τῷ Βαίτι, μετὰ δὲ ταῦτα ἀφιστάμενος ἐκείνων, ἀποκλινόντων πρὸς τὴν νότιον παραλίαν.

2. Οἱ δὲ ὑπερκείμενοι τῶν λεχθέντων ὀρῶν Ὠρητανοὶ μέν εἰσι νοτιώτατοι καὶ μέχρι τῆς παραλίας διήκοντες ἐκ μέρους τῆς ἐντὸς Στηλῶν. Καρπητανοὶ δὲ μετὰ τούτους πρὸς ἄρκτους, εἶτα Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, δι' ὧν ὁ Δούριος ῥεῖ, κατ' Ἀκοντίαν πόλιν τῶν Οὐακκαίων ἔχων διάβασιν. Καλλαϊκοὶ δ' ὕστατοι, τῆς ὀρεινῆς ἐπέχοντες πολλήν· διὸ καὶ δυσμαχώτατοι ὄντες τῷ τε καταπολεμήσαντι τοὺς Λυσιτανοὺς αὐτοὶ παρέσχον τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ νῦν ἤδη τοὺς πλείστους τῶν Λυσιτανῶν Καλλαϊκοὺς καλεῖσθαι παρεσκεύασαν. τῆς μὲν οὖν Ὠρητανίας κρατιστεύουσά ἐστι πόλις Καστουλὼν καὶ Ὠρία.

3. Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον ἡ Λυσιτανία ἐστὶ μέγιστον τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν καὶ πλείστοις χρόνοις ὑπὸ Ῥωμαίων πολεμηθέν. περιέχει δὲ τῆς χώρας ταύτης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ὁ Τάγος, τὸ δ' ἑσπέριον καὶ τὸ ἀρκτικὸν ὁ ὠκεανός, τὸ δ' ἑωθινὸν οἵ τε Καρπητανοὶ καὶ οἱ Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι καὶ Καλλαϊκοί, τὰ γνώριμα ἔθνη· τἆλλα δὲ οὐκ ἄξιον ὀνομάζειν διὰ τὴν μικρότητα καὶ τὴν ἀδοξίαν· ὑπεναντίως δὲ τοῖς νῦν ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσιν. ὅμοροι δ' εἰσὶν ἐκ τοῦ πρὸς ἕω μέρους οἱ μὲν Καλλαϊκοὶ τῷ τῶν Ἀστούρων ἔθνει καὶ τοῖς [Κελτ]ίβηρσιν, οἱ δ' ἄλλοι τοῖς Κελτίβηρσι. τὸ μὲν οὖν μῆκος (μυρίων καὶ) τρισχιλίων σταδίων, τὸ δὲ πλάτος πολὺ ἔλαττον, ὃ ποιεῖ τὸ ἑωθινὸν πλευρὸν εἰς τὴν ἀντικειμένην παραλίαν· ὑψηλὸν δ' ἐστὶ τὸ ἑωθινὸν καὶ τραχύ, ἡ δὲ ὑποκειμένη χώρα πεδιὰς πᾶσα καὶ μέχρι θαλάττης πλὴν ὀλίγων ὀρῶν οὐ μεγάλων· ᾗ δὴ καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι † τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων· παλιρροεῖν γὰρ φάναι τὴν θάλατταν διὰ τὸ τὰς ἄκρας ὑψηλάς τε καὶ τραχείας εἶναι, δεχομένας τε τὸ

longitudine triginta stadiorum, pæneque tanta etiam latitudine, fœcunda et vitifera. Sita est insula prope Moronem [*al.* Langobrigam], oppidum bene situm in monte prope fluvium, a mari distans fere quingenta stadia, habens etiam circum se solum bonum, et sursum navigationes faciles, aliquantisper etiam magnis scaphis, deinde fluvialibus; et super Moronem adhuc longior est sursum navigatio. Hoc oppido Brutus, qui cognomentum Callaici tulit, tanquam arce belli usus, bellum contra Lusitanos gessit, eosque devicit : fluminis autem in lateribus munivit Olysiponem, ut navigationes in mediterranea et commeatus subvectiones liberas haberet. Itaque hæ urbium ad Tagum sitarum sunt munitissimæ. Fluvius piscium et ostreorum copia abundat. Oritur ex Celtiberis, ac per Vettones [*codd.* Vettiones], Carpetanos et Lusitanos occasum æquinoctialem versus meat : et quum aliquamdiu Anæ et Bæti parallelus decurrit, postea avertitur ab illis ad oram meridionalem declinantibus.

2. Qui supra dictas *partes* siti sunt, eorum maxime ad meridiem vergunt Oretani, parte aliqua pertingentes usque ad litus maris quod est intra Columnas. Ab his versus septentrionem sunt Carpetani, deinde Vettones [*codd.* Vettiones] et Vaccæi, per quos Durius [*codd.* Durias] fluit, ad urbem Vaccæorum Acontiam [*fort. Acutiam, sec. Steph. Byz.*] transitum habens. Ultimi sunt Callaici, montanæ regionis multum incolentes : quare etiam difficillimi superatu, atque ei qui Lusitaniam debellavit cognomentum est Callaici ab iis inditum; denique effecerunt ut nunc plurimi Lusitanorum Callaici vocentur. Jam Oretaniæ primariæ urbes sunt Castulon [*Steph.* Castalon; *codd.* Cætulum] et Oria [*fort.* Orisia].

3. A Tago versus septentrionem est Lusitania maximam complectens Hispanorum gentem, plurimoque tempore bello a Romanis petita. Hujus regionis austrinum latus Tagus includit, occiduum et septentrionale oceanus, ortivum Carpetani, Vettones, Vaccæi et Callaici, nobiles gentes : reliquæ vero ob parvitatem et obscuritatem non sunt dignæ mentione : secus autem nunc (τανῦν) quidam etiam hos Lusitanos appellant. Contermini Lusitanis sunt versus ortum Callaici Asturibus [*codd.* Asturiis] et Celtiberis, reliqui Celtiberis. Longitudo est tria [*codd.* tredecim] millia stadiorum, latitudo longe minor, ab ortivo latere ad oppositam oram maritimam. Latus illud ortivum sublime est et asperum : infra eam tota regio est plana usque ad mare, exceptis paucis non magnis montibus. Quare Aristotelem Posidonius ait æstuum marinorum qui fiunt in Hispania, causas non recte ascribere litori et Mauritaniæ [litoribus Hispaniæ et Mauritaniæ?], dicentem mare ideo reciprocare, quia extrema terrarum sublimia sint et aspera,

κῦμα σκληρῶς καὶ ἀνταποδιδούσας (τῇ Ἰβηρίᾳ). τἀναντία γὰρ θινώδεις εἶναι καὶ ταπεινὰς τὰς πλείστας, ὀρθῶς λέγων.

4. Ἡ δ' οὖν χώρα, περὶ ἧς λέγομεν, εὐδαίμων τέ ἐστι καὶ διαρρεῖται ποταμοῖς μεγάλοις τε καὶ μικροῖς, ἅπασιν ἐκ τῶν ἑωθινῶν μερῶν, παραλλήλοις τῷ Τάγῳ· ἔχουσι δὲ καὶ ἀνάπλους οἱ πλείους καὶ ψῆγμα τοῦ χρυσοῦ πλεῖστον. γνωριμώτατοι δὲ τῶν ποταμῶν ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ Μούνδας, ἀνάπλους ἔχων μικρούς, καὶ Οὐακούα ὡσαύτως· μετὰ δὲ τούτους Δούριος μακρόθεν τε ῥέων παρὰ Νομαντίαν καὶ πολλὰς ἄλλας τῶν Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων κατοικίας, μεγάλοις τ' ἀναπλεόμενος σκάφεσιν ἐπὶ ὀκτακοσίους σχεδόν τι σταδίους. εἶτ' ἄλλοι ποταμοί· καὶ μετὰ τούτους ὁ τῆς Λήθης, ὅν τινες Λιμαίαν, οἱ δὲ Βελιῶνα καλοῦσι· καὶ οὗτος δ' ἐκ Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων ῥεῖ, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Βαῖνις (οἱ δὲ Μίνιόν φασι) πολὺ μέγιστος τῶν ἐν Λυσιτανίᾳ ποταμῶν, ἐπὶ ὀκτακοσίους καὶ αὐτὸς ἀναπλεόμενος σταδίους. Ποσειδώνιος δὲ ἐκ Καντάβρων καὶ αὐτὸν ῥεῖν φησι· πρόκειται δὲ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ νῆσος καὶ χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι. ἐπαινεῖν δ' ἄξιον τὴν φύσιν, ὅτι τὰς ὄχθας ὑψηλὰς ἔχουσιν οἱ ποταμοὶ καὶ ἱκανὰς δέχεσθαι τοῖς ῥείθροις τὴν θάλατταν πλημμυροῦσαν, ὥστε μὴ ὑπερχεῖσθαι, μηδ' ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς πεδίοις. τῆς μὲν οὖν Βρούτου στρατείας ὅρος οὗτος, περαιτέρω δ' εἰσὶν ἄλλοι πλείους ποταμοὶ παράλληλοι τοῖς λεχθεῖσιν.

5. Ὕστατοι δ' οἰκοῦσιν Ἄρταβροι περὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον, ἣ καὶ τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς καὶ τῆς βορείου πέρας ἐστί. περιοικοῦσι δ' αὐτὴν Κελτικοί, συγγενεῖς τῶν ἐπὶ τῷ Ἄνᾳ. καὶ γὰρ τούτους καὶ Τουρδούλους στρατεύσαντας ἐκεῖσε στασιάσαι φασὶ μετὰ τὴν διάβασιν τοῦ Λιμαία ποταμοῦ· πρὸς δὲ τῇ στάσει καὶ ἀποβολῆς τοῦ ἡγεμόνος γενομένης, καταμεῖναι σκεδασθέντας αὐτόθι· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Λήθης ἀγορευθῆναι. ἔχουσι δὲ οἱ Ἄρταβροι πόλεις συχνὰς ἐν κόλπῳ συνοικουμένας, ὃν οἱ πλέοντες καὶ χρώμενοι τοῖς τόποις Ἀρτάβρων λιμένα προσαγορεύουσιν· οἱ δὲ νῦν τοὺς Ἀρτάβρους Ἀροτρέβας καλοῦσιν. ἔθνη μὲν οὖν περὶ τριάκοντα τὴν χώραν νέμεται τὴν μεταξὺ Τάγου καὶ τῶν Ἀρτάβρων. εὐδαίμονος δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης κατά τε καρποὺς καὶ βοσκήματα καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν παραπλησίων πλῆθος, ὅμως οἱ πλείους αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀφέντες βίον, ἐν λῃστηρίοις διετέλουν καὶ συνεχεῖ πολέμῳ πρός τε ἀλλήλους καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς διαβαίνοντες τὸν Τάγον, ἕως ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, ταπεινώσαντες καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν τὰς πλείστας, ἐνίας δὲ καὶ συνοικίζοντες βέλτιον. ἦρχον δὲ τῆς ἀνομίας ταύτης οἱ ὀρεινοί, καθάπερ εἰκός· λυπρὰν γὰρ νεμόμενοι καὶ μικρὰ κεκτημένοι τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμουν. οἱ δὲ ἀμυνόμενοι τούτους ἄκυροι τῶν ἰδίων ἔργων καθίσταντο ἐξ ἀνάγκης, ὥστ' ἀντὶ τοῦ γεωργεῖν ἐπολέμουν καὶ οὗτοι, καὶ συνέβαινε τὴν

quæ fluctum et duriter excipiant et repercutiant : quum e contrario pleraque litora sint humilia et arenæ tumulis constent. Recte hic quidem disserit.

4. Lusitania ergo, de qua nobis sermo, opulenta est, ac magnis parvisque fluminibus pervia, quæ omnia ab oriente manant et Tago parallela sunt : per pleraque a mari subvehi in continentem licet, habentque auri ramenta plurima. Notissimi autem istorum amnium deinceps a Tago sunt Mundas [*codd.* Muliadas], subvectiones habens exiguas, et Vacua itidem : tum Durius, longinquis fluens partibus præter Numantiam multasque alias Celtiberorum et Vaccæorum habitationes, magnisque per eum subvehi licet scaphis ad octingenta usque stadia; deinde alii fluvii; ac post hos Lethes fluvius, quem alii Limæam [*codd.* Lemæam], alii Belionem [Oblivionem?] vocant, profluens e Celtiberis et Vaccæis. Post hunc Bænis [Næbis?], alii Minium nominant, fluviorum Lusitaniæ longe maximus, ipse quoque adversus navigatur ad octingenta stadia. Hunc quoque e Cantabris [*codd.* Catabris] delabi auctor est Posidonius : ante ostia ejus sita est insula, et duæ crepidines portubus præditæ. Natura autem loci laudem meretur, quod ripas habent flumina sublimes, et quæ sufficiant ad excipiendum alveis mare exundans, ita ut non effundantur neque in campos dimanent. Atque hic est finis expeditionis Bruti. Ulterius autem plures sunt amnes, dictis paralleli.

5. Ultimi colunt Artabri ad promontorium quod vocatur Nerium, in quod et occiduum et septentrionale latus desinunt : habitant circum Celtici, cognati eorum Celticorum qui sunt ad fluvium Anam. Ferunt enim inter hos et Turdulos, quum fecissent expeditionem eo, Limæa quem diximus flumine transito ortam seditionem : ad quam quum accessisset ducis obitus, mansisse illos ibi dispersos, indeque Lethes (Oblivionis) fluvio factum nomen. Habent Artabri permultas urbes, sitas juxta sese in sinu quem, qui eo navigant, Artabrorum portum appellant; nostra ætate Artabris Arotrebarum tribuitur appellatio. Gentes sunt ad triginta [*al. codd.* quinquaginta], quæ regionem inter Tagum et Artabros incolunt. Quanquam autem solum illud felix est quod ad fruges et pecus attinet, itemque auri, argenti et similium rerum copiam; tamen plerique Lusitanorum, victus e terra petendi omisso studio, latrociniis belloque continenter quum sese invicem, tum Tago transmisso finitimos infestarunt, donec Romani malo isti finem imposuerunt, in planum delatis plerisque eorum urbibus et in pagos mutatis, nonnullis etiam melius conditis. Initium hujusmodi injuriarum fecerunt nimirum montani : qui quum sterile solum colerent et pauca possiderent, aliena concupiverunt; alii dum horum injurias defendunt, ipsi quoque necessario a suorum operum curatione abstracti, pro agricultura militiam tractavere : quo

χώραν ἀμελουμένην στεῖραν οὖσαν τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν οἰκεῖσθαι ὑπὸ λῃστῶν.

6. Τοὺς δ' οὖν Λυσιτανούς φασιν ἐνεδρευτικούς, ἐξερευνητικούς, ὀξεῖς, κούφους, εὐεξελίκτους· ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον, κοῖλον εἰς τὸ πρόσθεν, τελαμῶσιν ἐξηρτημένον· οὔτε γὰρ πόρπακας οὔτ' ἀντιλαβὰς ἔχει· παραξιφὶς πρὸς τούτοις ἢ κοπίς· λινοθώρακες οἱ πλείους· σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται καὶ τριλοφίαις, οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσιν· οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημῖδας ἔχουσιν, ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω· τινὲς δὲ καὶ δόρατι χρῶνται· ἐπιδορατίδες δὲ χάλκεαι. ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίῳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασίν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους † δὶς καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων, ψυχρολουτροῦντας καὶ μονοτροφοῦντας καθαρίως καὶ λιτῶς. θυτικοὶ δ' εἰσὶ Λυσιτανοί, τά τε σπλάγχνα ἐπιβλέπουσιν, οὐκ ἐκτέμνοντες· προσεπιβλέπουσι δὲ καὶ τὰς ἐν τῇ πλευρᾷ φλέβας, καὶ ψηλαφῶντες δὲ τεκμαίρονται. σπλαγχνεύονται δὲ καὶ δι' ἀνθρώπων αἰχμαλώτων, καλύπτοντες σάγοις· εἶθ' ὅταν πληγῇ (ὑπὸ) τὰ σπλάγχνα ὑπὸ τοῦ ἱεροσκόπου, μαντεύονται πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος. τῶν δ' ἁλόντων τὰς χεῖρας ἀποκόπτοντες τὰς δεξιὰς ἀνατιθέασιν.

7. Ἅπαντες δ' οἱ ὄρειοι λιτοί, ὑδροπόται, χαμαιεῦναι, βαθεῖαν καταχεχυμένοι τὴν κόμην γυναικῶν δίκην· μιτρωσάμενοι δὲ τὰ μέτωπα μάχονται. τραγοφαγοῦσι δὲ μάλιστα, καὶ τῷ Ἄρει τράγον θύουσι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ ἵππους· ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι

πάντα θύειν ἑκατόν.

τελοῦσι δὲ καὶ ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ὁπλιτικοὺς καὶ ἱππικοὺς πυγμῇ καὶ δρόμῳ καὶ (δι) ακροβολισμῷ καὶ τῇ σπειρηδὸν μάχῃ. οἱ δ' ὄρειοι τὰ δύο μέρη τοῦ ἔτους δρυοβαλάνῳ χρῶνται, ξηράναντες καὶ κόψαντες, εἶτα ἀλέσαντες καὶ ἀρτοποιησάμενοι, ὥστ' ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον. χρῶνται δὲ καὶ ζύθει· οἴνῳ δὲ σπανίζονται· τὸν δὲ γενόμενον ταχὺ ἀναλίσκουσι κατευωχούμενοι μετὰ τῶν συγγενῶν· ἀντ' ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται. καθήμενοί τε δειπνοῦσι, περὶ τοὺς τοίχους καθέδρας οἰκοδομητὰς ἔχοντες, προκάθηνται δὲ καθ' ἡλικίαν καὶ τιμήν· περιφορητὸν δὲ τὸ δεῖπνον. καὶ παρὰ πότον ὀρχοῦνται πρὸς αὐλὸν καὶ σάλπιγγα χορεύοντες, ἀλλὰ καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες· ἐν Βαστητανίᾳ δὲ καὶ γυναῖκες ἀναμὶξ ἀνδράσι προσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. μελανείμονες ἅπαντες, τὸ πλέον ἐν σάγοις, ἐν οἷσπερ καὶ στιβαδοκοιτοῦσι. χηλίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται, καθάπερ καὶ οἱ Κελτοί. αἱ γυναῖκες δ' ἐν ἐνδύμασι καὶ ἀνθιναῖς ἐσθήσεσι διάγουσιν. ἀντὶ δὲ νομίσματος οἱ (δὲ) λίαν ἐν βάθει φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται, ἢ τοῦ ἀργυροῦ ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι. τοὺς δὲ θανατουμένους καταπετροῦσι, τοὺς δὲ πατραλοίας ἔξω τῶν ὅρων ἢ τῶν πόλεων καταλεύουσι. γαμοῦσι δ' ὥσπερ οἱ Ἕλληνες. τοὺς δὲ ἀρρώστους, ὥσπερ οἱ * Ἀσσύριοι τὸ

factum est ut terra neglecta bonorum suorum ferax esse desineret, et a latronibus habitaretur.

6. Ferunt Lusitanos esse insidiandi indagandique peritos, celeres, leves, versatiles; aspide uti parva, cujus diameter duûm pedum, cava foras, loris suspensa: non enim fibulas aut ansas habet: ad hæc sica, aut ensis: plerique lineis, rari loricatis utuntur thoracibus, aut tres cristas habentibus galeis; ceteri nervis contra ictus firmatis cassidibus utuntur: pedites ocreas quoque usurpant: spicula singulis plura, nonnulli etiam hasta utuntur, ærea cuspide. Quosdam eorum qui ad Durium amnem accolunt, Laconica ferunt uti vitæ ratione, bis [?] unguento, et tepidariis vasis ex candentibus lapidibus utentes, et frigida lavantes, unoque cibi genere pure frugaliterque utentes. Immolando student Lusitani, et exta intuentur non exsecta: præterea et laterum venas inspiciunt, ac tangendo etiam divinant. Quin et ex captorum hominum extis conjiciunt, quos sagis opperiunt; præterea quum haruspex eos sub [in?] exta percusserit; primum ex cadaveris lapsu futura prædicunt. Captivorum manus dextras amputant, diisque consecrant.

7. Omnes qui in montibus degunt, victu utuntur tenui, aquam bibunt, humi cubant, crines mulierum in morem prolixam demittunt; sed mitris faciem velati pugnant. Maxime capros edunt, et Marti caprum immolant, prætereaque captivos et equos. Quin et ritu Græco hecatombas cujusque generis instituunt, ut et Pindarus ait:

Immolare centena omnia.

Certamina etiam gymnica, armata et equestria edunt, pugno, cursu, velitatione, et instructo cohortatim prœlio. Montani duobus anni temporibus glande vescuntur querna, siccata et contusa, inde molentes atque e farina panem conficientes: itaque eas ad tempus usui reponunt. Zytho etiam utuntur: vini parum habent, et quod provenit, statim in lauta convivia cum cognatis insumunt. Butyrum eis olei usum implet. Cœnant sedentes, habentque ad parietes constructa in hunc usum sedilia. Priora in sedendo loca ætati dignitatique deferuntur. Cœna circumgestatur. Inter potandum saltantes ad tibiam et tubam choreas ducunt, interim exsilientes et poplitibus flexis rectum corpus demittentes. In Bastetania id etiam mulieres viris admixtæ faciunt, una alteram manu tenentes. Nigro omnes utuntur vestitu, plerumque in sagis degunt, in quibus etiam supra thoros herbaceos dormiunt. Vasis utuntur ligneis [*codd.* cereis], ut et Celtæ: mulieres semper vestibus utuntur floridis. Loco pecuniæ qui prorsus mediterranea incolunt permutatione utuntur, aut de lamina argentea aliquid abscissum dant. Morti addictos conjectos de saxis præcipites agunt: patricidas eductos extra fines (aut urbes) lapidibus obruunt. Matrimonia more Græco contrahunt. Ægrotos vetere Assyriorum [*codd.* Ægyptiorum] consuetu-

παλαιόν, προτιθέασιν εἰς τὰς ὁδοὺς τοῖς πεπειραμένοις τοῦ πάθους ὑποθήκης χάριν. διφθερίνοις τε πλοίοις ἐχρῶντο ἕως ἐπὶ Βρούτου διὰ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὰ τενάγη, νυνὶ δὲ καὶ τὰ μονόξυλα ἤδη σπάνια. ἅλες πορφυροῖ, τριφθέντες δὲ λευκοί. ἔστι δὲ τῶν ὀρείων ὁ βίος οὗτος, ὥσπερ ἔφην, λέγω τοὺς τὴν βόρειον πλευρὰν ἀφορίζοντας τῆς Ἰβηρίας, Καλλαϊκοὺς καὶ Ἄστουρας καὶ Καντάβρους μέχρι Οὐασκώνων καὶ τῆς Πυρήνης· ὁμοειδεῖς γὰρ ἁπάντων οἱ βίοι. ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν, φεύγων τὸ ἀηδὲς τῆς γραφῆς, εἰ μή τινι πρὸς ἡδονῆς ἐστιν ἀκούειν Πλευταύρους καὶ Βαρδυήτας καὶ Ἀλλότριγας καὶ ἄλλα χείρω καὶ ἀσημότερα τούτων ὀνόματα.

8. Τὸ δὲ δυσήμερον καὶ ἀγριῶδες (δ) οὐκ ἐκ τοῦ πολεμεῖν συμβέβηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· καὶ γὰρ ὁ πλοῦς ἐπ' αὐτοὺς μακρὸς καὶ αἱ ὁδοί, δυσεπίμικτοι δ' ὄντες ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον. ἧττον δὲ νῦν τοῦτο πάσχουσι διὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπιδημίαν· ὅσοις δ' ἧττον τοῦτο συμβαίνει, χαλεπώτεροί εἰσι καὶ θηριωδέστεροι. τοιούτοις δ' οὖσι καὶ ἀπὸ τῶν τόπων λυπρότητος ἐνίοις καὶ τῶν ἀέρων εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν. ἀλλὰ νῦν, ὡς εἶπον, πέπαυται πολεμοῦντα πάντα· τούς τε γὰρ συνέχοντας ἔτι νῦν μάλιστα τὰ λῃστήρια Καντάβρους καὶ τοὺς γειτονεύοντας αὐτοῖς κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους στρατεύουσι νῦν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων οἵ τε Κωνιακοὶ καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες † πλὴν Τουίσοι. ὅ τ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος Τιβέριος, τριῶν ταγμάτων στρατιωτικὸν ἐπιστήσας τοῖς τόποις, τὸ ἀποδειχθὲν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, οὐ μόνον εἰρηνικούς, ἀλλὰ καὶ πολιτικοὺς ἤδη τινὰς αὐτῶν ἀπεργασάμενος τυγχάνει.

dine in viis deponunt, ut qui eum morbum experti sunt, iis consulant. Coriaceis utebantur navigiis usque ad Brutum ob exundationes et paludes; nunc vero etiam lintrium usus jam est rarus. Sal illis purpureus, sed albus fit terendo. Talis ergo vita est montanorum, eorum dico qui septentrionale Hispaniæ latus terminant, Callaicorum, Asturum, Cantabrorum, usque ad Vascones et Pyrenam : omnes enim eodem vivunt modo. Plura autem nomina apponere piget, fugientem tædium injucundæ scriptionis, nisi forte alicui volupe est audire Pleutauros, Bardyetas, et Allotrigas, et alia his deteriora obscurioraque nomina.

8. Morum autem immanitas et feritas non tantum a bellis iis adest, sed et ob remotam ab aliis habitationem : nam terra marique ad eos longa sunt itinera : quo factum est ut commerciis carentes, societatem et humanitatem amiserint. Minus tamen hodie eo vitio laborant, ob pacem et Romanorum ad illos profectiones. : quibus ista minus obtingunt, ii importuniores sunt et inhumaniores : quod vitium augeri par est, quum nonnullis accedat locorum et aerum incommoditas permagna. Verum jam, ut dixi, omnia bella sunt sublata. Nam Cantabros, qui maxime etiam nostra ætate latrocinia exercent, iisque vicinos, Cæsar Augustus subegit : et qui ante Romanorum socios populabantur, nunc pro Romanis arma ferunt, Coniaci [*fortasse iidem qui infra* Conisci], et qui ad fontes Iberi amnis accolunt, Tuisis exceptis [? Pleutauri ?]. Et qui Augusto successit Tiberius impositis in ea loca tribus cohortibus quas Augustus destinaverat, non pacatos modo, sed et civiles quosdam eorum reddidit.

ΚΕΦ. Δ'.

Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Ἰβηρίας ἥ τε ἀπὸ Στηλῶν μέχρι τῆς Πυρήνης καθ' ἡμᾶς παραλία καὶ ἡ ταύτης ὑπερκειμένη μεσόγαια πᾶσα τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλος, τὸ δὲ μῆκος μικρῷ πλειόνων ἢ τετρακισχιλίων σταδίων· τὸ δὲ τῆς παραλίας ἔτι πλεῖον καὶ δισχιλίοις σταδίοις εἴρηται. φασὶ δὲ ἀπὸ μὲν Κάλπης, τοῦ κατὰ Στήλας ὄρους, ἐπὶ Καρχηδόνα Νέαν δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους· οἰκεῖσθαι δὲ τὴν ἠιόνα ταύτην ὑπὸ Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν, ἐκ μέρους δὲ καὶ ὑπὸ Ὠρητανῶν. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ἄλλους τοσούτους σχεδόν τι· ταύτην δ' ἔχειν Ἐδητανούς. ἐντὸς δὲ τοῦ Ἴβηρος μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηίου ἀναθημάτων χιλίους καὶ ἑξακοσίους· οἰκεῖν δὲ Ἐδητανῶν τε ὀλίγους καὶ λοιπῶν τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας, μεμερισμένους τέτραχα.

2. Κατὰ μέρος δὲ ἀπὸ Κάλπης ἀρξαμένοις ῥάχις ἐστὶν ὀρεινὴ τῆς Βαστητανίας καὶ τῶν Ὠρητανῶν, δα-

CAP. IV.

Restat adhuc explicanda ea Hispaniæ ora maritima, quæ ad nostrum mare a Columnis est usque ad Pyrenam, et quæ mediterranea sunt supra hanc oram sita, quorum non eadem est ubique latitudo, longitudo paulo major stadiorum quattuor millibus. Hac major duobus stadiorum millibus (*id est* sex millium) perhibetur ipsius oræ longitudo. A Calpe, qui mons est ad Columnas, ad Carthaginem Novam stadia numerant bis mille ducenta : eam oram coli a Bastetanis, qui et Bastuli dicuntur, partim etiam ab Oretanis. Hinc ad Iberum fluvium totidem fere stadia; eam autem coli ab Edetanis [*codd.* Eletanis]. Ab Ibero usque ad Pyrenen et Pompeii tropæa, mille sexcenta : eaque habitari a paucis Edetanorum, ac deinde ab Indigetibus qui vocantur, in quattuor distributis partes.

2. Ut autem a Calpe sumpto initio singula persequamur, dorsum est in Bastetania et Oretania montosum, densa

σεῖαν ὕλην ἔχουσα καὶ μεγαλόδενδρον, διορίζουσα τὴν παραλίαν ἀπὸ τῆς μεσογαίας. πολλαχοῦ δὲ κἀνταῦθά ἐστι χρυσεῖα καὶ ἄλλα μέταλλα. πόλις δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πρώτη Μάλακα, ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης, ὅσον καὶ τὰ Γάδειρα· ἐμπόριον δ' ἐστὶν (ἐν) τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ Νομάσι, καὶ ταριχείας δὲ ἔχει μεγάλας. ταύτην τινὲς τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσιν, ἣν ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην παρειλήφαμεν, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἀπωτέρω τῆς Κάλπης ἐστί, κατεσκαμμένη, τὰ δ' ἴχνη σώζουσα Ἑλληνικῆς πόλεως, ἡ δὲ Μάλακα πλησίον μᾶλλον, Φοινικικὴ τῷ σχήματι. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται.

3. Μετὰ ταύτην Ἄβδηρα, Φοινίκων κτίσμα καὶ αὐτή. ὑπὲρ δὲ τῶν τόπων ἐν τῇ ὀρεινῇ δείκνυται Ὀδύσσεια καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ, ὡς Ποσειδώνιός τε εἴρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ. οὗτος δέ φησιν ὑπομνήματα τῆς πλάνης τῆς Ὀδυσσέως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀσπίδας προσπεπατταλεῦσθαι καὶ ἀκροστόλια. ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινὰς οἰκῆσαι, καὶ ὑπάρξαι πόλεις αὐτόθι, τὴν μὲν καλουμένην Ἕλληνες, τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι, ὡς καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τελευτήσαντος δεῦρο καὶ τῶν συνόντων πλανηθέντων μέχρι τῆς μεσογαίας. καὶ τῶν μεθ' Ἡρακλέους δέ τινας καὶ τῶν ἀπὸ Μεσσήνης ἱστορῆσθαί φησιν ἐποικῆσαι τὴν Ἰβηρίαν, τῆς δὲ Κανταβρίας μέρος τι κατασχεῖν Λάκωνας καὶ οὗτός φησι καὶ ἄλλοι. ἐνταῦθα δὲ καὶ † Ὠψικέλλαν πόλιν Ὀκέλα κτίσμα λέγουσι τοῦ μετὰ Ἀντήνορος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ διαβάντος εἰς τὴν Ἰταλίαν. καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ δὲ πεπιστεύκασί τινες, τοῖς τῶν Γαδειριτῶν ἐμπόροις προσέχοντες, ὡς καὶ Ἀρτεμίδωρος εἴρηκεν, ὅτι οἱ ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας οἰκοῦντες πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι Λωτοφάγοι καλοῦνται, σιτούμενοι λωτόν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, οὐ δεόμενοι δὲ ποτοῦ, οὐδὲ ἔχοντες διὰ τὴν ἀνυδρίαν, διατείνοντες καὶ μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων. ἄλλοι τε πάλιν καλοῦνται Λωτοφάγοι, τὴν ἑτέραν οἰκοῦντες τῶν πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νήσων, τὴν Μήνιγγα.

4. Οὐ δὴ θαυμάζοι τις ἂν οὔτε τοῦ ποιητοῦ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην μυθογραφήσαντος τοῦτον τὸν τρόπον, ὥστ' ἔξω Στηλῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει τὰ πολλὰ διαθέσθαι τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ (τὰ γὰρ ἱστορούμενα ἐγγὺς ἦν καὶ [τοῖς] τόποις καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπ' ἐκείνου πεπλασμένων, ὥστε οὐκ ἀπίθανον ἐποίει τὸ πλάσμα), οὔτ' εἴ τινες αὐταῖς τε ταύταις ταῖς ἱστορίαις πιστεύσαντες καὶ τῇ πολυμαθίᾳ τοῦ ποιητοῦ καὶ πρὸς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις ἔτρεψαν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καθάπερ Κράτης τε ὁ Μαλλώτης ἐποίησε καὶ ἄλλοι τινές. οἱ δ' οὕτως ἀγροίκως ἐδέξαντο τὴν ἐπιχείρησιν τὴν τοιαύτην, ὥστε οὐ μόνον τὸν ποιητὴν

silva et magnis arboribus prædita tectum, quod oram a mediterraneis dividit : in eo quoque multis locis sunt auri aliaque metalla. In hac ora prima urbs est Malaca, tanto a Calpe, quantum ab hac Gades, distans intervallo : ea habet emporium, quo utuntur qui in opposito littore vivunt Nomades [*codd.* Sæmades], multumque ibi conficitur salsamenti. Sunt qui hanc eandem putent cum Mænaca, quam ultimam Phocæicarum versus occasum civitatum accepimus, sed errant : nam Mænacæ longius a Calpe dissitæ atque eversæ rudera Græcanicæ urbis vestigia retinent; multo autem propius est Malaca, et ad Phœnicicæ formam accedit. Sequitur Exitanorum urbs, unde salsamentis Exitanis nomen.

3. Post hanc Abdera, Phœnicum opus hæc quoque. Supra hæc loca in montanis monstratur Odyssea (Ulyssea), et in ea fanum Minervæ, ut Posidonius tradit, et Artemidorus, et Asclepiades Myrleanus, qui in Turdetania grammaticam docuit, et descriptionem gentium in istis regionibus agentium edidit. Is tradit monumenta errorum Ulyssis in templo illo Minervæ affixa esse, aspides et navium rostra. Apud Callaicos autem consedisse quosdam qui Teucrum in bellum fuerant secuti; ibique fuisse urbes, quarum una Hellenes diceretur, altera Amphilochi : mortuo scilicet ibi Amphilocho, et sociis usque ad mediterranea vagatis : quin et id ait se comperisse, quosdam Herculis sociorum, et Messeniorum inhabitasse Hispaniam : partem autem Cantabriæ a Laconibus occupatam fuisse et is et alii perhibent; ibique Opsicellam [Ocelam ?] urbem conditam ab Ocela, qui cum Antenore ejusque liberis in Italiam trajecit. Quin et Gaditanis mercatoribus quidam credunt, ut et Artemidorus tradidit, eos qui supra Mauritanos vicini occidentalibus habitant Æthiopibus, Lotophagos dici, quod herba quadam et radice loto vescantur, nihilque opus habeant potu, neque ob aquæ penuriam habere eum possent : eosque usque ad loca Cyrenæ imminentia pertinere : rursumque alii vocantur Lotophagi, qui Meningem incolunt, alteram insularum Parvæ Syrti præpositarum.

4. Mirum ergo non est Homerum errores Ulyssis ita fabulæ in morem descripsisse, ut pleraque extra Columnas in Atlantico pelago gesta ab eo fingeret (quæ enim historiæ perhibentur, parum absunt a locis reliquisque ab eo confictis circumstantiis, adeo ut minime absurdum Homerus et incredibile proponeret figmentum) : neque inepti fuerunt, si qui fidem istarum historiarum ac multiplicem poetæ peritiam secuti, poesin ejus ad scientiæ accommodatas quæstiones traduxerunt, ut fecit Crates Mallotes atque alii quidam. Sunt autem qui poetæ institutum ita rustice interpretarentur, ut non ipsum modo tanquam fossorem et

σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην ἐκ πάσης τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης ἐξέβαλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἁψαμένους τῆς τοιαύτης πραγματείας μαινομένους ὑπέλαβον· συνηγορίαν δὲ ἢ ἐπανόρθωσιν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον εἰς τὰ λεχθέντα ὑπ' ἐκείνων εἰσενεγκεῖν οὐκ ἐθάρρησεν οὔτε τῶν γραμματικῶν οὔτε τῶν περὶ τὰ μαθήματα δεινῶν οὐδείς. καίτοι ἐμοί γε δοκεῖ δυνατὸν εἶναι καὶ συνηγορῆσαι πολλοῖς τῶν λεχθέντων καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν ἄγειν καὶ μάλιστα εἰς ταῦτα, ὅσα Πυθέας παρεκρούσατο τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ κατὰ ἄγνοιαν τῶν τε ἑσπερίων τόπων καὶ τῶν προσβόρων τῶν παρὰ τὸν ὠκεανόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσθω, λόγον ἔχοντα ἴδιον καὶ μακρόν.

5. Τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων πλάνης εἰς τὰ βάρβαρα ἔθνη νομίζοι τις ἂν αἴτιον τὸ διεσπάσθαι κατὰ μέρη μικρὰ καὶ δυναστείας ἐπιπλοκὴν οὐκ ἐχούσας πρὸς ἀλλήλους κατ' αὐθάδειαν, ὥστε ἐκ τούτου πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἔξωθεν ἀσθενεῖς εἶναι. τοῦτο δὲ τὸ αὔθαδες ἐν (δὲ) τοῖς Ἴβηρσι μάλιστα ἐπέτεινε, προσλαβοῦσι καὶ τὸ πανοῦργον φύσει καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν· ἐπιθετικοὶ γὰρ καὶ λῃστρικοὶ τοῖς βίοις ἐγένοντο τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλοις δ' οὐκ ἐπιβαλλόμενοι διὰ τὸ μεγάλας μὴ κατασκευάζεσθαι δυνάμεις καὶ κοινωνίας. εἰ γὰρ δὴ συνασπίζειν ἐβούλοντο ἀλλήλοις, οὔτε Καρχηδονίοις ὑπῆρξεν ἂν καταστρέψασθαι ἐπελθοῦσι τὴν πλείστην αὐτῶν ἐκ περιουσίας, καὶ ἔτι πρότερον Τυρίοις, εἶτα Κελτοῖς, οἳ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται, οὔτε τῷ λῃστῇ Οὐριάθῳ καὶ Σερτωρίῳ μετὰ ταῦτα καὶ εἴ τινες ἕτεροι δυναστείας ἐπεθύμησαν μείζονος. Ῥωμαῖοί τε τῷ κατὰ μέρη πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν καθ' ἑκάστην διὰ ταύτην τὴν δυναστείαν πολύν τινα διετέλεσαν χρόνον, ἄλλοτ' ἄλλους καταστρεφόμενοι τέως, ἕως ἅπαντας ὑποχειρίους ἔλαβον διακοσιοστῷ σχεδόν τι ἔτει ἢ μακρότερον. ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν περιήγησιν.

6. Μετὰ (ταῦτα) τοίνυν Ἄβδηρά ἐστι (καὶ) Καρχηδὼν ἡ Νέα, κτίσμα Ἀσδρούβα, τοῦ διαδεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα, κρατίστη πολὺ τῶν ταύτῃ πόλεων· καὶ γὰρ ἐρυμνότητι καὶ τείχει κατεσκευασμένῳ καλῶς καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται καὶ τοῖς τῶν ἀργυρίων μετάλλοις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν· κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τοῖς πλησίον τόποις πολλὴ ἡ ταριχεία· καὶ ἔστι τοῦτο μεῖζον ἐμπόριον τῶν μὲν ἐκ θαλάττης τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ, τῶν δ' ἐκεῖθεν τοῖς ἔξω πᾶσιν. ἡ δ' ἐνθένδε μέχρι τοῦ Ἴβηρος παραλία κατὰ μέσον πως τὸ διάστημα ἔχει τὸν Σούκρωνα ποταμὸν καὶ τὴν ἐκβολὴν αὐτοῦ καὶ πόλιν ὁμώνυμον· ῥεῖ δὲ ἐκ τοῦ συνεχοῦς ὄρους τῇ ὑπερκειμένῃ ῥάχει τῆς τε Μαλάκας καὶ τῶν περὶ Καρχηδόνα (ὑπερκειμένων) τόπων, περατὸς πεζῇ, παράλληλος δέ πως τῷ Ἴβηρι, μικρὸν δὲ διέχει τῆς Καρχηδόνος [ἧττον] ἢ τοῦ Ἴβηρος. μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Σούκρωνος καὶ τῆς Καρχηδόνος τρία πολίχνια Μασσαλιωτῶν εἰσιν οὐ πολὺ ἄποθεν τοῦ ποταμοῦ· τούτων δ' ἐστὶ γνωριμώτατον τὸ Ἡμεροσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρή-

messorem ex omni hac scientia ejicerent, sed et omnes, qui has res tractandas aggrederentur, pro insanis haberent: quum neque grammatices neque mathematices peritorum quisquam patrocinari poetæ, aut emendationem eorum quæ ii dicebant, aliudve tale proferre auderet: quanquam mea quidem sententia et defendi dictorum multa possunt et corrigi, maxime qualia sunt in quibus Pytheas decepit sibi credentes, ignoratione ad occasum et boream juxta oceanum vergentium locorum. Verum hæc, quia peculiarem et longum requirunt sermonem, omittamus.

5. Quod autem Græci ad barbaras gentes evagati sunt, causa videtur fuisse in exiguas portiones distractio, et principatus eorum, qui ob fastum coalescere invicem et consortia tueri non possent: unde contigit ut contra extrinsecus invadentes viribus non essent pares. Hæc contumacia maxime apud Hispanos aucta est, accedente vafritie ingenii et dolosa varietate: nam homines ii insidiosum et prædatorium vitæ genus secuti, ad parva audaces, nihil magnum moliti sunt, quum magnam potentiam et societates sibi non comparassent. Qui si conjunctis viribus tueri se voluissent, nunquam licuisset neque Carthaginiensibus incursione facta majorem Hispaniæ partem tam facile subigere, neque ante hos Tyriis, deinde Celtis, qui nunc Celtiberi et Verones dicuntur; neque postea temporis latroni Viriatho et Sertorio, et si qui alii ad majus in Hispanos imperium animos adjecerunt. Et Romani ob hoc imperium per partes Hispanorum modo hanc, modo aliam ditionem bello impetentes, alias alios domando multum temporis traxerunt, donec tandem omnes in suam redegerunt potestatem, ducentis fere aut pluribus usi ad hoc annis. Verum ego ad narrationem revertor.

6. Ergo post Abdera sequitur Carthago Nova, ab Asdrubale condita, eo qui Barcæ Annibalis patri successit, longe potentissima omnium ejus regionis urbium: nam et loci natura est munitissima, et muro præclare exstructo, et ornata est portibus ac lacu, et argenteis, quæ dixi, metallis, et quum ibi, tum in vicinis locis multum confit salsamentorum: estque hoc maximum emporium, ubi et mediterranei maritimas, et maritimi mediterraneas mercantur merces. Ora hinc usque ad Iberum fluvium, medio fere spatio habet Sucronem fluvium, ejusque ostium, et urbem cognominem. Delabitur amnis iste e monte qui contiguus est dorso supra Malacam et regionem circa Carthaginem sito, pedibusque potest transiri, parallelus fere Ibero, a quo aliquanto quam a Carthagine distat longius. Inter Sucronem [*codd.* Socronem] et Carthaginem tria sunt Massiliensium oppida, non procul a fluvio: inter quæ celeberrimum est Hemeroscopium, habens in promontorio fanum Dianæ Ephesiæ magna religione cultum, quo ad res mari

σατο Σερτώριος ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικόν, κάτοπτον δὲ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι, καλεῖται δὲ Διάνιον, οἷον Ἀρτεμίσιον, ἔχον σιδηρεῖα εὐφυῆ πλησίον καὶ νησίδια, Πλανησίαν καὶ Πλουμβαρίαν, καὶ λιμνοθάλατταν ὑπερκειμένην, ἔχουσαν ἐν κύκλῳ σταδίους τετρακοσίους. εἶθ' ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἤδη πρὸς Καρχηδόνι, ἣν καλοῦσι Σκομβροαρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον· εἴκοσι δὲ διέχει σταδίους καὶ τέτταρας τῆς Καρχηδόνος. πάλιν δ' ἐπὶ θάτερα τοῦ Σούκρωνος ἰόντι ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἴβηρος Σάγουντον, κτίσμα Ζακυνθίων, ἣν Ἀννίβας κατασκάψας παρὰ τὰ συγκείμενα πρὸς Ῥωμαίους τὸν δεύτερον αὐτοῖς ἐξῆψε πόλεμον πρὸς Καρχηδονίους. πλησίον δὲ πόλεις εἰσὶ Χερρόνησός τε καὶ Ὀλέαστρον καὶ Καρταλίας· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος Δέρτωσσα κατοικία. ῥεῖ δὲ ὁ Ἴβηρ, ἀπὸ Καντάβρων ἔχων τὰς ἀρχάς, ἐπὶ μεσημβρίαν διὰ πολλοῦ πεδίου παράλληλος τοῖς Πυρηναίοις ὄρεσι.

7. Μεταξὺ δὲ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκτροπῶν καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης, ἐφ' ὧν ἵδρυται τὰ ἀναθήματα τοῦ Πομπηίου, πρώτη Ταρράκων ἐστὶ πόλις, ἀλίμενος μέν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη καὶ κατεσκευασμένη τοῖς ἄλλοις ἱκανῶς, καὶ οὐχ ἧττον εὐανδροῦσα νυνὶ τῆς Καρχηδόνος. πρὸς γὰρ τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας εὐφυῶς ἔχει, καὶ ἔστιν ὥσπερ μητρόπολις οὐ τῆς ἐντὸς Ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς. αἵ τε Γυμνήσιαι νῆσοι προκείμεναι πλησίον καὶ ἡ Ἔβυσος, ἀξιόλογοι νῆσοι, τὴν θέσιν εὔκαιρον τῆς πόλεως ὑπαγορεύουσιν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ ναύσταθμον ἔχειν φησὶν αὐτήν, οὐδὲ ἀγκυροβολίοις σφόδρα εὐτυχοῦσαν, ὡς ἀντιλέγων εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος.

8. Καὶ ἡ σύμπασα δ' ἀπὸ Στηλῶν σπανίζεται λιμέσι μέχρι δεῦρο, ἐντεῦθεν δ' ἤδη τὰ ἑξῆς εὐλίμενα καὶ χώρα ἀγαθὴ τῶν τε Λεητανῶν καὶ Λαρτολαιητῶν καὶ ἄλλων τοιούτων μέχρι Ἐμπορίου. αὐτὸ δ' ἐστὶ Μασσαλιωτῶν κτίσμα, ὅσον † τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σταδίους καὶ τῶν μεθορίων τῆς Ἰβηρίας πρὸς τὴν Κελτικήν· καὶ αὕτη δ' ἐστὶ πᾶσα ἀγαθὴ καὶ εὐλίμενος. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ἡ † Ῥοδόπη, πολίχνιον Ἐμποριτῶν, τινὲς δὲ κτίσμα Ῥοδίων φασί· κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τῷ Ἐμπορίῳ τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν τιμῶσιν, ἐροῦμεν δὲ τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς περὶ Μασσαλίαν. ᾤκουν οἱ Ἐμποριται πρότερον νησίον τι προκείμενον, ὃ νῦν καλεῖται Παλαιὰ πόλις, νῦν δ' οἰκοῦσιν ἐν τῇ ἠπείρῳ. δίπολις δ' ἐστί, τείχει διωρισμένη, πρότερον τῶν Ἰνδικητῶν τινας προσοίκους ἔχουσα, οἵ, καίπερ ἰδίᾳ πολιτευόμενοι, κοινὸν ὅμως περίβολον ἔχειν ἐβούλοντο πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἀσφαλείας χάριν, διπλοῦν δὲ τοῦτον, τείχει μέσῳ διωρισμένον· τῷ χρόνῳ δ' εἰς ταὐτὸ πολίτευμα συνῆλθον μικτόν τι ἔκ τε βαρβάρων καὶ Ἑλληνικῶν νομίμων, ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν συνέβη.

9. Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς πλησίον, ἐκ τῆς Πυρήνης

gerendas usus est arce et receptaculo Sertorius : munitum est enim editi loci natura, et latrociniis aptum, longeque ab adnavigantibus cerni potest. Nomen est ei Dianium, habetque in propinquo bonas secturas ferrarias, tum exiguas insulas Planesiam ac Plumbariam, ac lacum marinum superne, cujus circuitus stadiorum est quadringentorum. Sequitur Herculis insula jam pone Carthaginem, quam Scombroariam (sive Scombrariam) vocant a captis ibi scombris, ex quibus optimum fit garum : distat a Carthagine stadiis quattuor et viginti. Rursus a Sucrone in alteram partem proficiscenti versus ostia Iberi, Saguntum a Zacynthiis conditum : quam urbem quum Annibal delevisset contra pacta cum Romanis conventa, secundum illorum contra Carthaginienses bellum inflammavit. In propinquo urbes sunt Cherronesus, Oleastrum, [*codd.* Oleatron], Cartalias; et in ipso Iberi trajectu Dertossa [*codd.* Dercissa] colonia. Iberus autem, ortus apud Cantabros, per longam planitiem versus meridiem fluit, parallelus Pyrenæis montibus.

7. Inter Iberi ostia et Pyrenes extrema, ubi posita sunt Pompeii tropæa, prima urbs est Tarracon, portu quidem carens, sed in sinu condita, et aliis satis instructa rebus, et nunc non paucioribus quam Carthago frequentata hominibus. Commode enim sita est ad præfectorum in Hispania peregrinationes, estque metropolis non tantum intra Iberum sitæ Hispaniæ, sed et magnæ partis ejus quæ extra est : tum Gymnesiæ insulæ in propinquo sitæ et Ebusus [*codd.* Ebosus], memorabiles insulæ, ostendunt situm urbis esse opportunum. Eratosthenes ei navium quoque tribuit stationem : quum Artemidorus eum refellens dicat, eam ne ancoris quidem jaciendis esse satis opportunam.

8. Sane tota a Columnis ora huc usque raros habet portus : deinceps autem portus sunt passim boni, et solum fertile quum Leetanorum, tum Lartolæetarum aliorumque usque ad Emporium. Urbs ea a Massiliensibus condita, a Pyrena distat et Hispaniæ cum Gallia confinio ad stadia quater mille [?] : hæc quoque regio tota bona est, et bonos habet portus. Ibi est etiam Rhodope [? *aliis* Rhode *et* Rhodus], oppidum Emporiensium, sed quidam a Rhodiis conditum esse dicunt. Ibi et Emporii Dianam Ephesiam colunt : causam dicemus ubi de Massilia sermo erit. Habitarunt Emporienses olim insulam quandam oppositam, quæ nunc Vetus urbs dicitur : nunc in continente degunt. Est autem in duas urbes divisa muro ducto, quum olim accolerent Indigetum quidam, qui etsi sua uterentur reipublicæ forma, tamen, quo essent tutiores, iisdem cum Græcis voluerunt includi mœnibus, duplicibus tamen, intermedio quippe muro distinctis : at tempore in unam coaluerunt civitatem, mixtam ex barbaricis et Græcis constitutionibus, quod et multis aliis evenit.

9. In proximo fluvius labitur, e Pyrena ortus, cujus

ἔχων τὰς ἀρχάς, ἡ δὲ ἐκβολὴ λιμήν ἐστι τοῖς Ἐμπορίταις. λινουργοὶ δὲ ἱκανῶς οἱ Ἐμπορῖται· χώραν δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσι, τὴν μὲν ἀγαθήν, τὴν δὲ σπαρτοφόρον τῆς ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας σχοίνου, καλοῦσι δὲ Ἰουγκάριον πεδίον· τινὲς δὲ καὶ τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται [τὰ] μέχρι τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου, δι' ὧν βαδίζουσιν εἰς τὴν ἔξω καλουμένην Ἰβηρίαν ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ μάλιστα τὴν Βαιτικήν. αὕτη δ' ἡ ὁδὸς ποτὲ μὲν πλησιάζει τῇ θαλάττῃ, ποτὲ δ' ἀφέστηκε, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν μέρεσι. φέρεται δὲ ἐπὶ Ταρράκωνα, ἀπό (τε) τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου διὰ τοῦ Ἰουγκαρίου πεδίου καὶ Βεττέρων καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον· ἐκ δὲ τοῦ Ταρράκωνος ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος κατὰ Δέρτωσσαν πόλιν· ἐντεῦθεν διὰ Σαγούντου καὶ Σαιτάβιος πόλεως ἐνεχθεῖσα κατὰ μικρὸν ἀφίσταται τῆς θαλάττης καὶ συνάπτει τῷ Σπαρταρίῳ, ὡς ἂν Σχοινοῦντι, καλουμένῳ πεδίῳ· τοῦτο δ' ἐστὶ μέγα καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοκικὴν φύον σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχουσαν εἰς πάντα τόπον, καὶ μάλιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν. πρότερον μὲν οὖν διὰ μέσου τοῦ πεδίου καὶ Ἐγελάστας συνέβαινεν εἶναι τὴν ὁδόν, χαλεπὴν καὶ πολλήν, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰ πρὸς θαλάττῃ μέρη πεποιήκασιν αὐτήν, ἐπιψαύουσαν μόνον τοῦ Σχοινοῦντος, εἰς ταὐτὸ δὲ τείνουσαν τῇ προτέρᾳ, τὰ περὶ Καστλῶνα καὶ Ὀβούλκωνα, δι' ὧν εἴς τε Κορδύβην καὶ εἰς Γάδειρα ἡ ὁδός, τὰ μέγιστα τῶν ἐμπορίων. διέχει δὲ τῆς Κορδύβης ἡ Ὀβούλκων περὶ τριακοσίους σταδίους. φασὶ δ' οἱ συγγραφεῖς, ἐλθεῖν Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα καὶ τὸ στρατόπεδον τὸ ἐνταῦθα, ἡνίκα ἔμελλε συνάπτειν εἰς τὸν περὶ τὴν Μούνδαν πόλεμον.

10. Ἡ μὲν δὴ παραλία πᾶσα ἡ ἀπὸ Στηλῶν μέχρι τῆς μεθορίας τῆς Ἰβήρων καὶ Κελτῶν τοιαύτη. ἡ δ' ὑπερκειμένη μεσόγαια, λέγω δὲ τὴν ἐντὸς τῶν τε Πυρηναίων ὀρῶν καὶ τῆς προσαρκτίου πλευρᾶς μέχρις Ἀστύρων, δυεῖν μάλιστα ὄρεσι διορίζεται. τούτων δὲ τὸ μὲν παράλληλόν ἐστι τῇ Πυρήνῃ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν Καντάβρων ἔχον, τελευτὴν δ' ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καλοῦσι δὲ τοῦτο Ἰδουβέδαν· ἕτερον δ' ἀπὸ τοῦ μέσου διῆκον ἐπὶ τὴν δύσιν, ἐκκλῖνον δὲ πρὸς νότον καὶ τὴν ἀπὸ Στηλῶν παραλίαν· ὃ κατ' ἀρχὰς μὲν γεώλοφόν ἐστι καὶ ψιλόν, διέξεισι δὲ τὸ καλούμενον Σπαρτάριον πεδίον, εἶτα συνάπτει τῷ δρυμῷ τῷ ὑπερκειμένῳ τῆς τε Καρχηδονίας καὶ τῶν περὶ τὴν Μάλακαν τόπων· καλεῖται δὲ Ὀροσπέδα. μεταξὺ μὲν δὴ τῆς Πυρήνης καὶ τῆς Ἰδουβέδας ὁ Ἴβηρ ῥεῖ ποταμός, παράλληλος τοῖς ὄρεσιν ἀμφοτέροις, πληρούμενος ἐκ τῶν ἐντεῦθεν καταφερομένων ποταμῶν καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων. ἐπὶ δὲ τῷ Ἴβηρι πόλις ἐστὶ Καισαραυγοῦστα καλουμένη καὶ Κέλσα κατοικία τις, ἔχουσα γεφύρας λιθίνης διάβασιν. συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα, γνωριμωτάτου δὲ τοῦ τῶν Ἰακκητανῶν λεγομένου. τοῦτο δ' ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρωρείας τῆς κατὰ

ostio pro portu utuntur Emporienses. Linificio magnam impendunt operam: mediterranea habent partim bona, partim sparti feracia, nimirum juncti palustris ac minus utilis: vocant Juncarium campum. Quidam vero extrema Pyrenes accolunt usque ad tropæa Pompeii: per quæ iter est ex Italia in exteriorem quam vocant Hispaniam, maxime Bæticam. Hoc iter aliquando appropinquat mari, aliquando recedit, maxime in occiduis partibus. Tendit ad Tarraconem a tropæis Pompeii per Juncarium campum et Veteres et campum Fœnicularium Latine a fœniculi ibi nascentis copia dictum: a Tarracone ad transitum Iberi ad urbem Dertossam: inde per Saguntum et Sætabin [*codd.* Setabin] urbem ductum, paululum a mari recedit, et Spartario (quasi dicas junci feraci) campo applicatur. Is magnus et aquæ expers spartum producit funibus texendis aptam, quæ exportatur usquequaque, et maxime in Italiam. Prius quidem per medium campum et Egelastas via ducebat, longa et difficilis: nunc autem eam ad maritimas partes averterunt, ita ut tantummodo attingat Junciferum illum campum, pergatque ut via priori ad Castlonem [*codd.* Clastonem] et Obulconem, unde iter ad Cordubam et Gades, maxima emporia. Abest Obulco a Corduba circiter trecenta stadia. Historici perhibent Cæsarem Roma Obulconem, ubi castra fuere, pervenisse septem et viginti dierum itinere, quum esset ad Mundam conserturus prœlium.

10. Explicatum est jam, qualis sit tota maritima ora a Columnis usque ad Hispaniæ et Galliæ confinium. At superjacens interior terra, quæ Pyrenæis montibus et septentrionali includitur latere usque ad Astures [*codd.* Satyros], duobus præcipue montibus continetur, quorum unus quem Idubeda vocant, parallelus Pyrenæ est, a Cantabris incipiens, et ad nostrum mare desinens: alter a medio versus occasum porrectus, ad meridiem et oram Columnis vicinam declinat, initio nudus collis, deinde per Spartarium campum pergens silvæ committitur, quæ est supra Carthaginiensem agrum et Malacam positis in locis. Vocatur hic Orospeda. Inter Idubedam et Pyrenam Iberus fluvius labitur, parallelus utrique montium, impleturque amnibus inde defluentibus et aliis aquis. Ad Iberum amnem est Cæsaraugusta, et Celsa oppidum, ubi ponte lapideo amnis jungitur. Regionem eam complures incolunt gentes, quarum nobilissima Iaccetani. Ea a Pyrenes radicibus incipiens, in campos

τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται καὶ συνάπτει τοῖς περὶ Ἰλέρδαν καὶ (* Ὄσκαν) χωρίοις, τοῖς τῶν Ἰλεργετῶν οὐ πολὺ ἄποθεν τοῦ Ἴβηρος. ἐν δὲ ταῖς πόλεσι ταύταις ἐπολέμει τὸ τελευταῖον Σερτώριος καὶ ἐν Καλάγουρι Οὐασκώνων πόλει καὶ τῆς παραλίας ἐν Ταρράκωνι καὶ ἐν τῷ Ἡμεροσκοπείῳ μετὰ τὴν ἐκ Κελτιβήρων ἔκπτωσιν, ἐτελεύτα δ' ἐν Ὄσκᾳ. καὶ [περὶ] Ἰλέρδαν ὕστερον Ἀφράνιος καὶ Πετρήιος οἱ τοῦ Πομπηίου στρατηγοὶ κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ. διέχει δὲ ἡ Ἰλέδρα τοῦ μὲν Ἴβηρος ὡς ἐπὶ δύσιν ἰόντι σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα, Ταρράκωνος δὲ πρὸς νότον περὶ τετρακοσίους ἑξήκοντα, πρὸς ἄρκτον δὲ Ὄσκας πεντακοσίους τεσσαράκοντα. διὰ τούτων δὲ τῶν † ὀρῶν ἡ ἐκ Ταρράκωνος ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ Οὐάσκωνας τοὺς κατὰ Πομπέλωνα καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ ὠκεανῷ Οἰασῶνα πόλιν ὁδός ἐστι σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων, πρὸς αὐτὰ τὰ τῆς Ἀκουιτανίας ὅρια καὶ τῆς Ἰβηρίας. Ἰακκητανοὶ δ' εἰσὶν ἐν οἷς τότε μὲν Σερτώριος ἐπολέμει πρὸς Πομπήιον, ὕστερον δ' ὁ τοῦ Πομπηίου υἱὸς Σέξτος πρὸς τοὺς Καίσαρος στρατηγούς. ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰακκητανίας πρὸς ἄρκτον τὸ τῶν Οὐασκώνων ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν Πομπηιόπολις.

11. Αὐτῆς δὲ τῆς Πυρήνης τὸ μὲν Ἰβηρικὸν πλευρὸν εὔδενδρόν ἐστι παντοδαπῆς ὕλης καὶ τῆς ἀειθαλοῦς, τὸ δὲ Κελτικὸν ψιλόν, τὰ δὲ μέσα περιέχει καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένους αὐλῶνας. ἔχουσι δ' αὐτοὺς Κερρητανοὶ τὸ πλέον, τοῦ Ἰβηρικοῦ φυλοῦ, παρ' οἷς πέρναι διάφοροι συντίθενται ταῖς Κανταβρικαῖς ἐνάμιλλοι, πρόσοδον οὐ μικρὰν τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαι.

12. Ὑπερβάλλοντι δὲ τὴν Ἰδουβέδαν ἡ Κελτιβηρία παραχρῆμα πολλὴ καὶ ἀνώμαλος· τὸ μὲν πλέον αὐτῆς ἐστι τραχὺ καὶ ποταμόκλυστον· διὰ γὰρ τούτων ὅ τε Ἄνας φέρεται καὶ ὁ Τάγος καὶ οἱ ἐφεξῆς ποταμοὶ οἱ πλείους οἱ ἐπὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν καταφερόμενοι, τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἐκ τῆς [Κελτ]ιβηρίας· ὧν ὁ Δούριος φέρεται παρὰ τὴν Νομαντίαν καὶ τὴν Σεργουντίαν, ὁ δὲ Βαῖτις ἐκ τῆς Ὀροσπέδας τὰς ἀρχὰς ἔχων διὰ τῆς Ὠρητανίας εἰς τὴν Βαιτικὴν ῥεῖ. οἰκοῦσι δ' ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν τοῖς Κελτίβηρσι Βήρωνες, Καντάβροις ὅμοροι τοῖς Κονίσκοις, καὶ αὐτοὶ τοῦ Κελτικοῦ στόλου γεγονότες, ὧν ἐστι πόλις Οὐαρία κατὰ τὴν τοῦ Ἴβηρος διάβασιν κειμένη· συνεχεῖς δ' εἰσὶ καὶ Βαρδυήταις, οὓς οἱ νῦν Βαρδύλους καλοῦσιν· ἐκ δὲ τοῦ ἑσπερίου τῶν τε Ἀστύρων τινὲς καὶ τῶν Καλλαϊκῶν καὶ Οὐακκαίων, ἔτι δ' Οὐεττώνων καὶ Καρπητανῶν· ἐκ δὲ τῶν νοτίων Ὠρητανοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τὴν Ὀροσπέδαν οἰκοῦσι Βαστητανῶν τε καὶ Ἐδητανῶν· πρὸς ἕω δὲ Ἰδουβέδα.

13. Αὐτῶν τε τῶν Κελτιβήρων εἰς τέτταρα μέρη διῃρημένων, οἱ κράτιστοι μάλιστα πρὸς ἕω εἰσὶ καὶ πρὸς νότον οἱ Ἀρουάκοι, συνάπτοντες Καρπητανοῖς καὶ ταῖς τοῦ Τάγου πηγαῖς· πόλις δ' αὐτῶν ὀνομαστοτάτη

dilatatur, et contingit propinqua Ilerdæ et Oscæ [*codd.* Ileoscæ] loca quæ sunt regionis Ilergetum, non procul ab Ibero remota. In his urbibus postremam belli partem Sertorius confecit, et Calaguri Vasconum urbe, et in ora circum Tarraconem, atque in Hemeroscopio quod diximus, postquam Celtiberia fuit ejectus, decessit autem Oscæ [*codd.* morbo]. Et apud Ilerdam postmodo Afranius et Petreius Pompeiani duces a divo Cæsare sunt devicti. Distat Ilerda ab Ibero versus occasum proficiscenti stadiis centum et sexaginta: a Tarracone versus austrum abest ad quadringenta et sexaginta, versus septentrionem ab Osca [*codd.* Hoisca] stadia quingenta et quadraginta. Per dictos montes [locos?] a Tarracone ad extremos ad oceanum habitantes Vascones, qui sunt circa Pompelonem [*codd.* Pombiælonem] et Œasonem [*codd.* Œdasunem; *vulgo* Idanusam] urbem ad ipsum sitam oceanum, iter est stadiorum bis mille quadringentorum, desinens in ipsos Aquitaniæ et Hispaniæ limites. In Iaccetanis et Sertorius bellum contra Pompeium gessit, et postea Sextus Pompeius hujus filius contra Cæsaris legatos. Supra Iaccetaniam versus septentrionem habitant Vascones, in quibus urbs est Pompelon, quasi si Pompeii urbem diceres.

11. Ipsius Pyrenes Hispanicum latus arborum dives est, et omnis generis silvam habet, etiam perpetuo virentem: Gallicum latus nudum est: in medio convalles continentur, habitationibus opportunæ. Eas majori ex parte tenent Cerretani Hispanica gens: apud hos pernæ conficiuntur præstantes, Cantabricis [*codd.* Cantharicis] non cedentes, multumque inde istis hominibus est emolumenti.

12. Porro Idubeda superata statim Celtiberia adest, ampla regio et inæqualis. Major ejus pars aspera est, et amnibus alluitur: nam per hanc defluunt Anas, et Tagus, et major numerus eorum qui deinceps sunt fluvii, qui in mare occiduum deferuntur, ortum habentes ex Celtiberia. Ex his Durius [*codd.* Dureias] fluvius Numantiam et Serguntiam præterlabitur; Bætis ex Orospeda ortus, per Oretaniam in Bæticam fluit. A Celtiberis versus septentrionem sunt Verones, Cantabrorum Coniscorum finitimi, ipsi quoque e Celtica transmigratione orti. Horum urbs est Varia, sita ad trajectum Iberi; contigui sunt Bardyetis [*codd.* Bardyitis] quos nunc Bardulos [*codd.* Bardyalos] vocant. Ad occiduum latus accolunt quidam Astures, Callaici, Vaccæi, Vettones, et Carpetani. Versus meridiem Oretani, et qui alii de Bastetanis et Edetanis [*codd.* Dittanis] Orospedam habitant: ad ortum est Idubeda.

13. Celtiberis in quattuor partes divisis, præstantissimi eorum versus ortum habitant et meridiem, Aruaci [*codd.* Uraci], Carpetanis et Tagi ostiis contermini. Horum est celeberrima urbs Numantia [*græce* Nomantia.] Virtutem

Νομαντία. ἔδειξαν δὲ τὴν ἀρετὴν τῷ Κελτιβηρικῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ῥωμαίους, εἰκοσαετεῖ γενομένῳ· πολλὰ γὰρ στρατεύματα σὺν ἡγεμόσιν ἐφθάρη, τὸ δὲ τελευταῖον οἱ Νομαντῖνοι πολιορκούμενοι ἀπεκαρτέρησαν πλὴν ὀλίγων τῶν ἐνδόντων τὸ τεῖχος. καὶ οἱ Λούσωνες δὲ ἑῷοί εἰσι, συνάπτοντες καὶ αὐτοὶ ταῖς τοῦ Τάγου πηγαῖς. τῶν δ' Ἀρουάκων ἐστὶ καὶ Σεγήδα πόλις καὶ Παλλαντία. διέχει δὲ Νομαντία τῆς Καισαραυγούστας, ἥν ἔφαμεν ἐπὶ τῷ Ἴβηρι ἱδρῦσθαι, σταδίους ἐπὶ ὀκτακοσίους. καὶ Σεγοβρίγα δ' ἐστὶ τῶν Κελτιβήρων πόλις καὶ Βίλβιλις, περὶ ἃς Μέτελλος καὶ Σερτώριος ἐπολέμησαν. Πολύβιος δὲ τὰ τῶν Οὐακκαίων καὶ τῶν Κελτιβήρων ἔθνη καὶ χωρία διεξιὼν συλλέγει ταῖς ἄλλαις πόλεσι καὶ Σεγεσάμαν καὶ Ἰντερκατίαν. φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, Μάρκον Μάρκελλον πράξασθαι φόρον ἐκ τῆς Κελτιβηρίας τάλαντα ἑξακόσια· ἐξ οὗ τεκμαίρεσθαι πάρεστιν ὅτι καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ Κελτίβηρες καὶ χρημάτων εὐποροῦντες, καίπερ οἰκοῦντες χώραν παράλυπρον. Πολυβίου δ' εἰπόντος τριακοσίας αὐτῶν καταλῦσαι πόλεις Τιβέριον Γράκχον, κωμῳδῶν φησι τοῦτο τῷ Γράκχῳ χαρίσασθαι τὸν ἄνδρα, τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις, ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς. καὶ ἴσως οὐκ ἄπιστον τοῦτο λέγει· καὶ γὰρ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ συγγραφεῖς ῥᾳδίως ἐπὶ τοῦτο φέρονται τὸ ψεῦσμα, καλλωπίζοντες τὰς πράξεις, ἐπεὶ καὶ οἱ φάσκοντες πλείους ἢ χιλίας τὰς τῶν Ἰβήρων ὑπάρξαι πόλεις ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαί μοι δοκοῦσι, τὰς μεγάλας κώμας πόλεις ὀνομάζοντες. οὔτε γὰρ ἡ τῆς χώρας φύσις πόλεων ἐπιδεκτικὴ πολλῶν ἐστι διὰ τὴν λυπρότητα ἢ διὰ τὸν ἐκτοπισμὸν καὶ τὸ ἀνήμερον, οὔθ' οἱ βίοι καὶ πράξεις αὐτῶν (ἔξω τῶν κατὰ τὴν παραλίαν τὴν καθ' ἡμᾶς) ὑπαγορεύουσι τοιοῦτον οὐδέν· ἄγριοι γὰρ οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες· τοιοῦτοι δ' οἱ πολλοὶ τῶν Ἰβήρων· αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν οὐδ' αὗται ῥᾳδίως, ὅταν πλεονάζῃ τὸ τὰς ὕλας ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον οἰκοῦν.

14. Μετὰ δὲ τοὺς Κελτίβηρας πρὸς νότον εἰσὶν οἱ τὸ ὄρος οἰκοῦντες τὴν Ὀροσπέδαν καὶ τὴν περὶ τὸν Σούκρωνα χώραν † Σιδητανοὶ μέχρι Καρχηδόνος, καὶ Βαστητανοὶ καὶ Ὠρητανοὶ σχεδὸν δέ τι καὶ μέχρι Μαλάκας.

15. Πελτασταὶ δ' ἅπαντες, ὡς εἰπεῖν, ὑπῆρξαν οἱ Ἴβηρες καὶ κοῦφοι κατὰ τὸν ὁπλισμὸν διὰ τὰς λῃστείας, οἵους ἔφαμεν τοὺς Λυσιτανούς, ἀκοντίῳ καὶ σφενδόνῃ καὶ μαχαίρᾳ χρώμενοι· ταῖς δὲ πεζαῖς δυνάμεσι παρεμέμικτο καὶ ἱππεία, δεδιδαγμένων ἵππων ὀρειβατεῖν καὶ κατοκλάζεσθαι ῥᾳδίως ἀπὸ προστάγματος, ὅτε τούτου δέοι. φέρει δ' ἡ Ἰβηρία δορκάδας πολλὰς καὶ ἵππους ἀγρίους. ἔστι δ' ὅπου καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν· ὄρνεις δὲ κύκνοι καὶ τὰ παραπλήσια, πολλαὶ δὲ καὶ ὠτίδες· κάστορας φέρουσι μὲν οἱ ποταμοί, τὸ δὲ καστόριον οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν δύναμιν τῷ Ποντικῷ· ἴδιον γὰρ τῷ Ποντικῷ πάρεστι τὸ φαρμακῶδες, καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς. ἐπεί, φησὶν ὁ Πο-

suam demonstrarunt bello Celtiberico adversus Romanos, quod bellum annos duravit viginti · nam multis Romanorum exercitibus perditis cum ipsis ducibus, tandem Numantini obsessi mortem sibi consciverunt præter paucos qui mœnia dediderunt. Lusones quoque orientales sunt, et ipsi ad fontes Tagi pertingentes. Aruacorum urbes sunt et Segeda [*Steph.* Segida] et Pallantia. Distat Numantia a Cæsaraugusta, quam diximus ad Iberum sitam, ad octingenta stadia. Celtiberorum urbes porro sunt Segobriga, et Bilbilis, circa quas Metellus et Sertorius bellum gesserunt. Polybius Vaccæorum et Celtiberorum populos ac loca recensens, ceteris urbibus etiam Segesamam annumerat et Intercatiam. Narrat Posidonius, Marcum Marcellum exegisse e Celtiberia tributum talentûm sexcentorum, quod argumento est Celtiberos et populosam fuisse gentem, et pecuniosam, quanquam solum colerent utcunque incommodum. Quod autem dixit Polybius, Tiberium Gracchum trecentas urbes Celtiberiæ dejecisse, id ridet, et Polybium dicit in Gracchi gratiam turres urbium nomine appellasse, ut fit in pompis triumphalibus. Ac fortasse fide non indigena profert : nam et bellorum duces et scriptores rerum gestarum proclives sunt ad hoc mendacii, ut actiones exornent : quando ii etiam qui plures quam mille fuisse urbes Hispaniæ dicunt, eo adducti videntur, quod magnos pagos urbium loco censerent. Nam neque regionis natura multarum est capax urbium ob sterilitatem, vel ob situm a cultis hominibus longius remotum et feritatem locorum : neque Hispanorum vita et actiones quicquam tale declarant, si oram versus nostrum mare demas : nam qui vicos habitant, quod faciunt plerique Hispanorum, agrestes sunt : ac ne ipsæ quidem urbes facile mansuetos reddunt, ubi abundant qui vicinos infestandi causa silvas incolunt.

14. Secundum Celtiberos versus meridiem sunt qui montem Orospedam et loca circa Sucronem amnem incolunt Sidetani [Sedetani? *i. e.* Edetani] usque ad Carthaginem, et Bastetani, et Oretani, prope usque ad Malacam.

15. Ceterum Hispani fere omnes peltis usi sunt in bello, levique armatura, latrociniorum causa, quales Lusitanos diximus, jaculo, funda et gladio usi. Peditatui etiam equitatus admiscebatur, equis montes scandere et in genua prompte subsidere, ubi usu ferente juberentur, doctis. Multas alit Hispania capreas et equos feros. Quibusdam locis lacus frequentes sunt : aves habent olores et id genus, multas etiam otides : fibros seu castores producunt fluvii ; sed Hispanicum castorium non easdem habet cum Pontico vires : huic enim vis medica peculiaris est, quemadmodum in aliis quoque rebus multis id videre est. Nam et Posidonius

σειδώνιος, καὶ ὁ Κύπριος χαλκὸς μόνος φέρει τὴν καδμίαν λίθον καὶ τὸ χαλκανθὲς καὶ τὸ σπόδιον. ἴδιον δ' εἴρηκεν (ἐν) Ἰβηρίᾳ ὁ Ποσειδώνιος καὶ τὸ τὰς κορώνας [μὴ] μελαίνας εἶναι καὶ τὸ τοὺς ἵππους τῶν Κελτιβήρων ὑποψάρους ὄντας, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἔξω μεταχθῶσιν Ἰβηρίαν, μεταβάλλειν τὴν χρόαν. ἐοικέναι δὲ τοῖς Παρθικοῖς· καὶ γὰρ ταχεῖς εἶναι καὶ εὐδρόμους μᾶλλον τῶν ἄλλων.

16. Καὶ τῶν ῥιζῶν τῶν εἰς βαφὴν χρησίμων πλῆθος. ἐλαίας δὲ πέρι καὶ ἀμπέλου καὶ συκῆς καὶ τῶν παραπλησίων φυτῶν ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰβηρικὴ παραλία πάντων εὐπορεῖ, συχνὴ δὲ καὶ τῶν ἐκτός. ἡ μὲν παρωκεανῖτις ἡ πρόσβορος ἀμοιρεῖ διὰ τὰ ψύχη, ἡ δ' ἄλλη τὸ πλέον διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ μὴ πρὸς διαγωγήν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀνάγκην καὶ ὁρμὴν θηριώδη μετὰ ἔθους φαύλου ζῆν· εἰ μή τις οἴεται πρὸς διαγωγὴν ζῆν τοὺς οὔρῳ λουομένους ἐν δεξαμεναῖς παλαιουμένῳ καὶ τοὺς ὀδόντας σμηχομένους καὶ αὐτοὺς καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καθάπερ τοὺς Καντάβρους φασὶ καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς. καὶ τοῦτο δὲ καὶ τὸ χαμευνεῖν κοινόν ἐστι τοῖς Ἴβηρσι πρὸς τοὺς Κελτούς. ἔνιοι δὲ τοὺς Καλλαϊκοὺς ἀθέους φασί, τοὺς δὲ Κελτίβηρας καὶ τοὺς προσβόρους τῶν ὁμόρων αὐτοῖς ἀνωνύμῳ τινὶ θεῷ [θύειν] ταῖς πανσελήνοις νύκτωρ πρὸ τῶν πυλῶν, πανοικίους τε χορεύειν καὶ παννυχίζειν. τοὺς δὲ Οὐέττωνας, ὅτε πρῶτον εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων παρῆλθον στρατόπεδον, ἰδόντας τῶν ταξιαρχῶν τινας ἀνακάμπτοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς περιπάτου χάριν, μανίαν ὑπολαβόντας, ἡγεῖσθαι τὴν ὁδὸν αὐτοῖς ἐπὶ τὰς σκηνάς, ὡς δέον ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας ἢ μάχεσθαι.

17. Τῆς δὲ βαρβαρικῆς ἰδέας καὶ τὸν τῶν γυναικῶν ἐνίων κόσμον θείη τις ἄν, ὃν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· ὅπου μὲν γὰρ περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν αὐτάς φησιν, ἔχοντα κόρακας καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς, καὶ προπίπτοντας πρὸ τοῦ μετώπου πολύ, κατὰ τούτων δὲ τῶν κοράκων, ὅτε βούλονται, κατασπᾶν τὸ κάλυμμα, ὥστε ἐμπετασθὲν σκιάδιον τῷ προσώπῳ παρέχειν, καὶ νομίζειν κόσμον· ἄπου δὲ τυμπάνιον περικεῖσθαι, πρὸς μὲν τῷ ἰνίῳ περιφερές, καὶ σφίγγον τὴν κεφαλὴν μέχρι τῶν παρωτίδων, εἰς ὕψος δὲ καὶ πλάτος ἐξυπτιασμένον κατ' ὀλίγον· ἄλλας δὲ τὰ προκόμια ψιλοῦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' ἀποστίλβειν τοῦ μετώπου μᾶλλον· τὰς δ' ὅσον ποδιαῖον τὸ ὕψος ἐπιθεμένας στυλίσκον περιπλέκειν αὐτῷ τὴν χαίτην, εἶτα καλύπτρᾳ μελαίνῃ περιστέλλειν. πρὸς δὲ τῇ ἀηθείᾳ τῇ τοιαύτῃ πολλὰ καὶ ἑώραται καὶ μεμύθευται περὶ πάντων κοινῇ τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, διαφερόντως δὲ τῶν προσβόρων οὐ μόνον τὰ πρὸς ἀνδρείαν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ὠμότητα καὶ ἀπόνοιαν θηριώδη· καὶ γὰρ τέκνα μητέρες ἔκτειναν πρὶν ἁλῶναι κατὰ τὸν πόλεμον τὸν ἐν Καντάβροις, καὶ παιδίον δὲ δεδεμένων αἰχμαλώτων τῶν γονέων καὶ ἀδελφῶν ἔκτεινε πάντας, κελεύσαντος τοῦ πατρός, σιδήρου κυριεύσαν, γυνὴ δὲ τοὺς συναλόντας. κληθεὶς δέ τις εἰς μεθυσκομένους ἔβαλεν αὑτὸν εἰς πυράν. κοινὰ δὲ καὶ ταῦτα

refert, solum Cyprium æs ferre Cadmiam *lapidem*, *et vitriolum*, et spodium. Idemque hoc Hispaniæ tradit peculiare esse, quod cornices non nigræ sunt; et quod Celtiberorum equi, quum sint subvariegati, ubi in exteriorem Hispaniam pervenerunt, colorem mutant : esse autem eos Parthicorum similes, celeritate et cursus dexteritate ceteris præstantiores.

16. Copiam etiam profert radicum ad tincturam utilium. Quod ad oleas, vites, ficus, aliasque id genus plantas attinet, omnibus his ora Hispaniæ nostrum mare tangens abundat : multum etiam nascitur in oris extra Columnas. Ora autem ad oceanum septentrioni objecta *iis caret ob* frigus : reliqua itidem, magis tamen ob incuriam hominum, qui non ad jucunditatem aliquam, sed necessitatem et belluinos appetitus vitam male moratam instituunt : nisi quis putat ad jucunditatem vivere qui urina in cisternis inveterata laventur, eaque quum ipsi, tum eorum uxores dentes tergant, quod Cantabros facere et eorum confines aiunt. Hoc, et humi decumbere, commune est Gallis cum Hispanis. Quidam Callaicos perhibent nihil de diis sentire; Celtiberos autem et qui ad septentrionem eorum sunt vicini, innominatum quendam deum noctu in plenilunio ante portas cum totis familiis choreas ducendo totamque noctem festam agendo venerari. Et Vettones, quo tempore primum in Romanorum venerunt castra, quum quosdam centuriones viderent deambulandi causa viam hac illac flectere, opinatos insanire homines, duces se eis ad tabernacula præbuisse : putabant enim aut in tabernaculo quiete sedendum, aut pugnandum esse.

17. Barbaricæ formæ judicaveris etiam ornatum mulierum quarundam, quem Artemidorus retulit : alicubi enim collo appensa gestare monilia ferrea, quæ corvos habeant supra verticem procul refixos, et prominentes longe ante frontem, super quibus corvis quoties lubet velum demittant, quod pansum faciem obumbret, atque hoc illas ornatus loco usurpare; alicubi tympanulum eas gestare quod ad occiput sit rotundum, caputque usque ad auriculas constringat, indeque deorsum paulatim et in latitudinem demittatur : alias frontis partes quæ ad comam pertinent, ita deglabrare, ut magis ipsa fronte niteant; alias columellam pedis altitudine capiti adhibere, eique crines circumplectere, tum nigro velo circumdare. Præter hos tam absurdos mores multa visa [ficta ?] et narrata sunt fabulosa quum de omnibus in universum Hispanicis populis, tum præcipue de septentrionalibus, non solum ad fortitudinem pertinentia, sed ad crudelitatem etiam et furorem ferarum similem. Bello Cantabrico matres liberos suos necarunt, ne in hostium manus pervenirent; et puer parentes fratresque captos et vinculis constrictos omnes interfecit, ferrum nactus, mandante patre : itemque mulier quædam una secum captos : quidam ad ebrios vocatus,

πρὸς τὰ Κελτικὰ ἔθνη καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ Σκυθικά, κοινὰ δὲ καὶ [τὰ] πρὸς ἀνδρείαν τήν τε τῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν τῶν γυναικῶν. γεωργοῦσιν αὗται, τεκοῦσαί τε διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι· ἔν τε τοῖς ἔργοις πολλάκις * τίκτουσι καὶ λούουσι καὶ σπαργανοῦσιν, ἀποκλίνασαι πρός τι ῥεῖθρον. ἐν δὲ τῇ Λιγυστικῇ φησιν ὁ Ποσειδώνιος διηγήσασθαι τὸν ξένον ἑαυτῷ Χαρμόλεων, Μασσαλιώτην ἄνδρα, ὅτι μισθώσαιτο ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας ἐπὶ σκαφητόν, ὠδίνασα δὲ μία τῶν γυναικῶν ἀπέλθοι ἀπὸ τοῦ ἔργου πλησίον, τεκοῦσα δ' ἐπανέλθοι ἐπὶ τοὔργον αὐτίκα, ὅπως μὴ ἀπολέσειε τὸν μισθόν· αὐτὸς δὲ ἐπιπόνως ἰδὼν ἐργαζομένην, οὐκ εἰδὼς τὴν αἰτίαν πρότερον ὀψὲ μάθοι καὶ ἀφείη, δοὺς τὸν μισθόν· ἡ δ' ἐκκομίσασα τὸ νήπιον πρός τι κρηνίον, λούσασα καὶ σπαργανώσασα οἷς εἶχε διασώσειεν οἴκαδε.

18. Οὐκ ἴδιον δὲ τῶν Ἰβήρων οὐδὲ τοῦτο, σύνδυο ἐφ' ἵππων κομίζεσθαι, κατὰ δὲ τὰς μάχας τὸν ἕτερον πεζὸν ἀγωνίζεσθαι. οὐδὲ τὸ τῶν μυῶν πλῆθος ἴδιον, ἀφ' οὗ καὶ λοιμικαὶ νόσοι πολλάκις ἠκολούθησαν. συνέβη δ' ἐν τῇ Καντάβρίᾳ τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ μισθοὺς ἄρνυσθαι μυοθηροῦντας πρὸς μέτρον ἀποδειχθέν, [καὶ] διεσώζοντο μόλις· προσελάμβανε δὲ καὶ ἄλλων σπάνις καὶ σίτου· ἐπεσιτίζοντο δὲ ἐκ τῆς Ἀκυιτανίας χαλεπῶς διὰ τὰς δυσχωρίας. τῆς δ' ἀπονοίας καὶ τοῦτο λέγεται τῆς Κανταβρων, ὅτι ἁλόντες τινές, ἀναπεπηγότες ἐπὶ τῶν σταυρῶν, ἐπαιώνιζον. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἠθῶν ἀγριότητός τινος παραδείγματ' ἂν εἴη· τὰ δὲ τοιαῦτα ἧττον μὲν ἴσως πολιτικά, οὐ θηριώδη δέ, οἷον τὸ παρὰ τοῖς Καντάβροις τοὺς ἄνδρας διδόναι ταῖς γυναιξὶ προῖκα, τὸ τὰς θυγατέρας κληρονόμους ἀπολείπεσθαι, τούς τε ἀδελφοὺς ὑπὸ τούτων ἐκδίδοσθαι γυναιξίν· ἔχει γάρ τινα γυναικοκρατίαν. τοῦτο δ' οὐ πάνυ πολιτικόν. Ἰβηρικὸν δὲ καὶ τὸ ἐν ἔθει παρατίθεσθαι τοξικόν, ὃ συντιθέασιν ἐκ βοτάνης σελίνῳ προσομοίας ἄπονον, ὥστ' ἔχειν ἐν ἑτοίμῳ πρὸς τὰ ἀβούλητα, καὶ τὸ κατασπένδειν αὑτούς, οἷς ἂν προσθῶνται, ὥστε ἀποθνήσκειν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν.

19. Τινὲς μὲν οὖν εἰς τέτταρα μέρη διῃρῆσθαί φασι τὴν χώραν ταύτην, καθάπερ εἴπομεν, ἄλλοι δὲ πενταμερῆ λέγουσιν. οὐκ ἔστι δὲ τἀκριβὲς ἐν τούτοις ἀποδιδόναι διὰ τὰς μεταβολὰς καὶ τὴν ἀδοξίαν τῶν τόπων. ἐν γὰρ τοῖς γνωρίμοις καὶ ἐνδόξοις αἵ τε μεταναστάσεις γνώριμοι καὶ οἱ μερισμοὶ τῆς χώρας καὶ αἱ μεταβολαὶ τῶν ὀνομάτων καὶ εἴ τι ἄλλο παραπλήσιον· θρυλεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν, καὶ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων, οἳ λαλίστατοι πάντων γεγόνασι. ὅσα δὲ καὶ βάρβαρα καὶ ἐκτετοπισμένα καὶ μικρόχωρα καὶ διεσπασμένα, τούτων ὑπομνήματα οὔτ' ἀσφαλῆ ἐστιν οὔτε πολλά· ὅσα δὲ δὴ πόρρω τῶν Ἑλλήνων ἐπιτείνει τὴν ἄγνοιαν. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεῖς μιμοῦνται μὲν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολύ· καὶ γὰρ ἃ λέγουσι παρὰ τῶν Ἑλλήνων μεταφέρουσιν, ἐξ ἑαυτῶν δ' οὐ πολὺ μὲν προσφέρονται τὸ φιλείδημον, ὥσθ', ὁπόταν ἔλλειψις

se ipsum in rogum injecit. Hæc illis communia sunt cum Celtis, Thracibus et Scythis; sicut et fortitudo non virorum modo, sed etiam mulierum. Mulieres enim agros colunt, et quum pepererunt, suo loco viros decumbere jubent, iisque ministrant : interque operandum sæpenumero pariunt et infantes lavant et involvunt ad alveum alicujus amnis acclinantes. Posidonius scriptum reliquit, sibi in Liguria hospitem suum Charmolaum narrasse Massiliensem : fuisse a se ad fossionem conductos viros simul et mulieres : inter has quandam doloribus partus correptam non longe ab opere digressam, edito fetu ad opus rediisse, ne mercedem amitteret : quam ipse quum videret ægre opus facere, primoque causam ignoraret, tandem re cognita mercede data dimiserit : mulierem ad fonticulum quendam extulisse infantem, lotumque et quibus habebat pannis involutum, incolumem domum pertulisse.

18. Hispani porro, non tamen ii soli, bini equo vehi solent, quorum alter pugnam pedes obeat. Neque illis solis peculiaris est murum multitudo, quam sæpe pestifera lues subsecuta est : id quod Romani in Cantabria experti sunt, ita ut mercede conduxerint qui mures certo numero venarentur, ægreque ita evasisse malum : accedebat enim aliarum rerum et frumenti inopia, quum ob locorum difficultatem ex Aquitania ægre commeatum afferrent. Cantabricæ pervicaciæ id quoque fertur exemplum : quosdam eorum captos et in crucem suffixos pæanem cecinisse. Hujusmodi quidem mores feritatem quandam indicant. Sunt autem alia, minus fortassis civilia, non tamen belluina : ut quod apud Cantabros vir mulieri dotem affert, quod filiæ hæredes instituuntur, et ab his fratres in matrimonium elocantur. Obtinet ergo quoddam mulierum imperium, quod bene constitutæ reipublicæ legibus repugnat. Hispanici quoque moris est toxicum proponere, quod illi absque dolore necans conficiunt ex herba quadam apio simili : ut in promptu sit, si quis casus acerbior urgeat, et quod se pro iis, quorum amicitiam amplectuntur, devovent, mortemque adeo pro iis oppetunt.

19. Regionem illam quidam, ut dixi, in quattuor [*codd.* duas], alii in quinque portiones dividunt. Neque certum aliquid pronunciari potest, ob mutationes et obscuritatem locorum. Nam in notis et nobilibus regionibus quum mutationes quæ fiunt, facile innotescunt, tum terrarum distributiones, et nominum mutationes, et quæ horum sunt affinia : celebrantur enim hæc a multis, et maxime Græcis, qui omnium sunt loquacissimi. At barbaræ regiones, eæque longinquæ, exiguisque divisæ ac divulsæ portionibus, neque certam, neque multam de se commentandi materiam præbent : ignoratioque augetur, si longius a Græcis absunt. Jam Romani scriptores imitantur quidem ii Græcos, sed intra modum : transferunt enim a Græcis dicta, ipsi autem de suo non multum afferunt cognoscendi studium : itaque ubi

γένηται παρ' ἐκείνων, οὐκ ἔστι πολὺ τὸ ἀναπληρούμενον ὑπὸ τῶν ἑτέρων, ἄλλως τε καὶ τῶν ὀνομάτων, ὅσα ἐνδοξότατα, τῶν πλείστων ὄντων Ἑλληνικῶν. ἐπεὶ καὶ Ἰβηρίαν ὑπὸ μὲν τῶν προτέρων καλεῖσθαι πᾶσαν τὴν ἔξω τοῦ Ῥωδανοῦ καὶ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ὑπὸ τῶν Γαλατικῶν κόλπων σφιγγομένου, οἱ δὲ νῦν ὅριον αὐτῆς τίθενται τὴν Πυρήνην, συνωνύμως τε τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι καὶ Ἱσπανίαν· [**] μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἴβηρος· οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοὺς τούτους Ἰγλῆτας, οὐ πολλὴν χώραν νεμομένους, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν σύμπασαν καλέσαντες ὁμωνύμως Ἰβηρίαν τε καὶ Ἱσπανίαν τὸ μὲν αὐτῆς μέρος εἶπον τὴν ἐκτός, τὸ δὲ ἕτερον τὴν ἐντός· ἄλλοτε δ' ἄλλως διαιροῦσι, πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι.

20. Νυνὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν τῶν μὲν ἀποδειχθεισῶν τῷ δήμῳ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ, τῶν δὲ τῷ ἡγεμόνι τῶν Ῥωμαίων, ἡ μὲν Βαιτικὴ πρόσκειται τῷ δήμῳ, καὶ πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτήν, ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν· ὅριον δ' αὐτῆς τεθείκασι πρὸς ἠῶ πλησίον Καστλῶνος. ἡ δὲ λοιπὴ Καίσαρός ἐστι· πέμπονται δ' ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί, στρατηγικός τε καὶ ὑπατικός, ὁ μὲν στρατηγικός, ἔχων σὺν αὑτῷ πρεσβευτήν, δικαιοδοτήσων Λυσιτανοῖς τοῖς παρακειμένοις τῇ Βαιτικῇ καὶ διατείνουσι μέχρι τοῦ Δουρίου ποταμοῦ καὶ τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· καλοῦσι γὰρ οὕτω τὴν χώραν ταύτην ἰδίως ἐν τῷ παρόντι. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ἡ Αὐγοῦστα Ἠμερίτα. ἡ λοιπή, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πλείστη τῆς Ἰβηρίας, ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι, στρατιάν τε ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν που ταγμάτων καὶ πρεσβευτὰς τρεῖς· ὧν ὁ μέν, δύο ἔχων τάγματα, παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου πᾶσαν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἣν οἱ μὲν πρότερον Λυσιτανοὺς ἔλεγον, οἱ δὲ νῦν Καλλαϊκοὺς καλοῦσι· συνάπτει δὲ τούτοις τὰ προσάρκτια ὄρη μετὰ τῶν Ἀστύρων καὶ τῶν Καντάβρων, ῥεῖ δὲ διὰ τῶν Ἀστύρων Μέλσος ποταμός, καὶ μικρὸν ἀπωτέρω πόλις Νοίγα, καὶ πλησίον ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ ἀνάχυσις, ὁρίζουσα τοὺς Ἄστυρας ἀπὸ τῶν Καντάβρων· τὴν δ' ἑξῆς παρόρειον μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος· ἐπισκοπεῖ δὲ ὁ τρίτος τὴν μεσόγαιαν, συνέχει δὲ τὰ τῶν [τογάτων] ἤδη λεγομένων ὡς ἂν εἰρηνικῶν καὶ εἰς τὸ ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένων ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ Κελτίβηρες, καὶ οἱ τοῦ Ἴβηρος πλησίον ἑκατέρωθεν οἰκοῦντες μέχρι τῶν πρὸς θαλάττῃ μερῶν. αὐτὸς δὲ ὁ ἡγεμὼν διαχειμάζει μὲν ἐν τοῖς ἐπιθαλαττιαίοις μέρεσι, καὶ μάλιστα τῇ Καρχηδόνι καὶ τῇ Ταρράκωνι δικαιοδοτῶν, θέρους δὲ περίεισιν, ἐφορῶν ἀεί τινα τῶν δεομένων ἐπανορθώσεως. εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίτροποι τοῦ Καίσαρος, ἱππικοὶ ἄνδρες, οἱ διανέμοντες τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ βίου.

Græci deficiunt, non multum est quod *aliunde ad explendum* possit addi, præsertim quum et nominum celeberrima quæque Græca fere sint. Sane quum antiquitus Iberiæ nomine intellectum fuerit quicquid est extra Rhodanum et isthmum qui a Gallicis coarctatur sinubus; nunc eam Pyrena terminant, vocantque eandem et Iberiam et Hispaniam, nominibus idem significantibus *: [priores autem Iberiam]* solam vocabant eam quæ est intra Iberum. His quoque qui sunt priores, eosdem Igletas vocabant, regionis cultores non amplæ, ut ait Asclepiades Myrleanus. Romani totam regionem promiscue Iberiam et Hispaniam nominantes in Interiorem seu Citeriorem, et Exteriorem seu Ulteriorem dividunt : sed tamen accommodata temporum rationibus administratione, alias aliter distinguunt.

20. Nostra quidem tempestate provinciis aliis senatui populoque Romano assignatis, aliis Principi, Bætica populo attributa est, mittiturque in eam prætor cum quæstore et legato : finis ei versus orientem constitutus est proxime Castlonem [*codd.* Castaonem]. Reliqua est Cæsaris, et in eam mittuntur duo legati, prætorius et consularis : quorum prætorius cum suo legato jus dicit Lusitaniæ quæ attingit Bæticam et porrigitur usque ad Durium amnem et ejus ostia : sic enim nunc proprie illam regionem nominant, ibique est Augusta Emerita. Reliqua, et quidem major pars Hispaniæ subest consulari legato, qui exercitum habet non contemnendum, trium circiter legionum, ac tres legatos. Horum prior cum duabus cohortibus custodit totum trans Durium versus septentrionem tractum, qui olim Lusitania, nunc Callaica dicitur : hunc attingunt septentrionales montes cum Asturibus et Cantabris. Per Astures fluit Melsus fluvius, paulumque ab eo distat Nœga urbs, et in propinquo est oceani æstuarium, quod Astures a Cantabris dividit. Proxima ad Pyrenen usque montana custodit alter legatorum cum una legione. Tertius mediterranea regit, atque continet populos, qui jam Togati vocantur, quasi dicas pacatos et cum togæ vestitu mansuetos mores et formam indutos Italicam : ii sunt Celtiberi, et qui in propinquo utrinque ad Iberum accolunt, usque ad maritima. Ipse præfectus in maritimis partibus hiemare solet jus dicendo, maxime Carthagine aut Tarracone : per æstatem obit provinciam, inspiciens quæ quovis tempore correctionem desiderant. Sunt et procuratores ibi Cæsaris, equestris ordinis, qui militibus pecuniam ad vitæ necessitates ministrant.

ΚΕΦ. Ε'.

Τῶν δὲ προκειμένων νήσων τῆς Ἰβηρίας τὰς μὲν Πιτυούσσας δύο καὶ τὰς Γυμνησίας δύο (καλοῦσι καὶ Βαλιαρίδας) προκεῖσθαι συμβαίνει τῆς μεταξὺ Ταρράκωνος καὶ Σούκρωνος παραλίας, ἐφ' ἧς ἵδρυται τὸ Σάγουντον· εἰσὶ δὲ καὶ πελάγιαι μᾶλλον αἱ Πιτυοῦσσαι καὶ πρὸς ἑσπέραν κεκλιμέναι τῶν Γυμνησίων. καλεῖται δ' αὐτῶν ἡ μὲν Ἔβουσος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· κύκλος δὲ τῆς νήσου τετρακόσιοι στάδιοι, παρώμαλος τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος· ἡ δὲ Ὀφιοῦσσα ἔρημος καὶ πολὺ ἐλάττων ταύτης πλησίον κειμένη. τῶν δὲ Γυμνησίων ἡ μὲν μείζων ἔχει δύο πόλεις, Πάλμαν καὶ Πολεντίαν, τὴν μὲν πρὸς ἕω κειμένην, τὴν Πολεντίαν, τὴν δ' ἑτέραν πρὸς δύσιν. μῆκος δὲ τῆς νήσου μικρὸν ἀπολεῖπον τῶν ἑξακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ διακοσίων· Ἀρτεμίδωρος δὲ διπλάσιον εἴρηκε καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος. ἡ δ' ἐλάσσων ὡς [διακοσίους] ἑβδομήκοντα τῆς Πολεντίας διέχει σταδίους· κατὰ μέγεθος μὲν οὖν πολὺ τῆς μείζονος ἀπολείπεται, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν οὐδὲν αὐτῆς χείρων ἐστίν· ἄμφω γὰρ εὐδαίμονες καὶ εὐλίμενοι· † χοιραδώδεις δὲ κατὰ τὰ στόματα, ὥστε δεῖν προσοχῆς τοῖς εἰσπλέουσι· διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν τῶν τόπων καὶ οἱ κατοικοῦντες εἰρηναῖοι, καθάπερ καὶ οἱ κατὰ τὴν Ἔβουσον. κακούργων δέ τινων ὀλίγων κοινωνίας συστησαμένων πρὸς τοὺς ἐν τοῖς πελάγεσι λῃστάς, διεβλήθησαν ἅπαντες, καὶ διέβη Μέτελλος ἐπ' αὐτοὺς ὁ Βαλιαρικὸς προσαγορευθείς, ὅστις καὶ τὰς πόλεις ἔκτισε. διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἐπιβουλευόμενοι, καίπερ εἰρηναῖοι ὄντες, ὅμως σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ' ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξ ὅτου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους. οὗτοι δὲ καὶ ἐνδῦσαι λέγονται πρῶτοι τοὺς ἀνθρώπους χιτῶνας πλατυσήμους· ἄζωστοι δ' ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἐξῄεσαν, αἰγίδα περὶ τῇ χειρὶ ἔχοντες ἢ πεπυρακτωμένον ἀκόντιον, σπάνιον δὲ καὶ λελογχωμένον σιδήρῳ μικρῷ. σφενδόνας δὲ περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς (μελαγκραΐνας. σχοίνου εἶδος, ἐξ οὗ πλέκεται τὰ σχοινία· καὶ Φιλητᾶς γε ἐν † Ἑρμηνείᾳ·

λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος· ἀμφὶ δ' ἀραιὴ
ἰξὺς εἰλεῖται, κόμμα μελαγκραΐνον,

ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένου) μελαγκραΐνας ἢ τριχίνας ἢ νευρίνας· τὴν μὲν μακρόκωλον πρὸς τὰς μακροβολίας, τὴν δὲ βραχύκωλον πρὸς τὰς ἐν βραχεῖ βολάς, τὴν δὲ μέσην πρὸς τὰς μέσας. ἠσκοῦντο δ' ἐκ παίδων οὕτως ταῖς σφενδόναις, ὥστ' οὐδ' ἄλλως τοῖς παισὶν ἄρτον ἐδίδοσαν ἄνευ τοῦ τῇ σφενδόνῃ τυχεῖν. διόπερ ὁ Μέτελλος, προσπλέων πρὸς τὰς νήσους, δέρρεις ἔτεινεν ὑπὲρ τῶν καταστρωμάτων, σκέπην πρὸς τὰς σφενδόνας. εἰσήγαγε δὲ ἐποίκους τρισχιλίους τῶν ἐκ τῆς Ἰβηρίας Ῥωμαίων.

2. Πρὸς δὲ τῇ εὐκαρπίᾳ τῆς γῆς καὶ τὸ μηδὲν τῶν σινομένων θηρίων εὑρίσκεσθαι ῥᾳδίως ἐνταῦθα πρόσε-

CAP. V.

Insularum porro quæ ante Hispaniam sunt sitæ, Pityussæ duæ, et totidem Gymnesiæ, quas etiam Baliaridas (sive Balearidas) appellant, positæ sunt ante oram maritimam inter Tarraconem et Sucronem, supra quam oram situm est Saguntum; magis in alto jacent Pityussæ, et ad occasum vergentes a Gymnesiis. Harum altera Ebusus [*codd.* Abusus] dicitur, urbem habens cognominem : insulæ ambitus est quadringentorum stadiûm, æquali fere longitudine et latitudine. Altera dicitur Ophiussa, vicina huic, sed multo minor, et deserta. Gymnesiarum major duas habet urbes, Palmam [*codd.* Palamam] et Polentiam [*vel* Pollentiam; *codd.* Potentiam], hanc versus ortum, illam ad occasum : longitudo insulæ non multum abest a sexcentis stadiis, latitudo est ducentorum. Artemidorus utrumque, et latitudinem et longitudinem, duplicat. Minor ad ducenta et septuaginta stadia a Polentia abest, multo quidem quantum ad spatium minor priore, sed virtute ei nihil quicquam cedens. Utraque enim fortunata est et bonos habet portus, quorum tamen aditus saxis sub aqua latentibus obsiti faciunt ut attente cura adhibenda sit intrantibus. Incolæ ob soli præstantiam vivunt in pace, ut et Ebusæi. Quum autem pauci quidam malefici societatem coiissent cum prædonibus maritimis, culpati fuerunt universi : et expeditionem in eos fecit Metellus cognomento Balearicus, qui et urbes condidit. Ob præstantiam autem illam insidiis petiti, quanquam pacati vivant, funditores tamen sunt optimi; aiuntque eam artem eos magnopere exercuisse ex quo tempore Phœnices eas insulas occuparunt. Hi primi hominum feruntur gestasse tunicas late prætextas. In pugnam exibant discincti, scutum manu gestantes, et jaculum præustum, raro ferro exiguo præfixum. Circa caput fundas tres gerunt [ex melancrane confectas (junci id genus est, ex quo funes fiunt : inde Philetas in Hermenia (*id est* Explicatione; *fortasse* Herme elegia) :

Sordibus est illi vestis squalens, tenuesque
involvit coxas cento melancranius,

quasi junco latera cincti. *Scholium Straboni illatum*] aut ex melancrane confectas aut ex crinibus aut nervis. Tribus utuntur fundarum generibus, longo (quod macrocolon vocatur) ad ictus longius dirigendos, brevi ad ferienda propinqua (id est brachycolon), et mediocri ad mediocres missus. A puero autem ita funda exercebantur, ut non alias panis daretur, quam si funda feriissent. Itaque Metellus ad insulas adnavigans pelles supra tabulata navium extendit ad defendendos fundarum ictus : introduxit autem colonos, tria millia Romanorum ex Hispania.

2. Ad soli ubertatem id quoque accedit commodi, quod iis in insulis non facile noxium aliquod reperitur animal.

στιν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λαγιδεῖς ἐπιχωρίους εἶναί φασιν, ἀλλὰ κομισθέντων ἐκ τῆς περαίας ὑπό τινος ἄρρενος καὶ θηλείας γενέσθαι τὴν ἐπιγονήν· ἣ τοσαύτη κατ' ἀρχὰς ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ οἴκους ἀνατρέπειν ἐκ τῆς ὑπονομῆς καὶ δένδρα, καὶ ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους, ὥσπερ εἶπον, ἀναγκασθῆναι καταφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους. νῦν μέντοι τὸ εὐμεταχείριστον τῆς θήρας ἐπικρατεῖν οὐκ ἐᾷ τὴν βλάβην, ἀλλὰ λυσιτελῶς οἱ ἔχοντες καρποῦνται τὴν γῆν. αὗται μὲν οὖν ἐντὸς στηλῶν τῶν Ἡρακλείων καλουμένων.

3. Πρὸς αὐταῖς δὲ δύο νησίδια, ὧν θάτερον Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσι· καὶ δή τινες καὶ ταύτας Στήλας καλοῦσιν. ἔξω δὲ Στηλῶν τὰ Γάδειρα, περὶ ὧν τοσοῦτον μόνον εἰρήκαμεν, ὅτι τῆς Κάλπης διέχει περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους· τῆς δὲ ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιδος πλησίον ἵδρυται· πλείους δ' εἰσὶ λόγοι περὶ αὐτῆς. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἄνδρες οἱ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα ναυκλήρια στέλλοντες εἴς τε τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν καὶ τὴν ἐκτός, οὔτε μεγάλην οἰκοῦντες νῆσον οὔτε τῆς περαίας νεμόμενοι πολλὴν οὔτ' ἄλλων εὐποροῦντες νήσων, ἀλλὰ πλέον οἰκοῦντες τὴν θάλατταν, ὀλίγοι δ' οἰκουροῦντες ἢ ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντες. ἐπεὶ πλήθει γε οὐδεμιᾶς ἂν ἀπολείπεσθαι δόξειε τῶν ἔξω Ῥώμης πόλεων· ἤκουσα γοῦν ἐν μιᾷ τῶν καθ' ἡμᾶς τιμήσεων πεντακοσίους ἄνδρας τιμηθέντας ἱππικοὺς Γαδιτανούς, ὅσους οὐδένας οὐδὲ τῶν Ἰταλιωτῶν πλὴν τῶν Παταουίνων. τοσοῦτοι δ' ὄντες νῆσον ἔχουσιν οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος, πλάτος δ' ἔσθ' ὅπου καὶ σταδιαῖον. πόλιν δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ᾤκουν παντάπασι μικράν, προσέκτισε δ' αὐτοῖς Βάλβος Γαδιτανὸς ὁ θριαμβεύσας ἄλλην, ἣν Νέαν καλοῦσι· τὴν δ' ἐξ ἀμφοῖν Διδύμην, οὐ πλειόνων εἴκοσι σταδίων οὖσαν τὴν περίμετρον, οὐδὲ ταύτην στενοχωρουμένην· ὀλίγοι γὰρ οἰκουροῦσιν ἐν αὐτῇ διὰ τὸ πάντας θαλαττεύειν τὸ πλέον, τοὺς δὲ καὶ τὴν περαίαν οἰκεῖν, καὶ μάλιστα τὴν ἐπὶ τῆς προκειμένης νησῖδος διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἣν ὥσπερ ἀντίπολιν πεποιήκασι τῇ Διδύμῃ, χαίροντες τῷ τόπῳ. ὀλίγοι δὲ κατὰ σύγκρισιν καὶ ταύτην οἰκοῦσι καὶ τὸ ἐπίνειον, ὃ κατεσκεύασεν αὐτοῖς Βάλβος ἐν τῇ περαίᾳ τῆς ἠπείρου. κεῖται δ' ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν ἡ πόλις, προσεχὲς δ' αὐτῇ τελευταῖόν ἐστι τὸ Κρόνιον πρὸς τῇ νησῖδι· τὸ δ' Ἡράκλειον ἐπὶ θάτερα τέτραπται τὰ πρὸς ἕω, καθ' ὃ δὴ μάλιστα τῇ ἠπείρῳ τυγχάνει συνάπτουσα ἡ νῆσος ὅσον σταδιαῖον πορθμὸν ἀπολείπουσα. καὶ λέγουσι μὲν διέχειν τῆς πόλεως δώδεκα μίλια τὸ ἱερόν, ἴσον ποιοῦντες τὸν τῶν ἄθλων καὶ τὸν τῶν μιλίων ἀριθμόν· † ἔστι δὲ μεῖζον καὶ σχεδόν τι τοσοῦτον ὅσον ἐστὶ τὸ τοῦ μήκους τῆς νήσου· μῆκος δ' ἐστὶ τῆς νήσου τὸ ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν.

4. Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσιν. ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην, τὸ εὔβοτον ὁρῶντες, ὅτι τῶν νεμομένων αὐτόθι προβάτων τὸ γάλα ὀρὸν οὐ ποιεῖ.

Nam cuniculos aiunt non esse indigenas, sed ex opposita continente importatis masculo et femella, ab hoc principio tantum fuisse procreatum cuniculorum, ut mox domos etiam arboresque cuniculis suis subverterint, et Romanorum opem Baleares implorare, ut narravimus, coacti fuerint. Nunc venandi dexteritas non sinit eos ad dandum damnum invalescere, sed possessores cum emolumento agros suos colunt. Hæ ergo sunt insulæ intra columnas Herculis sitæ.

3. Ad ipsas autem Columnas duæ sunt minutæ insulæ, quarum alteram Junonis insulam appellant. A quibusdam etiam hæ insulæ Columnæ vocantur. Extra Columnas sunt Gades [*græce* Gadira], de quibus hoc tantum diximus, eas a Calpe distare septingentis et quinquaginta stadiis : vicina est hæc insula ostiis Bætis : multi autem de ea sunt sermones. Etenim Gaditani sunt qui plurimis maximisque navibus in nostrum et exterum mare proficiscuntur, quum neque magnam habitent insulam, neque multum agri in opposita continente possideant, neque aliarum divites insularum sint, sed plerique mare incolant, pauci domi desideant aut Romæ versentur. Urbs enim eorum multitudine civium non videtur ulli extra Romam urbi cedere. Audivi certe nostra ætate censu habito aliquando censos fuisse equites Gaditanos [*alii codd.* Gadiranos] quingentos, quot nullius vel Italicæ urbis censi sunt præter Patavinam. Tanto ergo quum sint numero, insulam habent non multo longiorem centum stadiis, latitudine alicubi unius tantum stadii. Urbem ab initio habitarunt omnino exiguam : sed condidit eis aliam, quam Novam vocant, Balbus Gaditanus, vir triumphalis : ex utrisque facta est Didyma (quasi dicas Gemina), ambitu non majore viginti stadiis. Neque illa arcte habitatur : pauci enim domi desident, quum omnes majore anni tempore in mari degant, nonnulli etiam in opposita terra, præcipue in insula ante Gades sita, quippe uberis soli, quam loco isto gaudentes tanquam oppositam Didymæ urbem fecerunt. Hanc quoque, si quis comparationem instituat, pauci inhabitant, et navale, quod eis Balbus exstruxit in opposita continente. Urbs sita est in occiduis insulæ partibus, cui contiguum est extrema in parte Saturni templum, e regione parvæ insulæ. Herculis fanum in alteram partem versus ortum positum est, qua proxime ad continentem insula accedit, ferme unius stadii freto divulsa. Dicunt duodecim passuum millibus ab urbe fanum hoc abesse, numerum miliarium numero certaminum Herculis exæquantes : est autem major distantia, ac fere tanta, quanta est insulæ longitudo : dico longitudinem insulæ spatium quod est ab occasu ad ortum.

4. Videtur Gadibus nomen Erytheæ [*codd.* Erythiæ] tribuisse Pherecydes, in qua boves Geryonis fuisse fabulantur : alii eo nomine intelligunt insulam huic urbi adsitam, freto unius stadii disjunctam; ratione habita pascuorum bonitatis, quod ibi pascentium ovium lac sero caret, multumque ei

τυροποιοῦσί τε πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πιότητα, ἐν πεντήκοντά τε ἡμέραις πνίγεται τὸ ζῷον, εἰ μή τις ἀποσχάζοι τι τοῦ αἵματος. ξηρὰ δέ ἐστιν ἣν νέμονται βοτάνην, ἀλλὰ πιαίνει σφόδρα· τεκμαίρονται δ' ἐκ τού[του] πεπλάσθαι τὸν μῦθον τὸν περὶ τὰ βουκόλια τοῦ Γηρυόνου· κοινῇ μέντοι συνῴκισται πᾶς ὁ αἰγιαλός.

5. Περὶ δὲ τῆς κτίσεως τῶν Γαδείρων τοιαῦτα λέγοντες μέμνηνται Γαδιτανοὶ χρησμοῦ τινος, ὃν γενέσθαι φασὶ Τυρίοις κελεύοντα ἐπὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας ἀποικίαν πέμψαι· τοὺς δὲ πεμφθέντας κατασκοπῆς χάριν, ἐπειδὴ κατὰ τὸν πορθμὸν ἐγένοντο τὸν κατὰ τὴν Κάλπην, νομίσαντας τέρμονας εἶναι τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς Ἡρακλέους στρατείας τὰ ἄκρα ποιοῦντα τὸν πορθμόν, ταῦτα δ' αὐτὰ καὶ Στήλας ὀνομάζειν τὸ λόγιον, κατασχεῖν εἴς τι χωρίον ἐντὸς τῶν στενῶν, ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις· ἐνταῦθα δὲ θύσαντας, μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων, ἀνακάμψαι πάλιν. χρόνῳ δ' ὕστερον τοὺς πεμφθέντας προελθεῖν ἔξω τοῦ πορθμοῦ περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους εἰς νῆσον Ἡρακλέους ἱεράν, κειμένην κατὰ πόλιν Ὀνόβαν τῆς Ἰβηρίας, [καὶ] νομίσαντας ἐνταῦθα εἶναι τὰς Στήλας θῦσαι τῷ θεῷ, μὴ γενομένων δὲ πάλιν καλῶν τῶν ἱερείων, ἐπανελθεῖν οἴκαδε. τῷ δὲ τρίτῳ στόλῳ τοὺς ἀφικομένους Γάδειρα κτίσαι καὶ ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ἑῴοις τῆς νήσου, τὴν δὲ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἑσπερίοις. διὰ δὲ τοῦτο τοὺς μὲν δοκεῖν τὰ ἄκρα τοῦ πορθμοῦ τὰς Στήλας εἶναι, τοὺς δὲ τὰ Γάδειρα, τοὺς δ' ἔτι πορρώτερον τῶν Γαδείρων ἔξω προκεῖσθαι. ἔνιοι δὲ Στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ τὴν Ἀβίλυκα, τὸ ἀντικείμενον ὄρος ἐκ τῆς Λιβύης, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Μεταγωνίῳ, Νομαδικῷ ἔθνει, ἱδρῦσθαι· οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου νησῖδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν μὲν τῆς Ἥρας νῆσον καὶ ἱερὸν λέγει αὐτῆς, ἄλλην δὲ [οὔ] φησιν εἶναί τινα, οὐδ' Ἀβίλυκα ὄρος οὐδὲ Μεταγώνιον ἔθνος. καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες, ταύτας εἶναι νομίζοντες Στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας, εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα. καὶ Δικαίαρχος δὲ καὶ Ἐρατοσθένης καὶ Πολύβιος καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς Στήλας. οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ Λίβυες ἐν Γαδείροις εἶναί φασιν· οὐδὲν γὰρ ἐοικέναι στήλαις τὰ περὶ τὸν πορθμόν. οἱ δὲ τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις χαλκᾶς ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ, ταύτας λέγεσθαί φασιν· ἐφ' ἃς ἐρχόμενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν καὶ θύοντες τῷ Ἡρακλεῖ διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς τοῦτ' εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας. τοῦτον δ' εἶναι πιθανώτατον καὶ Ποσειδώνιος ἡγεῖται τὸν λόγον, τὸν δὲ χρησμὸν καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποστόλους ψεῦσμα Φοινικικόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀποστόλων τί ἂν τις διισχυρίσαιτο πρὸς ἔλεγχον ἢ πίστιν, οὐδετέρως παράλογον [ὄν]; τὸ δὲ τὰς νησῖδας ἢ τὰ ὄρη μὴ φάσκειν ἐοικέναι στήλαις, ἀλλὰ ζητεῖν ἐπὶ τῶν κυρίως λεγομένων στηλῶν τοὺς τῆς οἰ-

ob pinguedinem additur aquæ, ut caseus cogi possit : et quinquaginta dierum spatio pecus suffocatur, nisi sanguinis aliquid emittatur. Herba qua pascuntur, sicca est, sed admodum pingues reddit : ex hoc conjiciunt fabulam fictam esse de armentis Geryonis. * Communiter quidem totum litus frequentatur.

5. Ceterum Gades ut fuerint conditæ, talia ferunt Gaditani, oraculum memorantes Tyriis datum, quod eos juberet ad columnas Herculis coloniam deducere : missos igitur loci videndi causa, quum ad fretum apud Calpen pervenissent, opinatos finem terræ habitatæ et Herculeæ expeditionis esse ea quibus fretum illud clauditur extrema (et hæc ipsa oraculum Columnas vocasse), appulisse intra angustias ad locum quendam, ubi nunc est Exitanorum [*codd.* Axitanorum] urbs : ibi quum re divina facta non perlitarent, rursum rediisse. Aliquanto post tempore missos, extra fretum progressos ad mille et quingenta stadia, ad insulam venisse Herculi sacram, sitam e regione Hispanicæ urbis Onobæ, ratosque ibi esse Columnas, deo sacrificasse rursumque victimis non addicentibus, domum se recepisse. Sed eos qui tertio navigaverunt, Gades condidisse, templo in ortiva, urbe in occidua insulæ parte positis. Hinc quosdam putare extrema freti Columnas esse, alios esse Gades, alios etiam quippiam ultra Gades in externo mari situm. Nonnulli pro Columnis habent Calpen et Abilycam, qui est mons ex adverso Calpæ in Africa, quem Eratosthenes ait situm esse in Metagonio Numidica gente : alii insulas exiguas utrique monti propinquas, quarum alteram Junonis insulam vocant. Artemidorus Junonis quidem et insulam et fanum agnoscit : alteram tamen non esse ait insulam, neque Abilycem montem, neque Metagonium populum. Quidam etiam Planctas et Symplegadas petras huc transferunt, existimantque has esse Columnas, quas Pindarus vocat portas Gadiridas, dicens ultimo ad eas pervenisse Herculem. Quin et Dicæarchus, et Eratosthenes, et Polybius, et plurimi Græcorum Columnas ad fretum esse asserunt. At Hispani et Afri Gadibus eas vindicant : nihil enim columnarum simile habere ea quæ sunt ad fretum. Alii Columnas intelligi volunt æreas octo cubitorum columnas quæ sunt Gadibus in Herculis delubro, quibus inscriptus est sumptus in templi factus exædificationem : nam ad has qui navigatione absoluta pervenissent et sacra Herculi facerent, hos eam famam curavisse divulgari, ibi maris esse terræque finem : atque hanc maxime omnium opinionum probabilem esse etiam Posidonius censet, oraculum autem et multos legatos commentum Phœnicum. Ac de legatis quidem istis in utramque partem non video quid certi possit affirmari, quum neutra opinio ratione careat : sed quod dicitur insulas istas aut montes non referre columnarum formam, et quod quæruntur columnæ proprie sic dictæ, quæ sint finis

κουμένης ὅρους ἢ τῆς στρατείας τῆς Ἡρακλέους ἔχει μέν τινα νοῦν· ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρχε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν στυλίδα ἔθεσαν τὴν ἐπὶ τῷ Πορθμῷ κειμένην, πυργίον τι, καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ στυλίδι· καὶ οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοὶ κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων γῆν· καὶ ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῷ Κορινθιακῷ μνημονεύεται στήλη τις ἱδρυμένη πρότερον, ἣν ἔστησαν κοινῇ οἱ τὴν Ἀττικὴν σὺν τῇ Μεγαρίδι κατασχόντες Ἴωνες, ἐξελαθέντες ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ οἱ κατασχόντες τὴν Πελοπόννησον, ἐπιγράψαντες ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τῇ Μεγαρίδι μέρους,

τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία,

ἐκ δὲ θατέρου,

τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Ἀλέξανδρος δὲ τῆς Ἰνδικῆς στρατείας ὅρια βωμοὺς ἔθετο ἐν τοῖς τόποις εἰς οὓς ὑστάτους ἀφίκετο τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς Ἰνδῶν, μιμούμενος τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Διόνυσον· ἦν μὲν δὴ τὸ ἔθος τοῦτο.

6. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους. οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων βωμοὶ μένουσιν, ἀλλ' ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν· οὐδὲ ἐν τῇ Ἰνδικῇ στήλας φασὶν ὁραθῆναι κειμένας οὔθ' Ἡρακλέους οὔτε Διονύσου, καὶ λεγομένων μέντοι καὶ δεικνυμένων (τῶν) τόπων τινῶν οἱ Μακεδόνες ἐπίστευον τούτους εἶναι στήλας, ἐν οἷς τι σημεῖον εὕρισκον ἢ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἱστορουμένων ἢ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα. κἀνταῦθα δὴ τοὺς μὲν πρώτους οὐκ ἂν ἀπιστήσαι τις ὅροις χρήσασθαι χειροκμήτοις τισὶ βωμοῖς, ἢ πύργοις ἢ στυλίσιν ἐπὶ τῶν τόπων, εἰς οὓς ὑστάτους ἧκον τοὺς ἐπιφανεστάτους (ἐπιφανέστατοι δὲ οἱ πορθμοὶ καὶ τὰ ἐπικείμενα ὄρη καὶ αἱ νησῖδες πρὸς τὸ ἀποδηλοῦν ἐσχατιάς τε καὶ ἀρχὰς τόπων), ἐκλιπόντων δὲ τῶν χειροκμήτων ὑπομνημάτων μετενεχθῆναι τοὔνομα εἰς τοὺς τόπους, εἴτε τὰς νησῖδάς τις βούλεται λέγειν εἴτε τὰς ἄκρας τὰς ποιούσας τὸν πορθμόν. τοῦτο γὰρ ἤδη διορίσασθαι χαλεπόν, ποτέροις χρὴ προσάψαι τὴν ἐπίκλησιν διὰ τὸ ἀμφοτέροις ἐοικέναι τὰς Στήλας. λέγω δὲ ἐοικέναι, διότι ἐν τοῖς τοιούτοις ἵδρυνται τόποις, οἳ σαφῶς τὰς ἐσχατιὰς ὑπαγορεύουσι, καθ' ὃ καὶ στόμα εἴρηται ὁ πορθμὸς καὶ οὗτος καὶ ἄλλοι πλείους· τὸ δὲ στόμα πρὸς μὲν εἴσπλουν ἀρχή ἐστι, πρὸς δὲ ἔκπλουν ἔσχατον. τὰ οὖν ἐπὶ τῷ στόματι νησίδια, ἔχοντα τὸ εὐπερίγραφόν τε καὶ σημειῶδες, οὐ φαύλως στήλαις ἀπεικάζοι τις ἄν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ὄρη τὰ ἐπικείμενα τῷ πορθμῷ καὶ ἐξοχήν τινα τοιαύτην ἐμφαίνοντα, οἵαν αἱ στυλίδες ἢ αἱ στῆλαι. καὶ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίδας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ στῆλαι· πύλαις γὰρ ἔοικε τὰ στόματα. τὰ δὲ Γάδειρα οὐκ ἐν τοιούτοις ἵδρυται τόποις, ὥστε ἀποδηλοῦν ἐσχατιάν, ἀλλ' ἐν μέσῃ πως κεῖται μεγάλῃ παραλίᾳ

mundi et expeditionis Herculeæ nota, hoc sano judicio fieri videtur : vetusti enim moris fuit hujusmodi ponere limites, quemadmodum Rhegini columellam in freto posuerunt, turriculæ speciem, cui opposita est turris Pelori dicta; et Philænorum aræ in medio prope terræ quæ est intra Syrtes; et in isthmo Corinthiaco memoratur posita columna antiquitus, quam communi opera collocaverunt Iones qui Atticam et Megaridem pulsi e Peloponneso occupaverunt, et qui Peloponnesum obtinuerunt, inscriptumque fuisse in parte Megaridi obversa,

Hic non est Peloponnesus, verum Ionia;

et in altera parte,

Hic Peloponnesus est, non est Ionia.

Et Alexander in Indica expeditione ad quæ ultima loca pervenit apud Indos versus orientem degentes, aras pro termino posuit, Herculem imitatus et Bacchum. Erat igitur hoc moris.

6. Verum probabile est locos quoque eandem istarum rerum denominationem excipere, præsertim ubi tempus abolet positos limites. Neque enim hodie exstant Philænorum aræ, sed locus id nominis retinet : et aiunt in India neque Herculis neque Bacchi columnas visas fuisse : *nihilominus* Macedones indicata ipsis et demonstrata quædam loca crediderunt esse eas columnas, ubi vestigium aliquod reperiebant eorum quæ vel de Baccho vel de Hercule erant memoriæ prodita. Ergo hic quoque incredibile nequaquam est primos illis in locis, ad quæ ultima et maxime illustria venissent, limites exstructis manu aris aliquibus aut turribus aut columnis consignasse (sunt autem freta, iisque incumbentes montes, et insulæ maxime illustria ad designanda locorum vel extrema vel prima), deinde abolitis monumentis illis manuum opera conditis, nomina eorum locis inhæsisse, sive ea minutas insulas esse dicas, sive fretum conficientia promontoria. Hoc enim jam definitu difficile est, utris appellatio ista sit tribuenda, quum columnæ utrisque sint similes : similes dico, quia talibus in locis collocantur, quæ evidenter extremitates demonstrant : unde et huic freto et aliis nomen oris apud Græcos inditum : os autem intro naviganti principium est, extremum foras navigantibus. Jam parvæ illæ in ore insulæ, quum facile circumscribantur et signi loco esse possent, non inepte columnis comparari posse videntur : itemque incumbentes freto montes, et eminentia sua sive columnam sive columellam referentes. Atque hac ratione Pindarus recte dixerit portas Gadiridas, si in ore intelligantur columnæ; portis enim ora ista sunt assimilia. Verum Gades non talibus in locis sitæ sunt, quæ extremitatem aliquam denotent, sed jacent in medio quodammodo maritimi litoris lati et sinuosi. Minus vero

κολπώδει. τὸ δὲ ἐπ' αὐτὰς ἀναφέρειν τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλας τῷ ἐνθάδε ἧττον εὔλογον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· οὐ γὰρ ἐμπόρων, ἀλλ' ἡγεμόνων μᾶλλον ἀρξάντων τοῦ ὀνόματος τούτου, κρατῆσαι πιθανὸν τὴν δόξαν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰνδικῶν στηλῶν. ἄλλως τε καὶ ἡ ἐπιγραφή, ἥν φασιν, οὐκ ἀφίδρυμα ἱερὸν δηλοῦσα, ἀλλὰ ἀναλώματος κεφάλαιον, ἀντιμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· τὰς γὰρ Ἡρακλείους στήλας μνημεῖα εἶναι δεῖ τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας, οὐ τῆς Φοινίκων δαπάνης.

7. Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ πότιμον, ἥν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν, κατὰ μὲν τὰς πλήμας ἐκλείπουσαν, κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις πληρουμένην. αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπῖπτον, καλυφθείσης μὲν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς ἐπιβάσεις τῆς θαλάττης, εἴργεται τῶν οἰκείων τοιούτων ἐξόδων, ἀναστρέψαν δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν, γυμνωθείσης δὲ πάλιν, εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς φλέβας τῆς πηγῆς, ὥστ' ἀναβλύειν εὐπόρως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ καὶ ἅμα παρ' αὑτοῦ τινα θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὔ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός. Ποσειδώνιος δὲ ψευδῆ λέγων τὴν ἱστορίαν εἶναι ταύτην δύο φησὶ εἶναι φρέατα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τρίτον ἐν τῇ πόλει· τῶν δ' ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τὸ μὲν μικρότερον ὑδρευομένων συνεχῶς αὐθωρὸν καὶ ἐκλείπειν, καὶ διαλειπόντων τῆς ὑδρείας πληροῦσθαι πάλιν· τὸ δὲ μεῖζον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τὴν ὑδρείαν ἔχον, μειούμενον μέντοι, καθάπερ καὶ τἆλλα φρέατα πάντα, νύκτωρ πληροῦσθαι, μηκέτι ὑδρευομένων· ἐπειδὴ δὲ συμπίπτει κατὰ τὸν τῆς συμπληρώσεως καιρὸν ἡ ἄμπωτις πολλάκις, πεπιστεῦσθαι κενῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τὴν * ἀντιπάθειαν. ὅτι μὲν οὖν ἡ ἱστορία πεπίστευται, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παραδόξοις θρυλουμένην παρειλήφαμεν. ἠκούομεν δὲ καὶ φρέατα εἶναι, τὰ μὲν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τοῖς κήποις, τὰ δὲ ἐντός, διὰ δὲ τὴν μοχθηρίαν τοῦ ὕδατος κατὰ τὴν πόλιν δεξαμενὰς ἐπιπολάζειν τοῦ λακκαίου ὕδατος· εἰ μέντοι καὶ τούτων τι τῶν φρεάτων ἐπιδείκνυται τὴν τῆς ἀντιπαθείας ὑπόνοιαν, οὐκ ἴσμεν. τὰς δ' αἰτίας, εἴπερ συμβαίνει ταῦτα οὕτως, ὡς ἐν χαλεποῖς ἀποδέχεσθαι δεῖ. εἰκὸς μὲν γὰρ οὕτως ἔχειν, ὡς ὁ Πολύβιός φησιν· εἰκὸς δὲ καὶ τῶν φλεβῶν τινας τῶν πηγαίων νοτισθείσας ἔξωθεν χαυνοῦσθαι καὶ παρέχχυσιν εἰς τὰ πλάγια μᾶλλον διδόναι τοῖς ὕδασιν, ἢ ἀναθλίβειν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ῥεῖθρον εἰς τὴν κρήνην· νοτίζεσθαι δ' ἀναγκαῖον, ἐπικλύσαντος τοῦ κύματος. εἰ δ', ὥσπερ Ἀθηνόδωρός φησιν, εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ περὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν, εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων, ἃ κατ' ἄλλους μὲν πόρους ἔχει τὴν ἔκρυσιν κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ὧν δὴ τὰ στόματα πηγὰς καὶ κρήνας καλοῦμεν, κατ' ἄλλους δὲ πόρους συνέλκε-

mihi videtur rationi consentaneum, ad ipsas in fano Herculis, quod Gadibus est positas columnas nomen columnarum referre velle : probabile est enim non a mercatoribus, sed a ducibus primum indito hoc nomine, ejus deinde famam inclaruisse, sicut et evenit de Indicis columnis. Alioquin etiam inscriptio earum, non sacri donarii dedicationem, sed summam impensarum indicans, rationem illam impugnat : nam columnas Herculis argumentum magnificentiæ ejus, non factorum a Phœnicibus sumptuum oportet esse.

7. Porro autem scribit Polybius esse Gadibus in templo Herculis fontem ad cujus aquas potui aptas paucorum sit graduum descensus, qui ad æstus maris contrario plane afficiatur modo, quum sub exundationem maris deficiat, et defluente eo impleatur. Causam rei confert in ventum qui e profundo in superficiem terræ effertur : qua superficie sub maris affluxu ab aquis occupata, ventum, quum suis exitibus solitis privetur, introrsum reverti, obstructisque fontis meatibus aquas intercludere, rursumque denudata aquis superficie, recta exeuntem venas fontis liberare obstructione, atque ita tum aquam copiose ebullire. Artemidorus autem dum hujus sententiam vult refellere, aliamque a se causam profert, facta simul sententiæ Silani historici mentione, indigna relatu mihi videtur dicere : quippe quum et ipse et Silanus harum fuerint rerum rudes. At Posidonius falsitatis hanc narrationem damnans, duos ait in Herculis templo esse puteos, et in urbe tertium : eorum qui sunt ad Herculis, minorem, quum continenter ex eo aqua hauriatur, ea ipsa hora siccari, rursumque impleri, ubi desitum fuerit aquari : majorem totius diei aquationi sufficere; minui quidem ipsum quoque more aliorum puteorum, aquatione autem noctu cessante repleri : et quum in repletionis tempus incidat non raro maris defluxus, creditam esse ab incolis illam contrarietatem affectionis, inaniter. Historiæ quidem huic fidem adhibitam fuisse quum ille ait, tum nos in divulgatis rerum inusitatarum narrationibus traditum reperimus. Auditu etiam cognovimus esse Gadibus alios quoque puteos partim in ipsa urbe, partim extra in hortis; sed ob aquæ vitiositatem in urbe usurpari cisternas lacustris aquæ : utrum autem hi quoque putei aliquam istius naturalis dissensionis a mari dent significationem, ignoro. Quodsi hæc ita eveniunt, causarum assignationem ita par est accipere, ut fieri in rebus difficilibus debet. Ac fieri potest ut res ita habeat, sicut judicavit Polybius : probabile est etiam quasdam fontis venas humectatas extrinsecus laxari, ita ut magis in obliquam partem aquas diffundant, quam eas secundum pristinum alveum in fontem exprimant : laxari autem necesse est inundatione aquarum. Quodsi, ut Athenodoro videtur, inspirationis et exspirationis simile quippiam habent maris affluxus et refluxus, fortassis quædam aquarum fluentium sunt, quæ per alios meatus naturam secutæ effluxus in superficiem effundunt (quorum ora fontes et scaturigines vocamus), aliis autem meatibus una trahuntur ad profunditatem

ται πρὸς τὸ τῆς θαλάττης βάθος· καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκείνῃ, ὥστε πλημμυρεῖν, ὅταν οἷον ἡ ἐκπνοὴ γίνηται, τὸ οἰκεῖον ἀπολείπει ῥεῖθρον, πάλιν [δ'] ἀναχωρεῖ πρὸς τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ὅταν κἀκείνη λάβῃ τὴν ἀναχώρησιν.

8. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας, ἐνταῦθα μωρίαν μᾶλλον ἢ δριμύτητα αὐτῶν κατέγνωκεν. ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νὺξ τῇ τοῦ ἡλίου περιφορᾷ μετρεῖται, τοτὲ μὲν ὑπὸ γῆς ὄντος, τοτὲ δὲ ὑπὲρ γῆς φαινομένου· φησὶ δὲ τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον, τὴν μὲν ἡμερήσιον ἀποδιδοῦσαν, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δ' ἐνιαυσιαίαν συμπαθῶς τῇ σελήνῃ. ὅταν γὰρ αὕτη ζῳδίου μέγεθος ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος, ἄρχεσθαι διοιδεῖν τὴν θάλατταν καὶ ἐπιβαίνειν τῆς γῆς αἰσθητῶς μέχρι μεσουρανήσεως· ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν τὸ πέλαγος κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζῴδιον ὑπερέχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη· εἶτα μένειν τοσοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει χρόνον, ὅσον ἡ σελήνη συνάπτει πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον τοσοῦτον, ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῴδιον ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος· εἶτ' ἐπιβαίνειν πάλιν ἕως τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος· εἶτ' ἀναχωρεῖν, ἕως ἂν πρὸς τὰς ἀνατολὰς περιχωρήσασα ἡ σελήνη ζῴδιον τοῦ ὁρίζοντος ἀπόσχῃ· μένειν δέ, μέχρις ἂν ζῴδιον ὑπὲρ γῆς μετεωρισθῇ, καὶ πάλιν ἐπιβαίνειν. ταύτην μὲν εἶναι λέγει τὴν ἡμερήσιον περίοδον· τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται μέχρι διχοτόμου· πάλιν δ' αὔξονται μέχρι πανσελήνου, καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος· εἶθ' ἕως τῶν συνόδων αἱ αὐξήσεις· πλεονάζειν δὲ καὶ χρόνῳ καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις. τὰς δ' ἐνιαυσίας παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησί, λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο καὶ αἱ ἀναχωρήσεις καὶ αἱ ἐπιβάσεις. εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας, αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν· εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας· εἶτ' αὔξεσθαι μέχρι θερινῶν τροπῶν. τῶν δὲ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν συνάμφω χρόνον δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης, δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένως δὲ καὶ * τῷ ἡμερησίῳ χρόνῳ καὶ τῷ νυκτερινῷ, πῶς οἷόν τε πολλάκις μὲν συμβαίνειν κατὰ τὰς ἀμπώτεις τὴν πλήρωσιν τοῦ φρέατος, μὴ πολλάκις δὲ τὴν λειψυδρίαν; ἢ πολλάκις μέν, μὴ ἰσάκις δέ; ἢ καὶ ἰσάκις δέ, τοὺς δὲ Γαδειρίτας ταῦτα μὲν μὴ ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι; (τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα). ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πιστεύει αὐτοῖς, δῆλον ἐξ ὧν καὶ προσεικάζει γίνεσθαι τὰς μειώσεις καὶ πάλιν αὐξήσεις ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπάς τε ἑτέρας κἀκεῖθεν πάλιν ἐπανόδους. καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκός, ὅτι τηρητικοὶ ὄντες τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον, τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευσαν.

9. Φησὶ δ' οὖν Σέλευκον τὸν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θα-

maris : eæque aquæ cum mari ita attolluntur, ut exundent quando fit quasi exspiratio, ac tum suum relinquunt proprium meatum; rursum autem in hunc recedunt, quando mare incipit refluere.

8. Nescio autem qui factum sit ut Posidonius, in ceteris rebus acumen ingenii Phœnicibus tribuens, magis hoc loco eos fatuos quam subtiles judicet. Solis conversionem die ac nocte metimur, partem supra, partem infra terram eo exigente. Jam ille tradit oceani motum imitari conversionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum, alium menstruum, alium annuum, ad lunam certo modo affecti. Quum luna enim unius signi spatio supra horizontem elevatur, tum intumescere mare et in terram effluere (quod etiam sensus possit percipere), idque usque dum ad medium cœli luna perveniat. Inde declinante astro, paulatim mare abscedere, dum uno tantum signo ab occasu absit luna : tum consistere ipsum tanto tempore quanto luna ad ipsum occasum perrexerit, item tanto quanto infra terram sub horizontem unius signi quantitate descenderit : exinde rursum increscere, donec ad medium cœli infra terram luna appulerit : postea iterum recedere, usque dum versus ortum progressa luna signo uno horizontem se habeat altiorem : tum eodem statu manere, donec ea signo uno horizontem superet altitudine : exinde rursum in terram exire. Hunc ergo ait ille maris esse diurnum circuitum. Menstruum porro, quod maximi refluxus contingunt circa novilunium, deinde dum æqua portione divisa videatur luna, minui : hinc rursum usque ad plenilunium augeri, et minui exinde, usque dum diminuta lumine dimidium lucidum ostendat; postea rursum ad coitum usque crescere : ea autem incrementa et tempore et celeritate sese superare. Annuas denique maris vices se a Gaditanis auditu cognovisse ait : ita enim illos tradere, circa æstivum solstitium recessus accessusque maris maxime augeri; se vero conjecturam facere, eosdem a solstitio illo ad æquinoctium usque diminui, rursumque ad brumam usque accrescere; ab hac usque ad vernum æquinoctium decrescere, porroque augescere usque ad æstivum solstitium. Hæ maris vices quum quovis die et nocte quavis eveniant, bis per utrumque tempus mari se efferente, et bis subsidente, idque certo ordine et interdiu et noctu : quomodo fieri potest ut impletio putei sæpe eveniat sub refluxum maris, non sæpe autem exinanitio? aut sæpe quidem, sed non toties? vel etiam toties quidem, Gaditanos autem non satis valere mente, ut observent quæ fiant quotidie, nihilominus tamen annuas vicissitudines ex eo deprehendere, quod semel fit toto anno? Atqui fidem eum ipsis adhibere ex eo constat, quod ipse conjecturam addit de decrementis et sequentibus incrementis fluxuum a solstitiis ad solstitia, et de recursu qui hic fiat eadem via. At ne hoc quidem consentaneum est, homines istos observandi studiosos ea quæ eveniunt non animadvertisse, credidisse iis quæ non fierent.

9. Refert etiam Seleucum eum qui a Rubro mari oriundus

λάττης καὶ ἀνωμαλίαν τινὰ ἐν τούτοις καὶ ὁμαλότητα λέγειν κατὰ τὰς τῶν ζῳδίων διαφοράς· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἰσημερινοῖς ζῳδίοις τῆς σελήνης οὔσης ὁμαλίζειν τὰ πάθη, ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ἀνωμαλίαν εἶναι καὶ πλήθει καὶ τάχει, τῶν δ' ἄλλων ἑκάστου κατὰ τοὺς συνεγγισμοὺς εἶναι τὴν ἀναλογίαν. αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν πανσέληνόν φησιν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ γενόμενος τῷ ἐν Γαδείροις πλείους ἡμέρας μὴ δύνασθαι συνεῖναι τὰς ἐνιαυσίους διαφοράς. περὶ μέντοι τὴν σύνοδον ἐκείνου τοῦ μηνὸς τηρῆσαι μεγάλην παραλλαγὴν ἐν Ἰλίπᾳ τῆς τοῦ Βαίτιος ἀνακοπῆς παρὰ τὰς ἔμπροσθεν, ἐν αἷς οὐδὲ ἕως ἡμίσους τὰς ὄχθας ἔβρεχε· τότε δ' ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι (διέχει δ' Ἰλίπα τῆς θαλάττης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους)· τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ πεδίων καὶ ἐπὶ τριάκοντα σταδίους εἰς βάθος καλυπτομένων ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ τῆς κρηπῖδος ὕψος τῆς τε τοῦ νεὼ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ καὶ τῆς τοῦ χώματος, ὃ τοῦ λιμένος πρόκειται τοῦ ἐν Γαδείροις, οὐδ' ἐπὶ δέκα πήχεις καλυπτόμενον ἀναμετρῆσαί φησι· κἂν προσθῇ δέ τις τὸ διπλάσιον τούτου κατὰ τὰς γενομένας ποτὲ παραυξήσεις, [οὐδ'] οὕτω παρασχεῖν ἂν τὴν ἔμφασιν, ἣν ἐν τοῖς πεδίοις παρέχεται τὸ μέγεθος τῆς πλημμυρίδος. τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος κοινὸν ἱστορεῖται κατὰ πᾶσαν τὴν κύκλῳ παρωκεανῖτιν, τὸ δὲ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ καινὸν καὶ ἴδιόν φησιν οὗτος· πλημμυρεῖν γὰρ ἔσθ' ὅπου (τε) καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ, αἰτίαν δ' εἶναι τὴν λίμνην, δι' ἧς ῥεῖ· συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

10. Ἱστορεῖ δὲ καὶ δένδρον ἐν Γαδείροις ὄζους ἔχον καμπτομένους εἰς ἔδαφος, πολλάκις δὲ φύλλα ξιφοειδῆ πηχυαῖα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τετραδάκτυλα. περὶ δὲ Νέαν Καρχηδόνα δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. τῷ μὲν οὖν ἐν Γαδείροις καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν τῶν κλάδων κατάκαμψιν, τοῖς δὲ φύλλοις ἀνόμοιον, οὐδὲ καρπὸν ἔχον· τοῦτο δ' ἔχειν φησί. τὰ δ' ἀκάνθινα ὑφαίνεται καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ, φέρει δ' οὐ (δὲν) δένδρον τὴν ἄκανθαν, ἐξ ἧς ὁ φλοιός, ἀλλὰ χαμαίζηλος ἡ βοτάνη. τῷ δὲ δένδρῳ τῷ ἐν Γαδείροις καὶ τοῦτο προσιστόρηται, ὅτι κλάδου μὲν ἀποκλωμένου γάλα ῥεῖ, ῥίζης δὲ τεμνομένης μιλτῶδες ὑγρὸν ἀναφέρεται. τοσαῦτα καὶ περὶ Γαδείρων.

11. Αἱ δὲ Καττιτερίδες δέκα μέν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρτάβρων λιμένος πελάγιαι· μία δ' αὐτῶν ἔρημός ἐστι, τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες τοὺς χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς· ζῶσι δ' ἀπὸ βοσκημάτων νομαδικῶς τὸ πλέον. μέταλλα δὲ ἔχοντες καττιτέρου καὶ μολύβδου κέραμον ἀντὶ τούτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται καὶ ἅλας καὶ χαλκώματα πρὸς τοὺς ἐμπόρους. πρότερον μὲν οὖν

fuit, in his æqualitatem inæqualitatemque statuere aliquam pro signorum cœlestium ratione : nam luna in æquinoctialibus signis hærente, æquabiliter illos æstus fieri ; in solstitialibus autem et quantitate et celeritate inæquali ; eamque inæqualitatem in reliquis signis locum habere pro eo atque unumquodvis eorum ad dicta propius accedit. Ipse autem se memorat Gadibus in Herculis templo fuisse sub ipsum æstivum solstitium, in plenilunio per aliquam multos dies, neque tamen anniversarias istas mutationes potuisse deprehendere : sed circa ejus mensis novilunium magnam se in Bætis fluvii apud Ilipam repercussione notasse diversitatem : qui quum ante ne ad dimidium quidem usque ripam madefaceret, tunc ita fuerit effusus, ut ibi aquarentur milites (abest autem Ilipa a mari circiter septingenta stadia); et dum campestria mari propinqua etiam usque triginta [*al. codd.* quinquaginta] stadia in altum fuerint aquarum exæstuatione tecta, ita ut insularum modo mari quædam ambirentur, altitudinem fundamenti, cui fanum Herculis insistit et ipse agger qui portui Gaditano præpositus est, ne ad decem quidem cubitos fuisse occultatam, quos ipse sit permensus : quod si quis etiam duplum hujus addat, secundum incrementa tunc facta, ne sic quidem posse indicium præberi ejus magnitudinis, quam in campis exundatio facit. Atque hoc quidem traditur evenire communiter toti oræ oceano adjacentis circulo : novum autem et peculiare hoc ille de Ibero fluvio refert, eum aliquando exundare nullis imbribus aut nivibus causam præbentibus, quum boreæ frequentes flant : in causa esse paludem, per quam fluit : nam a ventis aquam palustrem una extorqueri.

10. Narrat etiam arborem esse Gadibus, cujus rami ad solum sint deflexi, folia frequenter cubitalia longitudine, quattuor lata digitos, forma gladii : et apud Novam Carthaginem arborem esse quæ e spina corticem emittat, unde telæ pulcherrimæ conficiantur. Nos sane, quod ad ramorum deorsum inflexionem attinet, Gaditanæ arboris similem in Ægypto novimus, foliis tamen dissimilem et fructu (facit enim ille suam frugiferam) carentem. E spinis autem texturæ fiunt etiam in Cappadocia; sed non arbor spinam fert unde cortex, sed stirps est humilis. De Gaditana autem arbore id præterea narratur, eam ramo effracto lac, radice incisa humorem minii colore emittere. Atque hæc de Gadibus sufficiant.

11. Cassiterides insulæ decem sunt numero, vicinæ invicem, ab Artabrorum portu versus septentrionem in alto sitæ mari : una earum deserta est, reliquæ ab hominibus incoluntur atras vestes gerentibus, tunicas indutis ad talos usque demissas, cinctis circum pectus, cum baculis ambulantibus, similes tragœdiarum Pœnis (sive Furiis). Vivunt ii ex pecore, vagantes plerumque incertis sedibus. Metalla habent stanni et plumbi, quorum et pellium loco fictilia sales et ærea opera a mercatoribus permutando recipiunt.

Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορίαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν· τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπακολουθούντων ναυκλήρῳ τινί, ὅπως καὶ αὐτοὶ γνοῖεν τὰ ἐμπόρια, φθόνῳ ὁ ναύκληρος ἑκὼν εἰς τέναγος ἐξέβαλε τὴν ναῦν, ἐπαγαγὼν δ' εἰς τὸν αὐτὸν ὄλεθρον καὶ τοὺς ἑπομένους, αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίου καὶ ἀπέλαβε δημοσίᾳ τὴν τιμὴν ὧν ἀπέβαλε φορτίων. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ὅμως πειρώμενοι πολλάκις ἐξέμαθον τὸν πλοῦν· ἐπειδὴ δὲ καὶ Πόπλιος Κράσσος, διαβὰς ἐπ' αὐτούς, ἔγνω τὰ μέταλλα ἐκ μικροῦ βάθους ὀρυττόμενα καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηναίους, ἐκ περιουσίας ἤδη τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι ταύτην τοῖς ἐθέλουσιν ἐπέδειξε, καίπερ οὖσαν πλείω τῆς διειργούσης (εἰς) τὴν Βρεττανικήν. καὶ περὶ μὲν Ἰβηρίας καὶ τῶν προκειμένων νήσων ταῦτα.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ Γαλλίαν (καὶ Ἰβηρίαν) καὶ ὅσα διείργουσιν αἱ Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας ἔνδον, ἐν οἷς καὶ Βρεττανία καὶ τῶν ὠκεανιτίδων νήσων τινές, ὅσαι καὶ δοκοῦσιν οἰκεῖσθαι, καὶ βαρβάρων χώραν καὶ ἔθνη παροικοῦντα τοῦ Ἴστρου πέραν.

ΚΕΦ. Α΄.

Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική. ταύτης δὲ καὶ τὸ σχῆμα ὑπογέγραπται πρότερον τυπωδῶς καὶ τὸ μέγεθος· νυνὶ δὲ λεκτέον τὰ καθ' ἕκαστα. οἱ μὲν δὴ τριχῇ διῄρουν, Ἀκυϊτανοὺς καὶ Βέλγας καλοῦντες καὶ Κέλτας· τοὺς μὲν Ἀκυϊτανοὺς τελέως ἐξηλλαγμένους οὐ τῇ γλώττῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν, ἐμφερεῖς Ἴβηρσι μᾶλλον ἢ Γαλάταις· τοὺς δὲ λοιποὺς Γαλατικοὺς μὲν τὴν ὄψιν, ὁμογλώττους δ' οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν. Ἀκυϊτανοὺς μὲν οὖν καὶ Κέλτας ἔλεγον τοὺς πρὸς τῇ Πυρήνῃ, διωρισμένους τῷ Κεμμένῳ ὄρει. εἴρηται γὰρ ὅτι τὴν Κελτικὴν ταύτην ἀπὸ μὲν τῆς δύσεως ὁρίζει τὰ Πυρηναῖα ὄρη, προσαπτόμενα τῆς ἑκατέρωθεν θαλάττης, τῆς τε ἐντὸς καὶ τῆς ἐκτός· ἀπὸ δὲ τῶν ἀνατολῶν ὁ Ῥῆνος, παράλληλος ὢν τῇ Πυρήνῃ· τὰ δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς μεσημβρίας, τὰ μὲν ὁ ὠκεανὸς περιείληφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, τὰ δ' ἐξ ἐναντίας ἡ

Primis temporibus soli Phœnices a Gadibus eo negotiatum iverunt, celantes alios omnes istam navigationem : quum autem Romani quendam navis magistrum sequerentur, ut et ipsi emporia ista addiscerent, is invidia ductus dedita opera navem suam in vadum compulit, in eandemque perniciem iis qui insequebantur conjectis, ipse e naufragio servatus ex ærario publico pretium amissarum mercium recepit. Tamen Romani, re sæpius tentata, navigationem addidicerunt. Deinde Publius Crassus quum eo navigasset, videretque metalla non alte effodi, hominesque eos pacis studiosos, jam omnes pro lubitu, qui vellent, hoc mare exercere docuit, quanquam amplius esset eo quod Britanniam a nobis separat. Ac de Hispania quidem et insulis ante eam sitis hactenus.

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Quartus liber exhibet Galliæ (et Hispaniæ) descriptionem, regionumque intra Alpes ad Italiam. Agit ibi etiam de Britania, et nonnullis insulis in Oceano, quæ quidem habitari videntur; deque barbarorum terris, et populis ulteriora Istri tenentibus.

CAP. I.

Sequitur quæ ultra Alpes est Gallia [*græce fere* Celtice]. Ejus jam ante figura et magnitudo crassiore definitione descripta fuerunt; nunc singula persequemur. Sunt qui Gallos trifariam dividant, in Aquitanos, Belgas et Celtas : de quibus Aquitani a ceterorum plane differentes non lingua modo, sed et corporibus, Hispanis quam Gallis sint similiores; reliqui specie quidem Gallici, non eodem tamen cuncti utentes sermone, sed aliquid nonnulli habeant diversitatis; forma quoque reipublicæ et vitæ institutis nonnihil differant. Ergo qui Pyrenæ sunt proximi, eos Aquitanos et Celtas vocant, monte divisos Cemmeno. Dictum est enim supra, Galliam de qua agimus versus occasum montibus definiri Pyrenæis, utrumque mare tam externum quam internum tangentibus; ab ortu autem Rheno, qui Pyrenæis fluit parallelus; a septentrione oceano, inde a septentrionalibus Pyrenæ extremis ad ostia usque Rheni;

κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλαττα καὶ αἱ Ἄλπεις ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς ἀρξάμεναι μέχρι τῶν πηγῶν τοῦ Ῥήνου. τῇ δὲ Πυρήνῃ πρὸς ὀρθὰς ἧκται Κέμμενον ὄρος διὰ μέσων τῶν πεδίων, καὶ παύεται κατὰ μέσα πλησίον Λουγδούνου, περὶ δισχιλίους ἐκταθὲν σταδίους. Ἀκυϊτανοὺς μὲν τοίνυν ἔλεγον τοὺς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας καὶ τῆς Κεμμένης μέχρι πρὸς τὸν ὠκεανὸν τὰ ἐντὸς Γαρούνα ποταμοῦ, Κέλτας δὲ τοὺς ἐπὶ θάτερα μέρη καθήκοντας καὶ τὴν κατὰ Μασσαλίαν καὶ Νάρβωνα θάλατταν, ἁπτομένους δὲ καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν ἐνίων, Βέλγας δ' ἔλεγον τοὺς λοιπούς τε τῶν παρωκεανιτῶν μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου καί τινας τῶν παροικούντων τὸν Ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις. οὕτω δὲ καὶ ὁ Θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. ὁ δὲ Σεβαστὸς Καῖσαρ τετραχῇ διελὼν τοὺς μὲν Κέλτας τῆς Ναρβωνίτιδος ἐπαρχίας ἀπέφηνεν, Ἀκυϊτανοὺς δ' οὕσπερ κἀκεῖνος, προσέθηκε δὲ τετταρεσκαίδεκα ἔθνη τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα καὶ τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ νεμομένων· τὴν δὲ λοιπὴν διελὼν δίχα τὴν μὲν Λουγδούνῳ προσώρισε μέχρι τῶν ἄνω μερῶν τοῦ Ῥήνου, τὴν δὲ τοῖς Βέλγαις. ὅσα μὲν οὖν φυσικῶς διώρισται δεῖ λέγειν τὸν γεωγράφον καὶ ὅσα ἐθνικῶς, ὅταν ᾖ καὶ μνήμης ἄξια, ὅσα δ' οἱ ἡγεμόνες πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτευόμενοι διατάττουσι ποικίλως, ἀρκεῖ κἂν ἐν κεφαλαίῳ τις εἴπῃ, τοῦ δ' ἀκριβοῦς ἄλλοις παραχωρητέον.

2. Ἅπασα μὲν οὖν ἐστιν αὕτη ποταμοῖς κατάρρυτος ἡ χώρα, τοῖς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων καταφερομένοις, τοῖς δ' ἐκ τοῦ Κεμμένου καὶ τῆς Πυρήνης, καὶ τοῖς μὲν εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐκβάλλουσι, τοῖς δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλατταν. δι' ὧν δὲ φέρονται χωρίων, πεδία ἐστὶ τὰ πλεῖστα καὶ γεωλοφίαι, διάρρους ἔχουσαι πλωτούς. οὕτως δ' εὐφυῶς ἴσχει τὰ ῥεῖθρα πρὸς ἄλληλα, ὥστ' ἐξ ἑκατέρας τῆς θαλάττης εἰς ἑκατέραν κατακομίζεσθαι, πορευομένων τῶν φορτίων ἐπ' ὀλίγον καὶ διὰ πεδίων εὐμαρῶς· τὸ δὲ πλέον τοῖς ποταμοῖς, τοῖς μὲν ἀναγομένων, τοῖς δὲ καταγομένων. ἔχει δέ τι πλεονέκτημα πρὸς τοῦτο ὁ Ῥοδανός· καὶ γὰρ πολλαχόθεν ἐστὶ σύρρους, † ὥσπερ εἴρηται, καὶ συνάπτει πρὸς τὴν ἡμετέραν θάλατταν κρείττω τῆς ἐκτὸς οὖσαν, καὶ διὰ χώρας διέξεισι τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ταύτῃ. τοὺς γὰρ αὐτοὺς ἐκφέρει καρποὺς ἡ Ναρβωνῖτις ἅπασα, οὕσπερ ἡ Ἰταλία. προϊόντι δ' ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος ἡ μὲν ἐλαιόφυτος καὶ συκοφόρος ἐκλείπει, τἆλλα δὲ φύεται. καὶ ἡ ἄμπελος δὲ προϊοῦσιν οὐ ῥᾳδίως τελεσφορεῖ· ἡ δ' ἄλλη πᾶσα σῖτον φέρει πολὺν καὶ κέγχρον καὶ βάλανον καὶ βοσκήματα παντοῖα, ἀργὸν δ' αὐτῆς οὐδέν, πλὴν εἴ τι ἕλεσι κεκώλυται καὶ δρυμοῖς· καίτοι καὶ τοῦτο συνοικεῖται πολυανθρωπίᾳ μᾶλλον ἢ ἐπιμελείᾳ. καὶ γὰρ τοκάδες αἱ γυναῖκες καὶ τρέφειν ἀγαθαί, οἱ δ' ἄνδρες μαχηταὶ μᾶλλον ἢ γεωργοί· νῦν δ' ἀναγκάζονται γεωργεῖν, καταθέμενοι τὰ ὅπλα. κοινῇ μὲν οὖν ταῦτα λέγομεν περὶ πάσης τῆς ἐκτὸς Κελτικῆς, περὶ δὲ τῶν τεταρτημορίων ἑκάστου διαλαβόντες λέγωμεν

a meridie mari quod est ad Massiliam et Narbonem, et Alpibus, quæ a Liguria incipientes ad fontes Rheni porriguntur. A Pyrena ad rectos angulos protenditur Cemmenus mons per mediam planitiem Galliæ, ejusque in medio desinit prope Lugdunum ad duo millia stadiûm porrectus. Aquitanos ergo dicunt eos qui intra Garumnam [*græce* Garunam] fluvium septentrionalia Pyrenæ et Cemmenæ, usque ad oceanum accolunt; Celtas, qui ad alteram partem extenduntur et habitant versus mare quod ad Massiliam et Narbonem est, pertinguntque ad quandam Alpium partem; Belgas denique vocant reliquos oceano propinqua tenentes usque ad Rheni ostia, et quosdam Rhenum et Alpes colentes. Sic etiam divus (Julius) Cæsar in Commentariis suis tradidit. Augustus autem Cæsar in quattuor partes Galliam divisit, ita ut Celtas Narbonensi provinciæ attribueret, Aquitanos eosdem cum Julio faceret, iisque quattuordecim alias gentes, earum quæ intra Garumnam et Ligerin habitant, attribueret; reliquum in duas partes divideret, quarum unam usque ad superiora Rheni Lugduno adjungeret, alteram Belgis. Enimvero geographi officium est iis divisionibus inhærere, quæ vel ab ipsa natura proveniunt, vel a populis constitutæ sunt, quando dignæ sunt memoratu : quæ autem principes pro temporum ratione varie constituerunt, uno tantum verbo indicasse satis est, et accuratam designationem aliis concedere.

2. Jam tota hæc terra amnibus rigatur, quorum alii ex Alpibus, alii ex Cemmeno et Pyrena delapsi, partim in oceanum, partim in nostrum mare exeunt. Loca per quæ feruntur, pleraque sunt campestria, aut tumuli terrestres, alveis præditi navigabilibus. Fluvii autem ita commode se invicem respiciunt, ut ab utroque mari ad alterum facile perferantur merces, quæ spatio minime longo terra vehuntur facile, maximo autem fluviis, aliis sursum, aliis secundum flumen. Ad quam rem aptior aliquanto reliquis est Rhodanus, in quem, ut dictum est [dicetur?], multis ex locis aqua confluit, et qui in nostrum mare exit, quod oceano majora nobis commoda præbet, ac regionem Galliæ fœcundissimam perlabitur. Profert enim Narbonensis Gallia omnia fructuum genera, quæ in Italia nascuntur. Inde versus septentrionem et Cemmenum montem progredienti solum olivæ quidem et ficus ferax desinit, sed reliqua proveniunt. Atque vitis quidem, ubi ulterius processeris, non facile uvas ad maturitatem perducit : verum reliqua omnis Gallia multum fert frumenti, milii, glandis, ac omnigenum alit pecus : nihil in ea otiosum est, nisi qua paludes aut silvæ obstant; quanquam et illa loca incoluntur, magis hominum copia quam accuratione. Namque mulieres fœcundæ sunt, et educatrices bonæ, viri autem bello quam agricultura meliores : nostro tamen tempore coguntur positis armis agros colere. Atque hæc in genere dicta sunto de Gallia exteriore. Nunc de singulis quadran-

νυνί, μεμνημένοι τυπωδῶς, καὶ πρῶτον περὶ τῆς Ναρβωνίτιδος.

3. Ταύτης δὲ τὸ σχῆμα παραλληλόγραμμόν πώς ἐστιν, ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας γραφόμενον τῇ Πυρήνῃ, πρὸς δὲ τὰς ἄρκτους τῷ Κεμμένῳ· τὰς δὲ λοιπάς, τὴν μὲν νότιον ἡ θάλαττα ποιεῖ μεταξὺ Πυρήνης καὶ Μασσαλίας, τὴν δ' ἑωθινὴν αἱ Ἄλπεις ἐκ μέρους, καὶ τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν Ἄλπεων ἐπ' εὐθείας αὐταῖς ληφθὲν καὶ τῶν ὑπωρειῶν τοῦ Κεμμένου τῶν καθηκουσῶν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ ποιουσῶν ὀρθὴν γωνίαν πρὸς τὴν λεχθεῖσαν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων εὐθεῖαν. τῷ δὲ νοτίῳ πρόσκειται παρὰ τὸ λεχθὲν σχῆμα ἡ ἐφεξῆς παραλία, ἣν ἔχουσιν οἵ τε Μασσαλιῶται καὶ οἱ Σάλυες μέχρι Λιγύων ἐπὶ τὰ πρὸς Ἰταλίαν μέρη καὶ τὸν Οὔαρον ποταμόν. οὗτος δ' ἐστίν, † ὡς εἶπον πρότερον, ὅριον τῆς Ναρβωνίτιδος καὶ τῆς Ἰταλίας· ὑπάρχει δὲ θέρους μὲν μικρός, χειμῶνος δὲ καὶ μέχρι ἑπτὰ σταδίων πλατυνόμενος. ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἡ παραλία παρατείνει μέχρι τοῦ ἱεροῦ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης· καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον ταύτης τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς Ἰβηρικῆς· ἔνιοι δὲ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐστι τὰ Πομπηίου τρόπαια, ὅριον Ἰβηρίας ἀποφαίνουσι καὶ τῆς Κελτικῆς. ἔστι δ' ἔνθεν μὲν εἰς Νάρβωνα μίλια ἑξήκοντα τρία, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Νέμαυσον ὀγδοήκοντα ὀκτώ, ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ Σέξτια καλούμενα, ἅπερ πλησίον Μασσαλίας ἐστί, πεντήκοντα τρία, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Ἀντίπολιν καὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν ἑβδομήκοντα τρία, ὥστε τὰ σύμπαντα γίνεται μίλια διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά. ἔνιοι δ' ἀπὸ τοῦ Ἀφροδισίου μέχρι τοῦ Οὐάρου σταδίους ἀνέγραψαν δισχιλίους ἑξακοσίους, οἱ δὲ καὶ διακοσίους προστιθέασιν· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται περὶ τῶν διαστημάτων. κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὁδὸν τὴν διὰ Οὐοκοντίων καὶ τῆς Κοττίου μέχρι μὲν Οὐγέρνου καὶ Ταρούσκωνος κοινὴ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Νεμαύσου, ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ μὲν τοὺς Οὐοκοντίων ὅρους καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναβάσεως τῶν Ἄλπεων διὰ Δρουεντία καὶ Καβαλλίωνος μίλια ἑξήκοντα τρία· πάλιν δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα (εἰς) ἐπ' Ἐβρόδουνον κώμην· εἶτ' ἄλλα τοσαῦτα διὰ Βριγαντίου κώμης καὶ Σκιγγομάγου καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως ἐπὶ Ὤκελον, τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς· (καὶ) ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται· ἔστι δὲ ἐνθένδε ἐπὶ Ὤκελον μίλια εἴκοσι ὀκτώ.

4. Κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία, κεῖται δ' ἐπὶ χωρίου πετρώδους· ὑποπέπτωκε δ' αὐτῆς ὁ λιμὴν θεατροειδεῖ πέτρᾳ, βλεπούσῃ πρὸς νότον. τετείχισται δὲ καὶ αὐτὴ καλῶς καὶ ἡ πόλις σύμπασα, μέγεθος ἔχουσα ἀξιόλογον. ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων, τὸ δὲ Ἐφέσιον τῆς Ἀρτέμιδός ἐστι νεὼς τῆς Ἐφεσίας. ἀπαίρουσι γὰρ τοῖς Φωκαιεῦσιν ἐκ τῆς οἰκείας λόγιον ἐκπεσεῖν φασιν, ἡγεμόνι χρήσασθαι τοῦ πλοῦ παρὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος λαβοῦσι·

tibus ordine et rudi Minerva dicamus, initio a Narbonensi facto.

3. Hujus figura quodammodo parallelogrammum refert, cujus occiduum latus Pyrene includit, septentrionale Cemmenus; reliquorum austrinum conficit mare quod inter Pyrenam est et Massiliam, et orientale ex parte et Alpes, intervallum ab Alpibus recta cum his linea sumptum usque ad procursus Cemmeni ad Rhodanum porrectos, qui ad angulum rectum incidunt lineæ illi recta ab Alpibus ductæ. Austrino lateri adjacet, præter dictam figuram, ora maritima quam Massilienses et Salyes [*codd.* Sallyes] tenent, usque ad Liguriam et Italiæ fines, ac Varum fluvium, quo, ut dixi ante [?], disterminantur Narbonensis Gallia et Italia. Is æstate parvus, hieme ad septem stadiorum latitudinem augetur. Ab hoc igitur ora maritima protenditur usque ad templum Veneris Pyrenææ, quo hæc provincia et Hispania limite distinguuntur; quanquam alii pro limite Hispaniæ et Galliæ locum designant eum, ubi sunt Pompeii tropæa. Inde ergo Narbonem usque miliaria sunt sexaginta tria; hinc Nemausum octoginta octo; a Nemauso per Ugernum ac Tarusconem [*alii codd.* Tarasconem] ad aquas calidas quæ Sextiæ appellantur, quæ prope Massiliam sunt, quinquaginta tria; hinc ad Antipolin et Varum amnem, septuaginta tria : ita ut summa sit miliarium, ducenta septuaginta et septem. Alii a Veneris templo usque ad Varum stadia tradiderunt bis mille et sexcenta; his nonnulli ducenta addunt; non enim idem omnes de intervallis sentiunt. Altera via est per Vocontios et ditionem Cottii [*alii codd.* Cutii] : Ugernum quidem usque et Tarusconem a Nemauso communis est via; hinc autem usque ad Vocontiorum terminos et initium ascensus Alpium per Druentiam et Caballionem miliaria sexaginta tria : inde rursum ad alteros Vocontiorum terminos secundum Cottii terram, miliaria nonaginta novem ad Ebrodunum vicum; hinc totidem per Brigantium vicum et Scingomagum et Alpium altos transitus, usque ad Ocelum, qui est terræ Cottiæ finis : nam a Scingomago quæ est regio, jam Italia dicitur, et distat ab Ocelo miliaria viginti octo [*vulgo* septem].

4. Massilia [*græce* Massalia] a Phocæensibus [*codd.* Phocensibus] est condita, sita loco saxoso, portum habens subjectum theatri forma cavato saxo, austro obversum. Quum portus hic, tum ipsa urbs præclare ædificata est, memorabili magnitudine. In arce est Ephesium, et Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Ionum commune est, Ephesium autem est fanum Dianæ Ephesiæ. Aiunt enim Phocæensibus [*codd.* Phocensibus] patriam relinquentibus oraculum editum fuisse, quo jubebantur navigationis du-

τοὺς μὲν δή, προσαχθέντας τῇ Ἐφέσῳ, ζητεῖν ὅντινα τρόπον ἐκ τῆς θεοῦ πορίσαιντο τὸ προσταχθέν. Ἀριστάρχῃ δὲ τῶν ἐντίμων σφόδρα γυναικῶν παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεὸν καὶ κελεῦσαι συναπαίρειν τοῖς Φωκαιεῦσιν, ἀφίδρυμά τι τῶν ἱερῶν λαβούσῃ· γενομένου δὲ τούτου καὶ τῆς ἀποικίας λαβούσης τέλος, τό τε ἱερὸν ἱδρύσασθαι καὶ τὴν Ἀριστάρχην τιμῆσαι διαφερόντως ἱέρειαν ἀποδείξαντας, ἔν τε ταῖς ἀποίκοις πόλεσι πανταχοῦ τιμᾶν ἐν τοῖς πρώτοις ταύτην τὴν θεὸν καὶ τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν καὶ τἄλλα νόμιμα φυλάττειν τὰ αὐτά, ἅπερ ἐν τῇ μητροπόλει νενόμισται.

5. Διοικοῦνται δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται πάντων εὐνομώτατα, ἀνδρῶν ἑξακοσίων καταστήσαντες συνέδριον, διὰ βίου ταύτην ἐχόντων τὴν τιμήν, οὓς τιμούχους καλοῦσι. πεντεκαίδεκα δ' εἰσὶ τοῦ συνεδρίου προεστῶτες, τούτοις δὲ τὰ πρόχειρα διοικεῖν δέδοται. πάλιν δὲ τῶν πεντεκαίδεκα προκάθηνται τρεῖς οἱ πλεῖστον ἰσχύοντες, τούτων δὲ εἷς· τιμοῦχος [δ'] οὐ γίνεται μὴ τέκνα ἔχων, μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. οἱ δὲ νόμοι Ἰωνικοί, πρόκεινται δὲ δημοσίᾳ. χώραν δ' ἔχουσιν ἐλαιόφυτον μὲν καὶ κατάμπελον, σίτῳ δὲ λυπροτέραν διὰ τὴν τραχύτητα, ὥστε πεποιθότες τῇ θαλάττῃ μᾶλλον ἢ τῇ γῇ τὸ πρὸς ναυτιλίας εὐφυὲς εἵλοντο μᾶλλον. ὕστερον μέντοι ταῖς ἀνδραγαθίαις ἴσχυσαν προσλαβεῖν τινα τῶν πέριξ πεδίων ἀπὸ τῆς αὐτῆς δυνάμεως. ἀφ' ἧς καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν, ἐπιτειχίσματα τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τοῖς Ἴβηρσιν, οἷς καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος παρέδοσαν τὰ πάτρια, ὥστε Ἑλληνιστὶ θύειν, τὴν δὲ † Ῥόην Ἀγάθην τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις, τὸ δὲ Ταυροέντιον καὶ τὴν Ὀλβίαν καὶ Ἀντίπολιν καὶ Νίκαιαν τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι παρ' αὐτοῖς καὶ ὁπλοθήκη· πρότερον δὲ καὶ πλοίων εὐπορία καὶ ὅπλων καὶ ὀργάνων τῶν τε πρὸς τὰς ναυτιλίας χρησίμων καὶ τῶν πρὸς πολιορκίας, ἀφ' ὧν πρός τε τοὺς βαρβάρους ἀντέσχον, καὶ Ῥωμαίους ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο τῆς αὐξήσεως αὐτῶν. Σέξτιος γοῦν ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας, οὐ πολὺ ἄποθεν τῆς Μασσαλίας κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν, ὧν τινα μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρά, ἐνταῦθά τε φρουρὰν κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀγούσης ἀπὸ Μασσαλίας ἀνέστειλε τοὺς βαρβάρους, οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν αὐτοὺς τελέως. οὐδ' αὐτὸς δὲ πλέον ἴσχυσεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅσον κατὰ μὲν τὰ εὐλίμενα ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπελθεῖν (ἐπὶ) τοὺς βαρβάρους ἐπὶ δώδεκα σταδίους, κατὰ δὲ τοὺς τραχῶνας ἐπὶ ὀκτώ· τὴν δὲ λειφθεῖσαν ὑπ' ἐκείνων τοῖς Μασσαλιώταις παραδέδωκεν. ἀνάκειται δ' ἐν πόλει συχνὰ τῶν ἀκροθινίων, ἃ ἔλαβον καταναυμαχοῦντες ἀεὶ τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάττης ἀδίκως.

cem a Diana Ephesia accipere. Itaque eos, quum Ephesum appulissent, quæsivisse quo pacto a dea consequerentur quod mandatum erat. Ibi Aristarchæ honoratissimarum uni matronarum deam per quietem astitisse, ac jussisse ut sumpta secum quadam sacrorum imagine Phocæenses [*codd.* Phocenses] comitaretur. Quibus ita factis, hos colonia condita fanum exstruxisse, ejusque antistitam fecisse Aristarcham, inque honore summo habuisse; et in coloniis ipsorum eos ubique primo loco deam istam colere, et simulacrum deæ eodem modo statuere ac reliquos ritus instituere eosdem quos habeat metropolis.

5. Respublica Massiliensium [*græce* Massaliotarum] omnium optimis legibus utitur, administrata per optimates, concilio constituto sexcentorum virorum, qui honorem hunc per totam vitam gerunt: eos Timuchos (*quasi dicas* dignitatem tenentes) nominant. Huic concilio quindecim viri præsunt, quorum est occurrentia negotia expedire; de his rursum tres præsident, qui sunt maxima potestate; his denique unus. Nemo autem Timuchi dignitatem consequitur, cui nulli sint liberi, aut cujus stirps inter cives non per tres ætates duraverit. Legibus utuntur Ionicis, publice expositis. Solum possident olearum ferax ac vitibus consitum, frumenti autem ob asperitatem sterilius: itaque mari magis quam terræ fidentes, opportunitatem navigationum suam potius in usum converterunt. Posterioribus tamen temporibus fortitudine sua quosdam circumjacentium camporum in suam potestatem redigere valuerunt: qua eadem subnixi, urbes quoque condiderunt, quibus munitionibus uterentur, partim ad Hispaniam contra Hispanos, quibus etiam ritus Dianæ Ephesiæ avitos tradiderunt, ut illi jam Græco more sacrificent; partim Rhoen [Rhodanusiam et?] Agatham adversus barbaros Rhodanum accolentes; partim Tauroentium [*codd.* Taurentium], Olbiam, Antipolin et Nicæam Salyum [*codd.* Sallyum] genti et Liguribus Alpes incolentibus opposuerunt. Habent Massilienses etiam navalia, et armamentarium: olim etiam navium, armorum ac machinarum ad navigationes et ad oppugnationes urbium factarum copia præditi fuerunt, quibus et contra barbaros se tuebantur, et Romanos sibi amicos reddiderunt, multisque in rebus et ipsi illis usui fuerunt, vicissimque ab iis ipsorum incrementa sunt adjuta. Sextius quidem, is qui Salyes subegit, non procul Massilia urbem sibi et aquis quæ ibi sunt calidis (hodie partim in frigidas esse mutatas aiunt) cognominem condidit, impositoque Romano præsidio, barbaros ab ora quæ a Massilia in Italiam ducit, rejecit, quum eos prorsus reprimere Massilienses non potuissent. Quanquam is quoque nihil aliud præstare valuit, quam quod in locis portuosis barbaros a mari ad duodecim stadia repulit, in saxosis autem et asperis litoribus ad octo: et relictam ab iis terram Massiliensibus adjecit. Sunt in urbe Massilia permulta affixa spolia, quæ cives diversis temporibus victores pugnis navalibus retulerunt de iis qui mare sibi injuste vindicabant. Atque

πρότερον μὲν οὖν εὐτύχουν διαφερόντως, περί τε τἆλλα καὶ περὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, ἧς πολλὰ ἄν τις λάβοι σημεῖα· καὶ δὴ καὶ τὸ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος τῆς ἐν τῷ Ἀβεντίῳ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχον τῷ παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἀνέθεσαν. κατὰ δὲ τὴν Πομπηίου πρὸς Καίσαρα στάσιν τῷ κρατηθέντι μέρει προσθέμενοι τὴν πολλὴν τῆς εὐδαιμονίας ἀπέβαλον, ὅμως δ' οὖν ἴχνη λείπεται τοῦ παλαιοῦ ζήλου παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα περὶ τὰς ὀργανοποιίας καὶ τὴν ναυτικὴν παρασκευήν. ἐξημερουμένων δ' ἀεὶ τῶν ὑπερκειμένων βαρβάρων, καὶ ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν τετραμμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, οὔτ' αὐτοῖς ἔτι τούτοις συμβαίνοι ἂν περὶ τὰ λεχθέντα τοσαύτη σπουδή. δηλοῖ δὲ τὰ καθεστηκότα νυνί· πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τρέπονται καὶ φιλοσοφεῖν, ὥσθ' ἡ πόλις μικρὸν μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνεῖτο παιδευτήριον, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύαζε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν· ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν, φιλομαθεῖς ὄντας. ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ Γαλάται καὶ ἅμα εἰρήνην ἄγοντες, τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους οὐ κατ' ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ· σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ (πόλεις) κοινῇ μισθούμενοι, καθάπερ καὶ ἰατρούς. τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης τῶν Μασσαλιωτῶν οὐχ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τοῦτο τεκμήριον· ἡ γὰρ μεγίστη προὶξ αὐτοῖς ἐστιν ἑκατὸν χρυσοῖ καὶ εἰς ἐσθῆτα πέντε καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον· πλέον δ' οὐκ ἔξεστι. καὶ ὁ Καῖσαρ δὲ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνες πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ γενηθείσας ἁμαρτίας ἐμετρίασαν, μεμνημένοι τῆς φιλίας, καὶ τὴν αὐτονομίαν ἐφύλαξαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς εἶχεν ἡ πόλις, ὥστε μὴ ὑπακούειν τῶν εἰς τὴν ἐπαρχίαν πεμπομένων στρατηγῶν μήτε αὐτὴν μήτε τοὺς ὑπηκόους. περὶ μὲν Μασσαλίας ταῦτα.

2. Lugdunum ergo sub colle conditum, ubi Arar flumen in Rhodanum incidit, Romani obtinent. Post Narbonem hæc urbs maxime omnium Gallicarum hominum frequentia pollet : præfecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream quam argenteam cudunt. Templum ab omnibus communi sententia Gallis decretum Cæsari Augusto, ad hanc urbem ad concursum fluviorum est positum, et aram habet memorabilem, cum inscriptione gentium sexaginta numero et imagine singularum, item aliam magnam [aram? *Corrigitur* ἄλσος μέγα, magnum lucum; *vel* ἀνδριὰς μέγας, magnam statuam (Augusti)]. Præest hæc urbs genti Segusianorum [*codd.* Sægosiavorum], sitæ inter Rhodanum et Dubin [*imo* Ligerim] fluvios : reliqui ad Rhenum tendentes populi, partim a Dubi terminantur, partim ab Arare. Atque hi quidem, ut ante diximus, ab Alpibus ipsi quoque delapsi, conjunctis alveis in Rhodanum exeunt. Est et alius fluvius, fontes in iisdem habens Alpibus, Sequana nomine; is Rheno parallelus per Sequanos sibi cognomines fluit in oceanum. Sequani versus orientem Rheno, diversa parte Arari sunt

κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ † Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ τὸ τῶν Αἰδούων ἔθνος, πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ἐπὶ τῷ Ἄραρι καὶ φρούριον Βίβρακτα. οἱ δὲ Αἰδοῦοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. πέραν δὲ τοῦ Ἄραρος οἰκοῦσιν οἱ Σηκοανοί, διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ γεγονότες καὶ τοῖς Αἰδούοις· ὅτι πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐπεδείκνυντό γε οὐ τὴν τυχοῦσαν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς ἐποίουν μεγάλους, καὶ ἀφιστάμενοι μικρούς· πρὸς δὲ τοὺς Αἰδούους καὶ διὰ ταῦτα μέν, ἀλλ' ἐπέτεινε τὴν ἔχθραν ἡ τοῦ ποταμοῦ ἔρις τοῦ διείργοντος αὐτούς, ἑκατέρου τοῦ ἔθνους ἴδιον ἀξιοῦντος εἶναι τὸν Ἄραρα καὶ ἑαυτῷ προσήκειν τὰ διαγωγικὰ τέλη· νυνὶ δ' ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἅπαντ' ἐστί.

3. Τὴν δ' ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Ἐλουήττιοι, παρ' οἷς εἰσιν αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Ἀδούλᾳ ὄρει. τοῦτο δ' ἐστὶ μέρος τῶν Ἄλπεων, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία μέρη ῥεῖ τὰ πρὸς τὴν ἐντὸς Κελτικὴν καὶ πληροῖ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ᾗ ἔκτισται τὸ Κῶμον, εἶτ' ἐνθένδε εἰς τὸν Πάδον συμβάλλει, περὶ ὧν ὕστερον ἐροῦμεν. καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ εἰς ἕλη μεγάλα καὶ λίμνην ἀναχεῖται μεγάλην, ἧς ἐφάπτονται καὶ Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδολικοὶ τῶν Ἀλπίων τινὲς καὶ τῶν ὑπεραλπίων. φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐπ' εὐθείας μὲν τοῦ ἡμίσους ὀλίγον ἂν ὑπερβάλλοι, τοῖς δὲ σκολιώμασι καὶ χίλιοι προστεθέντες ἱκανῶς ἂν ἔχοιεν· καὶ γὰρ ὀξύς ἐστι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ δυσγεφύρωτος καὶ διὰ πεδίων ὕπτιος φέρεται τὸ λοιπόν, καταβὰς ἀπὸ τῶν ὀρῶν· πῶς οὖν οἷόν τε μένειν ὀξὺν καὶ βίαιον, εἰ τῷ ὑπτιασμῷ προσδοίημεν καὶ σκολιότητας πολλὰς καὶ μακράς; φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας· ἐγκυκλοῦνται μὲν δή τινα χώραν ταῖς σκολιότησι καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκοάνας, οὐ τοσαύτην [δέ]. ἀμφότεροι δὲ ῥέουσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν· πρόκειται δ' αὐτῶν ἡ Βρεττανική, τοῦ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν, ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς νήσου, τοῦ δὲ Σηκοάνα μικρὸν ἀπωτέρω· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεστήσατο Καῖσαρ ὁ Θεός, πλέων εἰς τὴν Βρεττανικήν. τοῦ δὲ Σηκοάνα τὸ πλεόμενον ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ Ἄραρος δεχομένων τὰ φορτία μικρῷ πλέον ἐστὶν ἢ τὸ τοῦ Λείγηρος καὶ τὸ τοῦ Γαρούνα· τὸ δὲ ἀπὸ Λουγδούνου μέχρι τοῦ Σηκοάνα (ἢ) χιλίων σταδίων ἐστίν, ἔλαττον [δ'] ἢ διπλάσιον τούτου [τὸ] ἀπὸ τῶν εἰσβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ μέχρι Λουγδούνου. φασὶ δὲ καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἐλουηττίους μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι, τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας· ἀφανισθῆναι δ' αὐτῶν τὰ δύο φῦλα, τριῶν ὄντων, κατὰ στρατείας. ὅμως δ' ἐκ τῶν λοιπῶν (τόπων) τὸ τῶν ἐπιγόνων πλῆθος ἐδήλωσεν ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν Θεὸν πόλεμος, ἐν ᾧ περὶ τετταράκοντα

affines : ex his optima suilla salsamenta Romam perferuntur. Inter Dubin [*imo* Ligerim] et Ararim Ædui [*codd. hic et infra* Edui] incolunt, urbem habentes Arari impositam Cabullinum, et oppidum munitum Bibracta. Ædui Romanorum cognati appellati, primique Gallorum hujus regionis amicitiam et societatem eorum amplexi sunt. Trans Ararim Sequani habitant, antiquitus Romanorum et Æduorum inimici : nam Germanorum in Italiam incursionibus socios se præbebant plerumque, qua in re ostenderunt se plurimum potentiæ habere, quum eos sua conjunctione magnos, discessu impotentes redderent. Æduis quum hæc causa eos inimicos fecit, tum auxit inimicitias de Arari contentio, qui ipsos distinguit, utraque gente eum et vectigalia ex ejus transvectu percipienda sibi vindicante : nunc vero omnia sunt Romanis subjecta.

3. Ad Rhenum primi omnium habitant Helvetii [*græce* Eluettii; *codd.* Ætuatii], apud quos etiam ejus fluvii fontes sunt in Adula [*codd.* Diaduella]monte; is mons Alpium est pars, ex quo et in alteram partem Addua [*codd.* Aduas] fluens, in partes interiori vicinas Galliæ, Larium implet lacum, ad quem Comum urbs sita est, indeque in Padum exit, de quibus infra dicetur. Rhenus quoque in magnas paludes magnumque lacum diffunditur, quem attingunt Rhæti et Vindelici [*codd.* Vindoligi] partim in Alpibus, partim supra Alpes habitantes. Asinius Rheno longitudinem assignat stadiorum sex millium : sed non est ita; nam longitudo, si rectam lineam intelligas, semissem hujus numeri non multum excedit, et propter flexus addita mille stadia sufficient: est enim celer, ideoque et pontibus difficulter jungitur, et ab montibus delatus, deinceps per campos supinus fertur. At quomodo rapidus et celer maneret, si supinationi huic adderemus etiam obliquitates multas ac longas? Idem duo ei tribuit ostia, reprehendens eos qui plura. Flexibus quidem suis aliquid regionis Rhenus includit, ut et Sequana; sed non tantundem. Uterque a meridie versus septentrionem fluit, et est eorum ostiis objecta Britannia, Rheno autem vicinior, ita ut Cantium, quod est orientale insulæ promontorium, apud ostia ejus cerni possit, Sequana paulo longius distat. Ibi divus Cæsar naves compegit, quum in Britanniam [*codd. sæpe* Prettanice] navigaret. Sequana ab his qui ex Arare merces acceperunt, navigatur longius quam Liger et Garumna; a Lugduno autem usque ad Sequanam spatium mille stadiorum est, minus autem quam duplum ejus, quod ab ostiis Rhodani Lugdunum usque est. Helvetios [*codd.* Eluetanos] aiunt, quanquam essent auri divites, tamen latrociniis se dedisse, quum viderent Cimbrorum opes; quumque essent in tres gentes divisi, duas earum expeditionibus bellicis periisse. Quanta tamen ex reliquiis enata fuerit multitudo, bellum Helvetiorum contra divum Cæsarem gestum

μυριάδες σωμάτων διεφθάρησαν, τοὺς δὲ λοιποὺς σώζεσθαι μεθῆκεν εἰς ὀκτακισχιλίους, ὅπως μὴ τοῖς Γερμανοῖς, ὁμόροις οὖσιν, ἔρημον τὴν χώραν ἀφῇ.

4. Μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους Σηκοανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ κατοικοῦσι τὸν Ῥῆνον, ἐν οἷς ἵδρυται Γερμανικὸν ἔθνος περαιωθὲν ἐκ τῆς οἰκείας, Τρίβοκχοι. ἐν δὲ τοῖς Σηκοανοῖς ἐστι τὸ ὄρος ὁ Ἰουράσιος, διορίζει δ' Ἐλουηττίους καὶ Σηκοανούς. ὑπὲρ οὖν τῶν Ἐλουηττίων καὶ τῶν Σηκοανῶν Αἰδοῦοι καὶ Λίγγονες οἰκοῦσι πρὸς δύσιν, ὑπὲρ δὲ τῶν Μεδιοματρικῶν Λεῦκοι καὶ τῶν Λιγγόνων τι μέρος. τὰ δὲ μεταξὺ ἔθνη τοῦ τε Λείγηρος καὶ τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ τὰ πέραν τοῦ Ῥοδανοῦ τε καὶ τοῦ Ἄραρος παράκειται πρὸς ἄρκτον τοῖς τε Ἀλλόβριξι καὶ τοῖς περὶ τὸ Λούγδουνον· τούτων δ' ἐπιφανέστατόν ἐστι τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τὸ τῶν Καρνούτων, δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ εἰς τὸν ὠκεανὸν ἔξεισι. δίαρμα δ' ἐστὶν εἰς τὴν Βρεττανικὴν ἀπὸ τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς εἴκοσι καὶ τριακόσιοι στάδιοι· ὑπὸ γὰρ τὴν ἄμπωτιν ἀφ' ἑσπέρας ἀναχθέντες τῇ ὑστεραίᾳ περὶ ὀγδόην ὥραν καταίρουσιν εἰς τὴν νῆσον. μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβόκχους παροικοῦσι τὸν Ῥῆνον Τρηούιροι, καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατηγούντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον. πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον, οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. Τρηουίροις δὲ συνεχεῖς Νερούιοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος· τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι πλησίον τῶν ἐκβολῶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη καὶ δρυμοὺς οὐχ ὑψηλῆς, ἀλλὰ πυκνῆς ὕλης καὶ ἀκανθώδους. κατὰ τούτους δ' ἵδρυνται Σούγαμβροι Γερμανοί. πάσης δ' ὑπέρκεινται τῆς ποταμίας ταύτης οἱ Σόηβοι προσαγορευόμενοι Γερμανοὶ καὶ δυνάμει καὶ πλήθει διαφέροντες τῶν ἄλλων, ὑφ' ὧν οἱ ἐξελαυνόμενοι κατέφευγον εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου νυνί· καὶ ἄλλοι δὲ κατ' ἄλλους τόπους δυναστεύουσι καὶ διαδέχονται τὰ ζώπυρα τοῦ πολέμου, τῶν πρώτων ἀεὶ καταλυομένων.

5. Τῶν δὲ Τρηουίρων καὶ Νερουίων Σένονες καὶ Ῥῆμοι πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦσιν, ἔτι δ' Ἀτρεβάτιοι καὶ Ἐβούρωνες· τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορινοὶ καὶ Βελλοάκοι καὶ Ἀμβιανοὶ καὶ Σουεσσίωνες καὶ Κάλετοι μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Σηκοάνα ποταμοῦ. ἐμφερὴς δ' ἐστὶ τῇ τῶν Μεναπίων ἥ τε τῶν Μορινῶν καὶ ἡ τῶν Ἀτρεβατίων καὶ Ἐβουρώνων· ὕλη γάρ ἐστιν οὐχ ὑψηλῶν δένδρων πολλὴ μέν, οὐ τοσαύτη δέ, ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι, τετρακισχιλίων σταδίων, καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἀρδουένναν· κατὰ δὲ τὰς πολεμικὰς ἐφόδους συμπλέκοντες τὰς τῶν θάμνων λύγους, βατώδεις οὔσας, ἀπέφραττον τὰς παρόδους. ἔστι δ' ὅπου καὶ σκόλοπας κατέπηττον, αὐτοὶ δὲ κατέδυνον εἰς τὰ βάθη πανοίκιοι, νησίδια ἔχοντες ἐν τοῖς ἕλεσι· ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπομβρίαις ἀσφαλεῖς τὰς καταφυγὰς εἶχον, ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἡλίσκοντο ῥᾳδίως. νυνὶ δ' ἅπαντες οἱ ἐντὸς Ῥήνου καθ' ἡσυχίαν ὄντες ὑπακούουσι Ῥωμαίων. περὶ δὲ τὸν Σηκοάναν ποταμόν εἰσι καὶ οἱ Παρίσιοι, νῆσον

docuit, in qua hominum ferme quadringenta millia deleta sunt; reliquos ad octo millia Cæsar superesse passus est, ne finitimis Germanis vacuam regionem relinqueret.

4. Post Helvetios ad Rhenum incolunt Sequani et Mediomatrices, [*græce* Mediomatrici], in quibus gens Germanica, eo ex patria sua translata, Tribocchi (sive Tribocci). In Sequanis mons est Jurasius, qui eos ab Helvetiis distinguit. Super Helvetios et Sequanos versus occasum habitant Ædui et Lingones; super Mediomatrices Leuci et pars Lingonum. Populi qui trans Rhodanum et Ararim inter Ligerim et Sequanam sunt, ad septentrionem adjacent Allobrogibus [*qui græce sunt* Allobriges] et Lugdunensi agro; horum clarissimi sunt Arverni [*codd.* Uaerni] et Carnutes, per quos utrosque Liger in oceanum delabitur. A fluminibus Galliæ in Britanniam trajectus est stadiûm trecentorum et viginti : nam sub defluxum maris vesperi avehentes, postridie circa octavam horam in insulam perveniunt. Infra Mediomatrices et Tribocchos ad Rhenum incolunt Treviri [*codd.* Treusgri *s.* Triusgri], apud quos nostro tempore pons est factus a Romanis qui bellum Germanicum gerunt. Trans fluvium ad ista loca habitabant Ubii [*al. codd.* Vibii], quos non invitos Agrippa intra Rhenum traduxit. Treviris [*codd.* Treusgris, Treuagris, Triuagris] contigui sunt Nervii, Germanica gens; ultimi sunt Menapii, qui ad utrumque ostiorum latus paludes incolunt et silvas non altæ, sed densæ materiæ ac spinosæ. Juxta illos Sugambri (sive Sicambri), Germanica gens. Supra totam hanc ripam degunt Suevi qui vocantur Germani, reliquis et potentia et numero superiores; a quibus qui expulsi erant (*Ubii*), in regionem interiorem Rheno nunc confugerunt : atque aliis in locis alii dominantur, bellique seminaria excipiunt, primis subinde debellatis.

5. A Treviris et Nerviis [*codd.* Nebriis] versus occasum Senones sunt et Remi, itemque Atrebates [*græce* Atrebatii, *codd.* Atrebati] et Eburones [*codd.* Ieburones]. Menapiis contermini sunt ad mare Morini, Bellovaci, Ambiani, Suessiones, et Caleti, usque ad Sequanæ ostia. Menapiorum regioni similis est Morinorum [*codd. hic* Homorinorum], Atrebatum et Eburonum; est enim silva arborum non excelsarum, magna quidem, sed non tanta, quantam scriptores faciunt, quattuor millia stadiorum ei tribuentes. Arduennam eam vocant. Sub bellorum incursiones vimina arbustorum dumosorum contexentes, aditus intercludunt, defixis etiam alicubi palis; ipsi cum totis familiis in profunda silvæ se abdunt, insulas habentes in paludibus exiguas : ac abundantibus imbribus tutissima habuerunt receptacula, siccitate oborta non difficulter sunt capti. Nunc omnes qui intra Rhenum degunt, quieti Romanis parent. Ad Sequanam

ἔχοντες ἐν τῷ ποταμῷ καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν, καὶ Μέλδοι καὶ Ληξοούιοι, παρωκεανῖται οὗτοι. ἀξιολογώτατον δ' ἐστὶν ἔθνος τῶν ταύτῃ Ῥῆμοι, καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν Δουρικορτόρα μάλιστα συνοικεῖται καὶ δέχεται τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνας.

ΚΕΦ. Δ΄.

Μετὰ δὲ τὰ λεχθέντα ἔθνη τὰ λοιπὰ Βελγῶν ἐστιν ἔθνη τῶν παρωκεανιτῶν, ὧν Οὐένετοι μέν εἰσιν οἱ ναυμαχήσαντες πρὸς Καίσαρα· ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλοῦν, χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ. κατεναυμάχησε δὲ ῥᾳδίως, οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος (ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα), ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτόν, κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις· ἦν γὰρ σκύτινα διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων· ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων. πλατύπυγα δὲ ποιοῦσι καὶ ὑψίπρυμνα καὶ ὑψόπρῳρα διὰ τὰς ἀμπώτεις, δρυΐνης ὕλης, ἧς ἐστιν εὐπορία· διόπερ οὐ συνάγουσι τὰς ἁρμονίας τῶν σανίδων, ἀλλ' ἀραιώματα καταλείπουσι· ταῦτα δὲ βρύοις διανάττουσι τοῦ μὴ κατὰ τὰς νεωλκίας καπυροῦσθαι τὴν ὕλην μὴ νοτιζομένην, τοῦ μὲν βρύου νοτιωτέρου ὄντος τῇ φύσει, τῆς δὲ δρυὸς ξηρᾶς καὶ ἀλιποῦς. τούτους οἶμαι τοὺς Οὐενέτους οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν· καὶ γὰρ οἱ ἄλλοι πάντες σχεδόν τι οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Κελτοὶ μετανέστησαν ἐκ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων γῆς, καθάπερ καὶ οἱ Βόϊοι καὶ Σένονες· διὰ δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλαγόνας φασὶν αὐτούς. λέγω δ' οὐκ ἰσχυριζόμενος· ἀρκεῖ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων τὸ εἰκός. Ὀσίσμιοι δ' εἰσίν, οὓς [Ὠσ]τιμίους ὀνομάζει Πυθέας, ἐπί τινος προπεπτωκυίας ἱκανῶς ἄκρας εἰς τὸν ὠκεανὸν οἰκοῦντες, οὐχ ἐπὶ τοσοῦτον δέ, ἐφ' ὅσον ἐκεῖνός φησι καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ. τῶν δὲ μεταξὺ ἐθνῶν τοῦ τε Σηκοάνα καὶ τοῦ Λείγηρος οἱ μὲν τοῖς Σηκοανοῖς, οἱ δὲ τοῖς Ἀρουέρνοις ὁμοροῦσι.

2. Τὸ δὲ σύμπαν φῦλον, ὃ νῦν Γαλλικόν τε καὶ Γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνιόν ἐστι καὶ θυμικόν τε καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἄλλως δὲ ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες. διὰ δὲ τοῦτο ἐρεθισθέντες μὲν ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ φανερῶς καὶ οὐ μετὰ περισκέψεως, ὥστε καὶ εὐμεταχείριστοι γίνονται τοῖς καταστρατηγεῖν ἐθέλουσι· καὶ γὰρ ὅτε βούλεται καὶ ὅπου καὶ ἀφ' ἧς ἔτυχε προφάσεως παροξύνας τις αὐτοὺς ἑτοίμους ἔσχε πρὸς τὸν κίνδυνον, πλὴν βίας καὶ τόλμης οὐδὲν ἔχοντας τὸ συναγωνιζόμενον. παραπεισθέντες δὲ εὐμαρῶς ἐνδιδόασι πρὸς τὸ χρήσιμον, ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι καὶ λόγων. τῆς δὲ βίας τὸ μὲν ἐκ τῶν σωμάτων ἐστὶ μεγάλων ὄντων, τὸ δ' ἐκ τοῦ πλήθους· συνίασι δὲ κατὰ πλῆθος ῥᾳδίως διὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ αὐθέκαστον, συναγανακτούντων τοῖς ἀδικεῖσθαι δοκοῦσιν ἀεὶ τῶν πλησίον, νυνὶ μὲν οὖν ἐν εἰρήνῃ πάντες εἰσὶ δεδουλωμένοι καὶ ζῶντες κατὰ τὰ προστάγματα τῶν ἑλόντων αὐτοὺς Ῥωμαίων, ἀλλ' ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων τοῦτο λαμβά-

fluvium sunt etiam Parisii, insulam habitantes in flumine, et urbem Lucotociam [sive Luteciam]; tum Meldi et Lexobii ad oceanum. Inter istas gentes Remi nobilissimi sunt, et eorum urbs primaria Duricortora maxime incolitur, et Romanorum præfectis hospitium præbet.

CAP. IV.

Post dictas gentes reliqui sunt Belgæ ad oceanum pertinentes. De his Veneti navali pugna cum Cæsare congressi sunt, parati ejus Britannicam navigationem impedire, quod eo ipsi uterentur emporio. Facile autem Cæsar eos vicit, non rostris usus, quippe crassis lignis eorum naves constabant; sed quum vento incitatæ impetum darent, Romani vela earum falcibus, quas longuriis præfixerant, dissecabant : nam velis utebantur pelliceis Veneti ad vim ventorum, et catenas intendebant loco rudentum [? *Cæsar :* « ancoræ pro funibus ferreis catenis revinctæ »]. Naves hi faciunt latis carinis, altis proris et puppibus ob æstum maris, ex materia, qua abundant, querna : tabularum juncturas non committunt, sed intercapedines relinquunt, quas alga implent, ne materia, quum subducuntur naves, propter siccitatem exarescat : nam alga sua natura est humidiori quercus sicca et pinguedinis inops. Hos ego Venetos existimo eorum qui sunt in Adriatico sinu esse auctores (quando quidem reliqui etiam fere omnes *Galli qui in Italia* sunt, ex transalpinis eo immigraverunt regionibus, ut Boii [*codd.* Bii] et Senones), quum Paphlagonibus ob nominis similitudinem ascribantur : neque ego id pro certo tamen affirmo, quum in hujusmodi rebus probabili conjectura par sit esse contentum. Post Venetos sunt Osismii, quos Ostimios Pytheas dicit, versus oceanum habitantes in promontorio quodam satis longe porrecto, non tamen ita longe, ut ille et qui eum secuti sunt auctorem tradiderunt. Gentium quæ inter Sequanam et Ligerim degunt, aliæ Sequanorum, aliæ Arvernorum sunt finitimæ.

2. Universa autem hæc natio, quæ Gallica seu Galatica nunc usurpatur, bellicosa est et ferox, et ad pugnam prompta, ceterum ingenio simplici ac nulla malignitate devincto. Itaque irritati, ad pugnam confertim et palam coeunt, idque incircumspecte : quo fit ut facile circumveniantur, si quis calliditate bellica adversus eos uti velit; facile enim quando et ubi volet, et quacumque causa objecta eos lacessitos ad prœlium conserendum elicuerit, nulla præter vim et audaciam re instructos. Iidem facile persuaderi sibi sinunt ut utilia amplectantur; itaque disciplinæ etiam et litteris se dederunt. Violentiam partim a corporum mole habent, partim a multitudine, ac facile coeunt magno numero ob simplicitatem et libertatem, semper indignationem suscipientes pro vicinis injuria se affectos putantibus. Nostra quidem ætate omnes pacati serviunt, ac Romanorum, a quibus subacti sunt, jussis parent : sed quod diximus de

νομεν περὶ αὐτῶν, ἔκ [τε] τῶν μέχρι νῦν συμμενόντων παρὰ τοῖς Γερμανοῖς νομίμων. καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερεῖς εἰσι καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις οὗτοι, ὅμορόν τε οἰκοῦσι χώραν διοριζομένην τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ καὶ παραπλήσια ἔχουσαν τὰ πλεῖστα. ἀρκτικωτέρα δ' ἐστὶν ἡ Γερμανία, κρινομένων τῶν τε νοτίων μερῶν πρὸς τὰ νότια καὶ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τὰ ἀρκτικά. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰς μεταναστάσεις αὐτῶν ῥᾳδίως ὑπάρχειν συμβαίνει, φερομένων ἀγεληδὸν καὶ πανστρατιᾷ, μᾶλλον δὲ καὶ πανοικίων ἐξαιρόντων, ὅταν ὑπ' ἄλλων ἐκβάλλωνται κρειττόνων. οἵ τε Ῥωμαῖοι πολὺ ῥᾷον τούτους ἐχειρώσαντο ἢ τοὺς Ἴβηρας· καὶ γὰρ ἤρξαντο πρότερον καὶ ἐπαύσαντο ὕστερον ἐκείνοις πολεμοῦντες, τούτους δ' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ πάντας κατέλυσαν, τοὺς ἀνὰ μέσον Ῥήνου καὶ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν σύμπαντας. ἀθρόοι γὰρ καὶ κατὰ πλῆθος ἐμπίπτοντες ἀθρόοι κατελύοντο, οἱ δ' ἐταμίευον καὶ κατεκερμάτιζον τοὺς ἀγῶνας, ἄλλοτε ἄλλοι καὶ κατ' ἄλλα μέρη λῃστρικῶς πολεμοῦντες. εἰσὶ μὲν οὖν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, κρείττους δ' ἱππόται ἢ πεζοί, καὶ ἔστι Ῥωμαίοις τῆς ἱππείας ἀρίστη παρὰ τούτων. ἀεὶ δὲ οἱ προσβορρότεροι καὶ παρωκεανῖται μαχιμώτεροι.

3. Τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασίν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διῃρημένους, τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Λείγηρος παροικοῦντα τὸν ὠκεανόν, ὥστε μόνους ἀντέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον, Κίμβρων καὶ Τευτόνων. αὐτῶν δὲ τῶν Βελγῶν Βελλοάκους ἀρίστους φασί, μετὰ δὲ τούτους Σουεσσίωνας. τῆς δὲ πολυανθρωπίας σημεῖον· εἰς γὰρ τριάκοντα μυριάδας ἐξετάζεσθαί φασι τῶν Βελγῶν πρότερον τῶν δυναμένων φέρειν ὅπλα. εἴρηται δὲ καὶ τὸ τῶν Ἐλουηττίων πλῆθος καὶ τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τὸ τῶν συμμάχων, ἐξ ὧν ἡ πολυανθρωπία φαίνεται καί, ὅπερ εἶπον, ἡ τῶν γυναικῶν ἀρετὴ πρὸς τὸ τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τοὺς παῖδας. σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται περιτεταμέναις, ἀντὶ δὲ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρις αἰδοίων καὶ γλουτῶν. ἡ δ' ἐρέα τραχεῖα μέν, μακρόμαλλος δέ, ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, οὓς λαίνας καλοῦσιν· οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι καὶ ἐν τοῖς προσβορροτάτοις ὑποδιφθέρας τρέφουσι ποίμνας ἱκανῶς ἀστείας ἐρέας. ὁπλισμὸς δὲ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι, μάχαιρα μακρά, παρηρτημένη παρὰ τὸ δεξιὸν πλευρόν, καὶ θυρεὸς μακρὸς καὶ λόγχαι κατὰ λόγον καὶ μάδαρις, παλτοῦ τι εἶδος. χρῶνται δὲ καὶ τόξοις ἔνιοι καὶ σφενδόναις· ἔστι δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους, ᾧ μάλιστα καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας. χαμευνοῦσι δὲ καὶ μέχρι νῦν οἱ πολλοί, καὶ καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι. τροφὴ δὲ πλείστη μετὰ γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων, μάλιστα δὲ τῶν ὑείων καὶ νέων καὶ ἁλιστῶν. αἱ δ' ὕες καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει τε καὶ ἀλκῇ καὶ τάχει διαφέρουσαι· κίνδυνος γοῦν ἐστι τῷ ἀήθει προσιόντι, ὡσαύτως καὶ λύκῳ. τοὺς δ' οἴκους

iis, id sumimus ex superiorum temporum historia et ex Germanorum adhuc durantibus consuetudinibus. Nam et natura et vitæ institutis gentes hæ invicem similes sunt et cognatæ, confinem habitantes regionem, Rheno divisam, et pleraque inter se similia habentem. Magis tamen versus septentrionem vergit Germania, partibus austrinis cum austrinis, et borealibus cum borealibus comparatis. Iisdem de causis migrationes etiam facilius iis acciderunt, quum gregatim ac ex omni collecto multitudine exercitu ferrentur, imo potius cum omni familia migrarent, quoties ab aliis validioribus pellebantur. Ac Romani multo hos facilius quam Hispanos subegerunt. Nam his et prius intulerunt bellum, et tardius debellarunt, domitis interea temporis omnibus quicumque inter Rhenum et Pyrenæos montes incolunt. Hi enim confertim numerosis agminibus irruentes, confertim vincebantur: Hispani bellum trahebant, et in partes exiguas discerpebant certamina, alias alii atque alibi latrocinii in morem belligerantes. Galli omnes natura sunt pugnaces, equitatu tamen quam peditatu meliores, et optimam equitatus sui partem Romani ab his habent. Quo magis autem ad septentrionem et oceanum vergunt, eo sunt bellicosiores.

3. Primam laudem Belgis tribuunt, divisis in quindecim gentes, quæ habitant inter Rhenum et Ligerim ad oceanum, solique adeo Belgæ Germanorum, Cimbrorum ac Teutonum, irruptionem sustinuerunt. Inter Belgas ceteris præstare aiunt Bellovacos, ac secundum hos Suessiones. Quanta hominum copia apud eos fuerit, hinc colligi potest, quod olim trecenta millia hominum arma ferre valentium apud Belgas sunt censa. Helvetiorum quoque et Arvernorum ac sociorum multitudinem ante commemoravi, unde apparet quam populosi fuerint, quamque, ut dixi, mulieres eorum pariendo educandoque fœtu felices. Belgæ saga ferunt, comam alunt, braccis utuntur circumextentis: loco tunicarum utuntur veste fissili manicata, usque ad pudenda et nates demissa. Lana eorum aspera quidem est, sed longis pilis: ex ea densa saga texunt, quas læenas vocant. (Sane etiam Romani in maxime septentrionalibus locis degentes, greges pellitos alunt, unde abundantiam eximiæ lanæ consequuntur.) Armatura illis pro corporum proportione, gladius longus ad dextrum dependens latus, scutum longum, lanceæ pro proportione, et madaris [*sive* mataris; *codd.* maaris *s.* mæris] tragulæ genus. Nonnulli etiam arcubus utuntur et fundis; habent et lignum pili forma, quod non amento, sed e manu torquetur, longius etiam feriens quam sagitta, quo maxime utuntur ad aucupia. Humi decumbunt etiamnum plerique, et sedentes in toris cibum capiunt. Cibus plerumque cum lacte est et omnis generis carnibus, maxime suillis quum recentibus tum salitis. Sues etiam pernoctant in agris, altitudine, robore et celeritate præstantes, a quibus, si quis non adsuevit, accedenti non minus quam a lupo est periculi. Domos e tabulis et cratibus construunt magnas

ἐκ σανίδων καὶ γέρρων ἔχουσι μεγάλους θολοειδεῖς, ὄροφον πολὺν ἐπιβάλλοντες. οὕτως δ' ἐστὶ δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας. ἀριστοκρατικαὶ δ' ἦσαν αἱ πλείους τῶν πολιτειῶν· ἕνα δ' ἡγεμόνα ᾑροῦντο κατ' ἐνιαυτὸν τὸ παλαιόν, ὡς δ' αὕτως εἰς πόλεμον εἷς ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀπεδείκνυτο στρατηγός· νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων προστάγμασι τὸ πλέον. ἴδιον δὲ τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον· ἐὰν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα καὶ ὑποκρούσῃ, προσιὼν ὁ ὑπηρέτης, ἐσπασμένος τὸ ξίφος, κελεύει σιγᾶν μετ' ἀπειλῆς· μὴ παυομένου δέ, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ποιεῖ τὸ αὐτό, τελευταῖον δὲ ἀφαιρεῖ τοῦ σάγου τοσοῦτον, ὅσον ἄχρηστον ποιῆσαι τὸ λοιπόν. τὸ δὲ περὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, τὸ διηλλάχθαι τὰ ἔργα ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν, κοινὸν καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς τῶν βαρβάρων ἐστί.

4. Παρὰ πᾶσι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐστί, Βάρδοι τε καὶ Οὐάτεις καὶ Δρυΐδαι· Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί, Οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι, Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι· δικαιότατοι δὲ νομίζονται καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις καὶ τὰς κοινάς, ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν. ὅταν τε φορὰ τούτων ᾖ, φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι καὶ ἄλλοι τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον, ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ.

5. Τῷ δ' ἁπλῷ καὶ θυμικῷ πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλαζονικὸν πρόσεστι καὶ τὸ φιλόκοσμον· χρυσοφοροῦσί τε γάρ, περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες, περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς φοροῦσι καὶ χρυσοπάστους οἱ ἐν ἀξιώματι. ὑπὸ τῆς τοιαύτης δὲ κουφότητος ἀφόρητοι μὲν νικῶντες, ἐκπλαγεῖς δ' ἡττηθέντες ὁρῶνται. πρόσεστι δὲ τῇ ἀνοίᾳ καὶ τὸ βάρβαρον καὶ τὸ ἔκφυλον, ὃ τοῖς προσβόροις ἔθνεσι παρακολουθεῖ πλεῖστον, τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας δὲ προσπατταλεύειν † τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλαχοῦ καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀηθίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα φέρειν πρᾴως διὰ τὴν συνήθειαν. τὰς δὲ τῶν ἐνδόξων κεφαλὰς κεδροῦντες ἐπεδείκνυον τοῖς ξένοις, καὶ οὐδὲ πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ἠξίουν. καὶ τούτων δ' ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν κατὰ τὰς θυσίας καὶ μαντείας ὑπεναντίων τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις. ἄνθρωπον δὲ κατεσπεισμένον παίσαντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ. ἔθυον δὲ οὐκ ἄνευ Δρυΐδῶν. καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται· καὶ γὰρ κατετόξευόν τινας καὶ ἀνεσταύρουν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ

et rotundas, magno imposito fastigio. Tam copiosi autem sunt iis pecudum et suum greges, ut sagorum et salsamentorum copiam non Romæ tantum suppeditent, sed et plerisque Italiæ partibus. Pleræque eorum respublicæ ab optimatibus gubernabantur; unum autem quotannis principem deligebant antiquitus; itemque unus belli dux a multitudine creabatur : nunc Romanorum mandatis fere parent. Peculiare quippiam habent in conciliis : si quis enim dicenti obstrepat aut tumultuetur, lictor accedit stricto cultro, minis adhibitis tacere eum jubet; idque iterum ac tertio facit, eo non cessante : tandem a sago ejus tantum amputat, ut reliquum sit inutile. Id autem eis cum compluribus aliis barbaris commune est, quod contraria nostris moribus ratione virorum et mulierum officia habent distributa.

4. Apud universos autem fere tria hominum sunt genera quæ in singulari habentur honore : Bardi, Vates, et Druidæ : horum Bardi hymnos canunt, poetæque sunt; Vates sacrificant et naturam rerum contemplantur; Druidæ præter hanc philosophiam naturalem etiam de moribus disputant. De horum justitia, summa omnium est opinio : itaque et publica iis et privata judicia committuntur, et aliquando causis bellorum disceptandis jam acie congressuros componebant : maxime autem judicia de cæde iis commissa sunt; quumque horum multus est proventus, agrorum quoque fertilitatem consequi putant. Quum hi, tum alii animas interitus expertes statuunt, et mundum; tamen aliquando ignem et aquam superatura.

5. Simplicitati eorum et ferociæ multum adest stoliditatis ac vanæ arrogantiæ, et ornatus studii; gestant enim aureos circum colla torques, et circa brachia ac manus cum brachio commissuram, brachialia; et qui honores gerunt, ii vestes tinctas atque auro variegatas usurpant. Ob hanc levitatem et intolerabiles cernuntur ubi vincunt, et ubi vincuntur, plane consternati. Stoliditati accedit etiam barbaricum quippiam et inusitatum, quod plerumque septentrionalibus gentibus comitatur, quod quum a pugna redeunt, capita hostium de collis equorum suspendunt, et reportata spectaculi gratia vestibulis ædium affigunt; id se multis in Galliæ locis vidisse ait Posidonius, quumque initio rem insolentem aversaretur, consuetudine eam sibi minus molestam redditam. Capita autem illustrium virorum cedrino inungentes, peregrinis ostentabant, neque reddere dignabantur, si quis tantundem auri pondus pro iis redimendis offerret. Romani tamen et ab his eos deduxerunt, et a sacrificiorum ac divinandi ritibus qui nostris pugnabant : hominis enim sacris devoti gladio tergum ferientes, ex ejus palpitatione hariolabantur. Sacris semper aderant Druidæ. Etiam aliæ hominum immolationes feruntur : quosdam enim in sacris configebant sagittis, aut in crucem

κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου καὶ ξύλων, ἐμβαλόντες εἰς τοῦτον βοσκήματα καὶ θηρία παντοῖα καὶ ἀνθρώπους ὡλοκαύτουν.

6. Ἐν δὲ τῷ ὠκεανῷ φησιν εἶναι νῆσον μικρὰν οὐ πάνυ πελαγίαν, προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας καὶ ἱλασκομένας τὸν θεὸν τοῦτον τελεταῖς τε καὶ ἄλλαις ἱεροποιίαις (ἐξιλευομένας)· οὐκ ἐπιβαίνειν δὲ ἄνδρα τῆς νήσου, τὰς δὲ γυναῖκας αὐτὰς πλεούσας κοινωνεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ πάλιν ἐπανιέναι. ἔθος δ' εἶναι κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζεσθαι καὶ στεγάζεσθαι πάλιν αὐθημερὸν πρὸ δύσεως, ἑκάστης φορτίον ἐπιφερούσης· ἧς δ' ἂν ἐκπέσῃ τὸ φορτίον, διασπᾶσθαι ταύτην ὑπὸ τῶν ἄλλων· φερούσας δὲ τὰ μέρη περὶ τὸ ἱερὸν μετ' εὐασμοῦ μὴ παύεσθαι πρότερον, πρὶν παύσωνται τῆς λύττης· ἀεὶ δὲ συμβαίνειν ὥστε τινὰ ἐμπίπτειν τὴν τοῦτο πεισομένην. τοῦτο δ' ἔτι μυθωδέστερον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος τὸ περὶ τοὺς κόρακας συμβαῖνον. λιμένα γάρ τινα τῆς παρωκεανίτιδος ἱστορεῖ Δύο κοράκων ἐπονομαζόμενον, φαίνεσθαι δ' ἐν τούτῳ δύο κόρακας τὴν δεξιὰν πτέρυγα παράλευκον ἔχοντας· τοὺς οὖν περί τινων ἀμφισβητοῦντας, ἀφικομένους δεῦρο ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου σανίδα θέντας ἐπιβάλλειν ψαιστά, ἑκάτερον χωρίς· τοὺς δ' ὄρνεις ἐπιπτάντας τὰ μὲν ἐσθίειν, τὰ δὲ σκορπίζειν· οὗ δ' ἂν σκορπισθῇ τὰ ψαιστά, ἐκεῖνον νικᾶν. ταῦτα μὲν οὖν μυθωδέστερα λέγει, περὶ δὲ τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης πιστότερα, ὅτι φησὶν εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκῃ περὶ τὴν Δήμητραν καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται. καὶ τοῦτο δὲ τῶν πιστευομένων ἐστίν, ὅτι ἐν τῇ Κελτικῇ φύεται δένδρον ὅμοιον συκῇ, καρπὸν δ' ἐκφέρει παραπλήσιον κιοκράνῳ Κορινθιουργεῖ· ἐπιτμηθεὶς δ' οὗτος, ἀφίησιν ὀπὸν θανάσιμον πρὸς τὰς ἐπιχρίσεις τῶν βελῶν. καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλουμένων ἐστίν, ὅτι πάντες Κελτοὶ φιλόνεικοί τέ εἰσι, καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Ἔφορος δὲ ὑπερβάλλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικήν, ὥστε ἧσπερ νῦν Ἰβηρίας καλοῦμεν ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προσνέμειν μέχρι Γαδείρων, φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγει περὶ αὐτῶν οὐκ ἐοικότα τοῖς νῦν. ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι μηδὲ προγάστορας, τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζημιοῦσθαι. ταῦτα μὲν περὶ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικῆς.

ΚΕΦ. Ε'.

Ἡ δὲ Βρεττανικὴ τρίγωνος μέν ἐστι τῷ σχήματι, παραβέβληται δὲ τὸ μέγιστον αὐτῆς πλευρὸν τῇ Κελτικῇ, τοῦ μήκους οὔθ' ὑπερβάλλον οὔτ' ἐλλεῖπον· ἔστι γὰρ ὅσον τετρακισχιλίων καὶ τριακοσίων ἢ τετρακοσίων σταδίων ἑκάτερον, τό τε Κελτικὸν τὸ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου μέχρι πρὸς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης ἄκρα τὰ

agebant, ac fœni et lignorum colosso exstructo, pecudes et omnis generis bestias ac homines in eum injectos concremabant.

6. In Oceano autem insulam esse ait (Posidonius) parvam, non plane in alto sitam, objectam ostio Ligeris fluvii: in ea habitare mulieres Samnitarum [*qui Dionysio* Amnitæ], Bacchico instinctu correptas, quæ Bacchum mysteriis et aliis cæremoniis demereantur: nullum eo virum venire, sed ipsas navigiis avectas cum viris suis coire, atque inde in insulam reverti. Moris quoque esse ut templi tectum quotannis auferatur, eademque rursum die ante solis occasum integatur, una qualibet mulierum onus apportante: cui onus excidat, eam ab reliquis discerpi: et eas frusta inter evandum circa templum gestantes, non ante finem facere quam furore solvantur: semper autem usu venire ut una de iis onere elapso ita lanietur. Fabulæ similius est quod de corvis Artemidorus tradit: portum ait esse quendam ad oram oceani, qui Duorum corvorum appelletur; in eo apparere duos corvos, qui dextram alam habeant albicantem: eo accedere quibus aliquid controversiæ est, et in sublimi loco posita tabula utrumque pro se liba conjicere; corvos advolantes altera vorare, altera dissipare: obtinere autem causam suam eum cujus liba disjiciuntur. Hæc ergo nimis fabulosa dicit: quæ autem de Cerere et Proserpina narrat, magis sunt probabilia. Perhibet enim insulam esse Britanniæ propinquam, in qua deabus his sacrificetur simili ritu quo in Samothrace. Creditum est id quoque, in Gallia arborem nasci ficus similem, quæ fructum edat forma capituli columnæ Corinthiaci, qui fructus incisus succum emittat, qui jaculis inunctus sit letalis. Id quoque vulgi sermonibus tritum est, omnes Gallos contentiosos esse; neque apud eos turpe judicatur, si adolescentes flore ætatis abutantur. Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, ita ut pleraque Hispaniæ nunc dictæ loca usque ad Gades Gallis ille tribuat: aitque Græcorum studiosam esse gentem, multaque de iis peculiaria tradit, præsenti statui non consentanea. De quibus etiam hoc est, dare operam eos ne obesi fiant, neve prominentem ventrem habeant; et si quis adolescens cingulo præscriptam mensuram excedat, eum mulctari. Hæc de transalpina sufficiant Gallia.

CAP. V.

Britannia [*græce* Brettanice, *codd. sæpissime* Prett.] autem formam habet triquetram. longissimum ejus latus juxta Galliam protenditur longitudine neque majore neque minore; utrumque enim latus longum est stadia quater mille et trecenta vel quadringenta: Gallicum ab ostiis Rheni usque ad septentrionales Pyrenes processus apud Aquita-

κατὰ Ἀκουιτανίαν, καὶ τὸ ἀπὸ Καντίου τοῦ καταντικρὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, ἑωθινωτάτου σημείου τῆς Βρεττανικῆς, μέχρι πρὸς τὸ ἑσπέριον ἄκρον τῆς νήσου τὸ κατὰ τὴν Ἀκουιτανίαν καὶ τὴν Πυρήνην ἀντικείμενον. τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ τὸν Ῥῆνόν ἐστιν, ἐπεὶ τὸ μέγιστον εἴρηται ὅτι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐστίν· ἀλλ' εἰκὸς εἶναί τινα σύννευσιν ἐκ τῆς παραλλήλου θέσεως τῷ ποταμῷ πρὸς τὸ ὄρος, ἀμφοτέρωθεν ἐπιστροφῆς τινος γινομένης κατὰ τὰς πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἐσχατιάς.

2. Τέτταρα δ' ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, τὰ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Σηκοάνα καὶ τοῦ Λείγηρος καὶ [τοῦ] Γαρούνα. τοῖς δ' ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον τόπων ἀναγομένοις οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν ὁ πλοῦς ἐστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν, παρ' οἷς ἐστι καὶ τὸ Ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ Θεός, διαίρων εἰς τὴν νῆσον· νύκτωρ δ' ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τριακοσίους καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας· κατέλαβε δ' ἐν ἀρούραις τὸν σῖτον. ἔστι δ' ἡ πλείστη τῆς νήσου πεδιὰς καὶ κατάδρυμος, πολλὰ δὲ καὶ γεώλοφα τῶν χωρίων ἐστί, φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ σίδηρον· ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς καὶ δέρματα καὶ ἀνδράποδα καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας· Κελτοὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρῶνται καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν εἰσι καὶ ἧσσον ξανθότριχες, χαυνότεροι δὲ τοῖς σώμασι. σημεῖον δὲ τοῦ μεγέθους· ἀντίπαιδας γὰρ εἴδομεν ἡμεῖς ἐν Ῥώμῃ τῶν ὑψηλοτάτων αὐτόθι ὑπερέχοντας καὶ ἡμιποδίῳ, βλαισοὺς δὲ καὶ τἆλλα οὐκ εὐγράμμους τῇ συστάσει. τὰ δ' ἔθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ' ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα, ὥστ' ἐνίους γάλακτος εὐποροῦντας μὴ τυροποιεῖν διὰ τὴν ἀπειρίαν, ἀπείρους δ' εἶναι καὶ κηπείας καὶ ἄλλων γεωργικῶν. δυναστεῖαι δ' εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. πρὸς δὲ τοὺς πολέμους ἀπήναις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῶν Κελτῶν ἔνιοι. πόλεις δ' αὐτῶν εἰσιν οἱ δρυμοί· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις· ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. τοῦτο δὲ κἀν τοῖς Μορινοῖς συμβαίνει καὶ τοῖς Μεναπίοις καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι.

3. Δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον ὁ Θεός, ἐπανῆλθε δὲ διὰ ταχέων, οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, διά τε τὰς ἐν τοῖς Κελτοῖς γενομένας στάσεις τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν πλοίων ἀπολέσθαι κατὰ τὴν πανσέληνον αὔξησιν λαβουσῶν τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων. δύο μέντοι ἢ τρεῖς νίκας ἐνί-

niam; Britannicum autem a Cantio, quod punctum Britanniæ maxime ortivum ostiis Rheni e regione est, usque ad occiduum insulæ procursum, Aquitaniæ et Pyrenæ oppositum. Atque hoc est brevissimum a Pyrena ad Rhenum intervallum : maximum enim etiam quinque millia stadiorum complecti traditum est; sed probabile est flumen sensim declinare ex cursu suo ad montem parallelo, quum utrinque extrema quæ sunt versus oceanum aliquatenus ad se mutuo inclinent.

2. Quattuor sunt usitati e continente in insulam trajectus, nimirum ab ostiis fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris, et Garumnæ. Qui ab Rheni regionibus trajiciunt, ii non ex ipso solvunt ostio, sed a Morinis Menapiorum conterminis, apud quos est etiam Itium, quo navali usus est divus Cæsar in eam transmittens insulam : noctu autem solvit, et postridie circa quartam horam appulit ad insulam, navigatione trecentorum et viginti stadiorum confecta : frumentum autem adhuc in agris deprehendit. Maxima insulæ pars campestris est et silvis obsita, multos etiam terrestres habet colles; profert frumentum, pecus, aurum, argentum, ferrum : efferuntur præter hæc ex ea insula pelles, mancipia, et canes ad venationem naturali præstantes facultate. Galli quum his, tum suis canibus in bello utuntur. Viri Gallos proceritate superant, minusque flavos habent crines, laxioribus autem sunt corporibus. Magnitudinis argumentum esto, quod nos ipsi Romæ vidimus adolescentes, qui etiam semisse pedis superarent altissimos homines; erant autem pedibus male suffulti, et reliqua corporis lineamenta constitutionem non elegantem referebant. Ingenio Gallorum partim similes sunt, partim simpliciores et magis barbari, adeo ut quidam eorum ob imperitiam caseos nullos conficiant, quum tamen lacte abundent; alii hortos colendi et aliarum partium agriculturæ ignari sunt. Complures sunt apud eos dominationes. Ad bella essedis plerumque utuntur, ut et quidam Gallorum. Urbium loco ipsis sunt nemora : arboribus enim dejectis ubi amplum circulum sepierunt, ipsis casas ibidem sibi ponunt, et pecori stabula condunt, ad usum quidem non longi temporis. Aer apud eos imbribus magis est quam nivibus obnoxius : ac sereno etiam cœlo caligo quædam multum temporis obtinet, ita ut toto die non ultra tres aut quatuor quæ sunt circa meridiem horas conspici sol possit; quod ipsum Morinis quoque et Menapiis [*codd.* Massapiis] et eorum vicinis contingit.

3. Divus Cæsar bis in eam insulam trajecit, ac mox reversus est nulla magna re confecta, neque longe in insulam progressus; idque quum propter barbarorum et suorum militum obortos in Gallia motus, tum quod sub plenilunium multas navium aucto maris æstu amisisset. Duobus tamen aut tribus prœliis vicit Britannos, quanquam duas tantum

κησε τοὺς Βρεττανούς, καίπερ δύο τάγματα μόνον περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπήγαγεν ὅμηρά τε καὶ ἀνδράποδα καὶ τῆς ἄλλης λείας πλῆθος. νυνὶ μέντοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν φιλίαν, ἀναθήματά τε ἀνέθηκαν ἐν τῷ Καπετωλίῳ, καὶ οἰκείαν σχεδόν τι παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον· τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα τῶν τε εἰσαγομένων εἰς τὴν Κελτικὴν ἐκεῖθεν καὶ τῶν ἐξαγομένων ἐνθένδε (ταῦτα δ' ἐστὶν ἐλεφάντινα ψάλια καὶ περιαυχένια καὶ λυγγούρια καὶ ὑαλᾶ σκεύη καὶ ἄλλος ῥῶπος τοιοῦτος), ὥστε μηδὲν δεῖν φρουρᾶς τῆς νήσου· τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἂν καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν, εἰς ἴσον δὲ † καθίστατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν· ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων, ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας, βίας ἐπαγομένης.

4. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι περὶ τὴν Βρεττανικὴν νῆσοι μικραί· μεγάλη δ' ἡ Ἰέρνη, πρὸς ἄρκτον αὐτῇ παραβεβλημένη, προμήκης μᾶλλον [ἢ] πλάτος ἔχουσα. περὶ ἧς οὐδὲν ἔχομεν λέγειν σαφές, πλὴν ὅτι ἀγριώτεροι τῶν Βρεττανῶν ὑπάρχουσιν οἱ κατοικοῦντες αὐτήν, ἀνθρωποφάγοι δὲ ὄντες καὶ πολυφάγοι, τούς τε πατέρας τελευτήσαντας κατεσθίειν ἐν καλῷ τιθέμενοι, καὶ φανερῶς μίσγεσθαι ταῖς τε ἄλλαις γυναιξὶ καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς. καὶ ταῦτα δ' οὕτω λέγομεν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἀξιοπίστους μάρτυρας· καίτοι τό γε τῆς ἀνθρωποφαγίας καὶ Σκυθικὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν ἀνάγκαις πολιορκητικαῖς καὶ Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ ἄλλοι πλείους ποιῆσαι τοῦτο λέγονται.

5. Περὶ δὲ τῆς Θούλης ἔτι μᾶλλον ἀσαφὴς ἡ ἱστορία διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· ταύτην γὰρ τῶν ὀνομαζομένων ἀρκτικωτάτην τιθέασιν. ἃ δ' εἴρηκε Πυθέας περί τε ταύτης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ τόπων ὅτι μὲν πέπλασται, φανερὸν ἐκ τῶν γνωριζομένων χωρίων· κατέψευσται γὰρ αὐτῶν τὰ πλεῖστα, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὥστε δῆλός ἐστιν ἐψευσμένος μᾶλλον περὶ τῶν ἐκτετοπισμένων. πρὸς μέντοι τὰ οὐράνια καὶ τὴν μαθηματικὴν θεωρίαν ἱκανῶς [ἂν] δόξειε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι, τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ πλησιάζουσι λέγων καρπῶν εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ ζῴων τῶν μὲν ἀφορίαν παντελῆ, τῶν δὲ σπάνιν, κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις λαχάνοις καὶ καρποῖς καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι· παρ' οἷς δὲ σῖτος καὶ μέλι γίγνεται, καὶ τὸ πόμα ἐντεῦθεν ἔχειν· τὸν δὲ σῖτον, ἐπειδὴ τοὺς ἡλίους οὐκ ἔχουσι καθαρούς, ἐν οἴκοις μεγάλοις κόπτουσι, συγκομισθέντων δεῦρο τῶν σταχύων· αἱ γὰρ ἅλως ἄχρηστοι γίνονται διὰ τὸ ἀνήλιον καὶ τοὺς ὄμβρους.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Μετὰ δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικὴν καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἔχοντα τὴν χώραν ταύτην περὶ αὐτῶν τῶν Ἀλ-

eo trajecerat legiones; abduxitque et obsides, et mancipia, et prædæ præterea multum. At nostra ætate regulorum quidam Britannicorum legationibus et officiis amicitiam Augusti Cæsaris consecuti, donaria in Capitolio dedicarunt, familiaremque Romanis totam pæne insulam redegerunt. Vectigalia non gravia pendunt, sive res in Galliam exportent, sive exinde in suam importent insulam (sunt autem hæc eburnea frenorum ornamenta, et torques, et electrina atque vitrea vasa, aliæque id genus viles ac promiscuæ merces) : itaque nullo ad eam insulam opus est præsidio; requireretur enim ad minimum una legio et aliquid equitatus, si tributa inde essent auferenda : atqui tributum æquarent sumptus in præsidium faciendi : necessario enim vectigalia imposito tributo minuerentur, et vi facta aliquid impenderet periculorum.

4. Circa Britanniam sunt quum aliæ insulæ parvæ, tum magna, Hibernia [*græce* Ierne], versus septentrionem juxta Britanniam porrecta, longior quam latior. De hac nihil certi habeo quod dicam, nisi quod incolæ ejus Britannis sunt magis agrestes, qui et humanis vescuntur carnibus, et plurimum cibi vorant [*unus cod.*, et herbis vescuntur], et pro honesto ducunt parentum mortuorum corpora comedere, ac palam concumbere non cum aliis modo mulieribus, sed etiam cum matribus ac sororibus. Quæ quidem ita referimus, ut fide dignis harum rerum testibus destituti. Sane carnibus humanis vesci etiam Scythicum esse fertur; idque usurpasse obsidionum necessitatibus urgentibus Galli, Hispani, aliique plures feruntur.

5. Magis etiam obscura est Thules historia, ob tam longinquum situm; omnium enim, quarum feruntur nomina, maxime versus septentrionem esse hanc dissitam aiunt. Vana esse quæ Pytheas de hac et aliis ibi sitis locis perhibuit, liquet ex locis nobis cognitis, de quibus ille mentitus est plurima, quod etiam supra docuimus : ut de longinquis plura eum finxisse non sit obscurum. Tamen quod ad cœli rationem et mathematicam attinet contemplationem, videtur non inepte eorum locorum descripsisse proprietatem, quæ frigidæ appropinquant plagæ : nimirum fructuum mitiorum nihil, animaliumque mansuetorum partim nulla, partim pauca ibi nasci, milio et aliis oleribus, fructibus et radicibus homines vesci : ubi frumentum et mel provenit, ibi inde etiam potum fieri : frumentum, quia soles non habeant puros, comportatis magnas in domos spicis contundi : areas ob solis radiorum defectum et imbres reddi inutiles.

CAP. VI.

Enimvero postquam dictum est de transalpinis Gallis et eam regionem habentibus populis, jam nunc de ipsis dis-

πεων λεκτέον καὶ τῶν κατοικούντων αὐτάς, ἔπειτα περὶ τῆς συμπάσης Ἰταλίας, φυλάττουσιν ἐν τῇ γραφῇ τὴν αὐτὴν τάξιν, ἥνπερ δίδωσιν ἡ τῆς χώρας φύσις. ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις οὐκ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασί τινες, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων, ἀφ' ὧνπερ καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη κατὰ Γένουαν ἐμπόριον Λιγύων καὶ τὰ καλούμενα Σαβάτων Οὔαδα, ὅπερ ἐστὶ τενάγη· τὸ μὲν γὰρ Ἀπέννινον ἀπὸ Γενούας, αἱ δὲ Ἄλπεις ἀπὸ τῶν Σαβάτων ἔχουσι τὴν ἀρχήν· στάδιοι δ' εἰσὶ μεταξὺ Γενούας καὶ Σαβάτων διακόσιοι πρὸς τοῖς ἑξήκοντα· μετὰ δὲ τριακοσίους πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα Ἀλβίγγαυνόν ἐστι πόλισμα, οἱ δ' ἐνοικοῦντες Λίγυες Ἴγγαυνοι καλοῦνται· ἐντεῦθεν δ' εἰς Μονοίκου λιμένα τετρακόσιοι καὶ ὀγδοήκοντα. ἔν τε τῷ μεταξὺ πόλις εὐμεγέθης Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰντεμέλιοι. καὶ δὴ καὶ σημεῖον τίθενται τοῦ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν Σαβάτων εἶναι τοῖς Ἄλπεσι ἐκ τῶν ὀνομάτων τούτων· τὰ γὰρ Ἄλπια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια, καθάπερ καὶ Ἀλπιόνια. καὶ γὰρ νῦν ἔτι τὸ ἐν τοῖς Ἰάποσιν ὄρος ὑψηλὸν συνάπτον πως τῇ Ὄκρᾳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν Ἄλβιον λέγεσθαι, ὡς ἂν μέχρι δεῦρο τῶν Ἄλπεων ἐκτεταμένων.

2. Τῶν οὖν Λιγύων τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἐποικίας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον, τὴν δὲ ἐπιτετμημένως μᾶλλον Ἀλβίγγαυνον. Πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τό τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιητῶν. ὅλως δὲ ἡ παραλία αὕτη πᾶσα μέχρι Τυρρηνίας ἀπὸ Μονοίκου λιμένος προσεχής τέ ἐστι καὶ ἀλίμενος πλὴν βραχέων ὅρμων καὶ ἀγκυροβολίων. ὑπέρκεινται δὲ οἱ τῶν ὀρῶν ἐξαίσιοι κρημνοί, στενὴν ἀπολείποντες πρὸς θαλάττῃ πάροδον. κατοικοῦσι δὲ Λίγυες, ζῶντες ἀπὸ θρεμμάτων τὸ πλέον καὶ γάλακτος καὶ κριθίνου πόματος, νεμόμενοι τά τε πρὸς θαλάττῃ χωρία καὶ τὸ πλέον τὰ ὄρη. ἔχουσι δ' ὕλην ἐνταῦθα παμπόλλην ναυπηγήσιμον καὶ μεγαλόδενδρον, ὥστ' ἐνίων τοῦ πάχους τὴν διάμετρον ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι· πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιίας. ταῦτά τε δὴ κατάγουσιν εἰς τὸ ἐμπόριον τὴν Γένουαν, καὶ θρέμματα καὶ δέρματα καὶ μέλι, ἀντιφορτίζονται δὲ ἔλαιον καὶ οἶνον τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας· ὁ δὲ παρ' αὐτοῖς ὀλίγος ἐστί, πιττίτης, αὐστηρός. ἐντεῦθεν δέ εἰσιν οἱ γίννοι λεγόμενοι, ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι, καὶ οἱ λιγυστινοί τε χιτῶνες καὶ σάγοι· πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ' αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. στρατεύονται δ' ἱππεῖς μὲν οὐ πάνυ, ὁπλῖται δὲ ἀγαθοὶ καὶ ἀκροβολισταί· ἀπὸ δὲ τοῦ χαλκάσπιδας εἶναι τεκμαίρονταί τινες Ἕλληνας αὐτοὺς εἶναι.

3. Ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμὴν ὅρμος ἐστὶν οὐ μεγάλαις οὐδὲ πολλαῖς ναυσίν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου· ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους· διέχει

serendum est Alpibus et earum incolis, ac deinceps de universa Italia : qua in descriptione eum sequemur ordinem, quem ipsa locorum dictabit natura. Ordiuntur Alpes non a Monœci portu, ut quidam tradiderunt, sed ab iisdem locis, a quibus etiam Apennini montes juxta Genuam Ligurum [*qui græce sunt* Ligyes] emporium, et ab iis locis paludosis, quæ vocantur Sabatorum vada [*alii codd.* Sabati vada]. Apenninus enim a Genua incipit, Alpes a Sabatis : inter Genuam autem et Sabata stadia sunt ducenta et sexaginta. Hinc post trecenta et septuaginta stadia est oppidum Albingaunum [*codd.* Albintaunus], cujus oppidani Ligures Ingauni vocantur; hinc ad portum Monœci stadia sunt quadringenta et octoginta. In medio urbs magna Albium Intemelium, incolæ Intemelii. Pro signo autem, quo Alpes a Sabatis oriri probent, hæc nomina sumunt. Alpia enim prius dicta fuisse Albia, sicut et Alpionia [Alpina?] : nam etiamnum montem in Iapodibus sublimem, Ocram [*codd.* Acram] montem et Alpes attingentem, Albium vocari, quasi eo usque porrectis Alpibus.

2. Quum ergo Ligurum alii sint Ingauni, alii Intemelii [*codd. hic* Intimelii], consentaneum fuit eorum colonias maritimas, alteram Albium Intemelium vocari, quasi Alpinum, alteram concisius aliquanto Albingaunum. Duabus his Ligurum gentibus addit Polybius Oxybios et Decietes. Omnino autem universum hoc litus a Monœci portu ad Etruriam usque continuum est et portubus caret, nisi quatenus ad brevia appelli naves sinit, et defigi ancoras : desuper imminent grandes ac præruptæ montium rupes, angustum relinquentes juxta mare transitum. Ibi accolunt Ligures, vitam re pecuaria fere sustentantes, ac lacte et hordeaceo potu; pascuntur maritima, et majori e parte montes. Sunt ibi silvæ frequentes ligna ad naves compingendas suppeditantes, magnarum feraces arborum, quarum nonnullæ crassitiei diametrum octo pedes habeant : sunt et aliæ arbores ob varietatem ad mensas conficiendas ligno citreo nihilo deteriores. Hæc ergo ligna illi ad emporium Genuam deportant, itemque pecora, pelles, mella; eorumque loco oleum exportant, et vinum Italicum; apud ipsos enim parum vini nascitur, idque picem resipit et austerum est. Ibi sunt equi et muli qui appellantur Ginni [*codd.* Gygenii], et tunicæ ac saga Ligustica. Copiosum est etiam apud eos lyngurium, quod nonnulli cognominant electrum. In bellum equites rari proficiscuntur, gravis autem et levis armaturæ pedites sunt boni. Nonnulli ex eo, quia æreis utuntur scutis, Græcos eos esse ratiocinantur.

3. Portus Monœci neque magnas neque multas capit naves · in eo templum est Herculis Monœci dicti : nomen conjecturam præbet, eo usque Massiliense litus pertinuisse. Distat ab Antipoli paulo amplius ducentis stadiis. Inde jam

8. Ὀπιτέργιον δὲ καὶ [Κωνκ]ορδία καὶ Ἀτρία καὶ Οὐικετία καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολισμάτια ἧττον μὲν ὑπὸ τῶν ἑλῶν ἐνοχλεῖται, μικροῖς δ' ἀνάπλοις πρὸς τὴν θάλατταν συνῆπται. τὴν δ' Ἀτρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ, μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. Ἀκυληία δ', ἥπερ μάλιστα τῷ μυχῷ πλησιάζει, κτίσμα μέν ἐστι Ῥωμαίων, ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις, ἀναπλεῖται δὲ ὁλκάσι κατὰ τὸν Νατίσωνα ποταμὸν ἐπὶ πλείστους ἑξήκοντα σταδίους. ἀνεῖται δ' ἐμπόριον τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνεσι· κομίζουσι δ' οὗτοι μὲν τὰ ἐκ θαλάττης, καὶ οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες καὶ ἔλαιον, ἐκεῖνοι δ' ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα καὶ δέρματα. ἔξω δ' ἐστὶ τῶν Ἑνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληία. διορίζονται δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, ἀνάπλουν ἔχοντι καὶ διακοσίων σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις εἰς Νωρηίαν πόλιν, περὶ ἣν Γναῖος Κάρβων συμβαλὼν Κίμβροις οὐδὲν ἔπραξεν. ἔχει δὲ ὁ τόπος οὗτος χρυσιοπλύσια εὐφυῆ καὶ σιδηρουργεῖα. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους ἐστὶν ἄξιον μνήμης, τὸ Τίμαυον· λιμένα γὰρ ἔχει καὶ ἄλσος ἐκπρεπὲς καὶ πηγὰς ἑπτὰ ποταμίου ὕδατος εὐθὺς εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπίπτοντος, πλατεῖ καὶ βαθεῖ ποταμῷ. Πολύβιος δ' εἴρηκε πλὴν μιᾶς τὰς ἄλλας ἁλμυροῦ ὕδατος, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπιχωρίους πηγὴν καὶ μητέρα τῆς θαλάττης ὀνομάζειν τὸν τόπον. Ποσειδώνιος δέ φησι ποταμὸν τὸν Τίμαυον ἐκ τῶν

quare pontibus et lembis viæ expediuntur. Non exiguam etiam maris portionem affluxu æstus recipit, a quo et a fluminibus cœnosa omnia quum eluantur, aeris vitio fit medicina. Itaque loci salubritas adeo est comprobata, ut ibi gladiatores ali atque exerceri jusserint Principes Romani. Mirabile igitur hoc locus iste habet, quod in palude aer est innoxius; sicut et Alexandriæ quæ ad Ægyptum est, æstate lacus vitium tollitur ascensu fluvii, quo paludes inundatæ non amplius apparent. Sed et mira est Ravennæ vitis natura, quæ a palude celeriter producitur, ita ut multum fructus ferat, sed intra quadriennium aut quinquennium perit. Est et Altinum in paludibus, eodem fere quo Ravenna situ. Interjacet Butrium Ravennæ oppidum, et Spina, nunc quidem vicus, at quondam Græca urbs nobilis, quando et Spinitarum thesaurus Delphis ostenditur, et alioqui fertur eos maris dominium obtinuisse. Aiunt etiam eam ad mare fuisse sitam : nunc in mediterraneis est, stadiis a mari ferme nonaginta distans. Fertur Ravenna a Thessalis fuisse condita, qui quum Tyrrhenorum injurias non ferrent, ultro in urbem admissis Umbrorum [*græce* Ombricorum] quibusdam, qui urbem etiamnum tenent, domum ipsi reverterunt. Atque hæ quidem urbes majori sui parte paludibus continentur, ita ut etiam illuviem patiantur.

8. Opitergium [*codd.* Epiterpon], Concordia, Atria [*codd.* Adria] et Vicentia [*codd.* Iucetia], et alia id genus oppidula, minus a paludibus infestantur, et parvis subvectionibus mari conjunguntur. Atriam ferunt illustrem fuisse urbem, unde et sinui Adriatico nomen exigua mutatione litterarum factum sit. Aquileia [*græce* Akyleia], quæ maxime sinus hujus intimo in continentem recessui appropinquat, a Romanis condita est munitionis loco contra barbaros ultra habitantes : ad eam adverso Natisone amne onerariis navigatur a mari plurimum sexaginta stadia Patet hoc emporium Illyricis gentibus Istrum accolentibus : hi auferunt marinas merces, ac vinum in ligneis doliis curribus impositum, ac oleum : illi mancipia, pecora, pelles. Sita est Aquileia extra Venetorum fines. Pro limite est fluvius ab Alpibus delapsus, qui adversus navigari potest per mille et ducenta stadia ad Noreiam urbem, apud quam Cnæus Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit. Habet is locus auri lavacra et secturas ferri præclaras. In ipso autem intimo sinus Adriatici recessu Timavum est, Diomedis templum memorabile; habet enim portum, et splendidum lucum, et septem fluvialis aquæ fontes, qui uno eoque lato ac profundo alveo statim in mare effunduntur. Polybius contra affirmat omnes uno excepto esse salsos, et propterea incolas hunc locum fontem matremque maris appellare. Posidonius vero tradit flumen Ti-

ὀρῶν φερόμενον καταπίπτειν εἰς βέρεθρον, εἶθ' ὑπὸ γῆς ἐνεχθέντα περὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τὴν ἐκβολὴν ποιεῖσθαι.

9. Τῆς δὲ τοῦ Διομήδους δυναστείας περὶ τὴν θάλατταν ταύτην αἵ τε Διομήδειοι νῆσοι μαρτύρια καὶ τὰ περὶ Δαυνίους καὶ τὸ Ἄργος τὸ Ἵππιον ἱστορούμενα· περὶ ὧν ἐροῦμεν ἐφ' ὅσον πρὸς ἱστορίαν χρήσιμον, τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ κατεψευσμένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ, οἷον τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανόν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον, καὶ τὰς Ἠλεκτρίδας νήσους τὰς πρὸ τοῦ Πάδου καὶ μελεαγρίδας ἐν αὐταῖς· οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδέν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις. τῷ δὲ Διομήδει παρὰ τοῖς Ἑνετοῖς ἀποδεδειγμέναι τινὲς ἱστοροῦνται τιμαί· καὶ γὰρ θύεται λευκὸς ἵππος αὐτῷ, καὶ δύο ἄλση τὸ μὲν Ἥρας Ἀργείας δείκνυται, τὸ δ' Ἀρτέμιδος Αἰτωλίδος. προσμυθεύουσι δ', ὡς εἰκός, τὸ ἐν τοῖς ἄλσεσι τούτοις ἡμεροῦσθαι τὰ θηρία καὶ λύκοις ἐλάφους συναγελάζεσθαι, προσιόντων δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ καταψώντων ἀνέχεσθαι, τὰ δὲ διωκόμενα ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἐπειδὰν καταφύγῃ δεῦρο, μηκέτι διώκεσθαι. φασὶ δέ τινα τῶν πάνυ γνωριζόμενον ὡς εἴη φιλέγγυος, καὶ σκωπτόμενον ἐπὶ τούτῳ παρατυχεῖν κυνηγέταις λύκον ἐν τοῖς δικτύοις ἔχουσιν· εἰπόντων δὲ κατὰ παιδιάν, εἰ ἐγγυᾶται τὸν λύκον, ἐφ' ᾧτε τὰς ζημίας ἃς εἴργασται διαλύσειν, ἀφήσειν αὐτὸν ἐκ τῶν λίνων, ὁμολογῆσαι. ἀφεθέντα δὲ τὸν λύκον ἵππων ἀγέλην ἀπελάσαντα ἀκαυτηριάστων ἱκανὴν προσαγαγεῖν πρὸς τὸν τοῦ φιλεγγύου σταθμόν· τὸν δ' ἀπολαβόντα τὴν χάριν καυτηριάσαι τε τὰς ἵππους λύκον, καὶ κληθῆναι λυκοφόρους, τάχει μᾶλλον ἢ κάλλει διαφερούσας· τοὺς δ' ἀπ' ἐκείνου διαδεξαμένους τό τε καυτήριον φυλάξαι καὶ τοὔνομα τῷ γένει τῶν ἵππων, ἔθος δὲ ποιῆσαι, θήλειαν μὴ ἐξαλλοτριοῦν, ἵνα μένοι παρὰ μόνοις τὸ γνήσιον γένος, ἐνδόξου γενομένης ἐνθένδε ἱππείας. νυνὶ δέ, ὥσπερ ἔφαμεν, πᾶσα ἐκλέλοιπεν ἡ τοιαύτη ἄσκησις. Μετὰ δὲ τὸ Τίμαυον ἡ τῶν Ἰστρίων ἐστὶ παραλία μέχρι Πόλας, ἣ πρόσκειται τῇ Ἰταλίᾳ. μεταξὺ δὲ φρούριον Τεργέστε, Ἀκυληίας διέχον ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους· ἡ δὲ Πόλα ἵδρυται μὲν ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ, νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα. κτίσμα δ' ἐστὶν ἀρχαῖον Κόλχων τῶν ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων, διαμαρτόντων δὲ τῆς πράξεως καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγήν·

τό κεν φυγάδων μὲν ἐνίσποι
Γραικός (ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν), ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε [Πόλας.

τὰ μὲν δὴ πέραν τοῦ Πάδου χωρία οἵ τε Ἑνετοὶ νέμονται καὶ οἱ [Ἴστριοι] μέχρι Πόλας. ὑπὲρ δὲ τῶν Ἑνετῶν Κάρνοι καὶ Κενομάνοι καὶ Μεδόακοι καὶ † Σύμβροι· ὧν οἱ μὲν πολέμιοι τοῖς Ῥωμαίοις ὑπῆρξαν, Κενομάνοι δὲ καὶ Ἑνετοὶ συνεμάχουν καὶ πρὸ τῆς Ἀννίβα στρατείας, ἡνίκα Βοΐους καὶ † Συμβρίους ἐπολέμουν, καὶ μετὰ ταῦτα.

mavum e montibus delatum voragine terræ absorberi, sub qua, ubi per centum et triginta stadia decurrerit, eum in mare sibi ostium parare.

9. Diomedem circa illud mare ditionem tenuisse, testantur insulæ Diomedeæ, et quæ de Dauniis et Argo Hippio feruntur. De quibus dicemus, quantum ad historiam videbitur conducere : nam fabulosa illa multa aut conficta alioquin omittenda sunt, ut de Phaethonte quæ finguntur, et de Heliadibus, quæ in alnos fuerint mutatæ apud Eridanum, qui nullibi terrarum est, quanquam vicinus Pado dicitur; item de insulis Electridibus ante Padum sitis, et meleagridibus avibus quæ in iis sint : nihil enim horum iis est in locis. Memoriæ autem proditum est, Diomedi apud Venetos esse aliquos honores decretos : nam et albus equus ei immolatur, et duo monstrantur luci, unus Junoni Argivæ, alter Dianæ Ætolicæ sacratus. Additur, ut solet, fabula, iis in lucis feras ita mansuescere, ut cervi lupis aggregentur, et ab hominibus accedentibus contrectari sustineant : et quæ a canibus agitantur feræ, eas, ubi eo confugerint, tutas persecutionis esse. Ferunt, nobilem quendam eo nomine, quod libenter sponderet, celebrem atque dicteriis hominum obnoxium, incidisse in venatores, qui in cassibus habebant lupum : qui quum per jocum dicerent, se lupum, si ipse fidejuberet damna ab eo inferenda se compensaturum, missum facturos; hominem id in se recepisse. Lupum ita dimissum, armentum equarum nulla inusta nota signatarum satis magnum abegisse, adque sponsoris istius stabulum adduxisse. Sponsorem recepta beneficii mercede, equas inusto lupi signo notasse, et Lupiferas eas appellatas esse, velociores quam pulchriores : posteros autem ejus et notam et nomen equarum servasse, et quo id equarum genus apud solos ipsos perduraret genuinum, consuetudinem hanc introduxisse, ne equam ullam abalienarent, quum nobilitaretur ista equarum progenies. Nostra, ut diximus, ætate illud equorum alendorum studium plane cessavit. Post Timavum Istriorum est maritima ora usque ad Polam, quæ Italiæ adjacet. In medio oppidum Tergeste [*cod d.* Tergestæ], ab Aquileia distans centum et octoginta stadia. Sita est Pola in sinu portuoso, qui exiguas habet insulas, subducendis navibus aptas atque frugiferas. Antiquum est opus Colchorum ad Medeam insequendam missorum, qui re infecta exilium sibi indixerant. Itaque, ut est apud Callimachum,

Nomen ab exulibus Graio sermone notetur :
ast illam dixit Colchica lingua Polas.

Ergo regiones trans Padum Veneti incolunt, et Istri ad Polam usque. Super Venetos autem siti sunt Carni, Cenomani [*al. codd.* Genomani], Medoaci, Symbri [Insubres?]; quorum alii Romanorum hostes fuerunt; Cenomani autem ac Veneti etiam ante Annibalicum bellum auxilia Romanis tulerunt, in pugnis contra Boios et Symbrios [Insubres?], et posterioribus temporibus.

10. Οἱ δ' ἐντὸς τοῦ Πάδου κατέχουσι μὲν ἅπασαν ὅσην ἐγκυκλοῦνται τὰ Ἀπέννινα ὄρη πρὸς τὰ Ἄλπια μέχρι Γενούας καὶ τῶν Σαβάτων. κατεῖχον δὲ Βόϊοι καὶ Λίγυες καὶ Σένονες καὶ Γαιζάται τὸ πλέον· τῶν δὲ Βοΐων ἐξελαθέντων, ἀφανισθέντων δὲ καὶ τῶν Γαιζατῶν καὶ Σενόνων, λείπεται τὰ Λιγυστικὰ φῦλα καὶ τῶν Ῥωμαίων αἱ ἀποικίαι. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀναμέμικται καὶ τὸ τῶν Ὀμβρικῶν φῦλον, ἔστι δ' ὅπου καὶ Τυρρηνῶν. ταῦτα γὰρ ἄμφω τὰ ἔθνη πρὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ πλέον αὐξήσεως εἶχέ τινα πρὸς ἄλληλα περὶ πρωτείων ἅμιλλαν, καὶ μέσον ἔχοντα τὸν Τίβεριν ποταμὸν ῥᾳδίως ἐπιδιέβαινον ἀλλήλοις. καὶ εἴ πού τινας ἐκστρατείας ἐποιοῦντο ἐπ' ἄλλους οἱ ἕτεροι, καὶ τοῖς ἑτέροις ἔρις ἦν μὴ ἀπολείπεσθαι τῆς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐξόδου· καὶ δὴ καὶ τῶν Τυρρηνῶν στειλάντων στρατιὰν εἰς τοὺς περὶ τὸν Πάδον βαρβάρους καὶ πραξάντων εὖ, ταχὺ δὲ πάλιν ἐκπεσόντων διὰ τὴν τρυφήν, ἐπεστράτευσαν οἱ ἕτεροι τοῖς ἐκβαλοῦσιν· εἶτ' ἐκ διαδοχῆς τῶν τόπων ἀμφισβητοῦντες πολλὰς τῶν κατοικιῶν τὰς μὲν Τυρρηνικὰς ἐποίησαν, τὰς δ' Ὀμβρικάς, πλείους δὲ τῶν Ὀμβρικῶν, οἱ ἐγγυτέρω(γὰρ)ἦσαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, παραλαβόντες καὶ πέμψαντες ἐποίκους πολλαχοῦ, συνεφύλαξαν καὶ τὰ τῶν προεποικησάντων γένη. καὶ νῦν Ῥωμαῖοι μέν εἰσιν ἅπαντες, οὐδὲν δ' ἧττον Ὄμβροι τέ τινες λέγονται καὶ Τυρρηνοί, καθάπερ Ἑνετοὶ καὶ Λίγυες καὶ Ἴνσουβροι.

11. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου καὶ περὶ τὸν Πάδον ἐπιφανεῖς Πλακεντία μὲν καὶ Κρεμώνη, πλησιαίταται κατὰ μέσην που τὴν χώραν, μεταξὺ δὲ τούτων τε καὶ Ἀριμίνου Πάρμα καὶ Μουτίνη καὶ Βονωνία πλησίον ἤδη Ῥαουέννης, καὶ μικρὰ πολίσματα ἀνὰ μέσον τούτων, δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδός, Ἄγκαρα, Ῥήγιον Λέπιδον, Μακροὶ Κάμποι, ὅπου πανήγυρις συντελεῖται κατ' ἔτος, Κλάτερνα, Φόρον Κορνήλιον· Φαουεντία δὲ [καὶ] Καισήνα πρὸς τῷ Σάπι ποταμῷ καὶ τῷ Ῥουβίκωνι ἤδη συνάπτουσι τῷ Ἀριμίνῳ. τὸ δὲ Ἀρίμινον Ὄμβρων ἐστὶ κατοικία, καθάπερ καὶ ἡ Ῥαούεννα· δέδεκται δ' ἐποίκους Ῥωμαίους ἑκατέρα. ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον λιμένα καὶ ὁμώνυμον ποταμόν. ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς Ἀρίμινον στάδιοι χίλιοι τριακόσιοι. ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας ἐπὶ μὲν τοὺς ὅρους τῆς Κοττίου γῆς Τίκινον ἐν τριάκοντα ἓξ μιλίοις πόλις καὶ ὁμώνυμος ὁ παραρρέων ποταμός, συμβάλλων τῷ Πάδῳ, καὶ Κλαστίδιον καὶ Δέρθων καὶ Ἀκουαιστατιέλλαι μικρὸν ἐν παρόδῳ. ἡ δ' εὐθεῖα εἰς Ὤκελον παρὰ τὸν Πάδον καὶ τὸν Δουρίαν ποταμόν, βαραθρώδης ἡ πολλή, πλείους καὶ ἄλλους ἔχουσα ποταμοὺς (ὧν καὶ τὸν Δρουεντίαν), μιλίων ἐστὶ περὶ [ἑκατὸν] ἑξήκοντα. ἐντεῦθεν δὲ ἤδη τὰ Ἄλπια ὄρη καὶ ἡ Κελτική. πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσι * τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λούνης ἐστὶ πόλις Λοῦκα· ἔνιοι δὲ κωμηδὸν οἰκοῦσιν. εὐανδρεῖ δ' ὅμως ἡ χώρα καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐντεῦθεν τὸ πλέον ἐστὶ καὶ τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος, ἐξ ὧν καὶ ἡ σύγκλητος λαμβάνει τὴν σύνταξιν. ἔστι δὲ ἡ Δέρθων πόλις ἀξιόλογος κειμένη κατὰ

10. Intra Padum qui incolunt occupant quidquid *cingitur* Apennino et Alpibus usque ad Genuam et Sabatos. Obtinuerunt quondam Boii, Ligures, Senones et Gæzatæ maximam partem. Post exactos autem Boios, et Senones Gæzatasque deletos, supersunt tantum Ligusticæ gentes, et coloniæ Romanorum. Romanis Umbri etiam admixti sunt, et alicubi Tyrrheni quoque. Umbri enim et Tyrrheni, antequam Romanorum aucta fuit potentia, inter se de principatu contendebant, quumque Tiberi fluvio dividerentur, facile ultro citroque bellum inferebant. Quodsi autem alteri expeditionem in aliam gentem susciperent, contentio erat alteris, ut eodem tempore ipsi quoque eodem ducerent. Itaque quum Tyrrheni in barbaros circa Padum habitantes exercitum misissent, ac re bene gesta, ob luxuriam mox vice versa ejicerentur, Umbri bellum iis fecerunt, qui Tyrrhenos expulerant. Deinde ex successione de locis disceptantes, multas colonias Tyrrhenas, plures Umbricas fecerunt, quod Umbri propiores locis erant. Romani autem rerum potiti, quum colonos in varia loca emitterent, genus tamen eorum qui prius ibi habitaverunt conservarunt; ac nunc Romani quum sint omnes, nihilominus tamen quidam eorum Umbri, alii Tyrrheni, ut Veneti, Ligures, Insubres, dicuntur.

11. Urbes intra Padum et ad Padum illustres sunt: Placentia et Cremona, proximæ, media fere regione; inter has et Ariminum, Parma, Mutina, et Bononia jam Ravennæ propior; tum alia oppida minora in medio harum, per quæ iter est Romam, Ancara, Regium Lepidum, Campi Macri [*codd.* Nacri], ubi quotannis solennis conventus celebratur, Claterna [*codd.* Cliterna], Forum Cornelium; tum Faventia ac Cæsena ad Sapin [*codd.* Isapin] fluvium et Rubiconem, jam Arimino appropinquant. Ariminum Umbrorum est colonia, ut et Ravenna; utraque Romanos accepit colonos. Portum habet Ariminum, et fluvium cognominem. A Placentia ad Ariminum sunt stadia mille et trecenta. Supra Placentiam circa millia passuum triginta sex versus fines regni Cottii [*codd.* Cottutes] Ticinum urbs sita est, quam fluvius ejusdem nominis præterlabitur, qui Pado miscetur; tum Clastidium, Derthona [*græce* Derthon, *codd.* Dethon], et Aquæ Statiellæ [*codd. fere* Acudistatella] paulisper præter viam. Recta autem via ad Ocelum juxta Padum et Durium [*gr.* Duriam] amnem, majori ex parte vallibus concisa, et alios fluvios habens plures, inter quos Druentia est, ad millia passuum circiter centum et sexaginta extenditur. Hic jam Alpes et Gallia incipiunt. Ceterum ad montes supra Lunam sitos, est Luca urbs. Nonnulli per vicos habitant. Tamen populosa est regio, indeque magnæ militum atque adeo equitum copiæ coguntur, ex quibus etiam senatus legiones constituit. Est autem Derthon [*codd.* Dethon] urbs insignis, sita medio inter Placentiam et Genuam

μέσην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατέρας διέχουσα σταδίους τετρακοσίους· κατὰ δὲ ταύτην τὴν ὁδὸν καὶ Ἀκουαιστατιέλλαι. ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς μὲν Ἀρίμινον εἴρηται· εἰς δὲ Ῥαούενναν κατάπλους τῷ Πάδῳ δυεῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν. πολὺ δὲ καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Πάδου κατείχετο ὑπὸ ἑλῶν, δι' ὧν Ἀννίβας χαλεπῶς διῆλθε, προϊὼν ἐπὶ Τυρρηνίαν· ἀλλ' ἀνέψυξε τὰ πεδία ὁ Σκαῦρος διώρυγας πλωτὰς ἀπὸ τοῦ Πάδου μέχρι Πάρμης ἄγων. κατὰ γὰρ Πλακεντίαν ὁ Τρεβίας συμβάλλων τῷ Πάδῳ καὶ ἔτι πρότερον ἄλλοι πλείους πληροῦσι πέραν τοῦ μετρίου. οὗτος δὲ ὁ Σκαῦρός ἐστιν ὁ καὶ τὴν Αἰμιλίαν ὁδὸν στρώσας τὴν διὰ Πισῶν καὶ Λούνης μέχρι Σαβάτων, κἀντεῦθεν διὰ Δέρθωνος· ἄλλη δ' ἐστὶν Αἰμιλία διαδεχομένη τὴν Φλαμινίαν. συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος καὶ Γάϊος Φλαμίνιος· καθελόντες δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυρρηνῶν καὶ τῆς Ὀμβρικῆς μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων, ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας, κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληίαν παρὰ τὰς ῥίζας τὰς τῶν Ἄλπεων ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη. ὅριον δὲ τῆς χώρας ταύτης, ἣν ἐντὸς Κελτικὴν καλοῦμεν, πρὸς τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν τό τε Ἀπέννινον ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς Τυρρηνίας ἀπεδέδεικτο καὶ ὁ Αἶσις ποταμός, ὕστερον δὲ ὁ Ῥουβίκων, εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκδιδόντες ἀμφότεροι.

12. Τῆς δ' ἀρετῆς τῶν τόπων τεκμήριον ἥ τ' εὐανδρία καὶ τὰ μεγέθη τῶν πόλεων καὶ ὁ πλοῦτος, οἷς πᾶσιν ὑπερβέβληνται τὴν ἄλλην Ἰταλίαν οἱ ταύτῃ Ῥωμαῖοι. καὶ γὰρ ἡ γεωργουμένη γῆ πολλοὺς καὶ παντοίους ἐκφέρει καρπούς, καὶ αἱ ὗλαι τοσαύτην ἔχουσι βάλανον, ὥστ' ἐκ τῶν ἐντεῦθεν ὑοφορβίων ἡ Ῥώμη τρέφεται τὸ πλέον. ἔστι δὲ καὶ κεγχροφόρος διαφερόντως διὰ τὴν εὐυδρίαν· τοῦτο δὲ λιμοῦ μέγιστόν ἐστιν ἄκος· πρὸς ἅπαντας γὰρ καιροὺς ἀέρων ἀντέχει καὶ οὐδέποτ' ἐπιλείπειν δύναται, κἂν τοῦ ἄλλου σίτου γένηται σπάνις. ἔχει δὲ καὶ πιττουργεῖα θαυμαστά. τοῦ δ' οἴνου τὸ πλῆθος μηνύουσιν οἱ πίθοι· οἱ ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκων εἰσί· προσλαμβάνει δὲ πολὺ ἡ τῆς πίττης εὐπορία πρὸς τὸ εὐώνητον. ἐρέαν δὲ τὴν μὲν μαλακὴν οἱ περὶ Μουτίνην τόποι καὶ τὸν Σκουλτάνναν ποταμὸν φέρουσι πολὺ πασῶν καλλίστην, τὴν δὲ τραχεῖαν ἡ Λιγυστικὴ καὶ ἡ τῶν † Σύμβρων, ἐξ ἧς τὸ πλέον τῆς οἰκετείας τῶν Ἰταλιωτῶν ἀμπέχεται, τὴν δὲ μέσην οἱ περὶ Παταούιον, ἐξ ἧς οἱ τάπητες οἱ πολυτελεῖς καὶ γαύσαποι καὶ τὸ τοιοῦτον εἶδος πᾶν, ἀμφίμαλλόν τε καὶ ἑτερόμαλλον. τὰ δὲ μέταλλα νυνὶ μὲν οὐχ ὁμοίως ἐνταῦθα σπουδάζεται διὰ τὸ λυσιτελέστερα ἴσως εἶναι τὰ ἐν τοῖς ὑπεραλπίοις Κελτοῖς καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ, πρότερον δὲ ἐσπουδάζετο, ἐπεὶ καὶ ἐν Οὐερκέλλοις χρυσωρυχεῖον ἦν· κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτουμούλων, καὶ ταύτης (τῆς) κώμης, ἄμφω δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν. αὕτη μὲν δὴ ἡ πρώτη μερὶς τῆς Ἰταλίας μέχρι δεῦρο περιωδεύσθω.

itinere, quadringentis ab utraque distans stadiis. In eodem itinere sunt Aquæ Statiellæ [*codd. opt.* Diacuistatiellia, *al.* Custodia et Iellia]. Quantum sit inter Placentiam et Ariminum intervalli, dictum est : a Placentia autem Ravennam secundo Pado navigatur duobus diebus et noctibus. Multum etiam ejus quæ intra Padum est regionis paludibus olim obtinebatur, per quas Etruriam petens Annibal difficulter transiit; sed exsiccavit eas paludes Scaurus, fossis navigabilibus ductis a Pado ad Parmam [*codd.* Parmestas] usque : nam apud Placentiam Trebia [*græce* Trebias] incidens Pado, eum, sicut et alii plures ante illapsi, ultra modum implet. Is est ille Scaurus, qui viam Æmiliam stravit, quæ per Pisas et Lunam usque ad Sabatos, indeque Derthonem [*codd.* Dethonem] ducit : alia est autem Æmilia Flaminiam excipiens. Marcus enim Lepidus et Caius Flaminius, qui in consulatu gerendo collegæ fuerant, devictis Liguribus, hic Flaminiam viam stravit a Roma per Etruriam et Umbriam usque ad Ariminum; ille deinceps ad Bononiam usque, et inde usque ad Aquileiam juxta radices Alpium, paludibus in gyrum circumventis. Limites Galliæ huic, quam Citeriorem vocamus, ad reliquam Italiam constituunt mons Apenninus, qui Etruriæ imminet, et fluvius Æsis, postea autem Rubico, uterque in Adriam effluens.

12. Quanta sit ejus regionis præstantia, judicari potest ex incolarum frequentia, urbium magnitudine ac opibus, quibus rebus Romani istic habitantes omnibus aliis præstant Italis. Nam et quæ colitur terra, omnis generis copiosos præbet fructus; et silvæ tantum glandis suppeditant, ut ex porcorum gregibus, qui ibi pascuntur, Roma fere alatur. Tum ob aquæ copiam, milii feracissima est, quod est præsentissimum famis remedium, quum quasvis illud aeris constitutiones sufferat, ac nunquam deficiat, etiam quando reliqui frumenti penuria incidit. Picis quoque opificia habet mirabilia. Jam vini copiam dolia arguunt, quæ ex ligno ædibus majora conficiuntur : ac picis copia multum conducit ad vilitatem pretii. Lanam mollem et omnium longe optimam producunt loca circa Mutinam et Scultannam [sive Scultennam; *codd.* Scutannam] flumen; asperam Ligures et Symbri [Insubres?] præbent, ex qua plerique Itali familiæ vestimenta conficiunt; mediocrem Patavium, ex qua pretiosi tapetes, gausapa, aliaque id genus vel utraque vel unica superficie villosa conficiuntur. Metalla ejus regionis hodie non perinde magno studio tractantur, quia, puto, plus utilitatis ex Transalpinis Gallicis et Hispanicis percipitur; olim autem magnæ erant curæ : nam et Vercellis aurifodinæ fuerunt, vico propinquo Ictomulis, vico et ipsi : ambo vicini sunt Placentiæ. Atque hactenus quidem prima nobis descripta esto Italiæ portio.

ΚΕΦ. Β.

Δευτέρα δὲ λεγέσθω ἡ Λιγυστικὴ ἡ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μεταξὺ ἱδρυμένη τῆς νῦν λεχθείσης Κελτικῆς καὶ τῆς Τυρρηνίας, οὐδὲν ἔχουσα περιηγήσεως ἄξιον, πλὴν ὅτι κωμηδὸν ζῶσι, τραχεῖαν γῆν ἀροῦντες καὶ σκάπτοντες, μᾶλλον δὲ λατομοῦντες, ὥς φησι Ποσειδώνιος. Τρίτοι δ' εἰσὶ συνεχεῖς τούτοις οἱ Τυρρηνοί, τὰ πεδία ἔχοντες τὰ μέχρι τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριδος, κλυζόμενοι τὰ μὲν πρὸς ἕω μάλιστα μέρη τῷ ποταμῷ μέχρι τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ, κατὰ δὲ θάτερα τῷ Τυρρηνικῷ καὶ Σαρδῴῳ πελάγει. ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ὁ Τίβερις, πληροῦται δ' ἐκ πολλῶν ποταμῶν, μέρος μέν τι δι' αὐτῆς φερόμενος τῆς Τυρρηνίας, τὸ δ' ἐφεξῆς διορίζων ἀπ' αὐτῆς πρῶτον μὲν τὴν Ὀμβρικήν, εἶτα τοὺς Σαβίνους καὶ Λατίνους τοὺς πρὸς τῇ Ῥώμῃ μέχρι τῆς παραλίας. παραβέβληνται δέ πως τῷ ποταμῷ μὲν καὶ τοῖς Τυρρηνοῖς κατὰ πλάτος, ἀλλήλοις δὲ κατὰ μῆκος· ἀνέχουσι δὲ πρὸς τὰ Ἀπέννινα ὄρη τὰ πλησιάζοντα τῷ Ἀδρίᾳ πρῶτοι μὲν οἱ Ὀμβρικοί, μετὰ δὲ τούτους Σαβῖνοι, τελευταῖοι δ' οἱ τὴν Λατίνην ἔχοντες, ἀρξάμενοι πάντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. ἡ μὲν οὖν τῶν Λατίνων χώρα μεταξὺ κεῖται τῆς τε ἀπὸ τῶν Ὠστίων παραλίας μέχρι πόλεως Σινοέσσης καὶ τῆς Σαβίνης (τὰ δ' Ὤστιά ἐστιν ἐπίνειον τῆς Ῥώμης, εἰς ὃ ἐκδίδωσιν ὁ Τίβερις παρ' αὐτὴν ῥυείς), ἐκτείνεται δὲ ἐπὶ μῆκος μέχρι τῆς Καμπανίας καὶ τῶν Σαυνιτικῶν ὀρῶν· ἡ δὲ Σαβίνη μεταξὺ τῶν Λατίνων κεῖται καὶ τῶν Ὀμβρικῶν, ἐκτείνεται δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς τὰ Σαυνιτικὰ ὄρη, καὶ μᾶλλον συνάπτει τοῖς Ἀπεννίνοις τοῖς κατὰ Οὐηστίνους τε καὶ Πελίγνους καὶ Μαρσούς· οἱ δ' Ὀμβρικοὶ μέσοι μὲν κεῖνται τῆς τε Σαβίνης καὶ τῆς Τυρρηνίας, μέχρι [δ'] Ἀριμίνου καὶ Ῥαουέννης προΐασιν, ὑπερβάλλοντες τὰ ὄρη. Τυρρηνοὶ δὲ παύονται ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι τοῖς περικλείουσιν ἐκ τῆς Λιγυστικῆς εἰς τὸν Ἀδρίαν, ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρξάμενοι θαλάττης καὶ τοῦ Τιβέριδος. τὰ καθ' ἕκαστα δὲ διέξιμεν, ἀπ' αὐτῶν τούτων ἀρξάμενοι.

2. Οἱ Τυρρηνοὶ τοίνυν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις Ἐτροῦσκοι καὶ Τοῦσκοι προσαγορεύονται. οἱ δ' Ἕλληνες οὕτως ὠνόμασαν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος, ὥς φασι, τοῦ στείλαντος ἐκ Λυδίας ἐποίκους δεῦρο. ἐπὶ γὰρ λιμοῦ καὶ ἀφορίας ὁ Ἄτυς, εἷς τῶν ἀπογόνων Ἡρακλέους καὶ Ὀμφάλης, δυεῖν παίδων ὄντων, κλήρῳ Λυδὸν μὲν κατέσχε, τῷ δὲ Τυρρηνῷ τὸν πλείω συστήσας λαὸν ἐξέστειλεν. ἐλθὼν δὲ τήν τε χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ Τυρρηνίαν ἐκάλεσε, καὶ δώδεκα πόλεις ἔκτισεν, οἰκιστὴν ἐπιστήσας Τάρκωνα, ἀφ' οὗ Ταρκυνία ἡ πόλις, ὃν διὰ τὴν ἐκ παίδων σύνεσιν πολιὸν γεγεννῆσθαι μυθεύουσι. τότε μὲν οὖν ὑφ' ἑνὶ ἡγεμόνι ταττόμενοι μέγα ἴσχυον, χρόνοις δ' ὕστερον διαλυθῆναι τὸ σύστημα εἰκὸς καὶ κατὰ πόλεις διασπασθῆναι βίᾳ τῶν πλησιοχώρων εἴξαντας· οὐ γὰρ ἂν χώραν εὐδαίμονα ἀφέντες τῇ θαλάττῃ κατὰ λῃστείαν ἐπέθεντο, ἄλλοι πρὸς ἄλλα

CAP. II.

Secunda pars explicetur Liguria [*græce* Ligystice], in ipsis Apenninis montibus inter Galliam nunc dictam sita et Etruriam : quæ nihil relatu dignum habet, nisi quod per pagos dissipati vivunt Ligures, asperam terram arantes ac fodientes, aut potius saxa cædentes, ut ait Posidonius. Tertiam habent his contigui Tyrrheni, campestria incolentes usque ad Tiberin fluvium, quo fluvio versus ortum maxima ex parte alluuntur usque ad ejus ostia : cetera Tyrrhenum et Sardoum mare claudit. Tiberis ex Apennino defluit, multisque augetur fluminibus; parte quadam per ipsam fertur Tyrrheniam, deinde ab ea distinguit Umbriam primo, deinde Sabinos, ac mox Latinos, qui juxta Romam usque ad litus maris habitant. Hi siti sunt fluvii et Tyrrhenorum respectu secundum latitudinem, invicem autem secundum longitudinem, et sursum tendunt usque ad Apennini partes Adriæ appropinquantes, primi Umbri, deinde Sabini, et postremo loco Latini, omnes initio a flumine sumpto. Latinorum ergo regio inter oram maritimam ab Ostia, urbem Sinuessam, et Sabinos situm est (Ostia Romæ navale est, juxta quod Tiberis labens in mare exit), et in longum porrigitur usque ad Campaniam et Samniticos montes. Sabinorum regio interjecta Latinis et Umbris, ad Samniticos et ipsa usque montes extenditur, magis tamen accedit ad Apennini eas partes, quæ sunt vicinæ Vestinis, Pelignis [*codd.* Pelingriis, Peligriis] ac Marsis. Umbri inter Sabinos et Tyrrhenos siti sunt, et, montes supergressi, ad Ariminum usque et Ravennam procedunt. Tyrrheni a suo mari et Tiberi orsi, ipsis montibus terminantur, qui a Liguria ad Adriam porrecti Etruriam ambiunt. Ab his ipsis nunc repetito initio, singula persequamur.

2. Tyrrheni a Romanis Etrusci et Tusci nominantur. Græci eos sic appellarunt a Tyrrheno Atyis filio, qui eo, ut narrant, coloniam ex Lydia duxerit. Fame enim et sterilitate coactus Atys, unus ex Hercule et Omphale prognatis, de duobus filiis alterum Lydum nomine sortito apud se detinuit, alterum Tyrrhenum cum majori populi parte amandavit. Is quum in has oras venisset, regionem de suo nomine Tyrrheniam nuncupavit, et duodecim urbes condidit, præfecto ad id constituto Tarcone, a quo Tarquiniis [*græce* Tarcyniæ] urbi nomen est. Hunc, quod a puero saperet, canum natum fabulantur. Primis temporibus unius imperio omnes quum parerent, respublica Etruscorum florentissima erat : postea vero, hac imperii conditione, ut videtur, eversa, Etruscorumque conventu in singulas urbes distracto, violentiæ vicinorum cedere cogebantur. Non enim verosimile est eos volentes, regione felici relicta, vitæ piraticæ et erroribus

τραπόμενοι πελάγη, ἐπεί, ὅπου γε συμπνεύσαιεν, ἱκανοὶ ἦσαν οὐκ ἀμύνασθαι μόνον τοὺς ἐπιχειροῦντας αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀντεπιχειρεῖν καὶ μακρὰς στρατείας ποιεῖσθαι. μετὰ δὲ τὴν τῆς Ῥώμης κτίσιν Δημάρατος ἀφικνεῖται, λαὸν ἄγων ἐκ Κορίνθου, καὶ δεξαμένων αὐτὸν Ταρκυνιτῶν γεννᾷ Λουκούμωνα ἐξ ἐπιχωρίας γυναικός. γενόμενος δὲ Ἄγκῳ Μαρκίῳ, τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων, φίλος ἐβασίλευσεν οὗτος καὶ μετωνομάσθη Λεύκιος Ταρκύνιος Πρίσκος. ἐκόσμησε δ' οὖν τὴν Τυρρηνίαν καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ πρότερον, ὁ μὲν εὐπορίᾳ δημιουργῶν τῶν συνακολουθησάντων οἴκοθεν, ὁ δὲ ταῖς ἐκ τῆς Ῥώμης ἀφορμαῖς. λέγεται δὲ καὶ ὁ θριαμβικὸς κόσμος καὶ ὑπατικὸς καὶ ἁπλῶς ὁ τῶν ἀρχόντων ἐκ Ταρκυνίων δεῦρο μετενεχθῆναι καὶ ῥάβδοι καὶ πελέκεις καὶ σάλπιγγες καὶ ἱεροποιίαι καὶ μαντικὴ καὶ μουσική, ὅσῃ δημοσίᾳ χρῶνται Ῥωμαῖοι. τούτου δ' υἱὸς ἦν ὁ δεύτερος Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος, ὅσπερ καὶ τελευταῖος βασιλεύσας ἐξέπεσε. Πορσίνας δ', ὁ τῶν Κλουσίνων βασιλεύς, πόλεως Τυρρηνίδος, κατάγειν αὐτὸν ἐπιχειρήσας δι' ὅπλων, ὡς οὐχ οἷός τε ἦν, καταλυσάμενος τὴν ἔχθραν ἀπῆλθε φίλος μετὰ τιμῆς καὶ δωρεῶν μεγάλων.

3. Περὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας τῶν Τυρρηνῶν ταῦτα. καὶ ἔτι τὰ τοῖς Καιρετανοῖς πραχθέντα· καὶ γὰρ τοὺς ἑλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν, ἀπιοῦσιν ἐπιθέμενοι κατὰ Σαβίνους, καὶ ἃ παρ' ἑκόντων ἔλαβον Ῥωμαίων ἐκεῖνοι λάφυρα ἄκοντας ἀφείλοντο· πρὸς δὲ τούτοις τοὺς καταφυγόντας παρ' αὐτοὺς ἐκ τῆς Ῥώμης ἔσωσαν καὶ τὸ ἀθάνατον πῦρ καὶ τὰς τῆς Ἑστίας ἱερείας. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι διὰ τοὺς τότε φαύλως διοικοῦντας τὴν πόλιν οὐχ ἱκανῶς ἀπομνημονεῦσαι τὴν χάριν αὐτοῖς δοκοῦσι· πολιτείαν γὰρ δόντες οὐκ ἀνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσονομίας εἰς τὰς δέλτους ἐξώριζον τὰς Καιρετανῶν. παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμησεν ἡ πόλις αὕτη διά τε ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην· τῶν τε γὰρ λῃστηρίων ἀπέσχετο, καίπερ δυναμένη πλεῖστον, καὶ Πυθοῖ τὸν Ἀγυλλαίων καλούμενον ἀνέθηκε θησαυρόν. Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα, καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων· τῶν δὲ Λυδῶν, οἵπερ Τυρρηνοὶ μετωνομάσθησαν, ἐπιστρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως, τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινος ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνασθαι προσαγορεύσαντος αὐτὸν χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυρρηνοὶ τοῦτον ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. ἡ δὲ οὕτω λαμπρὰ καὶ ἐπιφανὴς πόλις νῦν ἴχνη σώζει μόνον, εὐανδρεῖ δ' αὐτῆς μᾶλλον τὰ πλησίον θερμά, ἃ καλοῦσι Καιρετανά, διὰ τοὺς φοιτῶντας θεραπείας χάριν.

4. Τοὺς δὲ Πελασγούς, ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θετταλίαν, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν τι. νομίζειν δέ φησιν Ἔφορος τὸ ἀνέκαθεν Ἀρκάδας ὄντας ἑλέσθαι στρατιωτικὸν βίον, εἰς δὲ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν προτρέποντας πολλοὺς ἅπασι τοῦ

per varia maria animum applicasse; quum, uniti, non tantum ad profligandas hostium incursiones, sed etiam ad inferenda ultro bella diuturnasque expeditiones satis virium habuissent. Roma jam condita, Demaratus Tarquinios venit, hominum secum multitudinem a Corintho adducens; receptusque ab oppidanis, e Tarquiniensi muliere Lucumonem generat. Hic Lucumo quum esset factus Anco Marcio Romanorum regi familiaris, regnum deinde consecutus, et mutato nomine Lucius Tarquinius Priscus est appellatus. Quum hic, tum ante ipsum pater, Etruriam exornarunt: hic, quod opificibus domo ipsum comitatis abundaret; ille, quod Roma ad eam rem facultates suppeditaret. Traditum est etiam, ornatum triumphalem ac consularem, omniumque adeo magistratuum, a Tarquiniis Romam fuisse translatum; nec non fasces, secures, tubas, sacrificia, divinationem, et musicam, qua publice utuntur Romani. Hujus filius fuit Tarquinius posterior, Superbus cognomine, qui ultimus Romanorum regum erat et regno excidit. Porsena [*codd.* Porsinas] autem, rex Clusii, Etruriæ urbis, armis eum restituere frustra conatus, composita re amicus Romanorum discessit, honore et magnificis donis auctus.

3. Hæc de Etruscorum claritate. Quibus adjici potest Cæretanorum facinus. Hi enim Gallos, qui Romam ceperant, debellaverunt discendentes adorti in Sabinis, invitisque eam extorserunt prædam, quam illi volentibus Romanis abstulerant; præterea Romanos qui Cære confugerant, et æternum ignem, ac Vestales virgines conservaverunt. Ac videntur mihi Romani eorum qui tum urbem male administrabant culpa non satis memores accepti beneficii se exhibuisse. Quum enim eis jus civitatis darent, inter cives tamen nomina eorum non retulerunt; quin et alios, qui æquali jure cum civibus reliquis non fruerentur, in Cæritum tabulas rejiciebant. Sed apud Græcos urbs ea nobilitata fuit ob fortitudinem et justitiam: nam et abstinuit latrociniis, quanquam potentissima esset, et apud Delphos donarium, quod Agyllæorum thesaurus vocatur, consecravit. Olim enim Agylla dicebatur, quæ nunc Cære [*codd.* Cærea] est; ferturque condita a Pelasgis e Thessalia profectis. Quos Lydorum qui mutato nomine Tyrrhenj dicti sunt, quum bello petiissent, accessisse quendam ad murum, nomen urbis sciscitantem; quumque Thessalorum quidam de muro loco responsi eum salvere jussisset (quod Græco vocabulo dicitur χαῖρε), omen accepisse Tyrrhenos, urbique captæ nomen mutasse. Hodie urbis tam splendidæ quondam et præclaræ vestigia tantum restant. Celebriores ipsâ sunt vicinæ aquæ calidæ Cæretanæ, propter eos qui valetudinis causa eo commeant.

4. Ceterum Pelasgos antiquam gentem per universam Græciam exstitisse, ac maxime inter Æoles Thessaliæ incolas claram, apud omnes fere in confesso est. Ephorus ait se arbitrari eos, quum a prima stirpe Arcades essent, militarem amplexos vitam, et in studii ejus nominisque

ὀνόματος μεταδοῦναι καὶ πολλὴν ἐπιφάνειαν κτήσασθαι καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις, παρ' ὅσους ποτὲ ἀφιγμένοι τετυχήκασι. καὶ γὰρ τῆς Κρήτης ἔποικοι γεγόνασιν, ὥς φησιν Ὅμηρος· λέγει γοῦν Ὀδυσσεὺς πρὸς Πηνελόπην·

ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοί,
ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

καὶ τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἡ Θετταλία λέγεται, τὸ μεταξὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῶν Θερμοπυλῶν ἕως τῆς ὀρεινῆς τῆς κατὰ Πίνδον, διὰ τὸ ἐπάρξαι τῶν τόπων τούτων τοὺς Πελασγούς. τόν τε Δία τὸν Δωδωναῖον αὐτὸς ὁ ποιητὴς ὀνομάζει Πελασγικόν·

Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ.

πολλοὶ δὲ καὶ τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη Πελασγικὰ εἰρήκασιν, ὡς καὶ μέχρι δεῦρο ἐπαρξάντων· Πελασγούς τε πολλοὺς καὶ τῶν ἡρώων ὀνόματα καλέσαντες, οἱ ὕστερον ἀπ' ἐκείνων πολλὰ τῶν ἐθνῶν ἐπώνυμα πεποιήκασι· καὶ γὰρ τὴν Λέσβον Πελασγίαν εἰρήκασι, καὶ τοῖς ἐν τῇ Τρωάδι Κίλιξιν Ὅμηρος εἴρηκε τοὺς ὁμόρους Πελασγούς·

Ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα Πελασγῶν ἐγχεσιμώρων,
τῶν, οἳ Λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον.

τῷ δ' Ἐφόρῳ τοῦ ἐξ Ἀρκαδίας εἶναι τὸ φῦλον τοῦτο ἦρξεν Ἡσίοδος. φησὶ γάρ·

υἱεῖς ἐξεγένοντο Λυκάονος ἀντιθέοιο,
ὅν ποτε τίκτε Πελασγός.

Αἰσχύλος δ' ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν. καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ Πελασγίαν φησὶν Ἔφορος κληθῆναι, καὶ Εὐριπίδης δ' ἐν Ἀρχελάῳ φησὶν ὅτι

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν,
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Ἀντικλείδης δὲ πρώτους φησὶν αὐτοὺς τὰ περὶ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κτίσαι, καὶ δὴ τούτων τινὰς καὶ μετὰ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος εἰς τὴν Ἰταλίαν συνᾶραι. καὶ οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες ἱστοροῦσι περὶ τῶν Πελασγῶν, ὡς καὶ Ἀθήνησι γενομένων (τῶν Πελασγῶν)· διὰ δὲ τὸ πλανήτας εἶναι καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους Πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι.

5. Τῆς δὲ Τυρρηνίας μῆκος μὲν τὸ μέγιστον εἶναί φασι τὴν παραλίαν ἀπὸ Λούνης μέχρι Ὠστίων δισχιλίων που καὶ πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τοῦ ἡμίσους ἔλαττον τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσιν. εἰς μὲν οὖν Πίσας ἀπὸ Λούνης πλείους τῶν τετρακοσίων σταδίων εἰσίν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Οὐολατέρρας διακόσιοι ὀγδοήκοντα, πάλιν δ' ἐνθένδε εἰς Ποπλώνιον διακόσιοι ἑβδομήκοντα, ἐκ δὲ Ποπλωνίου εἰς Κόσσαν ἐγγὺς ὀκτακόσιοι, οἱ δὲ ἑξακόσιοί φασι. Πολύβιος δ' οὐκ [εὖ] εἶναι τοὺς πάντας χιλίους τριακοσίους τριάκοντα λέγει. τούτων δ' ἡ μὲν

societatem multis perductis, magnum sibi nomen quum apud Græcos parasse, tum apud alios quoscunque, ad quos pervenissent. Nam et in Creta coloni fuerunt, ut Homerus auctor est, apud quem Ulysses ita Penelopæ narrat (*Od.* T. 175):

Diversis illic linguis utuntur: Achæi,
magnanimique Eteocretes, insuntque Cydones,
Doricesque habitant triplices, divique Pelasgi.

Et Pelasgicum Argos dicitur ea Thessaliæ pars, quæ est inter ostia Penei et Thermopylas usque ad montana Pindi, quod Pelasgi loca ea obtinuerint. Jovemque Dodonæum ipse poeta Pelasgicum vocat (*Il.* P, 233):

O rex Dodonæe, Pelasgice.

Multi etiam Epiroticas gentes Pelasgicas nominant, quod eo usque Pelasgi imperium protulerint; multique heroum quum Pelasgi sint dicti, ab illis posteriores multis gentibus nomina indiderunt. Nam et Lesbum Pelasgiam appellarunt; et Homerus Cilicum in Troade finitimos Pelasgos vocat (*Il.* B, 840):

Pinguia Larissæ ducebat culta tenentes
Hippothous solitos hastas tractare Pelasgos.

Ephoro, ut Pelasgos ex Arcadia esse diceret, auctor fuit Hesiodus. Ait enim hic poeta:

Lycaone natos
divino: hunc quondam fertur genuisse Pelasgus.

Æschylus in Supplicibus *et* Danaidibus (*v.* 266) eorum patriam facit Argos apud Mycenas. Sed et Peloponnesum fuisse Pelasgiam vocatam Ephorus scribit. Et Euripides in Archelao ait (*prologo*):

Danaus, qui quinquaginta genuit filias,
Argos profectus, urbem condidit Inachi;
Pelasgiotas hicque dictos antea,
Danaos vocari Græcis auctor exstitit.

Anticlides primos Pelasgos Lemno et Imbro vicina condidisse scribit, quosdamque eorum cum Tyrrheno [*al. codd.* Tyrseno] Atyis filio in Italiam navigasse. Atticarum rerum scriptores perhibent Pelasgos etiam Athenis fuisse, eosque quod avium instar vagi modo hæc, modo alia adirent loca, ab Atticis Pelargos (id est ciconias) appellatos fuisse.

5. Maximam Etruriæ longitudinem aiunt esse juxta oram maritimam, a Luna usque ad Ostia ferme bis mille et quingenta stadia; latitudinem semisse minorem usque ad montes. Lunâ enim ad Pisas amplius est stadiis quadringentis; hinc Volaterras [*codd. fere* Uadeterras] ducenta et octoginta; rursum inde ad Populonium [*græce* Poplonion] ducenta et septuaginta; a Populonio Cossam, prope octingenta, alii numerant sexcenta. Polybius autem totam summam non recte dicit esse mille stadia cum trecentis et triginta. Ex illis quæ memoravi locis Luna Etruriæ urbs est, et portus Græci

Λούνα πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν, καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα καὶ πόλιν. ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη, ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὑτῷ περιέχων πλείους λιμένας, ἀγχιβαθεῖς πάντας, οἷον ἂν γένοιτο ὁρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνθρώπων τοσαύτης μὲν θαλάττης, τοσοῦτον δὲ χρόνον. περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς, ἀφ' ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύεται καὶ ἡ Σαρδὼ καὶ τῆς ἠιόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος. μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος τοσαῦτά τ' ἐστὶ καὶ τηλικαῦτα, μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας καὶ στύλους, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ἐκπρεπῶν ἔργων τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐντεῦθεν ἔχειν τὴν χορηγίαν· καὶ γὰρ εὐεξάγωγός ἐστιν ἡ λίθος, τῶν μετάλλων ὑπερκειμένων τῆς θαλάττης πλησίον, ἐκ δὲ τῆς θαλάττης διαδεχομένου τοῦ Τιβέριος τὴν κομιδήν· καὶ τὴν ξυλείαν τὴν εἰς τὰς οἰκοδομὰς σελμάτων εὐθυτάτων καὶ εὐμηκεστάτων ἡ Τυρρηνία χορηγεῖ τὴν πλείστην, τῷ ποταμῷ κατάγουσα ἐκ τῶν ὀρῶν εὐθύς. μεταξὺ δὲ Λούνης καὶ Πίσης ὁ Μάκρης ἐστὶ † χωρίον, ᾧ πέρατι τῆς Τυρρηνίας καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν συγγραφέων πολλοί. ἡ δὲ Πίσα κτίσμα μέν ἐστι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πισατῶν, οἳ μετὰ Νέστορος ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντες κατὰ τὸν ἀνάπλουν (ὃν) ἐπλανήθησαν, οἱ μὲν εἰς τὸ Μεταπόντιον, οἱ δ' εἰς τὴν Πισᾶτιν, ἅπαντες Πύλιοι καλούμενοι. δυεῖν δὲ ποταμῶν κεῖται μεταξὺ κατ' αὐτὴν τὴν συμβολήν, Ἄρνου τε καὶ Αἴσαρος, ὧν ὁ μὲν ἐξ Ἀρρητίου φέρεται πολύς, οὐχὶ πᾶς, ἀλλὰ τριχῇ σχισθείς, ὁ δ' ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν· συμπεσόντες δ' εἰς ἓν ῥεῖθρον μετεωρίζουσιν ἀλλήλους ταῖς ἀντικοπαῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τοὺς ἐπὶ τῶν ἠιόνων ἑστῶτας ἀμφοτέρων μηδ' ἕτερον ὑπὸ θατέρου καθορᾶσθαι, ὥστ' ἀνάγκη δυσανάπλωτα ἐκ θαλάττης εἶναι· στάδιοι δ' εἰσὶ τοῦ ἀνάπλου περὶ εἴκοσι. μυθεύουσι δ', ὅτε πρῶτον ἐκ τῶν ὀρῶν οἱ ποταμοὶ κατεφέροντο οὗτοι, κωλυομένους ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, μὴ συμπεσόντες εἰς ἓν κατακλύζοιεν τὴν χώραν, ὑποσχέσθαι μὴ κατακλύσειν καὶ φυλάξαι τὴν πίστιν. δοκεῖ δ' ἡ πόλις εὐτυχῆσαί ποτε, καὶ νῦν οὐκ ἀδοξεῖ διά τε εὐκαρπίαν καὶ τὰ λιθουργεῖα καὶ τὴν ὕλην τὴν ναυπηγήσιμον, ᾗ τὸ μὲν παλαιὸν ἐχρῶντο πρὸς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους· καὶ γὰρ μαχιμώτεροι Τυρρηνῶν ὑπῆρξαν, καὶ παρώξυναν αὐτοὺς οἱ Λίγυες, πονηροὶ γείτονες παρὰ πλευρὰν ὄντες· νῦν δὲ τὸ πλέον εἰς τὰς οἰκοδομὰς ἀναλίσκεται τὰς ἐν Ῥώμῃ, κἀν ταῖς ἐπαύλεσι βασίλεια κατασκευαζομένων Περσικά.

6. Τῶν δὲ Οὐολατερρανῶν ἡ μὲν χώρα κλύζεται τῇ θαλάττῃ, τὸ δὲ κτίσμα ἐν φάραγγι βαθείᾳ· λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς περίκρημνος πάντῃ, τὴν κορυφὴν ἐπίπεδος, ἐφ' ᾗ ἵδρυται τὸ τεῖχος τῆς πόλεως. ἡ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀνάβασις πεντεκαίδεκα σταδίων ἐστὶν ἀπὸ τῆς βάσεως, ὀξεῖα πᾶσα καὶ χαλεπή. ἐνταῦθα συνέστησάν τινες τῶν Τυρρηνῶν καὶ τῶν προγεγραμμένων ὑπὸ Σύλλα· πληρώσαντες δὲ τέτταρα τάγματα στρατιᾶς διετῆ χρόνον

vocant urbem et portum Selenes (id est Lunæ). Urbs quidem non magna est, sed portus maximus juxta ac pulcherrimus, plures includens portus, omnes prope litus profundos, quale omnino conveniebat esse receptaculum hominum, qui tanti maris tanto tempore dominium obtinuerunt. Cingitur portus montibus altis, unde maria cerni possunt, et Sardinia, et litoris utrinque magna pars. Fodiuntur ibi lapides albi, et variegati ad cæruleum vergente specie, tanto numero tantaque mole, ut etiam grandes tabulæ et columnæ unico constantes lapide inde exscindantur. Itaque pleraque egregiorum operum, quæ Romæ et aliis in urbibus visuntur, materiam habent inde petitam. Facile enim lapis avehi potest, quum fodinæ mari e propinquo immineant, atque a mari Tiberis excipiat subvectionem. Ligna quoque ad ædificia et longissimos atque rectissimos asseres Etruria copiosissime suppeditat, quos flumen statim a montibus deducit. Inter Lunam et Pisas locus [*imo* fluvius] est Macra [*codd.* Macres], quem multi scriptorum terminum statuerunt Etruriæ et Liguriæ. Pisæ [*græce* Pisa] a Pisatis Peloponnesiis conditæ sunt, qui cum Nestore quum ad Trojam profecti fuissent, in reditu per mare aberrantes, alii ad Metapontum [*græce* Metapontion], alii in Pisanum agrum delati fuerunt. Universi Pylii dicti. Pisæ sitæ sunt inter duos amnes confluentes, Arnum, et Æsarem [*sive potius* Ausarem]; quorum alter ab Arretio descendit copiosus quidem, sed non omnis, verum in tres [duos?] divisus alveos; alter ab Apennino delabitur : et ubi confluunt, alter alterius violento incursu : ita se invicem attollunt, ut qui utrinque in ripa stant, alter alterum videre non possit; unde subvectionem a mari necesse est difficilem fieri, quæ est stadiorum circiter viginti. Fertur fabula, quo tempore primum illi amnes e montibus delati fuerint, incolis obsistentibus, ne in unum confluentes alveum diluvio agros vastarent, pollicitos fuisse amnes, se eluvionem non facturos : ac stetisse promissis. Videtur urbs ea quondam floruisse, ac ne nunc quidem ignobilis est, ob fertilitatem, lapicidinas, et materiam navalem, qua olim usi sunt ad naves fabricandas, quibus contra pericula ex mari se defenderent : nam Ligures Tyrrhenis erant bellicosiores, ac malos se vicinos præbebant a latere accolentes, et provocantes ad certamina : hodie maxima pars in Romana ædificia insumitur, ubi etiam in villis Persicæ exstruuntur regiæ.

6. Volaterranorum ager mari alluitur; urbs condita est in valle profunda : collis celsus et undequaque præceps, plano vertice, in quo arx urbis sita. Est ab imo ad summam ascensus arduus atque difficilis, quindecim stadiorum. Eo confluxere aliquando quidam Etruscorum et a Sylla proscriptorum, qui quattuor cohortibus armatorum constitutis, per biennium tolerata oppugnatione, tandem

ἐπολιορκήθησαν, εἶθ' ὑπόσπονδοι παρεχώρησαν τοῦ τόπου. τὸ δὲ Ποπλώνιον ἐπ' ἄκρας ὑψηλῆς ἵδρυται, κατερρωγυίας εἰς τὴν θάλασσαν καὶ χερρονησιζούσης, πολιορκίαν καὶ αὐτὸ δεδεγμένον περὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς. τὸ μὲν οὖν πολίχνιον πᾶν ἔρημόν ἐστι πλὴν τῶν ἱερῶν καὶ κατοικιῶν ὀλίγων, τὸ δ' ἐπίνειον οἰκεῖται βέλτιον, πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους λιμένιον ἔχον καὶ νεωσοίκους δύο· καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυρρηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι· αἴτιον δ' ἐστὶ τὸ τῆς χώρας ἀλίμενον· διόπερ παντάπασιν ἔφευγον οἱ κτίσται τὴν θάλατταν, ἢ προεβάλλοντο ἐρύματα πρὸς αὐτῆς, ὥστε μὴ λάφυρον ἕτοιμον ἐκκεῖσθαι τοῖς ἐπιπλεύσασιν. ἔστι δὲ καὶ θυννοσκόπειον ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ. κατοπτεύεται δ' ἀπὸ τῆς πόλεως πόρρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδώ, ἐγγυτέρω δ' ἡ Κύρνος, ἑξήκοντά πως διέχουσα τῆς Σαρδόνος σταδίους, πολὺ δὲ μᾶλλον τούτων ἡ Αἰθαλία· προσεχεστέρα [γὰρ] τῇ ἠπείρῳ ἐστίν, ὅσον τριακοσίους διέχουσα σταδίους, ὅσους καὶ τῆς Κύρνου διέχει. ἄριστον δ' ἀφετήριον τοῦτο τὸ χωρίον ἐστὶν ἐπὶ τὰς τρεῖς τὰς λεχθείσας νήσους. εἴδομεν δὲ καὶ ταύτας ἡμεῖς, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ Ποπλώνιον, καὶ μέταλλά τινα ἐν τῇ χώρᾳ ἐκλελειμμένα. εἴδομεν δὲ καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὸν σίδηρον τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας κομιζόμενον· οὐ γὰρ δύναται συλλιπαίνεσθαι καμινευόμενος ἐν τῇ νήσῳ· κομίζεται δ' εὐθὺς ἐκ τῶν μετάλλων εἰς τὴν ἤπειρον. τοῦτό τε δὴ παράδοξον ἡ νῆσος ἔχει καὶ τὸ τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ καὶ τὴν ἐν Πάρῳ πέτραν τὴν μάρμαρον καὶ τὰς ἐν Ἰνδοῖς ἅλας, ἅς φησι Κλείταρχος. οὔτ' οὖν Ἐρατοσθένης ὀρθῶς ὁ φήσας μὴ καθορᾶσθαι μήτε τὴν Κύρνον ἐκ τῆς ἠπείρου μήτε τὴν Σαρδόνα, οὔτ' Ἀρτεμίδωρος ὁ φήσας ἐν χιλίοις εἶναι καὶ διακοσίοις σταδίοις πελαγίας ἀμφοτέρας. καὶ γὰρ εἴ τισιν, ἡμῖν γε οὐκ ἂν ὑπῆρξαν ὁραταὶ (ἢ) ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον σαφεῖς ἑωρῶντο, καὶ μάλιστα ἡ Κύρνος. ἔστι δὲ κατὰ τὴν Αἰθαλίαν λιμὴν Ἀργῷος ἀπὸ τῆς Ἀργοῦς, ὥς φασιν. ἐκεῖσε γὰρ πλεῦσαι τὴν τῆς Κίρκης οἴκησιν ζητοῦντα τὸν Ἰάσονα, τῆς Μηδείας ἐθελούσης ἰδεῖν τὴν θεάν· καὶ δὴ καὶ τῶν ἀποστλεγγισμάτων παγέντων, ἃ ἐποίουν οἱ Ἀργοναῦται, διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διαποικίλους τὰς ἐπὶ τῆς ἠιόνος ψήφους. αἱ δὲ τοιαῦται μυθοποιίαι τεκμήρια τῶν λεγομένων ὑφ' ἡμῶν εἰσιν, ὅτι οὐ πάντα Ὅμηρος αὐτὸς ἔπλαττεν, ἀλλ' ἀκούων θρυλουμένων τῶν τοιούτων πολλῶν αὐτὸς προσετίθει μήκη διαστημάτων καὶ ἐκτοπισμῶν, καὶ καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐξέβαλε, παραπλησίως καὶ τὸν Ἰάσονα, γενομένης καὶ τούτῳ πλάνης τινὸς κἀκείνῳ, καθάπερ καὶ Μενελάῳ. περὶ μὲν οὖν τῆς Αἰθαλίας τοσαῦτα.

7. Ἡ δὲ Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κορσίκα. οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. ὁπόταν γοῦν ὁρμήσωσιν οἱ τῶν Ῥωμαίων

publicam secuti fidem loco isto cesserunt. Populonium [*græce* Poplonion] situm est in promontorio sublimi, quod præruptum in mare exit ac peninsulam efficit. Id quoque oppidulum sub idem tempus obsidionem pertulit. Nunc plane desertum est, exceptis templis et domibus paucis; at navale melius incolitur, portu non magno ad radices montium, et ædificiis recipiendis navibus præditum duobus. Ac mihi quidem sola ex omnibus Tyrrhenicis urbibus hæc ad ipsum mare condita fuisse videtur: causa est, quod importuosum est litus; *quapropter conditores* aut mare fugerant, aut propugnacula objecerunt, ne prædationibus appellentium essent expositi. Est specula sub promontorio etiam, unde thynni observantur. Ex urbe procul ac ægre conspicitur Sardinia, propius Corsica, quæ a Sardinia distat fere sexaginta stadiis: his vero multo Æthalia, quippe vicinior continenti, ad trecenta [*unus codd.* ducenta] stadia inde, totidemque a Corsica distans. Optime a Populonio solvunt tres illas insulas petituri. Quas et nos vidimus Populonio conscenso, et metalla quædam ibi locorum deserta. Vidimus etiam qui ferrum ex Æthalia allatum elaborarent: non enim ea in insula fornacibus liquari potest, sed statim atque effossum est in continentem perfertur. Hoc mirandum habet Æthalia, simulque quod fossæ, unde metalla sunt eruta, rursum tractu temporis implentur: quod ipsum de lapicidinis apud Rhodios, de marmore Pario narratur, et de Indicis salibus Clitarchus tradit. Ergo neque Eratosthenes recte dixit e continenti neque Corsicam posse conspici, neque Sardiniam: et æque falsum est quod Artemidorus ait, utramque in mari jacere stadiis mille et ducentis a continente dissitam: nam si quis alius id potuit, ipse certe tanto intervallo non potuissem eas tam liquido conspicere, quam conspexi, et præcipue Corsicam. Ad Æthaliam portus est Argous, ab Argo navi sic dictus, ut aiunt: eo enim perhibent Iasonem navigasse Circes domicilium quærentem, quam deam Medea cupiverit visere, et a strigmentis concretis, quæ Argonautæ ibi fecerint, adhuc durare variegatos in litore scrupulos. Hujusmodi porro fabulæ confirmant quod nos diximus, Homerum non omnia finxisse; sed quum multa id genus ferri rumoribus vulgi audiret, ipsum de suo ingenio intervallorum longitudines et remotos ab hominibus situs addidisse: utque Ulyssem, ita etiam Iasonem in oceanum eduxisse, quum eorum uterque, sicut et Menelaus, vagatus fuerit. Ac de Æthalia quidem satis.

7. Corsicam Romani nominant quæ Cyrnus est Græcis. Male ea habitatur, aspera est, ac plerisque locis plane invia; quo fit ut montana colentes, qui latrociniis vitam sustentant, ipsis sint inhumaniores bestiis. Itaque, quum Romani duces in insulam hanc incursionem faciunt, ac munitiones

στρατηγοί, καὶ προσπεσόντες τοῖς ἐρύμασι πολὺ πλῆθος ἕλωσι τῶν ἀνδραπόδων, ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ θαυμάζειν, ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες καὶ τὸ βοσκηματῶδες ἐν αὐτοῖς· ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν ἢ ζῶντες ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν, ὥστε καίπερ τὸ τυχὸν καταβαλοῦσιν ὑπὲρ αὐτῶν ὅμως μεταμέλειν. ἔστι δ' ὅμως οἰκήσιμά τινα μέρη καὶ πολίσματά που Βλησίνων τε καὶ Χάραξ καὶ Ἐνικονίαι καὶ Οὐάπανες. μῆκος δὲ τῆς νήσου φησὶν ὁ χωρογράφος μίλια ἑκατὸν ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἑβδομήκοντα· Σαρδόνος δὲ μῆκος διακόσια εἴκοσι, πλάτος δὲ ἐνενήκοντα ὀκτώ. κατ' ἄλλους δὲ Κύρνου μὲν περίμετρος περὶ [τρισ]χιλίους λέγεται καὶ διακοσίους σταδίους, τῆς δὲ Σαρδόνος καὶ τετρακισχιλίους. ἔστι δὲ αὐτῆς τὸ πολὺ μέρος τραχὺ καὶ οὐκ εἰρηναῖον, πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως. πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. τῇ δ' ἀρετῇ τῶν τόπων ἀντιτάττεταί τις καὶ μοχθηρία· νοσερὰ γὰρ ἡ νῆσος τοῦ θέρους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαρποῦσι χωρίοις· τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ πορθεῖται συνεχῶς ὑπὸ τῶν ὀρείων, οἳ καλοῦνται Διαγησβεῖς, Ἰολαεῖς πρότερον ὀνομαζόμενοι. λέγεται γὰρ Ἰόλαος ἄγων τῶν παίδων τινὰς τοῦ Ἡρακλέους ἐλθεῖν δεῦρο καὶ συνοικῆσαι τοῖς τὴν νῆσον ἔχουσι βαρβάροις (Τυρρηνοὶ δ' ἦσαν)· ὕστερον δὲ Φοίνικες ἐπεκράτησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος, καὶ μετὰ τούτων Ῥωμαίοις ἐπολέμουν· καταλυθέντων δὲ ἐκείνων, πάνθ' ὑπὸ Ῥωμαίοις ὑπῆρξε. Τέτταρα δ' ἐστὶ τῶν ὀρείων ἔθνη, Πάρατοι, Σοσσινάτοι, Βάλαροι, Ἀκώνιτες, ἐν σπηλαίοις οἰκοῦντες, εἰ δέ τινα ἔχουσι γῆν σπόριμον, οὐδὲ ταύτην ἐπιμελῶς σπείροντες, ἀλλὰ τὰς τῶν ἐργαζομένων καθαρπάζοντες, τοῦτο μὲν τῶν αὐτόθι, τοῦτο δ' ἐπιπλέοντες τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ, Πισάταις μάλιστα. οἱ δὲ πεμπόμενοι στρατηγοὶ τὰ μὲν ἀντέχουσι, πρὸς ἃ δ' ἀπαυδῶσιν, ἐπειδὰν μὴ λυσιτελῇ τρέφειν συνεχῶς ἐν τόποις νοσεροῖς στρατόπεδον. λείπεται δὲ στρατηγεῖν τέχνας τινάς· καὶ δὴ τηρήσαντες ἔθος τι τῶν βαρβάρων (πανηγυρίζουσι γὰρ ἐπὶ πλείους ἡμέρας ἀπὸ τῆς λεηλασίας), ἐπιτίθενται τότε καὶ χειροῦνται πολλούς. γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντ' ἐρέας κριοί, καλούμενοι δὲ μούσμωνες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. χρῶνται δὲ πέλτῃ καὶ ξιφιδίῳ.

8. Ἀπὸ πάσης δὲ τῆς μεταξὺ Ποπλωνίου καὶ Πίσης ἱκανῶς αἱ νῆσοι κατοπτεύονται· ἐπιμήκεις δ' εἰσὶ καὶ παράλληλοι σχεδὸν αἱ τρεῖς, ἐπὶ νότον καὶ Λιβύην τετραμμέναι· πολὺ μέντοι τῷ μεγέθει λείπεται τῶν ἄλλων ἡ Αἰθαλία. ἀπό τε τῆς Λιβύης τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά φησιν ὁ χωρογράφος εἰς τὴν Σαρδὼ μίλια τριακόσια. μετὰ δὲ τὸ Ποπλώνιον Κόσσαι πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλός, ἐφ' οὗ τὸ κτίσμα· ὑπόκειται δ' Ἡρακλέους λιμὴν καὶ πλησίον λιμνοθάλαττα καὶ παρὰ τὴν ἄκραν τὴν ὑπὲρ τοῦ κόλπου θυννοσκοπεῖον. ἀκολουθεῖ γὰρ ὁ θύννος οὐ τῇ βαλάνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ πορφύρᾳ παρὰ γῆν, ἀρξάμε-

adorti, magnum mancipiorum numerum ceperunt, videre Romæ cum admiratione licet, quantum in eis feritatis ac indolis plane sit belluinæ : nam aut vitam fugiunt, aut impatientia ac stupiditate dominos obtundunt, ut impensæ pœniteat etiam si quis minimo emerit. Quædam tamen insulæ partes habitari possunt; inque iis oppida inveniuntur, Blesino, Charax, Eniconiæ, et Vapanes. Longitudinem insulæ tradit regionum descriptor passuum millia centum et sexaginta, latitudinem septuaginta : Sardiniæ autem longitudinem ducenta et viginti, latitudinem duodecentum. Secundum alios circumferentia Corsicæ est stadiorum ter mille et ducentorum, Sardiniæ quater mille. Sardiniæ [*quæ Græcis est* Sardo] magna pars aspera est et parum pacata : sed magna etiam beatam rerum copiam, præcipue frumenti profert. Urbes habet plures, quarum præcipuæ Carali [*codex opt.* Calaris] et Sulchi. Bonitati soli oppositum est vitium, quod per æstatem insula morbosa est, idque ibi præcipue, ubi feracissima est. Eandem insulæ partem etiam frequenter populantur montani Diagesbenses [*edd.* Diagebres], quondam Iolaenses dicti : Iolaus enim fertur eo adduxisse quosdam filiorum Herculis, et inter barbaros (erant autem Tyrrheni) ejus insulæ cultores habitasse. Postea Pœni Carthaginienses insulam obtinuerunt, adjutique ab incolis bella contra Romanos gesserunt. Carthaginiensibus domitis omnia in potestatem Romanorum venerunt. Quattuor sunt montanæ gentes, Parati [*unus cod.* Tarati], Sossinati, Balari, Aconites, in speluncis habitantes; et quanquam agrum habent sementi aptum, tamen negligenter eum colunt, aliorumque opera partim in ipsa insula diripiunt, partim in continentem navigantes, Pisanos [*græce* Pisatas] inprimis latrociniis petunt. Romanorum præfecti in insulam missi interdum illis resistunt, interdum autem eorum deprædationes negligunt, quando conducere non videtur exercitum perpetuum in locis alere morbosis. Id solum relinquitur ut cum astutia rem gerant. Observant enim id tempus, quo barbarorum more post prædam coactam aliquot dies festos ducunt, ac tum eos per insidias adorti, multos in suam potestatem redigunt. Nascuntur ibi arietes qui lanæ loco pilum ferunt caprinum, et vocantur musmones, quorum pellibus thoracum loco utuntur. Peltam præterea gestant et pugionem.

8. A tota quæ Populonium et Pisas interjacet regione satis conspici possunt insulæ. Sunt autem omnes tres oblongæ ac pæne parallelis inclusæ lineis, meridiei et Africæ obversæ; longe autem reliquis minor est Æthalia. Jam ab Africa in Sardiniam brevissimum trajectum regionum descriptor tradit esse passuum millia trecenta [ducenta?]. Post Populonium Cossæ urbs est paulum supra mare, sita in sublimi colle, qui in sinu jacet; infra urbem Herculis portus est, et proxime lacus marinus, et ad promontorium quod sinui imminet, specula ad captandos thynnos comparata. Non enim glandes tantum sectatur thynnus, sed et purpuram

νος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης μέχρι καὶ Σικελίας. ἀπὸ δὲ τῶν Κοσσῶν εἰς Ὠστίαν παραπλέουσι πολίχνιά ἐστι Γραουίσκοι καὶ Πύργοι καὶ Ἄλσιον καὶ Φρεγήνα. εἰς μὲν δὴ Γραουίσκους στάδιοι τριακόσιοι, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τόπος ἐστὶ καλούμενος Ῥηγισούιλλα· ἱστόρηται δὲ γενέσθαι τοῦτο βασίλειον Μάλεω τοῦ Πελασγοῦ, ὅν φασι δυναστεύσαντα ἐν τοῖς τόποις μετὰ τῶν συνοίκων Πελασγῶν ἀπελθεῖν ἐνθένδε εἰς Ἀθήνας· τούτου δ' εἰσὶ τοῦ φύλου καὶ οἱ τὴν Ἄγυλλαν κατεσχηκότες. ἀπὸ δὲ Γραουίσκων εἰς Πύργους μικρὸν ἐλάττους τῶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, ἔστι δ' ἐπίνειον τῶν Καιρετανῶν ἀπὸ τριάκοντα σταδίων. ἔχει δὲ Εἰληθυίας ἱερόν, Πελασγῶν ἵδρυμα, πλούσιόν ποτε γενόμενον· ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν τύραννος κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ Κύρνον. ἀπὸ δὲ τῶν Πύργων εἰς Ὠστίαν διακόσιοι ἑξήκοντα· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τὸ Ἄλσιον καὶ ἡ Φρεγήνα. περὶ μὲν τῆς παραλίας τῆς Τυρρηνικῆς ταῦτα.

9. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ πόλεις πρὸς ταῖς εἰρημέναις Ἀρρήτιόν τε καὶ Περουσία καὶ Οὐολσίνιοι καὶ Σούτριον· πρὸς δὲ ταύταις πολίχναι συχναί, Βλήρα τε καὶ Φερεντῖνον καὶ Φαλέριοι καὶ Φαλίσκον καὶ Νεπίτα καὶ Στατωνία καὶ ἄλλαι πλείους, αἱ μὲν ἐξ ἀρχῆς συνεστῶσαι, τινὲς δὲ τῶν Ῥωμαίων οἰκισάντων ἢ ταπεινωσάντων, καθάπερ τοὺς Οὐηίους πολεμήσαντας πολλάκις καὶ τὰς Φιδήνας. ἔνιοι δ' οὐ Τυρρηνούς φασι τοὺς Φαλερίους, ἀλλὰ Φαλίσκους, ἴδιον ἔθνος· τινὲς δὲ καὶ τοὺς Φαλίσκους πόλιν ἰδιόγλωσσον· οἱ δὲ Αἰκουουμφαλίσκον λέγουσιν ἐπὶ τῇ Φλαμινίᾳ ὁδῷ κείμενον μεταξὺ Ὀκρίκλων καὶ Ῥώμης. ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστίν, ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἧς τέμενός ἐστιν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιίαν ἔχον· γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακιὰν καὶ σποδιὰν μεγάλην οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς καὶ συνέρχεται πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τῆς τε πανηγύρεως χάριν, ἣ συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τῆς λεχθείσης θέας. μάλιστα δ' ἐστὶν ἐν μεσογαίᾳ τὸ Ἀρρήτιον πρὸς τοῖς ὄρεσιν. ἀπέχει γοῦν τῆς Ῥώμης χιλίους καὶ διακοσίους σταδίους, τὸ δὲ Κλούσιον ὀκτακοσίους· ἐγγὺς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἡ Περουσία. προσλαμβάνουσι δὲ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας καὶ λίμναι, μεγάλαι τε καὶ πολλαὶ οὖσαι· καὶ γὰρ πλέονται καὶ τρέφουσιν ὄψον πολὺ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ λιμναῖα· τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην, οὓς ἐκδιδόασιν αἱ λίμναι μέχρι τοῦ Τιβέρεως· ὧν ἐστιν ἥ τε Κιμινία καὶ ἡ περὶ Οὐολσινίους καὶ ἡ περὶ Κλούσιον καὶ ἡ ἐγγυτάτω τῆς Ῥώμης καὶ τῆς θαλάττης Σαβάτα· ἀπωτάτω δὲ καὶ (ἡ) πρὸς Ἀρρητίῳ ἡ Τρασουμέννα, καθ' ἣν αἱ ἐκ τῆς Κελτικῆς εἰς τὴν Τυρρηνίαν εἰσβολαὶ στρατοπέδοις, αἷσπερ καὶ Ἀννίβας ἐχρήσατο, δυεῖν οὐσῶν, ταύτης τε καὶ τῆς ἐπ' Ἀριμίνου διὰ τῆς Ὀμβρικῆς. βελτίων μὲν οὖν ἡ ἐπ' Ἀριμίνου· ταπεινοῦται γὰρ ἐνταῦθα ἱκανῶς τὰ ὄρη· φρουρουμένων δὲ τῶν παρόδων τούτων ἐπιμελῶς, ἠναγκάσθη τὴν χαλεπωτέ-

prope terram, ab extero mari usque ad Siciliam. A Cossa navigantibus versus Ostiam, oppida occurrunt Graviscæ [*codd. fere* Traviciscion], Pyrgi, Alsium [*codd.* Aleion], Fregenæ [*codd.* Phregenia] : distant Gravisci stadiis trecentis a Cossa. Inter hæc media Regis villa [*codd.* Rigesuilla], quam narrant olim fuisse regiam Malei Pelasgi, qui quum ibi cum accolentibus Pelasgis habitasset, inde Athenas migraverit. Ejusdem gentis sunt etiam qui Agyllam tenuerunt. A Graviscis [*codd.* Traviscis] ad Pyrgos stadia sunt paulo minus centum et octoginta; ab his ad triginta [*al. codd.* quinquaginta] stadia abest Cæretanorum navale, quod habet Lucinæ fanum a Pelasgis conditum, locuples quondam; sed spoliatum est a Dionysio Siciliæ tyranno in Corsicam navigante. A Pyrgis ad Ostiam stadia sunt ducenta et sexaginta : interjacent Alsium [*codd.* Aleion] et Fregenæ. Tantum de ora Tyrrhena maritima.

9. At in mediterraneis præter jam dictas urbes sunt Arretium, (sive Aretium), Perusia, Volsinium [*sic unus cod., ceteri* Volsinii], Sutrium; tum crebra oppida, Blera, Ferentinum, Falerii, Falisca [*græce* Phaliscon], Nepita [Nepeta?], Statonia, et alia plura, partim antiqua, partim ab Romanis condita; nonnulla etiam ab iis oppressa fuerunt : quod Veiis [*cod.* Viciis, *alii aliter corrupti*] et Fidenis post sæpius iterata bella *evenit. Sunt qui Falerios* negent esse Tyrrhenos, sed esse Faliscos, peculiarem gentem; alii, Faliscos esse urbem peculiari lingua utentem; rursus alii dicunt esse Æquum Faliscum [*codd.* Œacusymphaliscon] in via Flaminia inter Ocriculos [*græce* Ocriclos; *codd.* Ocheclos] et Romam situm. Sub monte Soracte [*codd.* Saracto] urbs est Feronia, communi indigenæ cujusdam deæ vocabulo, quam vicini studiose venerantur : estque ibi lucus Feroniæ, in quo sacrificium perpetratur mirabile. Correpti enim ejus numinis afflatu homines nudis pedibus prunarum et cinerum ardentium struem illæsi perambulant, atque eo turba hominum quum solennis conventus, qui quotannis celebratur, tum spectaculi ejus causa confluit. Maxime in mediterranea recedit Arretium, montibus vicinum; abest a Roma stadiis mille et ducentis, Clusium autem octingentis. Prope hæc loca est etiam Perusia. Ad ubertatem soli conducunt etiam lacus, magni ac multi; quippe et navigantur, et multum piscium ac palustrium avium producunt, tum typhorum, papyri et paniculæ lucernariæ copia fluminibus Romam devehitur, quos lacus isti in Tiberim emittunt. Talis est Ciminius lacus, et qui est apud Volsinios, et alius apud Clusium, et proxime Romam ac mare Sabata. Longissime autem remotus et jam Arretio propinquior Trasimenus [*græce* Trasumenna; *codd.* Pasumenna] est lacus, juxta quem e Gallia in Etruriam aditus exercitibus patet, quo et Annibal usus est. Sunt enim duo aditus, hic, et alter per Umbriam juxta Ariminum : commodior tamen illo is est per Ariminum, montibus ibi satis humilibus. Sed quum is accurata custodia teneretur,

ραν ἑλέσθαι, καὶ ἐκράτησεν ὅμως νικήσας μάχας μεγάλας Φλαμίνιον. πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία κατὰ τὴν Τυρρηνίαν, τῷ [τε] πλησίον εἶναι τῆς Ῥώμης, οὐχ ἧττον (δ') εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαΐαις, ἃ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα.

10. Τῇ δὲ Τυρρηνίᾳ παραβέβληται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος ἡ Ὀμβρική, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν Ἀπεννίνων λαβοῦσα, καὶ ἔτι περαιτέρω μέχρι τοῦ Ἀδρίου. ἀπὸ γὰρ δὴ Ῥαουέννης ἀρξάμενοι κατέχουσιν οὗτοι τὸ πλησίον καὶ ἐφεξῆς Σάρσιναν, Ἀρίμινον, Σήναν, (καὶ Μάρινον). αὐτοῦ δ' ἐστὶ καὶ ὁ Αἶσις ποταμὸς καὶ τὸ Κιγγοῦλον ὄρος καὶ Σεντῖνον καὶ Μέταυρος ποταμὸς καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Τύχης. περὶ γὰρ τούτους τοὺς τόπους εἰσὶ τὰ ὅρια τῆς Ἰταλίας τῆς πρότερον καὶ τῆς Κελτικῆς κατὰ τὸ πρὸς τῇ θαλάττῃ ταύτῃ μέρος, καίπερ μετατιθέντων πολλάκις τῶν ἡγεμόνων. πρότερον μέν γε τὸν Αἶσιν ἐποιοῦντο ὅριον, πάλιν δὲ τὸν Ῥουβίκωνα ποταμόν. ἔστι δ' ὁ μὲν Αἶσις μεταξὺ Ἀγκῶνος καὶ Σήνας, ὁ δὲ Ῥουβίκων μεταξὺ Ἀριμίνου καὶ Ῥαουέννης, ἄμφω δ' ἐκπίπτουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν. νυνὶ δὲ, συμπάσης τῆς μέχρι Ἄλπεων ἀποδειχθείσης Ἰταλίας, τούτους μὲν τοὺς ὅρους ἐᾶν δεῖ· τὴν δ' Ὀμβρικὴν καθ' [ἑαυτ]ὴν οὐδὲν ἧττον μέχρι καὶ Ῥαουέννης ὁμολογοῦσιν ἅπαντες διατείνειν· οἰκεῖται γὰρ ὑπὸ τούτων. εἰς μὲν δὴ Ἀρίμινον ἐνθένδε περὶ τριακοσίους φασίν, ἐκ δὲ Ἀριμίνου τὴν ἐπὶ Ῥώμης ἰόντι κατὰ τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν διὰ τῆς Ὀμβρικῆς ἅπασα ἡ ὁδός ἐστι μέχρι Ὀκρίκλων καὶ τοῦ Τιβέρεως σταδίων πεντήκοντα καὶ τριακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. τοῦτο μὲν δὴ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλόν ἐστι. πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἄξιαι λόγου κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν οἵ τε Ὀκρίκλοι πρὸς τῷ Τιβέρει † καὶ λαρολονι καὶ Ναρνία, δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νὰρ ποταμός, συμβάλλων τῷ Τιβέρει μικρὸν ὑπὲρ Ὀκρίκλων, πλωτὸς οὐ μεγάλοις σκάφεσιν· εἶτα Κάρσουλοι καὶ Μηουανία, παρ' ἣν ῥεῖ ὁ Τενέας, καὶ οὗτος ἐλάττοσι σκάφεσι κατάγων ἐπὶ τὸν Τίβεριν τὰ ἐκ τοῦ πεδίου. καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶ κατοικίαι διὰ τὴν ὁδὸν πληθυνόμεναι μᾶλλον ἢ διὰ πολιτικὸν σύστημα, Φόρον Φλαμίνιον καὶ Νουκερία, ἡ τὰ ξύλινα ἀγγεῖα ἐργαζομένη, καὶ Φόρον Σεμπρώνιον. ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς ὁδοῦ βαδίζοντι ἐκ τῶν Ὀκρίκλων εἰς Ἀρίμινον Ἰντέραμνά ἐστι καὶ Σπολήτιον καὶ Ἀσίσιον καὶ Καμέρτης, ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁρίζουσι τὴν Πικεντίνην ὄρεσι. κατὰ δὲ θάτερα μέρη Ἀμερία τε καὶ Τοῦδερ, εὐερκὴς πόλις, καὶ Εἰσπέλλον καὶ Ἰγούιον, πλησίον τοῦτο ἤδη τῶν ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους. ἅπασα δ' εὐδαίμων ἡ χώρα, μικρῷ δ' ὀρειοτέρα, ζειᾷ μᾶλλον ἢ πυρῷ τοὺς ἀνθρώπους τρέφουσα· ὀρεινὴ δὲ καὶ ἡ Σαβίνη ἐφεξῆς οὖσα ταύτῃ, παραβεβλημένη τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ αὕτη τῇ Τυρρηνικῇ· καὶ τῆς Λατίνης δὲ ὅσα πλησιάζει τούτοις τε καὶ τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι τραχύτερά ἐστιν. ἄρχεται μὲν οὖν τὰ δύο ἔθνη ταῦτα ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως καὶ τῆς Τυρρηνίας, ἐκτείνεται δὲ ἐπὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ λοξὰ παρεμβάλλοντα, ἡ δὲ Ὀμβρικὴ καὶ παραλλάττουσα, ὡς εἴ-

difficiliorem coactus est petere: atque obtinuit, victo magnis pugnis Flaminio. Abundat etiam calidarum fontibus aquarum Etruria, cujus thermæ ob vicinam Romam non minus quam famosissimæ illæ omnium maxime Baiæ frequentantur.

10. Etruriæ, qua ortum solis spectat, Umbria adjacet, incipiens ab Apennino, atque adeo trans eos montes, ad Adriaticum usque mare porrigens. A Ravenna enim Umbri incipientes tenent eidem urbi propinqua loca, ac deinceps Sarsinam, Ariminum, Senam [et Marinum]. Ibi est et Æsis fluvius, Cingulum [*codd.* Gingunum] mons, Sentinum, Metaurus fluvius et Fanum Fortunæ. Circa hæc loca finis est antiquæ Italiæ et Galliæ ad hujus maris partes: quanquam is terminus sæpe est a magistratibus mutatus. Primum enim Æsin fluvium terminum esse voluerunt, deinde Rubiconem. Æsis inter Anconam est et Senam [*codd.* Seliam, *al.* Senogalliam], Rubico inter Ariminum et Ravennam: ambo in Adriaticum mare effluunt. Ac nostra quidem ætate, quum quidquid regionis usque ad Alpes est, Italiæ nomine censeatur, limites istos valere jubemus: nihilominus ipsam per se Umbriam usque ad Ravennam protendi in confesso apud omnes est: ab his enim incolitur. Hinc ergo ad Ariminum stadia ferunt trecenta: ab Arimino autem Romam via Flaminia per Umbrium usque ad Ocriculum et Tiberim, iter est stadiorum mille trecentorum et quinquaginta. Hæc est longitudo: latitudo autem inæqualis est. Urbes intra Apenninum in Flaminia via memorabiles sunt, Ocriculum [*græce* Ocricli] ad Tiberim, Larolum [?] et Narnia [*codd.* Narna], per quam fluit Nar fluvius, qui paulum supra Ocriculum in Tiberim exit, navigabilis lembis non magnis: tum Carsuli, Mevania, quam alluit Teneas, qui et ipse parvis navigiis merces a campestribus in Tiberim devehit. Sunt et alia oppida magis itineris causa frequentata, quam civilem ob constitutionem: Forum Flaminium, Nuceria, ubi lignea conficiuntur vasa, Forum Sempronium. In itinere autem illo ab Ocriculo Ariminum versus ad dextram Interamna jacent, Spoletum [*græce* Spoletium], Asisium [*codd.* Æsium], Camertes in ipsis montibus qui Picenum distinguunt. Et in altera parte Ameria et Tuder, bene munita urbs, et Ispellum, et Iguvium [*codd.* Ituron], quorum hoc jam prope cacumina montis est. Tota ea felix est regio, aliquantum tamen montosior, zea magis quam tritico homines alit. Montosa etiam Sabinorum regio, huic contigua, juxtaque Umbriam porrecta, eodem modo quo hæc juxta Etruriam. Etiam Latii partes Sabinis et Apenninis montibus vicinæ, asperiores sunt. Hæ igitur duæ [*codd.* decem] gentes incipiunt a Tiberi et Etruria, et extenduntur in Apenninos montes, qui Adriam obliqua directione quasi comitantur: Umbria au-

ρηται, μέχρι τῆς θαλάττης. περὶ μὲν οὖν τῶν Ὀμβρικῶν εἴρηται.

ΚΕΦ. Γ'.

Σαβῖνοι δὲ στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν καὶ χιλίων σταδίων ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως καὶ Νωμέντου πολίχνης μέχρις Οὐηστίνων. πόλεις δ' ἔχουσιν ὀλίγας καὶ τεταπεινωμένας διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, Ἀμίτερνον καὶ Ῥεάτε, ᾧ πλησιάζει κώμη Ἰντεροκρέα καὶ τὰ ἐν Κωτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύονται νόσους. Σαβίνων δ' εἰσὶ καὶ οἱ Φόρουλοι, πέτραι πρὸς ἀπόστασιν μᾶλλον ἢ κατοικίαν εὐφυεῖς. Κύρης δὲ νῦν μὲν κωμίον ἐστίν, ἦν δὲ πόλις ἐπίσημος, ἐξ ἧς ὥρμηντο οἱ τῆς Ῥώμης βασιλεύσαντες, Τίτος Τάτιος καὶ Νουμᾶς Πομπίλιος· ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κυρίτας ὀνομάζουσιν οἱ δημηγοροῦντες τοὺς Ῥωμαίους. Τρήβουλά τε καὶ Ἠρητὸν καὶ ἄλλαι κατοικίαι τοιαῦται κῶμαι μᾶλλον ἢ πόλεις ἐξετάζοιντ' ἄν. ἅπασα δ' αὐτῶν ἡ γῆ διαφερόντως ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ ἀμπελόφυτος, βάλανόν τε ἐκφέρει πολλήν. σπουδαία δὲ καὶ βοσκήμασι τοῖς τε ἄλλοις, καὶ δὴ τὸ τῶν ἡμιόνων γένος τῶν Ῥεατίνων διωνόμασται θαυμαστῶς. ὡς δ' εἰπεῖν, ἅπασα ἡ Ἰταλία θρεμμάτων τε ἀρίστη τροφὸς καὶ καρπῶν ἐστιν, ἄλλα δ' εἴδη κατὰ ἄλλα μέρη τῶν πρωτείων τυγχάνει. ἔστι δὲ καὶ παλαιότατον γένος οἱ Σαβῖνοι καὶ (οἱ) αὐτόχθονες· τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοί τε καὶ Σαυνῖται, τούτων δὲ Λευκανοί, τούτων δὲ Βρέττιοι. † τὴν δ' ἀρχαιότητα τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἀφ' ἧς ἀντέσχον μέχρι πρὸς τὸν παρόντα χρόνον. φησὶ δ' ὁ συγγραφεὺς Φάβιος Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τοῦ πλούτου τότε πρῶτον, ὅτε τοῦ ἔθνους τούτου κατέστησαν κύριοι. ἔστρωται δὲ δι' αὐτῶν ἥ (τε) Σαλαρία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα, εἰς ἣν καὶ ἡ Νωμεντανὴ συμπίπτει κατὰ Ἠρητόν, τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως κειμένην, ἀπὸ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλίνης.

2. Ἑξῆς δ' ἡ Λατίνη κεῖται, ἐν ᾗ καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις, πολλὰς συνειληφυῖα καὶ τῆς μὴ Λατίνης πρότερον. Αἶκοι γὰρ καὶ Οὐόλσκοι καὶ Ἕρνικοι Ἀβοριγῖνές τε οἱ περὶ αὐτὴν τὴν Ῥώμην καὶ Ῥουτοῦλοι οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀρδέαν ἔχοντες καὶ ἄλλα συστήματα μείζω καὶ ἐλάττω τὰ περιοικοῦντα τοὺς τότε Ῥωμαίους ὑπῆρξαν, ἡνίκα πρῶτον ἔκτιστο ἡ πόλις· ὧν ἔνια κατὰ κώμας αὐτονομεῖσθαι συνέβαινεν, ὑπ' οὐδενὶ κοινῷ φύλῳ τεταγμένα. φασὶ δὲ Αἰνείαν μετὰ τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου κατάραντας εἰς Λαύρεντον τῆς πλησίον τῶν Ὠστίων καὶ τοῦ Τιβέρεως ᾐόνος, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅσον ἐν τέτταρσι καὶ εἴκοσι σταδίοις, κτίσαι πόλιν. ἐπελθόντα δὲ Λατῖνον τὸν τῶν Ἀβοριγίνων βασιλέα, τῶν οἰκούντων τὸν τόπον τοῦτον, ὅπου νῦν ἡ Ῥώμη ἐστί, συμμάχοις

tem etiam ultra hos montes ad mare usque porrigitur, ut docuimus. Ac de Umbris quidem dictum satis.

CAP. III.

Sabini angustam incolunt regionem, in longum ad mille stadia porrectam, a Tiberi et Nomento oppido usque ad Vestinos. Urbes habent paucas easque continentibus bellis attritas, Amiternum, Reate, cui vicinum est oppidum Interocrea, et aquæ frigidæ ad Cotilias [*codd.* Cotiscolias], quas bibunt, et iis insidentes morbis medentur. Sunt et Foruli Sabinorum, saxa ad rebellionem quam habitationem aptiora. Cures nunc viculus est, quondam urbs illustris; ex qua orti sunt Titus Tatius, et Numa Pompilius Romæ regno potiti : unde oratores populum Romanum affantes, Quirites eum appellant. Præterea Trebula [*codd.* Trebura], Eretum, [*al. codd.* Eraton, Creton,] et alia id genus domicilia, pagis potius quam urbibus annumeranda sunt. Tota Sabinorum regio egregie ferax est olearum ac vitium, multumque fert glandis, ac pecori producendo opportuna est, præsertim vero Reatini muli laudantur mirum in modum. Ut autem uno dicam verbo, tota Italia et pecore alendo et frugibus gignendis præstat : alia tamen aliis in locis primam merentur laudem. Antiquissima gens est Sabinorum, et sunt indigenæ; horum coloni sunt Picentini et Samnitæ [*græce* Saunitæ]; horum autem ab his Lucani [*gr.* Leucani], horum denique Brutii [*gr.* Bretii]. Vetustatem eorum licet comprobare fortitudine ac virtute eorum, qua freti ad hoc usque tempus perdurarunt. Fabius historiæ scriptor inquit, tunc demum Romanos sensisse divitias, quum eam gentem sibi subjecissent. Strata est per Sabinos via Salaria non longa, in quam Nomentana incidit apud Eretum, Sabinorum vicum supra Tiberin sita, ab eadem (Romæ) porta incipiens Collina.

2. Sabinos Latium [*gr.* Latine] subsequitur, in quo Roma sita est. Complectitur autem multa olim Latinis non ascripta : Æqui enim, Volsci [*codd.* Uaocli], Hernici, et circa ipsam Romam Aborigines, et qui vetustam habuerunt Ardeam [*codd.* Arbennam] Rutuli, aliæque majores minoresque civitates quondam circa Romam habitaverunt, quum primum urbs conderetur : et quidam libere per pagos habitabant, nulli communi subjecti genti. Fama est Æneam cum patre Anchisa et filio Ascanio Laurentum [*codd. opt.* Lauron] appulisse, prope Ostiam et Tiberis ripam ad viginti quattuor stadia supra mare urbem condidisse : supervenisse deinde Latinum regem Aboriginum, qui tum ea loca tenebant, ubi nunc est Roma, et Æneæ auxilio u um

χρήσασθαι τοῖς περὶ τὸν Αἰνείαν ἐπὶ τοὺς γειτονεύοντας Ῥουτούλους τοὺς Ἀρδέαν κατέχοντας (στάδιοι δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς Ἀρδέας εἰς τὴν Ῥώμην ἑκατὸν ἑξήκοντα), νικήσαντα δ' ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Λαουινίας ἐπώνυμον κτίσαι πλησίον πόλιν. πάλιν δὲ τῶν Ῥουτούλων συμβαλόντων εἰς μάχην, τὸν μὲν Λατῖνον πεσεῖν, τὸν δὲ Αἰνείαν νικήσαντα βασιλεῦσαι καὶ Λατίνους καλέσαι τοὺς ὑφ' αὑτῷ. καὶ τούτου δὲ τελευτήσαντος καὶ τοῦ πατρός, τὸν Ἀσκάνιον Ἄλβαν κτίσαι ἐν τῷ Ἀλβάνῳ ὄρει, διέχοντι τῆς Ῥώμης τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ Ἀρδέα. ἐνταῦθα Ῥωμαῖοι σὺν τοῖς Λατίνοις Διὶ θύουσιν, ἅπασα ἡ συναρχία ἀθροισθεῖσα· τῇ πόλει δ' ἐφιστᾶσιν ἄρχοντα πρὸς τὸν τῆς θυσίας χρόνον τῶν γνωρίμων τινὰ νέων. ὕστερον δὲ τετρακοσίοις ἔτεσιν ἱστορεῖται τὰ περὶ Ἀμόλλιον καὶ τὸν ἀδελφὸν Νουμίτορα, τὰ μὲν μυθώδη, τὰ δ' ἐγγυτέρω πίστεως. διεδέξαντο μὲν γὰρ τὴν τῆς Ἄλβας ἀρχὴν ἀμφότεροι παρὰ τῶν ἀπογόνων τοῦ Ἀσκανίου, διατείνουσαν μέχρι τοῦ Τιβέρεως· παραγκωνισάμενος δ' ὁ νεώτερος τὸν πρεσβύτερον ἦρχεν ὁ Ἀμόλλιος, υἱοῦ δ' ὄντος καὶ θυγατρὸς τῷ Νουμίτορι, τὸν μὲν ἐν κυνηγίᾳ δολοφονεῖ, τὴν δέ, ἵνα ἄτεκνος διαμείνῃ, τῆς Ἑστίας ἱέρειαν κατέστησε, παρθενείας χάριν· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ῥέαν Σιλουίαν. εἶτα φθορὰν φωράσας, διδύμων αὐτῇ παίδων γενομένων, τὴν μὲν εἶρξεν ἀντὶ τοῦ κτείνειν, χαριζόμενος τἀδελφῷ· τοὺς δ' ἐξέθηκε πρὸς τὸν Τίβεριν κατά τι πάτριον. μυθεύονται μὲν οὖν ἐξ Ἄρεως γενέσθαι τοὺς παῖδας, ἐκτεθέντας δ' ὑπὸ λυκαίνης ὁραθῆναι σκυλακευομένους. Φαυστύλον δέ τινα τῶν περὶ τὸν τόπον συφορβῶν ἀνελόμενον ἐκθρέψαι (δεῖ δ' ὑπολαβεῖν τῶν δυνατῶν τινα, ὑπηκόων δὲ τῷ Ἀμολλίῳ, λαβόντα ἐκθρέψαι), καλέσαι δὲ τὸν μὲν Ῥωμύλον, τὸν δὲ Ῥέμον. ἀνδρωθέντας δ' ἐπιθέσθαι τῷ Ἀμολλίῳ καὶ τοῖς παισί· καταλυθέντων δ' ἐκείνων καὶ τῆς ἀρχῆς εἰς τὸν Νουμίτορα περιστάσης, ἀπελθόντας οἴκαδε κτίσαι τὴν Ῥώμην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείοις. οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν πέριξ ὅση πόλει πρόσφορος, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώπους τοὺς συνοικήσοντας· οἱ γὰρ ὄντες ᾤκουν καθ' αὑτούς, συνάπτοντές πως τοῖς τείχεσι τῆς κτιζομένης πόλεως, οὐδὲ τοῖς Ἀλβανοῖς πάνυ προσέχοντες. Κολλατία δ' ἦν καὶ Ἀντέμναι καὶ Φιδῆναι καὶ Λαβικὸν καὶ ἄλλα τοιαῦτα τότε μὲν πολίχνια, νῦν δὲ κῶμαι, κτήσεις ἰδιωτῶν, ἀπὸ τριάκοντα ἢ (τεσσαράκοντα) μικρῷ πλειόνων τῆς Ῥώμης σταδίων. μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων τῆς Ῥώμης καλεῖται τόπος Φῆστοι· τοῦτον δ' ὅριον ἀποφαίνουσι τῆς τότε Ῥωμαίων γῆς, οἵ θ' ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πλείοσιν ὡς ὁρίοις αὐθημερόν, ἣν καλοῦσιν Ἀμβαρουίαν. γενομένης δ' οὖν στάσεώς φασι κατὰ τὴν κτίσιν ἀναιρεθῆναι τὸν Ῥέμον. μετὰ δὲ τὴν κτίσιν ἀνθρώπους σύγκλυδας ὁ Ῥωμύλος ἤθροιζεν, ἀποδείξας ἄσυλόν τι τέμενος μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπετωλίου, τοὺς δ' ἐκεῖ καταφεύγοντας τῶν ἀστυγει-

contra vicinos Rutulos, qui Ardeam habitabant, (stadia sunt ab Ardea Romam centum et sexaginta), partaque victoria (Lavinium) urbem Laviniæ filiæ suæ cognominem in propinquo posuisse. Post hæc, Rutulis acie rursum congressis, Latinum cecidisse, Æneam victorem regno potitum, subditis suis Latinorum nomen fecisse. Ænea porro Anchisaque mortuis, Ascanium Albam condidisse in Albano monte, qui tanto a Roma quanto Ardea abest spatio: ibi totius regni cœtu coacto, Romani cum Latinis Jovi sacrificant: urbique ad earum tempus feriarum cum imperio præficitur celebrium aliquis juvenum. Quadringentis post annis Amulii et Numitoris fratrum res gesta est, quæ partim fabulis involvitur, partim a vero non multum esse videtur aliena. Ad hos enim ab Ascanii posteris Albæ regnum, quod ad Tiberim usque porrigebatur, per successionem delatum fuit. Sed junior fratrum Amulius, altero detruso, regnum obtinuit, quum Numitori filius esset et filia: filium ille in venatione per dolum occidit, et filiam, ut perpetuo custodienda virginitate spem prolis ei adimeret, sacerdotem Vestæ constituit; hanc Rheam Silviam nominant. Deinde quum corruptam deprehendisset, vita in gratiam fratris donatam inclusit; gemellos autem quos pepererat, morem quendam patrium secutus ad Tiberim exposuit. Hos Marte patre natos fabulantur, animadversumque esse eos a lupa catulorum loco ali: et Faustulum quendam subulcorum in iis locis sustulisse eos ac enutrivisse, (intelligendum autem est, potentem quendam Amulio subjectum id fecisse,) nomenque alteri Romulo, Remo [*codd.* Romo] alteri fecisse: hos, quum ad virilem ætatem pervenissent, Amulium et prolem ejus insidiis adortos sustulisse, ac regno Numitori restituto, domum eos rediisse, urbemque Romam condidisse, loco non tam delectu quam necessitate capto: nam neque munitus natura erat, neque solum habebat proprium et quod urbi sufficeret, neque homines qui id incolerent. Nam qui tum circa ea loca erant, quum Roma ædificaretur, ii prope mœnia pro se quique seorsum habitabant, neque Albanos admodum curabant. Erant Collatia, Antemnæ, Fidenæ, Lavicum, [*codd.* Labinon], aliaque id genus tunc oppida, nunc pagi, privatorum domicilia, triginta aut [quadraginta] paulo pluribus a Roma stadiis. Sane inter quintum et sextum a Roma lapidem miliarium locus est qui Festi vocatur: hunc tradunt eo tempore finem agri Romani fuisse, et hodieque ibi aliisque in locis pluribus tanquam finibus eodem die sacerdotes sacrificium peragunt, quod Ambarvalia [*codd.* Ambarvia] dicitur. Porro inter condendum aiunt contentione orta Remum [*codd. fere* Prenion] interfectum fuisse. Urbe condita Romulus homines convenas colligebat, aperto asylo in luco inter arcem et Capitolium, et qui eo de vi-

τόνων πολίτας ἀποφαίνων. ἐπιγαμίας δὲ τούτοις οὐ τυγχάνων ἐπηγγείλατο ἕνα ἀγῶνα ἱππικὸν τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν, τὸν καὶ νῦν ἐπιτελούμενον. συνελθόντων δὲ πολλῶν, πλείστων δὲ Σαβίνων, ἐκέλευσε τὰς παρθένους ἁρπάσαι τὰς ἀφιγμένας τοῖς δεομένοις γάμου· μετιὼν δὲ τὴν ὕβριν Τίτος Τάτιος δι' ὅπλων, ὁ βασιλεὺς τῶν Κυριτῶν, ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς καὶ πολιτείας συνέβη πρὸς τὸν Ῥωμύλον· δολοφονηθέντος δ' ἐν Λαουινίῳ τοῦ Τατίου, μόνος ἦρξεν ἑκόντων τῶν Κυριτῶν ὁ Ῥωμύλος. μετὰ δὲ τοῦτον διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Νουμᾶς Πομπίλιος, πολίτης τοῦ Τατίου, παρ' ἑκόντων λαβὼν τῶν ὑπηκόων. αὕτη μὲν οὖν ἡ μάλιστα πιστευομένη τῆς Ῥώμης κτίσις ἐστίν.

3. Ἄλλη δέ τις προτέρα καὶ μυθώδης, Ἀρκαδικὴν λέγουσα γενέσθαι τὴν ἀποικίαν ὑπ' Εὐάνδρου. τούτῳ δ' ἐπιξενωθῆναι τὸν Ἡρακλέα, ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου βοῦς· πυθόμενον δὲ τῆς μητρὸς Νικοστράτης τὸν Εὔανδρον (εἶναι δ' αὐτὴν μαντικῆς ἔμπειρον), ὅτι τῷ Ἡρακλεῖ πεπρωμένον ἦν τελέσαντι τοὺς ἄθλους θεῷ γενέσθαι, φράσαι τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα ταῦτα, καὶ τέμενος ἀναδεῖξαι καὶ θῦσαι θυσίαν Ἑλληνικήν, ἣν καὶ νῦν ἔτι φυλάττεσθαι τῷ Ἡρακλεῖ. καὶ ὅ γε Κοίλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεύς, τοῦτο τίθεται σημεῖον τοῦ Ἑλληνικὸν εἶναι κτίσμα τὴν Ῥώμην, τὸ παρ' αὐτῇ τὴν πάτριον θυσίαν Ἑλληνικὴν εἶναι τῷ Ἡρακλεῖ. καὶ τὴν μητέρα δὲ τοῦ Εὐάνδρου τιμῶσι Ῥωμαῖοι, μίαν τῶν νυμφῶν νομίσαντες, Καρμέντιν μετονομασθεῖσαν.

4. Οἱ δ' οὖν Λατῖνοι κατ' ἀρχὰς μὲν ἦσαν ὀλίγοι, καὶ οἱ πλείους οὐ προσεῖχον Ῥωμαίοις· ὕστερον δὲ καταπλαγέντες τὴν ἀρετὴν τοῦ τε Ῥωμύλου καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον βασιλέων ὑπήκοοι πάντες ὑπῆρξαν. καταλυθέντων δὲ τῶν τε Αἰκούων καὶ τῶν Οὐόλσκων καὶ Ἑρνίκων, ἔτι δὲ πρότερον Ῥουτούλων τε καὶ Ἀβοριγίνων, (πρὸς δὲ τούτοις Ῥαικῶν, καὶ Ἀργυρούσκων δέ τινες καὶ Πρεφέρνων,) ἡ τούτων χώρα Λατίνη προσηγόρευται πᾶσα. ἦν δὲ τῶν Οὐόλσκων τὸ Πωμεντῖνον πεδίον, ὅμορον τοῖς Λατίνοις, καὶ πόλις Ἀπίολα, ἣν κατέσκαψε Ταρκύνιος Πρίσκος. Αἴκουοι δὲ γειτονεύοντες μάλιστα τοῖς Κυρίταις, καὶ τούτων δ' ἐκεῖνος τὰς πόλεις ἐξεπόρθησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ τὴν Σούεσσαν εἷλε τὴν μητρόπολιν τῶν Οὐόλσκων. Ἕρνικοι δὲ πλησίον ᾤκουν τῷ τε Λανουίῳ καὶ τῇ Ἄλβᾳ καὶ αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ· οὐκ ἄποθεν δ' οὐδ' Ἀρικία. καὶ Τελλῆναι καὶ Ἄντιον. Ἀλβανοὶ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ὡμονόουν τοῖς Ῥωμαίοις, ὁμόγλωσσοί τε ὄντες καὶ Λατῖνοι, βασιλευόμενοι δ' ἑκάτεροι χωρὶς ἐτύγχανον· οὐδὲν δ' ἧττον ἐπιγαμίαι τε ἦσαν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἱερὰ κοινὰ τὰ ἐν Ἄλβᾳ καὶ ἄλλα δίκαια πολιτικά· ὕστερον δὲ πολέμου συστάντος ἡ μὲν Ἄλβα κατεσκάφη πλὴν τοῦ ἱεροῦ, οἱ δ' Ἀλβανοὶ πολῖται Ῥωμαίων ἐκρίθησαν. καὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν περιοικίδων πόλεων αἱ μὲν ἀνῃρέθησαν, αἱ δὲ ἐταπεινώθησαν ἀπειθοῦσαι, τινὲς δὲ καὶ ηὐξήθησαν διὰ τὴν εὔνοιαν. νυνὶ μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σινοέσσης ἀπὸ τῶν Ὠστίων Λατίνη καλεῖται, πρότερον δὲ

cinis confugissent, cives allegit. Quibus quum uxores non inveniret, equestre Neptuni certamen, quod etiamnum celebratur, indixit; quumque ad id multi mortales præcipue ex Sabinis convenissent, iis qui uxoribus indigerent raptum virginum mandavit: quam injuriam armis persequens Titus Tatius Quiritium rex, pactus cum Romulo regni et civitatis societatem ab armis discessit: et Tatio per insidias occiso Lavinii, solus Romulus imperium in Quirites volentes exercuit. Romulo successit Numa Pompilius, Tatii civis, oblato a subditis regno. Atque hæc de Romæ origine maxime credita est narratio.

3. Alia antiquior atque fabulosior fama Romam Arcadum coloniam esse ab Evandro deductam tradit: hujus usum hospitio Herculem, quum Geryonis boves ageret, et Evandrum, qui e matre sua Nicostrata, quæ vaticinandi perita erat, cognovisset Herculem confectis certaminibus fato in deorum numerum relatum iri, id Herculi indicasse, lucoque dicato sacrificium ei more Græco fecisse, quod eodem ritu hodieque servatur. Et Cœlius [*codd.* Cylius] rerum Romanarum scriptor eo argumento colligit, Romam a Græcis esse conditam, quod Romani Græco ritu antiquo instituto Herculi rem sacram faciunt. Matrem quoque Evandri venerantur Romani, quam nympharum unam esse credunt, Carmentam [*græce* Carmentin] postea denominatam.

4. Latini autem initio erant pauci, ac plerique Romanis non obtemperabant: successu tamen temporis, virtute Romuli et qui post eum regnavere perculsi, universi se subjecerunt. Domitis porro Æquis, Volscis, Hernicis, ac prius etiam Rutulis, Aboriginibusque, [tum præterea Rhæcis et Argyrusci quil usdam ac Prefernis (*verba insititia, quæ corriguntur*, Aricinis, Auruncis, Privernatibus)], omnis eorum ager Latium [*græce* Latine] appellatus fuit. Volscorum erat campus Pometiæ [*græce* Pomentinus], finitimus Latinis, ut et Apiolæ [*codd.* Epiola] urbs, quam Tarquinius Priscus delevit. Æqui maxime vicini erant Curetibus, quorum urbes idem vastavit. Filius ejus Suessam cepit Volscorum caput. Hernici Lanuvio [*codd.* Lavinio] erant ac Albæ propinqui, ipsique Romæ; nec procul inde Aricia [*codd.* Arcia], Tellenæ, et Antium. Albani initio cum Romanis consentiebant, ut qui eadem uterentur lingua, essentque Latini: itaque etsi suum utraque civitas seorsum habebat regem, tamen et mutua jungebant connubia, et Albæ communibus utebantur sacris aliaque jura civilia habebant communia. Postea temporis bello coorto, Alba, excepto templo, diruta est, et Albani civibus Romanis ascripti. Aliæ etiam urbes circa Romam sitæ partim deletæ sunt quum Romanis resisterent, partim depressæ; nonnullæ favore erga Romanos auctæ. Nunc quidem ora maritima, ab Ostia ad Sinuessam usque, Latium appellatur; quod olim tantum ad montem usque Circæum perti-

μέχρι τοῦ Κιρκαίου μόνον ἐσχήκει τὴν ἐπίδοσιν· καὶ τῆς μεσογαίας δὲ πρότερον μὲν οὐ πολλή, ὕστερον δὲ καὶ μέχρι Καμπανίας διέτεινε καὶ Σαυνιτῶν καὶ Πελίγνων καὶ ἄλλων τῶν τὸ Ἀπέννινον κατοικούντων.

5. Ἅπασα δ' ἐστὶν εὐδαίμων καὶ παμφόρος πλὴν ὀλίγων χωρίων τῶν κατὰ τὴν παραλίαν, ὅσα ἑλώδη καὶ νοσερά, οἷα τὰ τῶν Ἀρδεατῶν καὶ τὰ μεταξὺ Ἀντίου καὶ Λανουίου μέχρι Πωμεντίνου καί τινων τῆς Σητίνης χωρίων καὶ τῆς περὶ Ταρρακίναν καὶ τὸ Κιρκαῖον, ἢ εἴ τινα ὀρεινὰ καὶ πετρώδη· καὶ ταῦτα δ' οὐ τελέως ἀργὰ οὐδ' ἄχρηστα, ἀλλὰ νομὰς παρέχει δαψιλεῖς ἢ ὕλην ἢ καρπούς τινας ἑλείους ἢ πετραίους· τὸ δὲ Καίκουβον, ἑλῶδες ὄν, εὐοινοτάτην ἄμπελον τρέφει, τὴν δενδρῖτιν. πόλεις δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν τῶν Λατίνων εἰσὶ τά τε Ὤστια, πόλις ἀλίμενος διὰ τὴν πρόσχωσιν, ἣν ὁ Τίβερις παρασκευάζει, πληρούμενος ἐκ πολλῶν ποταμῶν. παρακινδύνως μὲν οὖν ὁρμίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ ναυκλήρια, τὸ μέντοι λυσιτελὲς νικᾷ· καὶ γὰρ ἡ τῶν ὑπηρετικῶν σκαφῶν εὐπορία τῶν ἐκδεχομένων τὰ φορτία καὶ ἀντιφορτιζόντων ταχὺν ποιεῖ τὸν ἀπόπλουν, πρὶν ἢ τοῦ ποταμοῦ ἅψασθαι· [**] καὶ μέρους ἀποκουφισθέντος, εἰσπλεῖ καὶ ἀνάγεται μέχρι τῆς Ῥώμης, σταδίους ἑκατὸν ἐνενήκοντα. κτίσμα δ' ἐστὶ τὰ Ὤστια Ἄγκου Μαρκίου. αὕτη μὲν ἡ πόλις τοιαύτη. ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἄντιον, ἀλίμενος καὶ αὐτὴ πόλις· ἵδρυται δ' ἐπὶ πέτραις, διέχει δὲ τῶν Ὠστίων περὶ διακοσίους ἑξήκοντα σταδίους. νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν, ὅτε λάβοιεν καιρόν, καὶ διὰ τοῦτο κατῳκοδόμηνται πολυτελεῖς οἰκήσεις ἐν τῇ πόλει συχναὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδημίας. καὶ πρότερον δὲ ναῦς ἐκέκτηντο καὶ ἐκοινώνουν τῶν λῃστηρίων τοῖς Τυρρηνοῖς, καίπερ ἤδη Ῥωμαίοις ὑπακούοντες. διόπερ καὶ Ἀλέξανδρος πρότερον ἐγκαλῶν ἐπέστειλε, καὶ Δημήτριος ὕστερον, τοὺς ἁλόντας τῶν λῃστῶν ἀναπέμπων τοῖς Ῥωμαίοις, χαρίζεσθαι μὲν αὐτοῖς ἔφη τὰ σώματα διὰ τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συγγένειαν, οὐκ ἀξιοῦν δὲ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας στρατηγεῖν τε ἅμα τῆς Ἰταλίας καὶ λῃστήρια ἐκπέμπειν, καὶ ἐν μὲν τῇ ἀγορᾷ Διοσκούρων ἱερὸν ἱδρυσαμένους τιμᾶν, οὓς πάντες Σωτῆρας ὀνομάζουσιν, εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα πέμπειν τὴν ἐκείνων πατρίδα τοὺς λεηλατήσοντας· ἔπαυσαν δ' αὐτοὺς Ῥωμαῖοι τῆς τοιαύτης ἐπιτηδεύσεως. ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεών ἐστι τὸ Λαουίνιον, ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προπόλων Ἀρδεᾶται. εἶτα Λαύρεντον. ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἀρδέα, κατοικία Ῥουτούλων ἐν ἑβδομήκοντα σταδίοις ἀπὸ τῆς θαλάττης· ἔστι δὲ καὶ ταύτης πλησίον Ἀφροδίσιον, ὅπου πανηγυρίζουσι Λατῖνοι. Σαυνῖται δ' ἐπόρθησαν τοὺς τόπους καὶ λείπεται μὲν ἴχνη πόλεων, ἔνδοξα δὲ διὰ τὴν Αἰνείου γέγονεν ἐπιδημίαν καὶ τὰς ἱεροποιίας, [ἃς] ἐξ ἐκείνων τῶν χρόνων παραδεδόσθαι φασί.

6. Μετὰ δὲ Ἄντιον τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν ἐν διακοσίοις καὶ ἐνενήκοντα σταδίοις ὄρος, νησίζον θαλάττῃ τε καὶ

nuit. In mediterraneis quoque ab initio Latium pauca occupavit; postea vero id nomen ad Campaniam usque et Samnitas [*græce* Saunitas], ac Pelignos, aliosque Apennini accolas prolatum est.

5. Totum Latium felix est et omnium rerum ferax, demptis paucis quibusdam locis maritimis, quæ palustria sunt et parum sana, ut Ardeatium [*græce* Ardeatarum] ager, et regiones inter Antium ac Lanuvium, usque ad Pometiam [*gr.* Pomentinum], et Setini agri quædam partes ac loca circa Tarracinam et Circæum; tum si qua sunt montosa et saxosa: quanquam ne hæc quidem prorsus inculta aut inutilia sunt, quum vel pascua copiosa habeant, vel silvas, vel fructus palustres montanosve proferant. Sic Cæcubum, locus palustris, vitem arboream alit, cujus vinum est præstantissimum. Latinorum urbes maritimæ sunt, Ostia, urbs importuosa ob aggestionem limi, quam Tiberis efficit multis impletus amnibus: quapropter non absque periculo naves ibi in ancoris consistunt, sed sublimes in aqua fluctuant. Vincit tamen utilitas; nam actuariæ naves ad excipiendas e magnis navibus merces et alias deportandas magno paratæ numero adsunt: quibus efficitur ut naves, priusquam ad Tiberim perveniant, celeriter avehantur; [*nonnullæ*] etiam parte oneris levatæ, subvehuntur et per amnem adversum Romam usque ascendunt ad centum et nonaginta stadia. Ostiam Ancus Marcius condidit. Ejusmodi est hoc oppidum: quod sequitur Antium, oppidum et ipsum importuosum, saxis insitum, ab Ostia distans ducenta circiter et sexaginta stadia. Hodie id principum otio et vacationibus a publicis negotiis, quando iis contingunt, dicatum est; ideoque magnifica ibi exstructa sunt ædificia permulta, excipiendis, quum eo commigrant, principibus. Olim mari potentes fuerunt Antiates, et, quanquam sub Romanorum jam potestatem redacti, se socios prædonibus Tyrrhenis præbebant. Quocirca et Alexander olim misit qui ea de re quererentur; et postea Demetrius, captivos prædones Romanis quum mitteret, corpora eorum quidem se ipsis largiri ostendit, ob Romanorum cum Græcis cognationem: indignum tamen sibi videri, eundem populum Italiæ principatum agere, et latrones prædatum emittere; ac Castorem et Pollucem, quos populi omnes ut deos Conservatores adorant, dedicato iis in foro templo venerari, in Græciam autem mittere qui istorum patriam populentur. Sane Romani eos ab isto prædandi studio deduxerunt. In medio harum urbium est Lavinium, quod habet omnibus Latinis commune templum Veneris, cujus administrationem per ministros [*codd.* a majoribus] Ardeates exercent. Sequitur Laurentum, et supra illa oppida sita Ardea Rutulorum colonia, septuaginta a mari stadiis. Prope hanc quoque est fanum Veneris, ad quod Latini solemnem agitant conventum. Ea loca sunt a Samnitibus vastata, et nunc rudera urbium (antiquarum) restant: loca ipsa nobilitata sunt Æneæ peregrinatione et sacrificiorum ritibus, quos ab illo usque tempore traditos servari aiunt.

6. Stadiis ab Antio ducentis et nonaginta Circæus mons est, quem mare et paludes tantum non insulam faciunt:

ἕλεσι· φασὶ δὲ καὶ πολύρριζον εἶναι, τάχα τῷ μύθῳ τῷ περὶ τῆς Κίρκης συνοικειοῦντες. ἔχει δὲ πολίχνιον καὶ Κίρκης ἱερὸν καὶ Ἀθηνᾶς βωμόν, δείκνυσθαι δὲ καὶ φιάλην τινά φασιν Ὀδυσσέως. μεταξὺ δὲ ὅ τε Στόρας ποταμὸς καὶ ἐπ' αὐτῷ ὕφορμος. ἔπειτα προσεχὴς αἰγιαλὸς Λιβί, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρκαίῳ λιμένιον ἔχων. ὑπέρκειται δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Πωμεντῖνον πεδίον· τὴν δὲ συνεχῆ ταύτῃ πρότερον Αὔσονες ᾤκουν, οἵπερ καὶ τὴν Καμπανίαν εἶχον. μετὰ δὲ τούτους Ὄσκοι· καὶ τούτοις δὲ μετῆν τῆς Καμπανίας, νῦν δ' ἅπαντα Λατίνων ἐστὶ μέχρι Σινοέσσης, ὡς εἶπον. ἴδιον δέ τι τοῖς Ὄσκοις καὶ τῷ τῶν Αὐσόνων ἔθνει συμβέβηκε· τῶν μὲν γὰρ Ὄσκων ἐκλελοιπότων ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον καὶ μιμολογεῖσθαι· τῶν δ' Αὐσόνων οὐδ' ἅπαξ οἰκησάντων ἐπὶ τῇ Σικελικῇ θαλάττῃ, τὸ πέλαγος ὅμως Αὐσόνιον καλεῖται. ἑξῆς δ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις τῷ Κιρκαίῳ Ταρρακίνα ἐστί, Τραχινὴ καλουμένη πρότερον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. πρόκειται δὲ αὐτῆς μέγα ἕλος, ὃ ποιοῦσι δύο ποταμοί· καλεῖται δ' ὁ μείζων † Αὔφιδος. ἐνταῦθα δὲ συνάπτει τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ Ἀππία ὁδός, ἐστρωμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντεσίου, πλεῖστον δ' ὁδευομένη· τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ πόλεων τούτων ἐφαπτομένη μόνον, τῆς τε Ταρρακίνης καὶ τῶν ἐφεξῆς, Φορμιῶν μὲν καὶ Μιντούρνης καὶ Σινοέσσης, καὶ τῶν ἐσχάτων, Τάραντός τε καὶ Βρεντεσίου. πλησίον δὲ τῆς Ταρρακίνης βαδίζοντι ἐπὶ τῆς Ῥώμης παραβέβληται τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ διῶρυξ ἐπὶ πολλοὺς τόπους πληρουμένη τοῖς ἑλείοις τε καὶ τοῖς ποταμίοις ὕδασι· πλεῖται δὲ μάλιστα μὲν νύκτωρ, ὥστ' ἐμβάντας ἀφ' ἑσπέρας ἐκβαίνειν πρωΐας καὶ βαδίζειν τὸ λοιπὸν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν· ῥυμουλκεῖ δ' ἡμιόνιον. ἑξῆς δὲ Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστίν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. καὶ τὸν μεταξὺ δὲ κόλπον ἐκεῖνοι Καιάταν ὠνόμασαν, τὰ γὰρ κοῖλα πάντα καιέτας οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσιν· ἔνιοι δ' ἐπώνυμον τῆς Αἰνείου τροφοῦ τὸν κόλπον φασίν. ἔχει δὲ μῆκος σταδίων ἑκατὸν ἀρξάμενος ἀπὸ Ταρρακίνης, μέχρι τῆς ἄκρας τῆς ὁμωνύμου· ἀνέῳγέ τ' ἐνταῦθα σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰς Φορμίας τετταράκοντα. ταύτης δ' ἀνὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινοέσσης αἱ Μιντοῦρναι, σταδίους ἑκατέρας διέχουσαι περὶ ὀγδοήκοντα. διαρρεῖ δὲ Λεῖρις ποταμός, Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον· φέρεται δ' ἄνωθεν ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν καὶ τῆς Οὐηστίνης παρὰ Φρεγέλλας κώμην (πρότερον δ' ἦν πόλις ἔνδοξος), ἐκπίπτει δ' εἰς ἄλσος ἱερὸν τιμώμενον περιττῶς ὑπὸ τῶν ἐν Μιντούρναις, ὑποκείμενον τῇ πόλει. τῶν δὲ σπηλαίων ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι πελάγιαι, Πανδαταρία τε καὶ Ποντία, μικραὶ μέν, οἰκούμεναι δὲ καλῶς, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, τῆς ἠπείρου δὲ πεντήκοντα ἐπὶ τοῖς διακοσίοις. ἔχεται δὲ τοῦ Καιάτου κόλπου τὸ Καίκουβον,

aiunt eum radicibus abundare, fortassis ut locum fabulæ de Circe accommodent. Oppidum quod ibi est, habet Circes templum, et Minervæ aram; aiuntque ibi pateram Ulyssis monstrari. Inter hæc est Stura [*græce* Storas] fluvius, et ad eum navium statio. Hinc est litus Africo expositum [*unus cod.* importuosum], nisi quod ad ipsum Circæum parvus portus est. Supra in mediterraneis est Pometius [*gr.* Pomentinus] campus. Huic contiguam regionem prius Ausones habitarunt, qui Campaniam quoque tenuerunt. Post hos Osci sunt, qui et ipsi partem Campaniæ tenuerunt : nunc omnia sunt Latinorum usque ad Sinuessam, ut dixi. Peculiare quippiam Oscis et Ausonibus evenit. Nam quum Oscorum gens interierit, sermo eorum apud Romanos restat, ita ut carmina quædam ac mimi certo quodam certamine, quod instituto majorum celebratur, in scenam producantur. Ausones autem, quanquam ne semel quidem regiones ad mare Siculum habitaverint, tamen mare id Ausonium dicitur. Deinde a Circæo stadiis centum est Tarracina, prius Trachine (id est Aspera) a conditione loci vocata. Ante eam est magna palus, quam duo fluvii efficiunt, quorum major Aufidus [*imo* Ufens] dicitur. Hic primum mare attingit via Appia, strata a Roma Brundusium usque, et frequentissima, de maritimis urbibus has duntaxat attingens, Tarracinam et proxima ei oppida, Formias [*alii codices.* Phoramias], Minturnam, Sinuessam [*al. codd.* Ænuessam], atque extremas Tarentum et Brundusium. Prope Tarracinam, qua Romam itur, juxta viam Appiam fossa ducta est per multos locos, quæ palustribus et fluvialibus impletur aquis, ac noctu maxime navigatur; igitur, qui navim vesperi intrant, mane egressi, Appia via pergunt : sed et interdiu per eam fossam navigatur : muli naves loris trahunt. Sequuntur Formiæ [*codd.* Formia] a Laconibus conditæ, prius ob opportunitatem litoris ad excipiendas naves Hormiæ dictæ; quin et sinum interjectum Caiatam [*latine* Caietam] appellarunt, quo caietarum nomine Lacones omnes cavitates afficiunt. Alii volunt eum sinum ab Æneæ nutrice dictum esse. Longitudine est stadiorum centum a Tarracina ad promontorium (Caietam) eodem nomine dictum. Hic ingentes aperiuntur speluncæ, in quibus magnæ sunt ac sumptuosæ ædes. Formiæ a Caieta distant stadia quadraginta. Inter has et Sinuessam sunt Minturnæ, utrinque stadiis ad octoginta dissitæ. Minturnas perfluit Liris [*codd.* Airis], qui olim Clanis vocabatur. Is ab Apennino monte per Vestinos delapsus, præter Fregellas (qui nunc vicus est, olim nobilis urbs), in lucum sacrum exit infra Minturnas situm, quem sanctissime oppidani colunt. In conspectu autem maxime speluncarum duæ insulæ in pelago jacent, Pandataria [*al. codd.* Pandaria], et Pontia, parvæ quidem, sed bene habitatæ, et invicem non procul disjunctæ, a continente vero stadiis ducentis et quinquaginta. Caietanum sinum subsequitur Cæcu-

ιούτου δὲ Φοῦνδοι, πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη. πάντες δ' εἰσὶν οἱ τόποι οὗτοι σφόδρα εὔοινοι· ὁ δὲ Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανὸς καὶ ὁ Σητινὸς τῶν διωνομασμένων εἰσί, καθάπερ ὁ Φάλερνος καὶ ὁ Ἀλβανὸς καὶ ὁ Στατανός. ἡ δὲ Σινόεσσα ἐν (σητάνοις) κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σίνος γὰρ ὁ κόλπος· πλησίον ἐστὶ δ' αὐτῆς θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα, ποιοῦντα πρὸς νόσους ἐνίας. αὗται μὲν αἱ ἐπὶ θαλάττῃ τῶν Λατίνων πόλεις.

7. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ πρώτη μὲν ὑπὲρ τῶν Ὠστίων ἐστὶν ἡ Ῥώμη, καὶ μόνη γε ἐπὶ τῷ Τιβέρει κεῖται· περὶ ἧς, ὅτι πρὸς ἀνάγκην, οὐ πρὸς αἵρεσιν ἔκτισται, εἴρηται· προσθετέον δ' ὅτι οὐδ' οἱ μετὰ ταῦτα προσκτίσαντές τινα μέρη κύριοι τοῦ βελτίονος ἦσαν, ἀλλ' ἐδούλευον τοῖς προϋποκειμένοις. οἱ μέν γε πρῶτοι τὸ Καπιτώλιον καὶ τὸ Παλάτιον καὶ τὸν Κουιρῖνον λόφον ἐτείχισαν, ὃς ἦν οὕτως εὐεπίβατος τοῖς ἔξωθεν, ὥστ' ἐξ ἐφόδου Τίτος Τάτιος εἷλεν ἐπελθών, ἡνίκα μετῄει τὴν τῶν ἁρπαγεισῶν παρθένων ὕβριν· Ἄγκος τε Μάρκιος προσλαβὼν τὸ Καίλιον ὄρος καὶ τὸ Ἀβεντῖνον ὄρος καὶ τὸ μεταξὺ τούτων πεδίον, διηρτημένα καὶ ἀπ' ἀλλήλων καὶ ἀπὸ τῶν προτετειχισμένων, προσέθηκεν ἀναγκαίως· οὔτε γὰρ οὕτως ἐρυμνοὺς λόφους ἔξω τείχους ἐᾶσαι τοῖς βουλομένοις ἐπιτειχίσματα καλῶς εἶχεν, οὔθ' ὅλον ἐκπληρῶσαι τὸν κύκλον ἴσχυσε τὸν μέχρι τοῦ Κουιρίνου. ἤλεγξε δὲ Σερούιος τὴν ἔκλειψιν· ἀνεπλήρωσε γὰρ προσθεὶς τόν τε Ἠσκυλῖνον λόφον καὶ τὸν Οὐιμίναλιν. καὶ ταῦτα δ' εὐέφοδα τοῖς ἔξωθέν ἐστι· διόπερ τάφρον βαθεῖαν ὀρύξαντες εἰς τὸ ἐντὸς ἐδέξαντο τὴν γῆν, καὶ ἐξέτειναν ὅσον ἑξαστάδιον χῶμα ἐπὶ τῇ ἐντὸς ὀφρύϊ τῆς τάφρου, καὶ ἐπέβαλον τεῖχος καὶ πύργους ἀπὸ τῆς Κολλίνας πύλης μέχρι τῆς Ἠσκυλίνας. ὑπὸ μέσῳ δὲ τῷ χώματι τρίτη ἐστὶ πύλη ὁμώνυμος τῷ Οὐιμινάλι λόφῳ. τὸ μὲν οὖν ἔρυμα τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῆς πόλεως, ἐρυμάτων ἑτέρων δεόμενον. καί μοι δοκοῦσιν οἱ πρῶτοι τὸν αὐτὸν λαβεῖν διαλογισμὸν περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ τῶν ὕστερον, διότι Ῥωμαίοις προσῆκεν οὐκ ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὅπλων καὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔχειν τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ἄλλην εὐπορίαν, προβλήματα νομίζοντες οὐ τὰ τείχη τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας τοῖς τείχεσι. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀλλοτρίας τῆς κύκλῳ χώρας οὔσης ἀγαθῆς τε καὶ πολλῆς, τοῦ δὲ τῆς πόλεως ἐδάφους εὐεπιχειρήτου, τὸ μακαρισθησόμενον οὐδὲν ἦν τοπικὸν εὐκλήρημα· τῇ δ' ἀρετῇ καὶ τῷ πόνῳ τῆς χώρας οἰκείας γενομένης, ἐφάνη συνδρομή τις ἀγαθῶν ἅπασαν εὐφυΐαν ὑπερβάλλουσα· δι' ἣν ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθεῖσα ἡ πόλις ἀντέχει τοῦτο μὲν τροφῇ, τοῦτο δὲ ξύλοις καὶ λίθοις πρὸς τὰς οἰκοδομίας, ἃς ἀδιαλείπτους ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις καὶ μεταπράσεις, ἀδιάλειπτοι καὶ αὗται οὖσαι· καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις ἑκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσί, καταβαλλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἕτερα ἐξ ἑτέρων. πρὸς ταῦτ' οὖν τό τε τῶν με-

bum : inde Fundi, urbs in via Appia sita. Hæc loca optimum producunt vinum : inter quæ maxime celebrantur Cæcubum, Fundanum, Setinum, sicut et Falernum, Albanum, et Statanum [*codd. fere* Staganum]. Sinuessa in sinu sita est, et a sinu nomen gerit : cui vicinæ sunt aquæ calidæ, ad quosdam morbos pellendos efficacissimæ. Hæ ergo sunt Latii urbes maritimæ.

7. In mediterraneis prima super Ostiam est Roma, quæ sola ad Tiberim est sita : quam docuimus non delectu, sed necessitate oblato loco conditam esse. Id addendum, neque in eorum, qui postmodo partes aliquas adjecerunt, potestate fuisse locos optimos eligere, sed eos jam conditis partibus inservivisse. Primi Capitolium, Palatium, et Quirinalem collem muniverunt, qui ab exteris ita facile conscendi potuit, ut Titus Tatius, quo tempore raptarum virginum injuriam ulciscebatur, primo aggressu eum ceperit. Ancus Marcius Cælium montem, et Aventinum, campumque his interjectum, divulsa hæc et a se invicem et ab antea exstructis, necessitate compulsus adjecit : nam neque colles ita natura munitos extra pomœrium relinquere videbatur commodum, quos hostis facile occupare ac pro arce iis uti posset; neque perducere murum usque ad Quirinalem collem poterat. Quem defectum Servius arguit, qui complevit murum adjectis urbi Esquilino et Viminali collibus. Quæ omnia quum facile capi extrinsecus possent, fossam altam Romani egerunt, terraque intro recepta, aggerem sex circiter stadiorum in interiore fossæ margine fecerunt, murosque et turres in eo constituerunt, a Collina porta usque ad Esquilinam : tertia porta Viminali monti cognominis sub medio est aggere. Hujusmodi est Romæ munitio, aliis munitionibus indigens. Ac mihi videntur urbis ejus auctores et de se et de posteris suis ita statuisse : Romanorum esse, non munitionibus, sed armis suaque virtute securitatem sibi et opes parare; neque viros muris, sed muros viris defendere. Initio quidem, quum regio, qua Roma circumdatur, fertilis ac præstans, Romanis nondum subjecta urbisque situs talis esset, qui eam oppugnantium injuriæ exponere videretur, nullam omnino natura loci spem futuræ felicitatis faciebat : postquam autem virtute ac labore eam regionem suæ fecerunt potestatis, concursus quidam bonorum Romæ apparuit, omnem exsuperans naturæ felicitatem. Unde fit ut urbs, tantis aucta incrementis, sufficiat quum alendis tot hominibus, tum ad ædificia lignis ac lapidibus : nam continentes Romæ substructiones fiunt ob crebras ruinas, incendia, assiduasque venditiones, quæ ipsæ quasi spontaneæ quædam sunt ruinæ, pro sua libidine civibus ædes demolientibus et ædificantibus identidem. Quam ad rem metallorum copia, tum sil-

τάλλων πλῆθος καὶ ἡ ὕλη καὶ οἱ καταχομίζοντες ποταμοὶ θαυμαστὴν παρέχουσι τὴν ὑποχορηγίαν, πρῶτος μὲν Ἀνίων ἐξ Ἄλβας ῥέων, τῆς πρὸς Μαρσοῖς Λατίνης πόλεως, καὶ διὰ τοῦ ὑπ' αὐτῇ πεδίου μέχρι τῆς πρὸς τὸν Τίβεριν συμβολῆς, ἔπειθ' ὁ Νὰρ καὶ ὁ Τενέας οἱ διὰ τῆς Ὀμβρικῆς εἰς τὸν αὐτὸν καταφερόμενοι ποταμὸν τὸν Τίβεριν, διὰ δὲ Τυρρηνίας καὶ τῆς Κλουσίνης ὁ Κλάνις. ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθεριωτῶν τὸ βοηθῆσον, πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελών, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ἑβδομήκοντα τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. ἀλλ' ὅμως ἐπέλειπεν ἂν ἡ ἐπανόρθωσις, εἰ μὴ τὰ μέταλλα καὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ τῆς πορθμείας εὐμεταχείριστον ἀντεῖχε.

8. Ταῦτα μὲν οὖν ἡ φύσις τῆς χώρας παρέχεται τὰ εὐτυχήματα τῇ πόλει, προσέθεσαν δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τὰ ἐκ τῆς προνοίας. τῶν γὰρ Ἑλλήνων περὶ τὰς κτίσεις εὐστοχῆσαι μάλιστα δοξάντων, ὅτι κάλλους ἐστοχάζοντο καὶ ἐρυμνότητος καὶ λιμένων καὶ χώρας εὐφυοῦς, οὗτοι προὐνόησαν μάλιστα ὧν ὠλιγώρησαν ἐκεῖνοι, στρώσεως ὁδῶν καὶ ὑδάτων εἰσαγωγῆς καὶ ὑπονόμων τῶν δυναμένων ἐκκλύζειν τὰ λύματα τῆς πόλεως εἰς τὸν Τίβεριν. ἔστρωσαν δὲ καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδούς, προσθέντες ἐκκοπάς τε λόφων καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων, ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέχεσθαι πορθμείων φορτία· οἱ δ' ὑπόνομοι συννόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορευτὰς ἐνίας ἀπολελοίπασι. τοσοῦτον δ' ἐστὶ τὸ εἰσαγώγιμον ὕδωρ διὰ τῶν ὑδραγωγείων, ὥστε ποταμοὺς διὰ τῆς πόλεως καὶ τῶν ὑπονόμων ῥεῖν, ἅπασαν δὲ οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς καὶ σίφωνας καὶ κρουνοὺς ἔχειν ἀφθόνους, ὧν πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο Μάρκος Ἀγρίππας, πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἀναθήμασι κοσμήσας τὴν πόλιν. ὡς δ' εἰπεῖν, οἱ παλαιοὶ μὲν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης ὠλιγώρουν, πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες· οἱ δ' ὕστερον, καὶ μάλιστα οἱ νῦν καὶ καθ' ἡμᾶς, οὐδὲ τούτου καθυστέρησαν, ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. καὶ γὰρ Πομπήιος καὶ ὁ Θεὸς Καῖσαρ καὶ ὁ Σεβαστὸς καὶ οἱ τούτου παῖδες καὶ οἱ φίλοι καὶ γυνὴ καὶ ἀδελφὴ πᾶσαν ὑπερεβάλλοντο σπουδὴν καὶ δαπάνην εἰς τὰς κατασκευάς· τούτων δὲ τὰ πλεῖστα ὁ Μάρτιος ἔχει κάμπος, πρὸς τῇ φύσει προσλαβὼν καὶ τὸν ἐκ τῆς προνοίας κόσμον. καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα καὶ τὰς ἁρματοδρομίας καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν ἀκώλυτον παρέχον τῷ τοσούτῳ πλήθει τῶν σφαίρᾳ καὶ κρίκῳ καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων· καὶ τὰ περικείμενα ἔργα καὶ τὸ ἔδαφος ποάζον δι' ἔτους καὶ τῶν λόφων στεφάναι τῶν ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνύμεναι δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν. πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ πεδίου τούτου καὶ ἄλλο πεδίον καὶ στοαὶ κύκλῳ παμπληθεῖς καὶ ἄλση καὶ θέατρα τρία καὶ ἀμφιθέατρον καὶ ναοὶ

væ, et materiam devehentes fluvii mirum in modum sufficiunt; quorum primus est Anio, qui ab Alba Latina urbe Marsis vicina profluens, per ei subjectam planitiem in Tiberim defertur; deinde Nar ac Teneas, per Umbriam in eundem Tiberim decurrentes, tum Clanis per Etruriam et agrum Clusinum fluens. Hujusmodi detrimenta urbis Augustus Cæsar prævidens, contra incendia cohortem libertinorum constituit quæ opitularetur : utque ruinæ caverentur, edixit ne novum ullum ædificium ad viam publicam factum ultra septuaginta pedes attolleretur. Sed tamen instauratio urbis defecisset, nisi metalla, silvæ, et navigationis commoditas succurrerent.

8. Atque has quidem commoditates loci natura suggessit; quibus Romani alias prudentiâ adjunxerunt. Quum enim Græci videantur ædificandis urbibus maxime scopum assecuti, quia pulchritudinis, munitionum, portuum, et soli felicitatis rationes accurate duxerunt; Romani maxime eorum curam gesserunt, quæ ab illis neglecta sunt, nimirum sternendarum viarum, aquæ ductuum faciendorum, et cloacarum sub terra parandarum, per quas sordes urbis in Tiberim exhaurirentur. Itaque et per regiones vias straverunt, et colles exciderunt, et ingesta *materia cavitates* complanaverunt, ut onera navium curribus excipi atque transvehi possent. Et cuniculi isti lapideis fornicibus suffulti, nonnulli spatium currui fœni onusto transeunti præbent. Tantum autem aquæ per aquæductus in urbem derivatur, ut flumina per urbem et cloacas labantur, et quælibet propemodum domus cisternas, tubulos ac canales habeat copiosos : ad quam rem plurimum industriæ contulit Marcus Agrippa, qui multis etiam aliis donariis Romam exornavit. Utque in summa dicam, prisci, aliis majoribus ac magis necessariis occupati rebus, pulchritudinis urbi conciliandæ nullam susceperunt cogitationem; posteriores, ac maxime qui nostra sunt ætate, hanc rem minime quidem neglexerunt, sed urbem donariis multis ac splendidis impleverunt : Pompeius enim, divus Cæsar, Augustus, hujusque filii, amici, uxor, et soror iis adornandis omnem aliorum et diligentiam et liberalitatem superaverunt. Horum pleraque Martius habet campus, quum natura, tum hominum prudentia ornatus. Nam et magnitudo ejus mirabilis est, quæ curruum equorumque decursionibus libere patet, tantæque multitudini pila, circo ac palæstra sese exercentium, tum opera circumjecta, solumque toto anno herba virens, tumulorumque coronæ supra amnem usque ad alveum, scenæ quandam ostentant speciem, a cujus spectaculo difficulter quis avellatur. Prope hunc campum alius est campus, porticusque circumcirca permultæ; tum luci, tria theatra, amphitheatrum, templa

πολυτελεῖς καὶ συνεχεῖς ἀλλήλοις, ὡς πάρεργον ἂν δόξαιεν ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην πόλιν. διόπερ ἱεροπρεπέστατον νομίσαντες τοῦτον τὸν τόπον καὶ τὰ τῶν ἐπιφανεστάτων μνήματα ἐνταῦθα κατεσκεύασαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. ἀξιολογώτατον δὲ τὸ Μαυσώλειον καλούμενον, ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα μέγα, ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφές· ἐπ' ἄκρῳ μὲν οὖν εἰκών ἐστι χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ὑπὸ δὲ τῷ χώματι θῆκαί εἰσιν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων, ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον· ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύστρας αὐτοῦ περίβολος, καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἐντὸς δ' αἰγείροις κατάφυτος. πάλιν δ' εἴ τις εἰς τὴν ἀγορὰν παρελθὼν τὴν ἀρχαίαν ἄλλην ἐξ ἄλλης ἴδοι παραβεβλημένην ταύτῃ καὶ βασιλικὰς στοὰς καὶ ναούς, ἴδοι δὲ καὶ τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰ ἐνταῦθα ἔργα καὶ τὰ ἐν τῷ Παλατίῳ καὶ τῷ τῆς Λιβίας περιπάτῳ, ῥᾳδίως ἐκλάθοιτ' ἂν τῶν ἔξωθεν. τοιαύτη μὲν ἡ Ῥώμη.

9. Τῶν δ' ἄλλων τῆς Λατίνης πόλεων τὰς μὲν ἑτέροις γνωρίσμασι, τὰς δὲ ὁδοῖς ἀφορίσαιτ' ἄν τις ταῖς γνωριμωτάταις, ὅσαι διὰ τῆς Λατίνης ἔστρωνται· ἢ γὰρ ἐπὶ ταύταις ἢ παρὰ ταύταις ἢ μεταξὺ ἵδρυνται. γνωριμώταται δὲ τῶν ὁδῶν ἥ τε Ἀππία καὶ ἡ Λατίνη καὶ ἡ Οὐαλερία· ἡ μὲν τὰ πρὸς θάλατταν ἀφορίζουσα μέρη τῆς Λατίνης μέχρι Σινοέσσης, ἡ δὲ τὰ πρὸς τῇ Σαβίνῃ μέχρι Μαρσῶν, μέση δ' αὐτῶν ἡ Λατίνη ἡ συμπίπτουσα τῇ Ἀππίᾳ κατὰ Κασιλῖνον, πόλιν διέχουσαν Καπύης ἐννεακαίδεκα σταδίους. ἄρχεται δὲ (τὸ) ἀπὸ τῆς Ἀππίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης, εἶτα διὰ τοῦ Τουσκλανοῦ ὄρους ὑπερβᾶσα μεταξὺ Τούσκλου πόλεως καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους κάτεισιν ἐπὶ Ἄλγιδον πολίχνιον καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα. εἶτα συμπίπτει καὶ ἡ Λαβικανή, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἠσκυλίνης πύλης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Πραινεστίνη· ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀφεῖσα καὶ ταύτην καὶ τὸ πεδίον τὸ Ἠσκυλῖνον πρόεισιν ἐπὶ πλείους τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, καὶ πλησιάσασα τῷ Λαβικῷ, παλαιῷ κτίσματι κατεσπασμένῳ, κειμένῳ δ' ἐφ' ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τούσκουλον ἐν δεξιοῖς ἀπολείπει, τελευτᾷ δὲ πρὸς τὰς Πικτὰς καὶ τὴν Λατίνην· διέχει δὲ τῆς Ῥώμης τὸ χωρίον τοῦτο διακοσίους καὶ δέκα σταδίους. εἶθ' ἑξῆς μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Λατίνης εἰσὶν ἐπίσημοι κατοικίαι καὶ πόλεις Φερέντινον, Φρουσίνων, παρ' ἣν ὁ Κόσας ῥεῖ ποταμός, Φαβρατερία, παρ' ἣν ὁ Τρῆρος ῥεῖ, Ἀκούινον μεγάλη πόλις (ἐστί), παρ' ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας, Ἰντεράμνιον, (ὃν) ἐν συμβολῇ δυεῖν ποταμῶν κείμενον, Λείριός τε καὶ ἑτέρου· Κάσινον, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος, ὑστάτη τῶν Λατίνων. τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικῖνον ἐφεξῆς κείμενον ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σιδικίνων ἐστίν. οὗτοι δὲ Ὄσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός, ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας καὶ αὕτη, μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ

alterum alteri subinde contiguum magnifica : quorum respectu ipsa urbs quasi additamentum quoddam videri possit. Itaque Romani hunc locum maxime sacrum ac venerabilem rati, illustrissimorum virorum monumenta ibi collocarunt, ac matronarum : quorum omnium præclarissimum est quod vocatur Mausoleum, magnus agger ad amnem supra sublimem albi lapidis fornicem congestus, et ad verticem usque virentibus arboribus coopertus : in fastigio statua ænea est Augusti Cæsaris; sub aggere loculi ejus et cognatorum ac familiarium ; a tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles; in medio autem campo busti ejus ambitus ex albo saxo, in orbem cinctus ferrea sepe, intus populis consitus. Rursum, si quis in forum progressus antiquum, basilicas porticus, templaque contueatur, una alteris ibi identidem conjuncta, tum Capitolium videat, et opera quæ ibi sunt atque in Palatio, et in Liviæ ambulacro : is facile eorum quæ extra urbem sunt obliviscatur. Ac talis quidem Roma est.

9. Reliquæ autem Latii urbes aliæ aliis notis, pleræque viis discerni possunt celeberrimis, quæ per Latium ductæ sunt : aut enim in his, aut prope, aut in medio earum sitæ sunt. Nobilissimæ viarum sunt Appia, Latina, et Valeria : de his Appia Latii partes maritimas pertransit usque ad Sinuessam; Valeria est quæ ad Sabinos pertinet usque ad Marsos; media est Latina, quæ in Appiam incidit ad Casilinum [*codd.* Casinum], urbem distantem a Capua undeviginti stadiis. Incipit Latina a via Appia, ad sinistram ab ea prope Romam deflectens, ac supra montem Tusculanum transit inter Tusculum [*græce* Tusclanum... Tusclum] urbem ac montem Albanum, descenditque ad Algidum oppidum et Pictas diversorium. Incidit deinde Lavicana, incipiens a porta Esquilina, unde et Prænestina incipit; relinquens autem ad lævam et hanc et campum Esquilinum, procedit ad centum viginti et amplius stadia, et appropinquans Lavico, quod oppidum vetus, in sublimi situm, nunc dirutum est, hoc et Tusculum ad dextram relinquit, et ad Pictas in Latinamque viam desinit : abest is locus Roma ducentis et decem stadiis. Deinceps in Latina via sunt nobilia oppida ac urbes, Ferentinum, Frusino [*codd.* Phorusinon] quæ Cosa amni alluitur, Fabrateria, quam Trerus fluvius præterfluit, Aquinum [*codd.* Acuennon] urbs magna, juxta quam Melpis fluvius magnus labitur; Interamna [*græce* Interamnion] ad confluentes fluvios sita, Lirim et alium; Casinum, urbs ipsa quoque memorabilis, et Latinarum ultima. Teanum enim Sidicinum [*codd.* Sidicenum] quod proxime sequitur, ipso cognomento ostendit se ad Sidicinos pertinere, qui sunt Osci, gens Campanorum non amplius superstes, ita ut possit Campaniæ

Λατίνῃ πόλεων. καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ τῶν Καληνῶν, καὶ αὕτη ἀξιόλογος, συνάπτουσα τῷ Κασιλίνῳ.

10. Ἐφ' ἑκάτερα δὲ τῆς Λατίνης ἐν δεξιᾷ μέν εἰσιν αἱ μεταξὺ αὐτῆς καὶ τῆς Ἀππίας, Σητία τε καὶ Σιγνία, φέρουσαι οἶνον, ἡ μὲν τῶν πολυτελῶν ἕνα, ἡ δὲ τὸν σταλτικώτατον κοιλίας, τὸν Σίγνιον λεγόμενον. * πρὸς δὲ ταύταις ἐστὶ Πρίβερνον καὶ Κόρα καὶ Σύεσσα (Τραπόντιόν τε) καὶ Οὐελίτραι καὶ Ἀλέτριον· ἔτι δὲ Φρεγέλλαι, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις ῥεῖ ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς, νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε γεγονυῖα ἀξιόλογος καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται, ἀγοράς τε ποιούμεναι καὶ ἱεροποιίας τινάς· κατεσκάφη δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσα. πλεῖσται δ' εἰσὶ καὶ τούτων καὶ τῶν ἐν τῇ Λατίνῃ καὶ τῶν ἐπέκεινα ἐν τῇ Ἑρνίκων τε καὶ Αἴκων καὶ Οὐόλσκων ἱδρυμέναι, Ῥωμαίων δ' εἰσὶ κτίσματα. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς Λατίνης αἱ μεταξὺ αὐτῆς καὶ τῆς Οὐαλερίας, Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένη, λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων, διέχουσα τὸ ἴσον τῆς Ῥώμης τε καὶ Πραινέστου, περὶ ἑκατὸν σταδίους· εἶθ' ἡ Πραίνεστος, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν· εἶθ' αἱ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἥ τε τῶν Ἑρνίκων πολίχνη Καπίτουλον καὶ Ἀναγνία, πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κερεάτε καὶ Σώρα, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις παρεξιὼν εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ καὶ Μιντούρνας. ἔπειτα ἄλλα τινὰ καὶ Οὐέναφρον, ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον· ἡ μὲν οὖν πόλις ἐφ' ὕψους κεῖται, παραρρεῖ δὲ τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν ὁ Οὐουλτοῦρνος, ὃς καὶ παρὰ τὸ Κασιλῖνον ἐνεχθεὶς ἐκδίδωσι κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν. Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλλιφαὶ ἤδη Σαυνιτικαὶ πόλεις εἰσίν, ἡ μὲν ἀνῃρημένη κατὰ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον, ἡ δ' ἔτι συμμένουσα.

11. Ἡ Οὐαλερία δ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων, ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς καὶ Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν. εἰσὶ δ' ἐν αὐτῇ Λατῖναι πόλεις Οὐαρία τε καὶ Καρσέολοι καὶ Ἄλβα, πλησίον δὲ καὶ πόλις Κούκουλον. ἐν ὄψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Πραίνεστος καὶ Τοῦσκλον. Τίβουρα μέν, ᾗ τὸ Ἡράκλειον, καὶ ὁ καταράκτης, ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὢν ὁ Ἀνίων, ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα βαθεῖαν καὶ καταλσῆ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. ἐντεῦθεν δὲ διέξεισι πεδίον εὐκαρπότατον παρὰ τὰ μέταλλα τοῦ λίθου τοῦ Τιβουρτίνου καὶ τοῦ ἐν Γαβίοις, καὶ τοῦ ἐρυθροῦ λεγομένου, ὥστε τὴν ἐκ τῶν μετάλλων ἐξαγωγὴν καὶ τὴν πορθμείαν εὐμαρῆ τελέως εἶναι, τῶν πλείστων ἔργων τῆς Ῥώμης ἐντεῦθεν κατασκευαζομένων. ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά· τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λαβανά, οὐκ ἄποθεν τούτων ἐν τῇ Νωμεντανῇ καὶ τοῖς περὶ Ἠρητὸν τόποις. Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον. ἀμφότεραι δ' αἱ πόλεις αὗται τῇ αὐτῇ προσιδρυμέναι τυγχάνουσιν

ipsa quoque dici, urbium in via Latina sitarum maxima. Eam subsequitur Calenum, urbs ipsa quoque egregia, et Casilino contigua.

10. Ab utraque Latinæ viæ parte ad dextram sunt inter hanc et Appiam sitæ, Setia [*codd.* Setea] et Signia, feraces vini; illa pretiosi, hæc alvum optime sistentis, quod Signium [*imo* Signinum] vinum appellant. Præter has [*codd.* Ante hanc (viam)] est Privernum et Cora, et Suessa (Pometia), [et Trapontium (Tripontio?),] et Velitræ, et Aletrium, et Fregellæ, quam urbem præterit Liris fluvius ad Minturnas se effundens. Fregellæ nunc vicus est, olim urbs celebris, multarumque jam dictarum caput, quæ nunc eo fori [*unus cod.* agonis] frequentandi sacrificiorumque quorundam gratia conveniunt: excisa est a Romanis ob defectionem. Harum aliarumque in via Latina et ulterius urbium pleræque, in agro Hernico, Æquo, Volsco sitæ, a Romanis sunt conditæ. A sinistro autem Latinæ viæ latere, inter eam et Valeriam, jacent Gabii in via Prænestina, quæ urbs latomias habet, Romanis tanto quanto non aliæ usui: distat æquali a Roma et Præneste intervallo, circa centum stadia. Sequitur Præneste, de quo deinde verba faciemus. In montibus porro supra Præneste quùm oppidum Hernicorum situm est, Capitulum, et Anagnia urbs illustris, tum Cereate, et Sora, *apud quam Liris* erumpens Fregellas Minturnasque petit. Deinde etiam alia sequuntur, tum Venafrum [*codd.* Venafrium], unde oleum optimum. Urbs ea in sublimi posita est colle, cujus radicem alluit Vulturnus amnis, qui juxta Casilinum delapsus ad urbem sui cognominem in mare exit. Ceterum Æsernia et Allifæ jam Samniticæ urbes sunt; quarum altera bello Marsico est deleta, altera etiamnum durat.

11. At Valeria via a Tibure incipit, ducitque in Marsos et Corfinium, Pelignorum urbem primariam. Sunt in ea urbes Latinæ, Varia [*codd.* Valeria], Carseoli, et Alba, et prope urbs Cuculum. In conspectu Romæ sunt Tibur [*græce* Tibura], Præneste [*gr.* Prænestus], et Tusculum. Tibure fanum est Herculis, et præceps aquæ dejectus, quem facit Anio navigabilis, ab excelso loco in convallem sese dejiciens profundam lucisque obsitam, ad ipsam urbem. Inde per loca fructuosissima perlabitur, juxta secturas lapidis Tiburtini, et Gabini, (et) ejus qui dicitur rubeus: ut eductio ex fodinis et devectio navium plane sit expedita, et pleraque opera Romæ ex ea materia fiant. Planitiem eam, per quam delabi Anienem diximus, Albulæ etiam perfluunt aquæ frigidæ, multis e fontibus prolapsæ, ad varios morbos potæ aut pro balneo usurpatæ remedium præbentes: tales sunt etiam non procul inde Labanæ aquæ in agro Nomentano et circa Eretum. Apud Præneste autem fanum et oraculum Fortunæ celebre est. Ambæ urbes sunt ad eadem conditæ montana, distantque inter se stadiis centum;

ὀρεινῇ, διέχουσι δ' ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑκατόν, τῆς δὲ Ῥώμης Πραίνεστος μὲν καὶ διπλάσιον, Τίβουρα δ' ἔλαττον. φασὶ δ' Ἑλληνίδας ἀμφοτέρας, Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον. ἐρυμνὴ μὲν οὖν ἑκατέρα, πολὺ δ' ἐρυμνοτέρα Πραίνεστος· ἄκραν γὰρ ἔχει τῆς μὲν πόλεως ὕπερθεν ὄρος ὑψηλόν, ὄπισθεν δ' ἀπὸ τῆς συνεχούσης ὀρεινῆς αὐχένι διεζευγμένον, ὑπεραῖρον καὶ δυσὶ σταδίοις τούτου πρὸς ὀρθίαν ἀνάβασιν. πρὸς δὲ τῇ ἐρυμνότητι καὶ διώρυξι κρυπταῖς διατέτρηται πανταχόθεν μέχρι τῶν πεδίων, ταῖς μὲν ὑδρείας χάριν, ταῖς δ' ἐξόδων λαθραίων, ὧν ἐν μιᾷ Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε. ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις πόλεσι πλεῖστον τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται, Πραινεστίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται διὰ τὰς Ῥωμαίων στάσεις. καταφεύγουσι γὰρ ἐκεῖσε οἱ νεωτερίσαντες· ἐκπολιορκηθέντων δέ, πρὸς τῇ κακώσει τῆς πόλεως καὶ τὴν χώραν ἀπαλλοτριοῦσθαι συμβαίνει, τῆς αἰτίας μεταφερομένης ἐπὶ τοὺς ἀναιτίους. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς χώρας Οὐέρεστις ποταμός. πρὸς ἕω δὲ τῆς Ῥώμης εἰσὶν αἱ λεχθεῖσαι πόλεις.

12. Ἐνδοτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτὰς ὀρεινῆς ἄλλη ῥάχις ἐστί, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα τὸν κατὰ Ἄλγιδον, ὑψηλὴ μέχρι τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους. ἐπὶ ταύτης δὴ τὸ Τοῦσκλον ἵδρυται, πόλις οὐ φαύλως κατεσκευασμένη· κεκόσμηται δὲ ταῖς κύκλῳ φυτείαις καὶ οἰκοδομίαις, καὶ μάλιστα ταῖς ὑποπιπτούσαις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην μέρος. τὸ γὰρ Τούσκουλον ἐνταῦθά ἐστι λόφος εὐγεως καὶ εὔυδρος, κορυφούμενος ἠρέμα πολλαχοῦ καὶ δεχόμενος βασιλείων κατασκευὰς ἐκπρεπεστάτας. συνεχῆ δ' ἐστὶ καὶ τὰ τῷ Ἀλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα, τήν αὐτήν τε ἀρετὴν ἔχοντα καὶ κατασκευήν. ἐφεξῆς δ' ἐστὶ πεδία, τὰ μὲν πρὸς τὴν Ῥώμην συνάπτοντα καὶ τὰ προάστεια αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸς τὴν θάλατταν· τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν θάλατταν ἧττόν ἐστιν ὑγιεινά, τὰ δὲ ἄλλα εὐάγωγά τε καὶ παραπλησίως ἐξησκημένα. μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν Ἀρικία ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἑκατὸν ἑξήκοντα· κοῖλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐρυμνὴν ἄκραν. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λανούιον, πόλις Ῥωμαίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἔποπτος ἥ τε θάλασσά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον· τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν † εἰς τὴν δ' Ἀρικίνην τὸ ἱερόν. λέγουσι δι' ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου· καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεί, περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. τὸ δ' ἱερὸν ἐν ἄλσει, πρόκειται δὲ λίμνη πελαγίζουσα, κύκλῳ δ' ὀρεινὴ συνεχὴς ὀφρὺς περίκειται καὶ λίαν ὑψηλὴ καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ὕδωρ ἀπολαμβάνουσα ἐν κοίλῳ τόπῳ καὶ βαθεῖ. τὰς μὲν οὖν πηγὰς ὁρᾶν ἐστιν, ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται· τούτων δ' ἐστὶν Ἠγερία καλουμένη, δαίμονός τινος ἐπώνυμος· αἱ δ' ἀπορρύσεις

a Roma Præneste abest stadiis ducentis, Tibur autem Romæ aliquanto est vicinius. Utramque urbem Græcanicam esse dicunt, et quidem Prænesti olim fuisse nomen Polystephanum. Utraque loci natura munita est, Præneste tamen hac re excellit: nam arcis loco supra urbem eam adjacet mons excelsus, qui a tergo imminentium montanorum continuitati angusto quodam transitu et quasi collo avellitur, recto ascensu duobus quam illa altior stadiis. Accedit ad naturalem hanc munitionem, quod undique urbs est cuniculis occultis perforata, quorum alii aquæ ducendæ, alii clandestinis exitibus inserviunt: in quorum uno obsessus Marius (junior) periit. Enimvero ut aliarum urbium felicitas situ bene munito augetur, ita contra Prænestinis munitiones calamitatem attulerunt, ob Romanorum seditionem: nam qui novas res moliebantur, eo confugiebant; quibus expugnatis quum alia damna urbi injungebantur, tum ager adimebatur, culpa a sontibus in innoxios translata. Per hanc regionem Verestis[?] amnis defertur. Dictæ urbes a Roma versus ortum solis sunt sitæ.

12. Intra montana, ad quæ eæ sunt conditæ, aliud porrigitur montanum dorsum, convallem in medio relinquens ad Algidum [*codd. fere* Alginon], sublime usque ad Albanum montem. Eo in dorso Tusculum [*gr.* Tusclum] collocatum est, urbs minime contemnendo apparatu: nam circumquaque exornata est plantis atque ædificiis, maxime qua parte Romam versus ejus ager descendit. Ibi enim Tusculum habet collem, terræ bonitate et aquarum copia præclarum, qui multis partibus sensim attollitur, et regiis ædificiis pulcherrime exstructis ornatus est. Huic continenter adjacent partes ad Albanum montem inclinantes, eadem et natura et ædificiis præditæ. Succedunt planities qua Romam et suburbia ejus, qua mare attingentes: ac maritima quidem minus sunt salubria; reliqua habitationi commoda, ac perinde culta. Post Albanum montem in via Appia urbs est Aricia, centum et sexaginta stadiis a Roma, concavo quidem situ, arce tamen naturâ loci munita. Supra eam sita est Lanuvium [*codd.* Lavinium], urbs Romanorum in dextro viæ Appiæ latere, unde et mare et Antium conspici potest. Dianeum, quod Nemus vocant, in sinistra viæ parte est, qua Aricia ascenditur. Aricinæ autem Dianæ templum derivatum esse dicunt a Tauropolo: ac sane etiam barbaricus ac Scythicus mos apud id templum obtinet. Profugus enim homo sacerdos ibi constituitur, qui sacerdotem priorem sua trucidaverit manu; strictoque semper gladio paratus ad insidias propulsandas circumspicit. Fanum in luco est: ante eum lacus mari æmulus: circumcirca supercilium montanum, continens et valde arduum, templum ac lacum in cavo includit ac profundo loco. Ac fontes quidem conspicui sunt, unde lacus impletur: e quibus unus Egeria [*codd.* hiercia (*sacerdos*)] dicitur, nomine a dea

ἐνταῦθα μὲν ἄδηλοί εἰσιν, ἔξω δὲ δείκνυνται πόρρω πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἀνέχουσαι.

13. Πλησίον δ' ἐστὶ τῶν χωρίων τούτων καὶ Ἀλβανὸν ὄρος πολὺ ὑπερκύπτον τοῦ Ἀρτεμισίου καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ὀφρύων, καίπερ ὑψηλῶν οὐσῶν καὶ ὀρθίων ἱκανῶς. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο λίμνην πολὺ μείζω τῆς κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον (ὄρος). προσωτέρω δὲ τούτων αἱ λεχθεῖσαι πρότερον πόλεις τῆς Λατίνης εἰσί. μάλιστα δ' ἐν μεσογαίᾳ τῶν Λατίνων πόλεών ἐστιν ἡ Ἄλβα, ὁμοροῦσα Μαρσοῖς· ἵδρυται δ' ἐφ' ὑψηλοῦ πάγου λίμνης Φουκίνας πλησίον, πελαγίας τὸ μέγεθος· χρῶνται δ' αὐτῇ μάλιστα μὲν Μαρσοὶ καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι. φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληροῦσθαί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν, ὥστ' ἀναψύχειν τοὺς λιμνωθέντας τόπους καὶ γεωργεῖσθαι παρέχειν, ἤτοι μεταστάσεις τῶν κατὰ βάθους ὑγρῶν σποράδην καὶ ἀδήλως γίνονται, πάλιν δ' ἐπισυρρέουσιν, ἢ τελέως ἐκλείπουσιν αἱ πηγαὶ καὶ πάλιν συνθλίβονται, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ῥεῖ. ἐκ δὲ τῆς Φουκίνας εἶναι τὰς πηγὰς ἱστοροῦσι τοῦ Μαρκίου ὕδατος τοῦ τὴν Ῥώμην ποτίζοντος καὶ παρὰ τἆλλα εὐδοκιμοῦντος ὕδατα. τῇ δὲ Ἄλβᾳ διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρῦσθαι καὶ διὰ τὸ εὐερκὲς ἀντὶ φρουρᾶς ἐχρήσαντο πολλάκις Ῥωμαῖοι, τοὺς φυλακῆς δεομένους ἐνταῦθα καθείργοντες.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῶν προσαλπίων ἐθνῶν ἀρξάμενοι καὶ τῶν πρὸς αὐτοῖς ὀρῶν τῶν Ἀπεννίνων, ἔπειθ' ὑπερβάντες ταῦτα τὴν ἐντὸς ἐπήλθομεν πᾶσαν, ὅση μεταξὺ κεῖται τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν τῶν κεκλιμένων πρὸς τὸν Ἀδρίαν μέχρι Σαυνιτῶν [καὶ] Καμπανῶν, νῦν ἐπανιόντες δηλώσομεν τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι τούτοις οἰκοῦντα καὶ ταῖς ὑπωρείαις τῆς τε ἐκτὸς μέχρι τῆς παραλίας τῆς Ἀδριατικῆς καὶ τῆς ἐντός. ἀρκτέον δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν Κελτικῶν ὅρων.

2. Ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη μετὰ τὰς τῶν Ὀμβρικῶν πόλεις τὰς μεταξὺ Ἀριμίνου καὶ Ἀγκῶνος. ὥρμηνται δ' ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι, δρυοκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι, καὶ νομίζουσιν Ἄρεως ἱερόν. οἰκοῦσι δ' ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρξάμενοι μέχρι τῶν πεδίων καὶ τῆς θαλάττης, ἐπὶ μῆκος ηὐξημένην ἔχοντες μᾶλλον ἢ πλάτος τὴν χώραν, ἀγαθὴν πρὸς ἅπαντα, βελτίω δὲ τοῖς ξυλίνοις καρποῖς ἢ τοῖς σιτικοῖς. ἔστι δ' εὖρος μὲν τὸ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ θάλατταν ἀνώμαλον τοῖς διαστήμασι· μῆκος δ' ἀπὸ Αἴσιος ποταμοῦ μέχρι Κάστρου παράπλουν ἔχον σταδίων ὀκτακοσίων. πόλεις δ' Ἀγκὼν μὲν Ἑλληνίς, Συρακουσίων κτίσμα τῶν φυγόντων τὴν Διονυσίου τυραννίδα· κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας μὲν λιμένα ἐμπεριλαμβανούσης

quadam ducto : effluxus intus quidem occulti sunt, foris autem cernuntur e longinquo conspicui.

13. His locis vicinus est mons Albanus, longe sublimior luco Dianæ et ejus superciliis, quanquam et celsa ea sunt et satis ardua. Is quoque lacum habet, longe majorem eo qui est ad Dianæ templum. Ante hos montes prius dictæ Latinæ urbes sitæ sunt : inter quas maxime mediterranea est Alba, Marsis finitima, scopulo insita sublimi, prope lacum Fucinum, magnitudine maris similem : eo utuntur præcipue Marsi et finitimi omnes. Ferunt hunc lacum aliquando usque ad montana impleri, rursumque subsidere, ita ut palude obducta loca rursum detegantur, et agriculturæ apta fiant; sive aquarum quæ sunt in imo fundo meatus variis locis latenter immutentur, rursumque in unum confluant aquæ, sive fontes prorsus deficiant, atque iterum cogantur : quod Amenano flumini, per Catinam [*græce* Catanam] fluenti, evenire perhibent, qui per multos annos destitutus aquis, deinde iterum fluit. E Fucino lacu promanare aiunt aquam Marciam, quæ Romam irrigat, gloriaque reliquas aquas vincit. Ceterum Alba, quod in penetralibus regionis sita ac munita optime esset, sæpenumero loco custodiæ usi sunt Romani, in quam dabant quos asservari captivos vellent.

CAP. IV.

Sed quoniam a gentibus Alpium et iis contiguorum Apenninorum viciniam incolentibus initium fecimus; iis deinde superatis, percurrimus quicquid est Italiæ mediterraneæ, inter mare Tyrrhenum et Apennini montana versus Adriam vergentia, usque ad Samnitas et Campanos : ad initium regressi, populos referamus qui illis in montibus degunt et ad eorum radices, sive extra ad Adriatici maris litus pertingentes, sive in mediterraneis habitantes. Rursum ergo a Gallicis finibus sumetur exordium.

2. Umbricas urbes quæ inter Ariminum sunt et Anconam sitæ, Picenus ager [*græce* Picentine] sequitur. Piceni [*gr.* Picentini] ex agro Sabino in ea loca migrarunt, pico ave iter ductoribus monstrante, unde nomen genti : picum avem Marti sacram censent. Incolunt a montibus versus planities et mare; estque eorum regio in longum quam latum porrectior, ad omnis vitæ usus commoda, arborum tamen fructibus quam frumento præstantior. Latitudinis a montibus ad mare inæqualia sunt diversis locis spatia. Longitudo ab Æsi fluvio usque ad Castrum [*codd.* Leastrum], navigatur legendo litore stadiis octingentis. In Piceno urbs Græca est Ancona [*gr.* Ancon], a Syracusanis condita, qui Dionysii fugerant tyrannidem. Sita est in promontorio, quod suo versus septentriones reflexu portum includit : vino

τῇ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐπιστροφῇ, σφόδρα δ' εὔοινός ἐστι καὶ εὐπυροφόρος. πλησίον δ' αὐτῆς Αὔξουμον πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· εἶτα Σεπτέμπεδα καὶ † Πνευεντία καὶ Ποτεντία καὶ Φίρμον Πικηνόν· ἐπίνειον δὲ ταύτης Κάστελλον. ἐφεξῆς δὲ τὸ τῆς Κύπρας ἱερόν, Τυρρηνῶν ἵδρυμα καὶ κτίσμα· τὴν δ' Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσιν· εἶτα Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις ἐπώνυμος· εἶτα Καστρουνόουν, καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμός, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ. ἔστι δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ αὕτη καὶ τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνόν, ἐρυμνότατον χωρίον καὶ . . . . ἐφ' ᾧ κεῖται τὸ τεῖχος, καὶ τὰ περικείμενα ὄρη στρατοπέδοις οὐ βάσιμα. ὑπὲρ δὲ τῆς Πικεντίνης Οὐηστῖνοί τε καὶ Μαρσοὶ καὶ Πελίγνοι καὶ Μαρρουκῖνοι καὶ Φρεντανοί, Σαυνιτικὸν ἔθνος, τὴν ὀρεινὴν κατέχουσιν, ἐφαπτόμενοι μικρὰ τῆς θαλάττης. ἔστι δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα μικρὰ μέν, ἀνδρικώτατα δὲ καὶ πολλάκις τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐπιδεδειγμένα Ῥωμαίοις, πρῶτον μέν, ἡνίκα ἐπολέμουν· δεύτερον δέ, ὅτε συνεστράτευον· τρίτον δ', ὅτε δεόμενοι τυχεῖν ἐλευθερίας καὶ πολιτείας μὴ τυγχάνοντες ἀπέστησαν καὶ τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον, Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελίγνων μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν, καὶ ἐνταῦθα δὴ τοὺς συνεπομένους ἀθροίσαντες καὶ χειροτονήσαντες ὑπάτους καὶ στρατηγούς· δύο δ' ἔτη συνέμειναν ἐν τῷ πολέμῳ, μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν, περὶ ἧς ἐπολέμουν. Μαρσικὸν δὲ ὠνόμασαν τὸν πόλεμον ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως, καὶ μάλιστα ἀπὸ Πομπαιδίου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα κωμηδὸν ζῶσιν, ἔχουσι δὲ καὶ πόλεις ὑπὲρ μὲν τῆς θαλάττης τό τε Κορφίνιον καὶ Σοῦλμον καὶ Μαρούιον καὶ Τεατέαν τὴν τῶν Μαρρουκίνων μητρόπολιν. ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ θαλάττῃ τό τε Ἄτερνον, ὅμορον τῇ Πικεντίνῃ, ὁμώνυμον δὲ τῷ ποταμῷ τῷ διορίζοντι τήν τε Οὐηστίνην καὶ τὴν Μαρρουκίνην. ῥεῖ γὰρ ἐκ τῆς Ἀμιτερνίνης, διὰ δὲ Οὐηστίνων, παραλιπὼν ἐν δεξιᾷ τοὺς Μαρρουκίνους ὑπὲρ (τῶ) τῶν Πελίγνων κειμένους, ζεύγματι περατός. τὸ δὲ πόλισμα τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Οὐηστίνων μέν ἐστι, κοινῷ δ' ἐπινείῳ χρῶνται καὶ οἱ Πελίγνοι καὶ οἱ Μαρρουκῖνοι· διέχει δὲ τὸ ζεῦγμα τέσσαρας καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κορφινίου. μετὰ δὲ Ἄτερνον Ὄρτων, ἐπίνειον Φρεντανῶν, καὶ Βοῦκα, καὶ αὐτὴ Φρεντανῶν, ὅμορος Τεάνῳ τῷ Ἀπούλῳ. (Ὀρτώνιόν ἐστιν ἐν τοῖς Φρεντανοῖς, πέτραι ληστρικῶν ἀνθρώπων, οἷς αἱ οἰκήσεις ἀπὸ τῶν ναυαγίων πήγνυνται· καὶ τἆλλα θηριώδεις εἶναι.) μεταξὺ δὲ Ὄρτωνος καὶ Ἀτέρνου ὁ Σάγρος ποταμὸς ὁρίζων τοὺς Φρεντανοὺς ἀπὸ τῶν Πελίγνων. ὁ δὲ παράπλους ἀπὸ τῆς Πικεντίνης ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι, σταδίων ἐστὶν ὅσον τετρακοσίων ἐνενήκοντα.

3. Ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Λατίνην ἐστὶν ἥ τε Καμ-

et tritico abundat. Proxime eam est Auxumum urbs paululum supra mare. Deinde Septempeda, Pneuentia [? Pollentia? *quæ dicta etiam* Urbs Salvia], Potentia [*al. codd.* Petentia], ac Firmum Picenum, hujusque navale Castellum [*codd.* Catellum]. Deinceps Cypræ fanum, conditum dedicatumque ab Etruscis : qui Junonem Cypram vocant. Tum Truentinus amnis, ejusdemque nominis urbs. Deinde Castrum novum, et Matrinus fluvius, ab Adrianorum urbe profluens, et navale Adriæ habens, eodem secum nomine. In mediterraneo sunt et Adria et Asculum [*gr.* Asclum] Picenum, locus munitissimus et . . . . [*ob collem*] in quo positus est murus, et montes cingentes, qui conscendi a nullo possunt exercitu. Supra Picenum Vestini [*codd.* Vestii], Marsi, Peligni [*codd. fere* Paligni], Marrucini, Frentani [*codd.* Phrettani], quæ Samnitica gens. Montana tenent, et exiguam maris partem attingunt. Populi ipsi exigui sunt, sed fortissimi, et qui suam fortitudinem Romanis sæpe demonstraverunt; primum quidem, quum bellum adversus eos gerebant; deinde, quum eorum castra sequebantur; tertio, quando libertatem ac jus civitatis postulantes, repulsam passi desciverunt, bellumque Marsicum quod vocatur concitaverunt, Corfiniumque, Pelignorum caput, communem omnibus Italis loco Romæ urbem designaverunt, bellique arcem, et Italicæ nomen indiderunt, contractisque ibi sociorum auxiliis, et consulibus ac prætoribus creatis, biennium eo in bello produraverunt : donec potiti sunt eam, ob quam arma ceperant, communionem. Marsicum nomen accepit hoc bellum a defectionis auctoribus, maxime Pompædio. Vivunt hæ gentes fere in vicis : habent tamen etiam urbes ad mare sitas, ut sunt Corfinium, Sulmo [*codd.* Sulmum], Maruvium, et Teate [*codd.* Tegeaten], Marrucinorum caput. Ad ipsum mare sunt Aternum Piceno confine, ejusdemque nominis cum fluvio, qui Vestinos a Marrucinis dirimit. Fluit enim ex agro Amiternino [*codd.* Amiterrino] per Vestinos, relictis ad dextram Marrucinis, qui sunt supra Pelignos siti; ponte trajicitur. Oppidum quod idem cum eo nomen habet, Vestinorum quidem est, eo tamen navali communiter utuntur Peligni et Marrucini : pons stadiis quattuor et viginti a Corfinio distat. Post Aternum [*codd.* Auternum] Orton est Frentanorum navale, et Buca, ipsa etiam Frentanorum, Teano Apulo contermina. [Ortonium est etiam in Frentanorum regione situm, saxa a prædonibus insessa, qui sua ædificia ex naufragiis concinnant; cetera quoque vitam agere belluinam.] Inter Ortonem et Aternum [*codd.* Auternum, Anternum] Sagrus fluvius labens Frentanos [*codd.* Phrettanos] a Pelignis dividit. Navigatio juxta litus a Piceno usque ad Apulos, quos Daunios Græci dicunt, stadiorum est circiter quadringentorum et nonaginta.

3. Deinceps post Latium Campania juxta mare porrecta

πανία, παρήκουσα τῇ θαλάττῃ, καὶ ὑπὲρ ταύτην ἡ Σαυνῖτις ἐν μεσογαίᾳ μέχρι Φρεντανῶν καὶ τῶν Δαυνίων, εἶτ' αὐτοὶ Δαύνιοι καὶ τἆλλα ἔθνη τὰ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. πρῶτον δὲ περὶ τῆς Καμπανίας ῥητέον. ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Σινοέσσης ἐπὶ μὲν τὴν ἑξῆς παραλίαν κόλπος εὐμεγέθης μέχρι Μισηνοῦ, κἀκεῖθεν ἄλλος κόλπος πολὺ μείζων τοῦ προτέρου, καλοῦσι δ' αὐτὸν Κρατῆρα, ἀπὸ τοῦ Μισηνοῦ μέχρι τοῦ Ἀθηναίου, δυεῖν ἀκρωτηρίων, κολπούμενον. ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν ἠιόνων Καμπανία πᾶσα ἵδρυται, πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων· περίκεινται δ' αὐτῷ γεωλοφίαι τε εὔκαρποι καὶ ὄρη τά τε τῶν Σαυνιτῶν καὶ τὰ τῶν Ὄσκων. Ἀντίοχος μὲν οὖν φησι τὴν χώραν ταύτην Ὀπικοὺς οἰκῆσαι, τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι. Πολύβιος δ' ἐμφαίνει δύο ἔθνη νομίζων ταῦτα· Ὀπικοὺς γάρ φησι καὶ Αὔσονας οἰκεῖν τὴν χώραν ταύτην περὶ τὸν Κρατῆρα. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων * μετ' ἐκείνους, κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος, τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκπεσεῖν· διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι τὸ πεδίον· δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικίσαντας τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην. διὰ δὲ τὴν τρυφὴν εἰς μαλακίαν τραπομένους, καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας ἐξέστησαν, οὕτω καὶ ταύτης παραχωρῆσαι Σαυνίταις, τούτους δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκπεσεῖν. τῆς δ' εὐκαρπίας ἐστὶ σημεῖον τὸ σῖτον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν κάλλιστον, λέγω δὲ τὸν πύρινον, ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος, κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς. ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους δὶς μὲν τῇ ζειᾷ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ, τινὰ δὲ καὶ λαχανεύεσθαι τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. καὶ μὴν τὸν οἶνον τὸν κράτιστον ἐντεῦθεν ἔχουσι Ῥωμαῖοι τὸν Φάλερνον καὶ τὸν Στατανὸν καὶ Καληνόν· ἤδη δὲ καὶ ὁ Σουρεντῖνος ἐνάμιλλος καθίσταται τούτοις, νεωστὶ πειρασθεὶς ὅτι παλαίωσιν δέχεται. ὡς δ' αὔτως εὐέλαιός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸ Οὐέναφρον, ὅμορον τοῖς πεδίοις ὄν.

4. Πόλεις δ' ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινόεσσαν Λίτερνον, ὅπου τὸ μνῆμα τὸ Σκιπίωνος τοῦ πρώτου προσαγορευθέντος Ἀφρικανοῦ· διέτριψε γὰρ ἐνταῦθα τὸ τελευταῖον, ἀφεὶς τὰς πολιτείας κατ' ἀπέχθειαν τὴν πρός τινας. παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός. ὡς δ' αὔτως καὶ Οὐουλτοῦρνος ὁμώνυμός ἐστι τῇ παρ' αὐτὸν πόλει ἐφεξῆς κειμένῃ· ῥεῖ δ' οὗτος διὰ Οὐενάφρου καὶ τῆς Καμπανίας μέσης. ταύταις δ' ἐφεξῆς ἐστι Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες, Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς, διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτούς, τῶν μὲν ἀποικίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν· ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη, κτίσαι δ' αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει· καὶ τὸ Φλεγραῖον καλού-

est, et supra hanc in mediterraneis Samnium [*græce* Saunitis], usque ad Frentanos et Daunios pertingens. Sequuntur deinde ipsi Daunii, et reliquæ gentes ad Siculum usque fretum. Sed prius de Campania dicendum est. A Sinuessa versus reliquam oram maris est sinus usque ad Misenum promontorium bene magnus : inde alius priore multo major, Craterem nominant, a Miseno usque ad Minervæ promontorium, duobus his in sinus morem conclusus promontoriis. Super hoc litus universa sita est Campania, regio omnium felicissima : circum eam jacent quum tumuli terræ fertiles tum Samnitum Oscorumque montes. Antiochus ab Opicis habitatam fuisse eam regionem narrat, qui iidem et Ausones appellarentur. At Polybius significat se pro duabus diversis gentibus eos habere : Opicos enim ait et Ausones terram hanc, quæ est circa Craterem, incolere. Alii tradunt, primum eam regionem Opicos, deinde Ausones, tandem Oscam quandam gentem tenuisse, postea hanc a Cumanis pulsam, illos ab Etruscis ejectos fuisse : etenim ob præstantiam campos illos multis fuisse certaminibus expetitos : Etruscos, quum duodecim ibi urbes condidissent, quæ earum quasi caput esset, ea de causa Capuam nuncupasse. Eosdem, quum per luxuriam ad mollitiem sese transdidissent, quemadmodum et regione ad Padum sita pulsi fuerunt, ita Campania quoque cessisse Samnitibus [*gr.* Sannitis, *codd. hic* Sannitis], quos Romani postmodo inde profligaverint. Fertilitatis indicium est quod frumentum ibi nascitur præstantissimum, *triticum inquam*, ex quo alica fit omni præstantior oryza, omnique fere alio frumentario alimento. Traditum memoriæ est quædam Campaniæ arva toto anno conseri, bis zea, tertium panico; quædam etiam quarto satu olera producere. Quin et vinum optimum hinc habent Romani, Falernum, Statanum, Calenum [*codd.* Calanum] : quibus hodie Surrentinum quoque non cedit, quod ætatem ferre nuper est exploratum. Nec minus olei ferax est tota Venafrana regio, campis istis contigua.

4. Urbes Campaniæ ad mare sunt, post Sinuessam, Liternum, ubi sepulchrum est Scipionis, ejus qui primus Africanus appellatus est. Ibi enim vitæ extrema tempora transegit, omissa ob inimicitias cum quibusdam ipsi intercedentibus reipublicæ tractatione. Urbem alluit ejusdem nominis fluvius. Eodem modo Vulturnus quoque urbs est ejusdem nominis cum amne ipsam prælerlabente, qui per Venafrum et mediam Campaniam fluit. Has subsequuntur Cumæ [*gr.* Cyme], Chalcidensium et Cumæorum colonia vetustissima : est enim hæc omnium Sicularum et Italicarum urbium antiquissima. Ductores classis Hippocles Cumæus, et Megasthenes Chalcidensis, inter se pepigerant, ut alterius colonia esset, alterius appellatio coloniæ : itaque urbs Cumæ nomen gerit, condita autem a Chalcidensibus fertur. Atque ab initio quidem urbs ea fortunata fuit; et quæ de Phlegræis campis fabulantur ac re ibi cum Gi-

μενον πεδίον, ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς Γίγαντας μυθεύουσιν, οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκός, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι δι' ἀρετήν· ὕστερον δ' οἱ Καμπανοὶ κύριοι καταστάντες τῆς πόλεως ὕβρισαν εἰς τοὺς ἀνθρώπους πολλά· καὶ δὴ καὶ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συνῴκησαν αὐτοί. ὅμως δ' οὖν ἔτι σώζεται πολλὰ ἴχνη τοῦ Ἑλληνικοῦ κόσμου καὶ τῶν νομίμων. ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός. εἰσὶ δὲ καὶ κητεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄρισται. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ καὶ ὕλη τίς ἐστι θαμνώδης, ἐπὶ πολλοὺς ἐκτεινομένη σταδίους, ἄνυδρος καὶ ἀμμώδης, ἣν Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσιν. ἐνταῦθα δὴ λῃστήρια συνεστήσαντο οἱ Πομπηίου Σέξτου ναύαρχοι, καθ' ὃν καιρὸν Σικελίαν ἀπέστησεν ἐκεῖνος.

5. Πλησίον δὲ τῆς Κύμης τὸ Μισηνὸν ἀκρωτήριον καὶ ἐν τῷ μεταξὺ Ἀχερουσία λίμνη, τῆς θαλάττης ἀνάχυσίς τις τεναγώδης. κάμψαντι δὲ τὸ Μισηνὸν λιμὴν εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ, καὶ μετὰ τοῦτον ἐγκολπίζουσα ἠιὼν εἰς βάθος, ἐν ᾗ αἱ Βαῖαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. ταῖς δὲ Βαΐαις συνεχὴς ὅ τε Λοκρῖνος κόλπος, καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος, χερρόνησον ποιῶν τὴν ἀπολαμβανομένην μέχρι Μισηνοῦ γῆν ἀπὸ (τῆς πελαγίας) τῆς μεταξὺ Κύμης καὶ αὐτοῦ. λοιπὸς γάρ ἐστιν ὀλίγων σταδίων ἰσθμὸς διὰ τῆς διώρυγος ἐπ' αὐτὴν Κύμην, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλατταν. ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν τῷ Ἀόρνῳ τὰ περὶ τὴν νέκυιαν τὴν Ὁμηρικήν· καὶ δὴ καὶ νεκυομαντεῖον ἱστοροῦσιν ἐνταῦθα γενέσθαι καὶ Ὀδυσσέα εἰς τοῦτ' ἀφικέσθαι. ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος κόλπος ἀγχιβαθὴς καὶ ἀρτίστομος, λιμένος καὶ μέγεθος καὶ φύσιν ἔχων, χρείαν δ' οὐ παρεχόμενος λιμένος διὰ τὸ προκεῖσθαι τὸν Λοκρῖνον κόλπον προσβραχῆ καὶ πολύν. περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις, ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν τοῦ εἴσπλου, νῦν μὲν ἡμέρως ἐκπεπονημέναις, πρότερον δὲ συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ ἀβάτῳ, αἳ κατὰ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον. προσεμύθευον δ' οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένους ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις. καὶ τοῦτο [τὸ] χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι· καὶ εἰσέπλεόν γε οἱ προθυσόμενοι καὶ ἱλασόμενοι τοὺς καταχθονίους δαίμονας, ὄντων τῶν ὑφηγουμένων τὰ τοιάδε ἱερέων, ἠργολαβηκότων τὸν τόπον. ἔστι δὲ πηγή τις αὐτόθι ποταμίου ὕδατος ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· τούτου δ' ἀπείχοντο πάντες, τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ νομίσαντες· καὶ τὸ μαντεῖον ἐνταῦθά που ἵδρυτο· τόν τε Πυριφλεγέθοντα ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐτεκμαίροντο τῶν πλησίον καὶ τῆς Ἀχερουσίας. Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προσοικειῶν τὸν τόπον φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾶν καὶ τοὺς ξένους

gantibus gesta, non aliunde videntur orta, quam quod eam regionem ob soli virtutem multi sibi certatim vindicarent. Postea temporis Campani, urbe ea in suam redacta potestatem, quum alias multas contumeliosas injurias civibus intulerunt, tum cum eorum uxoribus ipsi habitaverunt. Attamen etiamnum multa Græcæ constitutionis supersunt vestigia, et sacrorum atque institutorum. Sunt qui Cumam a fluctibus (*græce* kymasi) nominatam putent; contiguum enim litus scopulosi instar dorsi mari objectum est. Est et optima piscatio cetorum apud eos. In eodem sinu silva quædam est arbustis consita, stadiûm non paucorum longitudine, aquæ inops et arenosa, quam silvam Gallinariam appellant. Ibi præsides navium Sexti Pompeii prædonum copiam contraxerunt, quo tempore Siciliam is ad defectionem pertraxit.

5. Cumis vicinum est Misenum promontorium, in medio vero Acherusia (sive Acherontia) palus, cœnosa quædam maris effusio. Postquam Misenum circumflexeris, statim sub ipso promontorio portus [*codd.* palus] exsistit, indeque litus profunditate immensa in sinum reducitur; quo in litore Baiæ sunt et calidæ aquæ quum ad luxum, tum ad morborum sanationem idoneæ. Baiis autem contiguus est Lucrinus sinus, eoque interior lacus Avernus [*gr.* Aornos], qui id terræ, quod usque ad Misenum inter ipsum ac Cumas intercipitur, in peninsulæ formam redigit: superest enim isthmus paucorum stadiorum juxta cuniculum [?] ad Cumas et mare eis contiguum porrectus. Qui nos ætate antecesserunt, Necyiæ Homericæ fabulas Averno applicaverunt, atque narrant ibi fuisse oraculum, ubi vita defuncti responsa darent, et ad hoc Ulyssem advenisse. Est autem sinus Avernus profundus, faucibusque angustis instructus, neque ei, ut portus haberetur, vel a natura loci vel a magnitudine quidquam deest, attamen portus usum non præstat, quia ante eum sinus Lucrinus vadosus et latus jacet. Circumcluditur Avernus montibus arduis et undique, præterquam in aditu, imminentibus, qui nunc quidem coluntur, olim autem silva horrida et inaccessa altissimarum arborum obsiti erant, quæ sinum ipsum obumbrantes superstitioni inserviebant. Fabulantur etiam accolæ, aves quæ sinum supervolarent, in aquam decidere, aeris exhalatione exanimatas, ut fit in locis quæ Plutonia dicuntur (*atque inde Aornon; i. e. sine avibus, sive avibus transitum non præbentem, dictum*). Etiam Avernum esse Plutonium putabant, ibique Cimmerios habitare dici; ideoque intro navigabant qui sacrificiis deos manes placare vellent, quum essent sacerdotes, qui conducto isto loco talia sacra docebant administrabantque. Ibidem et fons est aquæ fluvialis ad ipsum mare: qua omnes abstinebant, Stygis aquam esse putantes. Ibidemque alicubi oraculum collocatum erat, et Pyriphlegethontem hic esse, ex aquis calidis vicinis et Acherusia (palude) æstimant. Ephorus vero Cimmeriis locum illum ascribens, hos habitare ait in subterraneis ædificiis, quas argillas vocant, ac per fossas quasdam inter se commeare, hospitesque eadem via ad

εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δ' ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδείξαντος αὐτοῖς συντάξεις. εἶναι δὲ τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾶν, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἔξω πορεύεσθαι τῶν χασμάτων· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς ἄρα

οὐδέ ποτ' αὐτούς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται·

ὕστερον δὲ διαφθαρῆναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ βασιλέως τινός, οὐκ ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ, τὸ δὲ μαντεῖον ἔτι συμμένειν, μεθεστηκὸς εἰς ἕτερον τόπον. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν, νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸν Ἄορνον κοπείσης ὑπὸ Ἀγρίππα, τῶν δὲ χωρίων κατοικοδομηθέντων, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀόρνου διώρυγος ὑπονόμου τμηθείσης μέχρι Κύμης, ἅπαντ' ἐκεῖνα ἐφάνη μῦθος· τοῦ Κοκκηίου τοῦ ποιήσαντος τὴν διώρυγα ἐκείνην (τε καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν ἐκ Δικαιαρχίας ἐπὶ ταῖς Βαίαις) ἐπακολουθήσαντός πως τῷ περὶ τῶν Κιμμερίων ἀρτίως λεχθέντι λόγῳ, τυχὸν ἴσως καὶ πάτριον νομίσαντος τῷ τόπῳ τούτῳ δι' ὀρυγμάτων εἶναι τὰς ὁδούς.

6. Ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαϊῶν, χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης ὀκτασταδίῳ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας, ὅ φασιν Ἡρακλέα διαχῶσαι, τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου· δεχόμενον δ' ἐπιπολῆς τὸ κῦμα τοῖς χειμῶσιν, ὥστε μὴ πεζεύεσθαι ῥᾳδίως, Ἀγρίππας (δὲ) ἐπεσκεύασεν. εἴσπλουν δ' ἔχει πλοίοις ἐλαφροῖς, ἐνορμίσασθαι μὲν ἄχρηστος, τῶν ὀστρέων δὲ θήραν ἔχων ἀφθονωτάτην. ἔνιοι δὲ τοῦτον αὐτὸν τὴν λίμνην εἶναι τὴν Ἀχερουσίαν φασίν, Ἀρτεμίδωρος δὲ αὐτὸν τὸν Ἄορνον. τὰς δὲ Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαίου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός, καὶ τὸ Μισηνὸν [Μισηνοῦ]. ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ἦν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον, κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν συνῴκισαν Ῥωμαῖοι καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων· οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων, ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαϊῶν καὶ τῆς Κυμαίας ὅτι θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων. τινὲς δὲ καὶ Φλέγραν διὰ τοῦτο τὴν Κυμαίαν νομίζουσι κληθῆναι, καὶ τῶν πεπτωκότων γιγάντων τὰ κεραύνια τραύματα ἀναφέρειν τὰς τοιαύτας προχοὰς τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος. ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου· σύμμετρος γάρ ἐστι τῇ τιτάνῳ καὶ κόλλησιν ἰσχυρὰν καὶ πῆξιν λαμβάνει. διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν, καὶ κολποῦσι τὰς ἀναπεπταμένας ἠιόνας, ὥστ' ἀσφαλῶς ἐνορμίζεσθαι τὰς μεγίστας ὁλκάδας. ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως εὐθὺς ἡ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορά, πεδίον περικεκλειμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχούσαις ἀναπνοὰς πολλαχοῦ

oraculum adducere, alte infra terram conditum : victum eos metallis effodiendis [vaticiniis edendis?] quærere, et ab iis accipere, qui oraculum consulunt, ac regem iis constituisse eo nomine stipendium. Porro qui apud oraculum illud degunt, eos, more a majoribus accepto, nunquam videre solem, sed noctu ex hiatibus terræ prodire, ideoque de iis Homerum ita scripsisse (*Od.* Λ, 15):

Neque unquam
illos illustrat radiorum lumine Titan.

Postea temporis Cimmerios fuisse deletos a rege quodam, cujus eventa oraculum non comprobassent : sed sedem oraculi alio translatam etiamnum durare. Atque hæc quidem fabulati sunt prisci. Nostra vero tempestate, quum silvam quæ circa Avernum fuit, cecidisset Agrippa, et loca ædificiis occupata essent, actusque infra Avernum Cumas usque cuniculus, omnia ista fabulas esse liquido apparuit : Cocceio, qui cuniculum istum duxit, [et alium a Dicæarchia (sive Puteolis) ad Neapolin supra Baias tendentem,] fere fabulam istam de Cimmeriis modo relatam sequente, ac fortasse etiam arbitrante, loco huic ex antiqua consuetudine convenire ut per fossas viæ ducantur.

6. Porro Lucrinus sinus in latum producitur usque ad Baias, interclusus ab externo mari aggere longo stadia octo, tantaque latitudine, quantam lati currus orbita occupat. Eum aggerem aiunt ab Hercule factum, dum Geryonis boves abigeret. Quum autem tempestatibus mare agitantibus undas multis locis admitteret, difficulterque terrestri itinere posset peragrari, ab Agrippa est quod deerat structuræ additum. Naves admittit leves, stationi inutilis, sed capturam ostreorum habet copiosissimam. Hunc ipsum Lucrinum lacum esse Acherusiam nonnulli opinantur; Artemidorus ipsum Avernum. Baias nomen habere perhibent a Baio, quem inter Ulyssis socios nominant; et Misenum, a Miseno. Sequuntur ordine litora circa Dicæarchiam, atque ipsa urbs. Fuit ea antiquitus Cumanorum navale, exstructum in supercilio litoris : sed sub tempus Annibalicæ expeditionis Romani coloniam eo deduxerunt, urbemque Puteolos mutato nomine appellarunt, a puteis. Alii autem a fœtore aquarum totam regionem ad Baias usque et agrum Cumanum sic dici censent, quod sulfuris plena est atque ignis et calidarum aquarum; nec desunt qui eam ob causam Cumano agro Phlegræ (sive Campi Phlegræi) nomen inditum fuisse æstiment, et Gigantum ibi occisorum vulnera fulminibus inflicta, igni aquisque ferventibus attribuant. Urbs ea emporium facta est maximum, et habet stationes navium arte exstructas, natura arenæ eam commoditatem præstante, quæ calci proportione respondens, validam conglutinationem atque concretionem suscipit : itaque glareæ cæmentum ex calce et arena conflatum admiscentes, aggeres in mare producunt, sinuantque litoris partes maxime apertas, ita ut subduci tuto possint maximæ onerariæ naves. Urbi protinus imminet Vulcani forum, campus circumquaque inclusus collibus

καὶ βρομώδεις ἱκανῶς· τὸ δὲ πεδίον θείου πλῆρές ἐστι συρτοῦ.

7. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο· ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς, Παρθενόπης, καὶ ἀγὼν συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν. ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινας ἐδέξαντο συνοίκους διχοστατήσαντες, καὶ ἠναγκάσθησαν τοῖς ἐχθίστοις ὡς οἰκειοτάτοις χρήσασθαι, ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἀλλοτρίους ἔσχον. μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά. πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα καὶ φρατρίαι καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καίπερ ὄντων Ῥωμαίων. νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. ἔστι δὲ καὶ ἐνθάδε διῶρυξ κρυπτή, τοῦ μεταξὺ ὄρους τῆς τε Δικαιαρχίας καὶ τῆς Νεαπόλεως ὑπεργασθέντος ὁμοίως, ὥσπερ ἐπὶ τὴν Κύμην, ὁδοῦ τε ἀνοιχθείσης ἐναντίοις ζεύγεσι πορευτῆς ἐπὶ πολλοὺς σταδίους· τὰ δὲ φῶτα ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ὄρους, πολλαχόθεν ἐκκοπεισῶν θυρίδων, διὰ βάθους πολλοῦ κατάγεται. ἔχει δὲ καὶ ἡ Νεάπολις θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς καὶ κατασκευὰς λουτρῶν οὐ χείρους τῶν ἐν Βαίαις, πολὺ δὲ τῷ πλήθει λειπομένας· ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γεγένηται, συνῳκοδομημένων βασιλείων ἄλλων ἐπ' ἄλλοις, οὐκ ἐλάττων τῆς Δικαιαρχίας. ἐπιτείνουσι δὲ τὴν ἐν Νεαπόλει διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ἀναχωροῦντες δεῦρο ἡσυχίας χάριν τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων ἢ καὶ ἄλλων, διὰ γῆρας ἢ ἀσθένειαν ποθούντων ἐν ἀνέσει ζῆν· καὶ τῶν Ῥωμαίων δ' ἔνιοι χαίροντες τῷ βίῳ τούτῳ, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς ἐπιδημούντων ἀνδρῶν, ἄσμενοι φιλοχωροῦσι καὶ ζῶσιν αὐτόθι.

8. Ἐχόμενον δὲ φρούριόν ἐστιν Ἡράκλειον, ἐκκειμένην εἰς τὴν θάλατταν ἄκραν ἔχον, καταπνεομένην Λιβὶ θαυμαστῶς, ὥσθ' ὑγιεινὴν ποιεῖν τὴν κατοικίαν. Ὄσκοι δ' εἶχον καὶ ταύτην καὶ τὴν ἐφεξῆς Πομπηίαν, ἣν παραρρεῖ ὁ Σάρνος ποταμός, εἶτα Τυρρηνοὶ καὶ Πελασγοί, μετὰ ταῦτα δὲ Σαυνῖται· καὶ οὗτοι δ' ἐξέπεσον ἐκ τῶν τόπων. Νώλης δὲ καὶ Νουκερίας καὶ Ἀχερρῶν, ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέμωνα, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ Πομπηία, παρὰ τῷ Σάρνῳ ποταμῷ καὶ δεχομένῳ τὰ φορτία καὶ ἐκπέμποντι. ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούιον, ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις πλὴν τῆς κορυφῆς· αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστίν, ἄκαρπος δ' ὅλη, ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης, καὶ κοιλάδας φαίνει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός· ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός, σβεσθῆναι δ' ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. τάχα δὲ καὶ τῆς εὐκαρπίας τῆς

ignitis, quæ passim tanquam e caminis incendium magno cum fremitu exspirant: campus autem sulfure tractili est plenus.

7. Post Dicæarchiam est Neapolis Cumæorum: postea temporis et Chalcidensium nonnulli, et Pithecussæorum, et Atheniensium immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum. Ostenditur ibi monumentum Parthenopes, unius Sirenum: et jussu oraculi gymnicum certamen celebratur. Aliquanto post, obortis dissidiis, Campanos quosdam in urbem civium loco receperunt: coactique sunt inimicissimos loco familiarissimorum habere, quum suos a se abalienassent. Argumento rei sunt nomina demarchorum (qui sunt urbani magistratus) principio Græca, posterioribus temporibus Campanica Græcis permixta. Plurima tamen ibi Græcorum institutorum supersunt vestigia, ut gymnasia, epheborum cœtus, phratriæ, et Græca nomina, quum sint tamen Romani. Nostro tempore sacrum quinquennale certamen musicum et gymnicum per aliquot dies apud eos agitur, ludis Græcorum nobilissimis æmulum. Est et hic cuniculus occultus, per montem inter Puteolos ac Neapolim situm actus eodem modo, quo illum Cumas versum diximus fuisse ductum; viaque stadiorum multorum longitudine aperta est, in qua decedere jumenta invicem occurrentia possunt; lumenque, incisis passim in montis superficiem fenestris, per magnam altitudinem demittitur. Habet Neapolis etiam calidarum aquarum scaturigines, et balneorum apparatus Baianis non deteriores, sed numero longe pauciores: nam apud Baias nova urbs construitur, non minor Puteolis, aliis subinde supra alias regiis villis ibi ædificatis. Vitæ autem Græcanica ratio ut Neapoli permaneat atque etiam augeatur faciunt qui eo Roma secedunt in otium, sive qui per doctrinam et litteras rem fecerunt sive aliis modis, ob senectutem aut corporis imbecillitatem cupientes vitam faciliorem degere; et Romanorum nonnulli hoc vitæ genere gaudentes, ubi vident multitudinem hominum qui ejus instituti causa ibi versantur, lubentes locum eum amplectuntur, ibique victitant.

8. Neapolin proxime sequitur Herculanium [*gr.* Heraclion] castellum, cui adjacet promontorium in mare porrectum, quod Africo mirum in modum ita perflatur, ut salutaris inde fiat ibi habitatio. Hoc, et quod proxime sequitur et Sarno amne alluitur, Pompeios [*gr.* Pompeiam, *codd.* Pompaian] tenuerunt olim Osci; deinde Etrusci ac Pelasgi; post hos Samnitæ, qui et ipsi ex illis locis expulsi sunt. Sunt autem Pompeii commune navale Nolæ, Nuceriæ et Acerrarum [*gr.* Acherrarum; *al. codd.* Ancherôn] (cujus nominis aliud quoque oppidum circa Cremonam [*codd.* Creonem] supra retulimus), ad Sarnum fluvium, merces et excipientem et emittentem. Imminet hisce locis Vesuvius mons, agris cinctus optimis, dempto vertice, qui magna sui parte planus quidem, at totus sterilis est, aspectu cinereus, cavernasque ostendens fistularum plenas et lapidum colore fuliginoso, utpote ab igni exesorum; ut conjecturam facere possis, ista loca quondam arsisse et crateras ignis habuisse, deinde, materia deficiente, restincta

κύκλῳ τοῦτ' αἴτιον, ὥσπερ ἐν τῇ Κατάνῃ, φασί, τὸ κατατεφρωθὲν μέρος ἐκ τῆς σποδοῦ τῆς ἀνενεχθείσης ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς εὐάμπελον τὴν γῆν ἐποίησεν. ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ τὴν ἐκπυρουμένην βῶλον καὶ τὴν ἐκφέρουσαν τοὺς καρπούς· πλεονάζουσα μὲν οὖν τῷ λίπει πρὸς ἐκπύρωσιν ἐπιτηδεία, καθάπερ ἡ θειώδης πᾶσα, ἐξικμασθεῖσα δὲ καὶ λαβοῦσα σβέσιν καὶ ἐκτέφρωσιν εἰς καρπογονίαν μετέβαλε. συνεχὲς δέ ἐστι τῇ Πομπηΐᾳ τὸ Συρρεντὸν τῶν Καμπανῶν, ὅθεν πρόκειται τὸ Ἀθήναιον, ὅ τινες Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον καλοῦσιν· ἔστι δὲ ἐπ' ἄκρῳ μὲν Ἀθηνᾶς ἱερόν, ἵδρυμα Ὀδυσσέως. διάπλους δ' ἐνθένδε βραχὺς εἰς Καπρέας νῆσον. κάμψαντι δὲ τὴν ἄκραν νησῖδές εἰσιν ἔρημοι πετρώδεις, ἃς καλοῦσι Σειρῆνας. ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Συρρεντὸν μέρους ἱερόν τι δείκνυται καὶ ἀναθήματα παλαιὰ τιμώντων τῶν πλησίον [τὸν] τόπον. μέχρι μὲν δεῦρο ἔχει τέλος ὁ κόλπος ὁ Κρατὴρ προσαγορευόμενος, ἀφοριζόμενος δυσὶν ἀκρωτηρίοις βλέπουσι πρὸς μεσημβρίαν, τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ. ἅπας δ' ἐστὶ κατεσκευασμένος τοῦτο μὲν ταῖς πόλεσιν, ἃς ἔφαμεν, τοῦτο δὲ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ φυτείαις, αἳ μεταξὺ συνεχεῖς οὖσαι μιᾶς πόλεως ὄψιν παρέχονται.

9. Τοῦ μὲν οὖν Μισηνοῦ πρόκειται νῆσος ἡ Προχύτη, Πιθηκουσσῶν δ' ἐστὶν ἀπόσπασμα. Πιθηκούσσας δ' Ἐρετριεῖς ᾤκισαν καὶ Χαλκιδεῖς, εὐτυχήσαντες [δὲ] δι' εὐκαρπίαν καὶ διὰ τὰ χρυσεῖα ἐξέλιπον τὴν νῆσον κατὰ στάσιν, ὕστερον δὲ καὶ ὑπὸ σεισμῶν ἐξελαθέντες καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θαλάττης καὶ θερμῶν ὑδάτων· ἔχει γὰρ τοιαύτας ἀποφορὰς ἡ νῆσος, ὑφ' ὧν καὶ οἱ πεμφθέντες παρὰ Ἱέρωνος τοῦ τυράννου τῶν Συρακουσίων ἐξέλιπον τὸ κατασκευασθὲν ὑφ' ἑαυτῶν τεῖχος καὶ τὴν νῆσον· ἐπελθόντες δὲ Νεαπολῖται κατέσχον. ἐντεῦθεν καὶ ὁ μῦθος, ὅτι φασὶ τὸν Τυφῶνα ὑποκεῖσθαι τῇ νήσῳ ταύτῃ, στρεφομένου δὲ τὰς φλόγας ἀναφυσᾶσθαι καὶ τὰ ὕδατα, ἔστι δ' ὅτε καὶ νησῖδας ἐχούσας ζέον ὕδωρ. πιθανώτερον δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν ἐκ τῶν φαινομένων ὁρμηθείς, ὅτι πᾶς ὁ πόρος οὗτος, ἀπὸ τῆς Κυμαίας ἀρξάμενος μέχρι τῆς Σικελίας, διάπυρός ἐστι, καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς εἰς ἓν συναπτούσας πρός τε ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον. διόπερ ἥ τε Αἴτνη τοιαύτην ἔχειν δείκνυται φύσιν, οἵαν ἱστοροῦσιν ἅπαντες, καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι καὶ τὰ περὶ τὴν Δικαιαρχίαν καὶ Νεάπολιν καὶ Βαΐας χωρία καὶ αἱ Πιθηκοῦσσαι. ταῦτ' οὖν διανοηθεὶς τῷ παντὶ τόπῳ τούτῳ φησὶν ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα·

νῦν γε μὰν
ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα.

καὶ Τίμαιος δὲ περὶ τῶν Πιθηκουσσῶν φησιν ὑπὸ τῶν παλαιῶν πολλὰ παραδοξολογεῖσθαι, μικρὸν δὲ πρὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἐπωμέα λόφον ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ τιναγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἐξῶσαι (πάλιν) ἐπὶ τὸ πέλαγος, τὸ δὲ ἐκτε-

fuisse. Fortassis hæc etiam causa est fertilitatis locorum circumjacentium; quemadmodum Catanæ (sive Catinæ) perhibent, partes quæ cineribus ab Ætnæo igne sursum egestis fuerunt intectæ, fuisse vini feraces redditas. Habent enim pinguedinem quæ penetrat et glebam quæ igni ardescit, et eam quæ fructus profert: eaque, dum abundat pinguedine, apta est incendio, sicut omne quod sulfureum est; exsiccata autem et restincta ac in cinerem conversa, ad fruges producendas redacta est commoda. Pompeiis contiguum est Surrentum [*codd.* Syreon, Syræon] Campanorum; unde prominet Athenæum (seu Minervæ) promontorium, quod alii Sirenussarum [*codd.* Prenusôn] vocant. Eo in promontorio fanum est Minervæ ab Ulysse conditum, indeque in Capreas insulam brevis trajectus. Ubi id circumflexeris, insulæ occurrunt desertæ et saxosæ, quas Sirenas dicunt. Ea parte quæ Surrento est objecta, templum quoddam monstratur, et donaria vetusta vicinorum qui locum sunt venerati. Atque hic finitur sinus qui Crater appellatur, duobus ad meridiem spectantibus promontoriis inclusus, Miseno et Athenæo. Totus autem adornatus est quum urbibus, quas nominavi, tum villis et plantariis, ita continenter inter se junctis, ut urbis unius speciem præbeant.

9. Ante Misenum jacet Prochyta, insula a Pithecussis avulsa. Pithecussas Eretrienses incolis frequentarunt et Chalcidenses, qui ob agri fecunditatem ac metalla auri rebus utebantur secundis: oborta autem seditione, de insula deserenda cogitaverunt, e qua postea terræ motibus, ignis et maris atque calidarum aquarum eruptione plane exturbati sunt. Tales enim eruptiones hæc insula patitur; propter quas etiam eo missi ab Hierone Syracusanorum tyranno, insulam una cum arce ab ipsis exstructa dereliquerunt, quam postea eo profecti Neapolitani occupaverunt. Atque hinc fabula enata est, Typhonem sub hac insula jacere, obversuque corporis flammas exspirare et aquam, interdum etiam insulas minutas, aquam fervidam habentes. Probabilior est autem Pindari sententia a phænomenis petita: totum hunc maris trajectum, a Cumana regione ad Siciliam usque, ignitum esse, atque in profundo cuniculos habere, quibus insulæ et inter sese et cum continente conjungantur. Quamobrem et eam Ætna, quam omnes memorant, ostendit sui naturam, et Liparæorum insulæ, et loca Puteolis, Neapoli Baiisque propinqua, et Pithecussæ. Quibus consideratis Pindarus toti isti regioni subjectum ait Typhonem (*Pyth.* I, 32),

Cujus pectora nunc premuntur hirta
litorum tumulis, mare quæ profligant,
Cumarum super urbem:
ipsiusque solo Trinacriæ.

Atque Timæus etiam de Pithecussis tradit veteres multa fidem excedentia perhibuisse: paulo autem ante suam ætatem media in insula collem, cui nomen Epomeo [*apud Plinium* Epopo], terræ motu concussum ignes evomuisse, et quod terræ inter ipsum ac mare erat, ad mare extrusisse:

φρωθὲν τῆς γῆς, μετεωρισμὸν λαβόν, κατασκῆψαι πάλιν τυφωνοειδῶς εἰς τὴν νῆσον, καὶ ἐπὶ τρεῖς τὴν θάλατταν ἀναχωρῆσαι σταδίους, ἀναχωρήσασαν δὲ μετ' οὐ πολὺ ὑποστρέψαι καὶ τῇ παλιρροίᾳ κατακλύσαι τὴν νῆσον, καὶ γενέσθαι σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός· ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φυγεῖν ἐκ τῆς παραλίας εἰς τὴν [ἄνω] Καμπανίαν. δοκεῖ δὲ τὰ θερμὰ ὕδατα ἐνταῦθα θεραπεύειν τοὺς λιθιῶντας. αἱ δὲ Καπρέαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσσας ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτῆμα καὶ κατοικοδομήσαντος. αἱ μὲν οὖν παράλιοι πόλεις τῶν Καμπανῶν καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι τοιαῦται.

10. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος· τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν πλὴν Τεάνου Σιδικίνου· καὶ γὰρ αὕτη ἀξιόλογος. κεῖται δ' ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ αὐτή τε καὶ τῶν ἄλλων αἱ ἐπὶ Βρεντέσιον ἄγουσαι ἀπ' αὐτῆς, Καλατία καὶ Καύδιον καὶ Βενεουεντόν· ἐπὶ δὲ Ῥώμης Κασίλινον ἵδρυται ἐπὶ τῷ Οὐουλτούρνῳ ποταμῷ, ἐν ᾗ πολιορκούμενοι Πραινεστίνων ἄνδρες τετταράκοντα καὶ πεντακόσιοι πρὸς ἀκμάζοντα Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντέσχον, ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθέντος † μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον (τε) τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην ἐθαύμαζεν, ὡς ἔοικεν, ὁ Ἀννίβας τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζοιεν τέως ἀνθέξειν, ἕως τελεσφορήσειεν ἡ γογγύλη· καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ πλὴν ἀνδρῶν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων ἢ ἐν ταῖς μάχαις.

11. Πρὸς δὲ ταῖς ῥηθείσαις ἔτι καὶ αὗται Καμπαναὶ πόλεις εἰσίν, ὧν ἐμνήσθημεν πρότερον, Κάλης τε καὶ Τέανον Σιδικῖνον, ἃς διορίζουσιν αἱ δύο Τύχαι ἐφ' ἑκάτερα ἱδρυμέναι τῆς (τε) Λατίνης ὁδοῦ. καὶ ἔτι Σουεσσοῦλα καὶ Ἀτέλλα καὶ Νῶλα καὶ Νουκερία καὶ Ἀχέρραι καὶ Ἀβέλλα καὶ ἄλλαι ἔτι ἐλάττους τούτων κατοικίαι, ὧν ἐνίας Σαυνίτιδάς φασιν εἶναι. Σαυνῖται δὲ πρότερον μὲν καὶ μέχρι τῆς Λατίνης τῆς περὶ Ἀρδέαν ἐξοδίας ποιούμενοι, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτὴν τὴν Καμπανίαν πορθοῦντες πολλὴν ἐκέκτηντο δύναμιν· καὶ γὰρ ἄλλως δεσποτικῶς ἄρχεσθαι μεμαθηκότες ταχὺ ὑπούργουν τοῖς προστάγμασι. νυνὶ δ' ἐκπεπόνηνται τελέως ὑπό τε ἄλλων καὶ τὸ τελευταῖον ὑπὸ Σύλλα τοῦ μοναρχήσαντος Ῥωμαίων· ὃς ἐπειδὴ πολλαῖς μάχαις καταλύσας τὴν τῶν Ἰταλιωτῶν ἐπανάστασιν, τούτους σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἑώρα καὶ † ὁμοίως ὁμοροῦντας, ὥστε καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν, συνέστη πρὸ τοῦ τείχους αὐτοῖς, καὶ τοὺς μὲν ἐν τῇ μάχῃ κατέκοψε, κελεύσας μὴ ζωγρεῖν, τοὺς δὲ ῥίψαντας τὰ ὅπλα, περὶ τρισχιλίους ἄνδρας ἢ τετρακισχιλίους φασίν, εἰς τὴν δημοσίαν ἔπαυλιν τὴν ἐν τῷ Κάμπῳ καταγαγὼν εἷρξε· τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐπιπέμψας στρα-

ac terram in cineres versam, rursum vehementi elatam turbine ad insulam appulisse, tribusque mare inde in altum recessisse stadiis, pauloque post rursum ad terram dedisse impetum et æstu inundasse insulam, ignemque in ea hoc pacto exstinctum : fragore autem perculsos eos qui continentem habitabant, ab ora maritima in interiorem Campaniam profugisse. Thermæ ejus insulæ creduntur calculo laborantibus remedium esse. Capreæ antiquitus duo habebant oppida, postmodo unicum. Nam quum Neapolitani Capreas quoque occupassent, bello autem amisissent Pithecussas : has iis Augustus Cæsar reddidit, Capreas privatam sibi possessionem fecit ædificiisque instruxit. Atque hæ sunt Campaniæ urbes maritimæ, et insulæ ante eas sitæ.

10. At vero in mediterraneis est Capua, re vera id quod nomine ejus significatur, caput Campaniæ : reliquas enim si ei compares, oppidula sunt, excepto Teano Sidicino, quæ urbs est memorabilis. Sita est in via Appia quum ipsa Capua, tum aliæ quæ Brundisium inde ducunt, Calatia [*codd.* Calateria], Claudium [*codd.* Calydion], et Beneventum. Romam versus situm est Casilinum [*codd.* Casilimnon] juxta Vulturnum amnem : quo in oppido obsessi Prænestini viri quadringenti et quinquaginta adversus Annibalem tunc maxime vigentem tam diu obsidionem toleraverunt, dum medimno [*imo* mure] præ penuria ducentis denariis vendito, venditor mortuus est, emptore salvo. Quumque eosdem vidisset Annibal rapas prope muros serere, haud injuria miratus est eorum tolerantiam, qui se tantisper putarent obsidionem perferre posse, dum rapæ perfectæ enascerentur. Ac sane obsessos omnes ferunt incolumes abiisse, paucis exceptis, quos vel fames vel pugna absumpsisset.

11. Præter nominatas, hæ quoque sunt Campanæ urbes, quarum supra est a me facta mentio, Cales [*codd.* Calce] et Teanum Sidicinum, quas distinguunt duæ Fortunæ, quarum templa collocata sunt ab utraque Latinæ viæ parte. Præterea Suessula, Atella, Nola, Nuceria, Acerræ, [*gr.* Acherræ], Abella, aliaque his etiam minora oppida, quorum nonnulla Samnitibus attribuunt. Enimvero Samnites, [*gr.* Saunitæ], quum quondam in Latium ad Ardeam usque excursiones fecissent, deinde ipsam vastarent Campaniam, ad magnam pervenerant potentiam : quippe Campani, alioqui dominis parere assueti, facile imperata faciebant. Ceterum hac tempestate omnino sunt confecti, quum ab aliis, tum postremo a Sylla, qui solus rempublicam Romanam in sua habuit manu. Is enim quum multis prœliis Italicam rebellionem evertisset, Samnitas cernens solos propemodum adhuc nondum dissipatos, ita unanimiter bellum gerere, ut etiam ad ipsam Romam exercitum ducerent, ante urbis Romanæ mœnia prœlium cum eis conseruit, partimque in pugna eos delevit, edicto ne quis Samnis vivus caperetur; reliquos, quum arma projecissent (ad quattuor aut quinque millia virorum fuisse traditur), in villam publicam Campi (Martii) deductos inclu-

τιώτας ἅπαντας ἀπέσφαξε, προγραφάς τε ποιούμενος οὐκ ἐπαύσατο, πρὶν ἢ πάντας τοὺς ἐν ὀνόματι Σαυνιτῶν διέφθειρεν ἢ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐξέβαλε· πρὸς δὲ τοὺς αἰτιωμένους τὴν ἐπὶ τοσοῦτον ὀργὴν ἔφη καταμαθεῖν ἐκ τῆς πείρας, ὡς οὐδέποτ' ἂν εἰρήνην ἀγάγοι Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς, ἕως ἂν συμμένωσι καθ' ἑαυτοὺς Σαυνῖται. καὶ γάρ τοι νυνὶ κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις· ἔνιαι δ' ἐκλελοίπασι τελέως, Βοϊανόν, Αἰσερνία, Πάννα, Τελεσία συνεχὴς Οὐενάφρῳ, καὶ ἄλλαι τοιαῦται, ὧν οὐδεμίαν ἄξιον ἡγεῖσθαι πόλιν· ἡμεῖς δ' ἐπέξιμεν μέχρι τοῦ μετρίου διὰ τὴν τῆς Ἰταλίας δόξαν καὶ δύναμιν. Βενεουεντὸν δ' ὅμως συνέστηκεν εὖ καὶ Οὐενουσία.

12. Περὶ δὲ Σαυνιτῶν καὶ τοιοῦτός τις λόγος φέρεται, διότι πολεμοῦντες Σαβῖνοι πολὺν χρόνον πρὸς τοὺς Ὀμβρικοὺς εὔξαντο, καθάπερ τῶν Ἑλλήνων τινές, τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τούτῳ καθιερῶσαι, νικήσαντες δὲ τῶν γενομένων τὰ μὲν κατέθυσαν, τὰ δὲ καθιέρωσαν· ἀφορίας δὲ γενηθείσης, εἶπέ τις ὡς ἐχρῆν καθιερῶσαι καὶ τὰ τέκνα. οἱ δ' ἐποίησαν τοῦτο καὶ τοὺς γενομένους τότε παῖδας Ἄρεως ἐπεφήμισαν, ἀνδρωθέντας δ' ἔστειλαν εἰς ἀποικίαν, ἡγήσατο δὲ ταῦρος· ἐν δὲ τῇ τῶν Ὀπικῶν κατευνασθέντος (ἐτύγχανον δὲ κωμηδὸν ζῶντες), ἐκβαλόντες ἐκείνους ἱδρύθησαν αὐτόθι καὶ τὸν ταῦρον ἐσφαγίασαν τῷ Ἄρει τῷ δόντι αὐτὸν ἡγεμόνα κατὰ τὴν τῶν μάντεων ἀπόφασιν. εἰκὸς δὲ διὰ τοῦτο καὶ Σαβέλλους αὐτοὺς ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τῶν γονέων προσαγορευθῆναι, Σαμνίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας, οὓς οἱ Ἕλληνες Σαυνίτας λέγουσι. τινὲς δὲ καὶ Λάκωνας συνοίκους αὐτοῖς γενέσθαι φασὶ καὶ διὰ τοῦτο καὶ φιλέλληνας ὑπάρξαι, τινὰς δὲ καὶ Πιτανάτας καλεῖσθαι. δοκεῖ δὲ καὶ Ταραντίνων πλάσμα τοῦτ' εἶναι, κολακευόντων ὁμόρους καὶ μέγα δυναμένους ἀνθρώπους καὶ ἅμα ἐξοικειουμένων, οἵ γε καὶ ὀκτὼ μυριάδας ἔστελλόν ποτε τῆς πεζῆς στρατιᾶς, ἱππέας δ' ὀκτακισχιλίους. φασὶ δὲ νόμον εἶναι παρὰ τοῖς Σαυνίταις καλὸν καὶ προτρεπτικὸν πρὸς ἀρετήν· οὐ γὰρ ἔξεστι διδόναι τὰς θυγατέρας οἷς ἂν ἐθέλωσιν, ἀλλὰ κρίνεσθαι κατὰ ἔτος δέκα μὲν παρθένους, δέκα δὲ τῶν νέων τοὺς ἀρίστους καὶ τὰς ἀρίστας· τούτων τῷ πρώτῳ τὴν πρώτην δίδοσθαι, τῷ δευτέρῳ τὴν δευτέραν καὶ ἑξῆς οὕτως· ἐὰν δ' ὁ λαβὼν τὸ γέρας μεταβαλόμενος γένηται πονηρός, ἀτιμάζουσι καὶ ἀφαιροῦνται τὴν δοθεῖσαν. ἑξῆς δ' εἰσὶν Ἱρπῖνοι, καὐτοὶ Σαυνῖται· τοὔνομα δ' ἔσχον ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου λύκου τῆς ἀποικίας· ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον· συνάπτουσι δὲ Λευκανοῖς τοῖς μεσογαίοις. περὶ μὲν Σαυνιτῶν ταῦτα.

13. Καμπανοῖς δὲ συνέβη διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἐπ' ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐξετρύφησαν, ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων, ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν [συν]δείπνων ἀξίαν. Ἀννίβα δ' ἐξ ἐνδόσεως λαβόντος αὐτούς, δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν στρατιὰν οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥσθ' ὁ Ἀννίβας ἔφη νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας

sit, triduoque post immissis militibus universos trucidavit, proscriptionibusque institutis non ante *finem fecit, quam* quidquid Samnitici erat nominis aut occidisset aut Italia ejecisset; incusantibusque tantam ejus sævitiam respondit, experientia se edoctum, neminem quenquam Romanorum quieturum, quamdiu Samnites ut propria gens exstarent Itaque nunc aliæ urbes in pagos degenerarunt, aliæ prorsus sunt deletæ, Boianum, Æsernia [*codd.* Esernina], Panna, Telesia Venafro adjacens, aliæque similes, quarum nulla meretur inter urbes censeri : nos mentionem tamen vel mediocrium ob Italiæ gloriam et potentiam facimus. At Beneventum et Venusia [*unus cod.* Genusia] bene adhuc habent.

12. Ceterum de Samnitibus fama talis fertur : Sabinos, quum diuturno bello cum Umbris conflictarentur, vovisse (quod et Græcorum faciunt quidam) diis se fructus ejus anni consecraturos : potitosque victoria, immolasse partim, partim consecrasse ejus anni proventa : insecuta autem sterilitate, monuisse quendam, prolem quoque fuisse diis dicandam : obtemperasse Sabinos, eoque anno editos filios Marti nuncupasse; quumque ii virilem attigissent ætatem, duce tauro ad coloniam alicubi condendam emisisse : taurum in Opicorum, qui vicatim habitabant, regione procubuisse; his igitur expulsis missos ea loca insedisse, taurumque Marti, qui eum ipsis ductorem dedisset, ex vatum oraculo sacrificasse. Probabile porro est eos diminutive a majoribus suis Sabellos; Samnites autem (Græci Saunitas vocant) alia de causa nominatos fuisse. Quidam Lacones etiam cum his habitasse dicunt, ideoque Græcis ipsos favisse, quosdamque ipsorum Pitanatas dictos esse. Hoc figmentum apparet esse Tarentinorum, qui finitimis ac præpotentibus Samnitibus adularentur, eosque sibi conciliarent : nam ab his instructa sunt aliquando octoginta millia peditum, et octo millia equitum. Legem apud Samnitas esse aiunt præclaram et ad virtutem stimulos addentem : non enim licet filias quibus ipsi velint elocare, sed quotannis virgines decem, totidemque juvenum præstantissimi deliguntur, quorum primo prima, secundo secunda, eodemque dignitatis ordine reliquæ conjunguntur : quodsi quis honore hoc affectus a virtute desciscat, ignominia notato uxor adimitur. Samnitas Hirpini subsequuntur, ipsi quoque Samnitæ : nomen iis a lupo coloniæ ductore est, quem hirpum Samnites appellant. Attingunt hi Lucanos mediterraneos. Atque de Samnitibus quidem hæc.

13. Campanis autem ob regionis felicitatem evenit ut æquam secundarum adversarumque rerum partem perciperent. Eo enim luxus progressi sunt, ut convivas ad cœnam vocarent paria gladiatorum spectaturos, numero secundum dignitatem convivarum definito. Quumque Annibal, deditione iis in suam potestatem receptis, exercitum ibi in hibernis haberet, ita eum Campani voluptatibus effeminarunt, ut diceret Annibal, periculum sibi esse ne victor

ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Ῥωμαῖοι δὲ κρατήσαντες πολλοῖς κακοῖς ἐσωφρόνισαν αὐτούς, ὕστατα δὲ καὶ κατεκληρούχησαν τὴν γῆν. νυνὶ μέντοι μετ' εὐπραγίας διάγουσι τοῖς ἐποίκοις ὁμονοήσαντες καὶ τὸ ἀξίωμα φυλάττουσι τὸ ἀρχαῖον καὶ τῷ μεγέθει τῆς πόλεως καὶ κατ' εὐανδρίαν. μετὰ δὲ τὴν Καμπανίαν καὶ τὴν Σαυνῖτιν (μέχρι Φρεντανῶν) ἐπὶ μὲν τῇ Τυρρηνικῇ θαλάττῃ τὸ τῶν Πικέντων ἔθνος οἰκεῖ, μικρὸν ἀπόσπασμα τῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Πικεντίνων, ὑπὸ Ῥωμαίων μετῳκισμένον εἰς τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον, ὃς νῦν Παιστανὸς καλεῖται, καὶ ἡ πόλις ἡ Ποσειδωνία Παιστός, ἐν μέσῳ τῷ κόλπῳ κειμένη. Συβαρῖται μὲν οὖν ἐπὶ θαλάττῃ τεῖχος ἔθεντο, οἱ δ' οἰκισθέντες ἀνωτέρω μετέστησαν, ὕστερον δὲ Λευκανοὶ μὲν ἐκείνους, Ῥωμαῖοι δὲ Λευκανοὺς ἀφείλοντο τὴν πόλιν. ποιεῖ δ' αὐτὴν ἐπίνοσον ποταμὸς πλησίον εἰς ἕλη ἀναχεόμενος. μεταξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν καὶ τῆς Ποσειδωνίας Μαρκῖνα, Τυρρηνῶν κτίσμα οἰκούμενον ὑπὸ Σαυνιτῶν. ἐντεῦθεν εἰς Πομπηΐαν διὰ Νουκερίας οὐ πλειόνων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ἐστὶν ὁ ἰσθμός. διήκουσι δ' οἱ Πίκεντες μέχρι τοῦ Σιλάριδος ποταμοῦ τοῦ ὁρίζοντος ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας τὴν ἀρχαίαν * Ἰταλίαν· ἐφ' οὗ τοῦτ' ἴδιον ἱστοροῦσιν περὶ τοῦ ὕδατος (τοῦ) ὄντος * ποτίμου, τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι φυλάττον τὴν χρόαν καὶ τὴν μορφήν. τῶν δὲ Πικέντων ὑπῆρχε μητρόπολις Πικεντία, νυνὶ δὲ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωσθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς Ἀννίβαν κοινωνίαν· ἀντὶ δὲ στρατείας ἡμεροδρομεῖν καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίᾳ, καθάπερ καὶ Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· ἐπετείχισαν δ' αὐτοῖς Σάλερνον Ῥωμαῖοι φρουρᾶς χάριν μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· εἰσὶ δ' ἀπὸ Σειρηνουσσῶν ἐπὶ Σίλαριν στάδιοι διακόσιοι ἑξήκοντα.

ab hostibus opprimeretur, qui loco virorum mulieres recepisset milites. Romani autem victoriam consecuti Campanos multis malis inflictis castigaverunt, et ad extremum agros quoque eorum diviserunt. Nunc rebus utuntur prosperis, colentes concordiam cum inquilinis, civitatisque suæ vetustam dignitatem amplitudine et virtute tuentur. Post Campanos et Samnitas [usque ad Frentanos (Lucanos?)] ad mare Tyrrhenum Picentum [*codd. hic* Picentinorum] gens habitat, Picenorum [*gr.* Picentinorum] avulsa particula quædam eorum, qui ad Adriaticum mare incolunt, et a Romanis traducta ad sinum Posidoniaten, cui nunc Pæstano, et urbi Posidoniæ Pæstum [*al. codd.* Pæstus] nomen est, in medio sinu sitæ. Arcem Sybaritæ ad mare condiderant, habitatores autem sursum commigraverunt: his Lucani postea, Lucanisque deinde Romani ademerunt urbem. Morbosam eam facit fluvius prope urbem in paludes diffusus. Inter Sirenussarum promontorium et Posidoniam Marcina [*codd. fere* Marcinna] est a Tyrrhenis condita, a Samnitibus habitata. Hinc per Nuceriam Pompeios usque isthmus est non amplior centum et viginti stadiis. Pertingunt Picentes usque ad Silarum [*græcis* Silarin] fluvium, qui ab ea regione veterem Italiam [*codd.* Campaniam, *unus* Caniam] dividit. De Silari aquis potabilibus [*codd.* fluvii] hoc peculiare traditur, planta si quæ in aquam ejus conjiciatur, eam in saxum mutari, manente tamen colore et forma. Picentia caput fuit Picentum, qui nunc per pagos habitant, a Romanis urbe expulsi, quod Annibali se conjunxissent: pro militia iis injunctum fuit ut cursores ac tabellarii essent illo tempore publici [*al. codd.* pro reipublicæ tum statu], sicut et eandem ob causam Lucanis atque Brutiis: et præsidii adversum eos loco muniverunt non procul a mari Salernum Romani. Sunt autem a Sirenussarum promontorio ad Silarum stadia ducenta et sexaginta.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΚΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἕκτῳ τὰ ἐφεξῆς τῆς Ἰταλίας καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ Ἀδρίᾳ μέχρι Μακεδονίας, ἐν οἷς Ἀπουλία, Καλαβρία καὶ ὅσα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον ἅμα ταῖς παρακειμέναις νήσοις ἀπὸ Σικελίας ἕως τῶν Κεραυνίων, κἀκ τοῦ ἄλλου μέρους ἕως Καρχηδόνος καὶ τῶν ταύτῃ παρακειμένων νησιδίων.

ΚΕΦ. Α'.

Μετὰ δὲ τὸ στόμα τοῦ Σιλάριδος Λευκανία καὶ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς † Ἀργονίας, Ἰάσονος ἵδρυμα, καὶ πλησίον ἐν πεντήκοντα σταδίοις ἡ Ποσειδωνία. ἐντεῦθεν δ' ἐκπλέοντι † τὸν πόντον νῆσος Λευκωσία, μι-

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Absolvitur libro sexto Italiæ descriptio, quam sequitur tractatio de regionibus intra mare Adriaticum ad Macedoniam usque: describuntur autem Apulia, Calabria, terræque ad Ionium sinum sitæ; simul insulæ adjacentes a Sicilia usque ad Ceraunios montes; et quæ ex altera parte versus Carthaginem sita et ibi adjacentes parvæ insulæ.

CAP. I.

Post Silari ostia Lucania [*græce* Leucania] subsequitur, fanumque Junonis Argiyæ [*sic Plinius*: *codd.* Argoniæ] ab Iasone conditum, indeque stadiis quinquaginta distat Posidonia (sive Pæstum). Hinc in altum naviganti [sinum egresso?] Leucosia insula occurrit, brevi a continente

κρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἐκπεσούσης δεῦρο μετὰ τὴν μυθευομένην ῥίψιν αὐτῶν εἰς τὸν βυθόν. τῆς δὲ νήσου πρόκειται τὸ ἀνταχρωτήριον ταῖς Σειρηνούσσαις, ποιοῦν τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον. κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχὴς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαιεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἔλην ἀπὸ κρήνης τινός, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι. δοκεῖ δέ μοι καὶ δι' ἐκείνους καὶ ἔτι πρότερον εὐνομηθῆναι· διὸ καὶ πρὸς Λευκανοὺς ἀντέσχον καὶ πρὸς Ποσειδωνιάτας καὶ κρείττους ἀπῄεσαν, καίπερ ἐνδεέστεροι καὶ χώρᾳ καὶ πλήθει σωμάτων ὄντες. ἀναγκάζονται γοῦν διὰ τὴν λυπρότητα τῆς γῆς τὰ πολλὰ θαλαττουργεῖν καὶ ταριχείας συνίστασθαι καὶ ἄλλας τοιαύτας ἐργασίας. φησὶ δ' Ἀντίοχος Φωκαίας ἁλούσης ὑφ' Ἁρπάγου, τοῦ Κύρου στρατηγοῦ, τοὺς δυναμένους ἐμβάντας εἰς τὰ σκάφη πανοικίους πλεῦσαι πρῶτον εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν μετὰ Κρεοντιάδου, ἀποκρουσθέντας δὲ τὴν Ἐλέαν κτίσαι· ἔνιοι δὲ τοὔνομα ἀπὸ ποταμοῦ Ἐλέητος· διέχει δὲ τῆς Ποσειδωνίας ὅσον διακοσίους σταδίους ἡ πόλις. μετὰ δὲ ταύτην ἀκρωτήριον Παλίνουρος. πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο, ὑφόρμους ἔχουσαι. μετὰ δὲ Παλίνουρον Πυξοῦς ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμός· ἓν γὰρ τῶν τριῶν ὄνομα· ᾤκισε δὲ Μίκυθος, ὁ Μεσσήνης ἄρχων τῆς ἐν Σικελίᾳ, πάλιν δ' ἀπῆραν οἱ ἱδρυθέντες πλὴν ὀλίγων. μετὰ δὲ Πυξοῦντα Λᾶος κόλπος καὶ ποταμὸς (Λᾶος) καὶ πόλις, ἐσχάτη τῶν Λευκανίδων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἄποικος Συβαριτῶν, εἰς ἣν ἀπὸ Ἔλης στάδιοι τετρακόσιοι· ὁ δὲ πᾶς τῆς Λευκανίας παράπλους ἑξακοσίων πεντήκοντα. πλησίον δὲ τὸ τοῦ Δράκοντος ἡρῷον, ἑνὸς τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, ἐφ' οὗ ὁ χρησμὸς τοῖς Ἰταλιώταις ἐγένετο,

Λάϊον ἀμφὶ Δράκοντα πολύν ποτε λαὸν ὀλεῖσθαι·

ἐπὶ γὰρ ταύτην [τὴν] Λᾶον στρατεύσαντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ὑπὸ Λευκανῶν ἠτύχησαν, ἐξαπατητέντες τῷ χρησμῷ..

2. Κατὰ μὲν δὴ τὴν Τυρρηνικὴν παραλίαν ταῦτ' ἐστὶ τὰ τῶν Λευκανῶν χωρία, (ἃ) τῆς δ' ἑτέρας οὐχ ἥπτοντο θαλάττης πρότερον· ἀλλ' οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτουν οἱ τὸν Ταραντῖνον ἔχοντες κόλπον. πρὶν δὲ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν οὐδ' ἦσάν πω Λευκανοί, Χῶνες δὲ καὶ Οἰνωτροὶ τοὺς τόπους ἐνέμοντο. τῶν δὲ Σαυνιτῶν αὐξηθέντων ἐπὶ πολὺ καὶ τοὺς Χῶνας καὶ τοὺς Οἰνωτροὺς ἐκβαλόντων, Λευκανοὺς δ' εἰς τὴν μερίδα ταύτην ἀποικισάντων, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν ἑκατέρωθεν παραλίαν μέχρι Πορθμοῦ κατεχόντων, πολὺν χρόνον ἐπολέμουν οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους. οἱ δὲ τῆς Σικελίας τύραννοι καὶ μετὰ ταῦτα Καρχηδόνιοι τοτὲ μὲν περὶ τῆς Σικελίας πολεμοῦντες πρὸς Ῥωμαίους, τοτὲ δὲ περὶ αὐτῆς τῆς Ἰταλίας, ἅπαντας τοὺς ταύτῃ κακῶς διέθηκαν. † μετὰ δὲ τοὺς Ἕλληνας

trajectu, nomine referens unam Sirenum, quæ ibi locorum ejecta fuit, quum se eæ, ut in fabulis est, in profundum mare præcipitassent. Pro ea insula stat promontorium Sirenussis objectum, quod sinum efficit Posidoniaten. Inde ubi cursum flexeris, alius est contiguus sinus, inque eo urbs, quam Phocæenses [*codd.* Phocienses] qui condiderunt, Hyelam, alii Elam a fonte quodam, nostro tempore Eleam (*latine* Veliam) appellant. Hæc est patria Parmenidis et Zenonis Pythagoreorum. Videtur mihi quum propter hos viros, tum jam ante etiam ea urbs bonis floruisse legibus: itaque et Lucanis restiterunt Eleatæ et Posidoniatis (s. Pæstanis), superioresque discesserunt, quanquam et regionis amplitudine et hominum numero erant inferiores. Ob agri sterilitatem coguntur fere mare exercere, salsamentisque et aliis hujusmodi negotiationibus se alere. Tradit Antiochus, quo tempore Harpagus Cyri copiarum dux Phocæam cepit, cives, quibuscunque facultatum tantum esset, totis cum familiis naves conscendisse, primumque cum Creontiade ad Cyrnum [s. Corsicam; *al. codd.* Cyronon] ac Massiliam appulisse, indeque repulsos Eleam condidisse. Alii nomen ab Eleete fluvio deducunt. Distat urbs ea a Pæsto stadiis circiter ducentis. Subsequitur eam promontorium Palinurus. Ante Eleam sitæ sunt duæ Œnotrides insulæ, stationibus præditæ. Post Palinurum Pyxûs [*latine* Buxentum] arx, eodemque nomine portus et flumen: nam tribus unum idemque est. Duxit eo coloniam Micythus Messanæ in Sicilia princeps; sed qui eo habitatum venerant, paucis exceptis rursus inde discesserunt. Post Pyxoenta (Buxentum) est Laus sinus, et fluvius et urbs, Lucanicarum ultima, paulum supra mare, Sybaritarum colonia, ab Ela (s. Velia) stadiis distans quadringentis: totius autem Lucaniæ litus est stadiorum longitudine sexcentorum et quinquaginta. Prope illam urbem est sacellum Draconis, unius de sociis Ulyssis, de quo Italis hoc fuit oraculum datum:

Qua Draco Laius est, multum *lai* (*i. e.* populi) periturum.

decepti enim eo oraculo Græci qui in Italia erant, in hanc Laum facta expeditione a Lucanis cladem acceperunt.

2. Atque ad Tyrrheni quidem maris litus hæc sunt Lucanorum oppida, qui olim non pertigerunt ad alterum mare: sed ibi obtinebant Græci, qui sinum habitabant Tarentinum. Verum antequam in Italiam Græci venissent, nulli erant Lucani, sed Chones et Œnotri loca ea possidebant. Quum autem Samnites viribus admodum aucti et Chonas et Œnotros ejecissent, Lucanorumque coloniam in eam regionem deduxissent, simul etiam Græci utrumque litus usque ad Fretum tenerent: diu inter se Græci et barbari bello certaverunt. At Siciliæ tyranni, et postea Carthaginienses, modo de Sicilia adversum Romanos bellum gerentes, modo de ipsa Italia, istos omnes, qui ibi habitabant, multis læserunt maleficiis, maxime [*codd.* post] autem Græcos. Prioribus [*codd.* Posterioribus] quidem

† ὕστερον μέν γε καὶ τῆς μεσογαίας πολλὴν ἀφῄρηντο, ἀπὸ τῶν Τρωικῶν χρόνων ἀρξάμενοι, καὶ δὴ ἐπὶ τοσοῦτον ηὔξηντο, ὥστε τὴν μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν. νυνὶ δὲ πλὴν Τάραντος καὶ Ῥηγίου καὶ Νεαπόλεως ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους κατέχειν, τὰ δὲ Καμπανούς, καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δ' ἀληθὲς Ῥωμαίους· καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν. ὅμως δὲ τῷ πραγματευομένῳ τὴν τῆς γῆς περίοδον καὶ τὰ νῦν ὄντα λέγειν ἀνάγκη καὶ τῶν ὑπαρξάντων ἔνια, καὶ μάλιστα ὅταν ἔνδοξα ᾖ. τῶν δὲ Λευκανῶν οἱ μὲν ἁπτόμενοι τῆς Τυρρηνικῆς θαλάττης εἴρηνται, οἱ δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχοντές εἰσιν οἱ ὑπεροικοῦντες τοῦ Ταραντίνου κόλπου. οὕτω δ' εἰσὶ κεκακωμένοι τελέως αὐτοί καὶ Βρέττιοι καὶ αὐτοὶ Σαυνῖται οἱ τούτων ἀρχηγέται, ὥστε καὶ διορίσαι χαλεπὸν τὰς κατοικίας αὐτῶν· αἴτιον δ' ὅτι οὐδὲν ἔτι σύστημα κοινὸν τῶν ἐθνῶν ἑκάστου συμμένει, τά τε ἔθη διαλέκτων τε καὶ ὁπλισμοῦ καὶ ἐσθῆτος καὶ τῶν παραπλησίων ἐκλέλοιπεν, ἄλλως τε ἄδοξοι παντάπασίν εἰσιν αἱ καθ' ἕκαστα καὶ ἐν μέρει κατοικίαι.

3. Ἐροῦμεν δὲ κοινῶς ἃ παρειλήφαμεν, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας, Λευκανούς τε καὶ τοὺς προσεχεῖς αὐτοῖς Σαυνίτας. Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν καὶ συνοικεῖται μέχρι νῦν ἱκανῶς. κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου, φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν. ἐρυμνὴ δ' ἐστίν, ὥστε καὶ Σαυνῖταί ποτε Θουρίοις ἐπετείχισαν αὐτήν. Φιλοκτήτου δ' ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ Κρίμισσα περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους. Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τοῖς περὶ Νεῶν τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς λέγειν τινάς φησιν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν ἀφικόμενος Κρίμισσαν ἄκραν οἰκίσαι καὶ Χώνην πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτῃ Χῶνες ἐκλήθησαν, παρ' αὐτοῦ δέ τινες σταλέντες εἰς Σικελίαν περὶ Ἔρυκα μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωὸς Αἴγεσταν τειχίσαιεν. καὶ Γρουμεντὸν δὲ καὶ Οὐερτῖναι τῆς μεσογαίας εἰσὶ καὶ Καλασάρνα καὶ ἄλλαι μικραὶ κατοικίαι μέχρι Οὐενουσίας, πόλεως ἀξιολόγου· ταύτην δ' οἶμαι καὶ τὰς ἐφεξῆς ἐπὶ Καμπανίαν ἰόντι Σαυνίτιδας εἶναι. ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων καὶ ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἵδρυται. οἱ δὲ Λευκανοὶ τὸ μὲν γένος εἰσὶ Σαυνῖται. Ποσειδωνιατῶν δὲ καὶ τῶν συμμάχων κρατήσαντες πολέμῳ κατέσχον τὰς πόλεις αὐτῶν. τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον ἐδημοκρατοῦντο, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ᾑρεῖτο βασιλεὺς ὑπὸ τῶν νεμομένων ἀρχάς· νῦν δ' εἰσὶ Ῥωμαῖοι.

4. Τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν Βρέττιοι μέχρι τοῦ Σικελικοῦ κατέχουσι πορθμοῦ, σταδίων πεντήκοντα καὶ τριακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις. φησὶ δ' Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι. ὅριον δ' αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει τὸ αὐτό, ὅπερ καὶ τῆς † Βρεττανίας ἔφαμεν, τὸν Λᾶον ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ

temporibus magnam etiam mediterraneorum partem ademerant, a Trojanis temporibus facto initio; adeoque eorum crevit potentia, ut ista regio et Sicilia nomine Magnæ Græciæ censerentur. At nunc Tarento, Rhegio et Neapoli exceptis, omnia in barbariem sunt redacta, aliaque a Lucanis et Brutiis, alia a Campanis obtinentur, ab his quidem verbo, reapse a Romanis : sunt enim et ipsi facti Romani. Nihilominus ei qui totius terræ ambitum tractet, opus est et quæ nunc sunt referre, et quomodo de his quædam superioribus habuerint temporibus, maxime si illustria sint. Dictum est de Lucanis Tyrrhenum mare attingentibus : qui vero mediterranea tenent, ii sunt qui non procul Tarentino sinu habitant. Hi, ut et Brutii, et generis auctores ipsi Samnites, ita sunt cladibus attriti, ut eorum habitationes distinguere sit difficile. Causa est quod nulla harum gentium pro se corpus quodpiam hodie conservat, et consuetudines sermonis, armaturæ, vestium, aliæque id genus obsoleverunt : accedit quod singula seorsum oppidula obscura prorsus sunt et ignobilia.

3. Nos quæ tradita accepimus in commune proferemus, nullo facto hic inter Lucanos mediterraneos et iis vicinos Samnitas discrimine. Petelia Lucanorum urbs primaria censetur; hodieque satis est frequens incolis. Condidit eam Philoctetes, quum Melibœa ob coortam seditionem profugisset. Urbs loci natura est munita : ideoque Samnites aliquando contra Thurios urbem eam communiverunt. Philoctetæ opus est etiam Crimissa [*al. codd.* Crimisa] vetus, eadem in regione. Apollodorus in commentario de navibus (Navium catalogo Homerico), facta Philoctetis mentione, quosdam ait referre eum, quum in Crotoniatarum pervenisset agrum, Crimissam arcem condidisse, superque ea urbem Chonen, a qua Chones in ea regione dicti : et missos ab eo quosdam in Siciliam ad Erycem cum Ægesto Trojano, Ægestam (sive Egestam) urbem ædificasse. Porro sunt oppidula Lucanorum in mediterraneis, Grumentum [*codd.* Pumentum], Vertinæ, Calasarna, et alia exigua usque ad Venusiam, urbem præcipuam, quam ego, ut et reliquas, quæ in via ad Campaniam sitæ sunt, Samniticas esse judico. Super Thurios sita est etiam regio quæ vocatur Tauriana. Lucani a Samnitibus genus trahunt. Superatis bello Posidoniatis atque eorum sociis, urbes illorum obtinuerunt. Reliquo tempore popularis reipublicæ apud eos gerebatur administratio, sed in bellis rex ab iis creabatur, quorum erat magistratus designare : nunc vero Romani sunt.

4. Reliquam usque ad fretum Siculum oram maritimam stadiorum mille trecentorum et quinquaginta Brutii [*græce* Brettii] tenent. Antiochus in opere quod de Italia conscripsit, hanc regionem ait Italiam appellatam fuisse, ac de ea se scribere : prius autem dictam fuisse Œnotriam. Terminum autem ei constituit, ad mare quidem Tyrrhenum, quem et nos Brutiis [*imo* Lucaniæ, *paulo ante*] assignavimus, Laum flumen ; ad Siculum autem fretum, Metapontium :

Σικελικῷ τὸ Μεταπόντιον. τὴν δὲ Ταραντίνην, ἣ συνεχὴς τῷ Μεταποντίῳ ἐστίν, ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν. ἔτι δ' ἀνώτερον Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς τὸν Σικελικὸν κεκλιμένους πορθμόν. ἔστι δ' αὐτὸς ὁ ἰσθμὸς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα στάδιοι μεταξὺ δυεῖν κόλπων, τοῦ τε Ἱππωνιάτου, ὃν Ἀντίοχος Ναπιτῖνον εἴρηκε, καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ. περίπλους δ' ἐστὶ τῆς ἀπολαμβανομένης χώρας πρὸς τὸν Πορθμὸν ἐντὸς στάδιοι δισχίλιοι. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκτείνεσθαί φησι τοὔνομα καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας καὶ τὸ τῶν Οἰνωτρῶν μέχρι τῆς Μεταποντίνης καὶ τῆς Σειρίτιδος· οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κατακοσμούμενον, καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χώνην. οὗτος μὲν οὖν ἁπλουστέρως εἴρηκε καὶ ἀρχαϊκῶς, οὐδὲν διορίσας περὶ τῶν Λευκανῶν καὶ τῶν Βρεττίων. ἔστι δ' ἡ μὲν Λευκανία μεταξὺ τῆς τε παραλίας τῆς Τυρρηνικῆς καὶ τῆς Σικελικῆς, τῆς μὲν ἀπὸ τοῦ Σιλάριδος μέχρι Λάου, τῆς δ' ἀπὸ τοῦ Μεταποντίου μέχρι Θουρίων· κατὰ δὲ τὴν ἤπειρον ἀπὸ Σαυνιτῶν μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ἀπὸ Θουρίων εἰς Κηρίλλους, πλησίον Λάου· στάδιοι δ' εἰσὶ τοῦ ἰσθμοῦ τριακόσιοι. ὑπὲρ δὲ τούτων Βρέττιοι, χερρόνησον οἰκοῦντες, ἐν ταύτῃ δ' ἄλλη περιείληπται χερρόνησος ἡ τὸν ἰσθμὸν ἔχουσα τὸν ἀπὸ Σκυλλητίου ἐπὶ τὸν Ἱππωνιάτην κόλπον. ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν· Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας· ἀπέστησαν δ', ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς πρότερον, εἶθ' ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσε Δίων Διονυσίῳ καὶ ἐξετάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. τὰ καθόλου μὲν δὴ ταῦτα περὶ Λευκανῶν καὶ Βρεττίων λέγομεν.

5. Ἀπὸ γὰρ Λάου πρώτη πόλις ἐστὶ τῆς Βρεττίας Τεμέση, Τέμψαν δ' οἱ νῦν καλοῦσιν, Αὐσόνων κτίσμα, ὕστερον δὲ καὶ Αἰτωλῶν τῶν μετὰ Θόαντος, οὓς ἐξέβαλον Βρέττιοι, Βρεττίους δὲ ἐπέτριψαν Ἀννίβας τε καὶ Ῥωμαῖοι. ἔστι δὲ πλησίον τῆς Τεμέσης ἡρῷον, ἀγριελαίοις συνηρεφές, Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, ὃν δολοφονηθέντα ὑπὸ τῶν βαρβάρων γενέσθαι βαρύμηνιν, ὥστε τοὺς περιοίκους δασμολογεῖν αὐτῷ κατά τι λόγιον, καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς * τοὺς ἀνηλεεῖς, τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς. Λοκρῶν δὲ τῶν Ἐπιζεφυρίων ἑλόντων τὴν πόλιν, Εὔθυμον μυθεύουσι τὸν πύκτην καταβάντα ἐπ' αὐτὸν κρατῆσαι τῇ μάχῃ καὶ βιάσασθαι παραλῦσαι τοῦ δασμοῦ τοὺς ἐπιχωρίους. ταύτης δὲ τῆς Τεμέσης φασὶ μεμνῆσθαι τὸν ποιητήν, οὐ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασσοῦ [ἢ Ταμάσου] (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) τῷ

ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν,

καὶ δείκνυται χαλκουργεῖα πλησίον, ἃ νῦν ἐκλέλειπται. ταύτης δὴ συνεχὴς Τερίνα, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν καταπεφεύγει τὴν Βρεττίαν. εἶτα Κωσεντία μητρόπολις Βρεττίων· μικρὸν δ' ὑπὲρ ταύτης Πανδοσία, φρούριον ἐρυμνόν,

sed Tarentinam regionem, quæ continuo agrum Metapontinum subsequitur, extra Italiam sub Iapygiæ nomine censet. Apud vetustiores autem ait, eos tantum Œnotros atque Italos fuisse habitos, qui intra isthmum siti versus fretum vergerent Siculum. Is isthmus stadiorum centum et sexaginta inter duos jacet sinus, Hipponiaten, quem Napitinum (sive Napetinum) nominavit Antiochus, atque Scylleticum. Longitudo litoris interioris ab hoc isthmo Fretum versus inclusi est bis mille stadiorum. Successu autem temporis ait Italiæ et Œnotriæ nomen esse propagatum usque ad Metapontinam et Siritidem regionem : habitasse enim ea loca Chonas, gentem Œnotricam bene constitutam, territorioque nomen Chonæ [*codd.* Choniæ] fecisse. Atque hic quidem more antiquorum simplicius dixit, nullo posito Lucanorum et Brutiorum discrimine. Enimvero Lucania est inter oram maris Tyrrheni ac Siculi; illic a Silaro [*gr.* Silaride] usque ad Laum, hic a Metaponto [*gr.* Metapontio] usque ad Thurios : in continente autem a Samnitibus usque ad isthmum pertingit, qui a Thuriis ad Cerillos pertinet, prope Laum : isthmus stadia occupat trecenta. Supra hos Brutii peninsulam incolunt, quæ aliam includit peninsulam, in qua est isthmus a sinu Scylletico ad Hipponiaten sinum porrectus. Genti huic Lucani nomen dederunt, qui desertores seu defectores Brutiorum vocabulo notant : nam Bruti quum (ut aiunt) pastores prius essent Lucanorum, ab ipsis desciverunt, præ indulgentia ipsorum libertatis cupidi facti, quo tempore Dio bellum in Dionysium movens, quosvis contra quosvis concitavit. Atque hæc in universum de Lucanis sint et Brutiis dicta.

5. Jam prima a Lao urbs Brutiorum est Temesa, quam Tempsam nunc dicunt, ab Ausonibus condita primum, deinde ab Ætolis qui Thoantem sequebantur : hos Brutii expulerunt; ipsos autem Brutios Annibal et Romani everterunt. Prope Temesam est sacellum oleastris circumseptum, Politæ Ulyssis sociorum uni dedicatum : quem per insidias a barbaris necatum, graves exercuisse iras ferunt, coactosque oraculi monitu vicinos ei tributum pendere : indeque proverbio dici hominibus duris et immisericordibus Temesæum heroem in eos se demisisse. Quum autem Locri Epizephyrii Temesam cepissent, Euthymum ferunt pugilem contra istum genium in duellum descendisse, victoriaque potitum ab eo extorsisse, ut tributum incolis remitteret. Atque hujus Temeses aiunt Homerum mentionem fecisse, non ejus quæ in Cypro est Tamassæ [vel Tamasæ] (utrumque dicitur) in hoc versu [*Od.* A, 184],

Æs nunc allatum, Temesam proficiscor;

et sane in vicinia ostenduntur officinæ ærariæ, quarum tamen hodie defecit usus. Temesæ propinqua est Terina, quam evertit Annibal, quum tutari non posset, quando in Brutios confugerat. Sequitur Brutiorum caput Consentia. Paulum supra hanc sita est Pandosia, castrum validum, ubi

περὶ ἣν Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς διεφθάρη. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐκ Δωδώνης χρησμός, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν· δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. τρικόρυφον δ' ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων. προσηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον,

Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις·

ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθοράν, οὐκ οἰκείων δηλοῦσθαι. φασὶ δὲ καὶ βασίλειόν ποτε γενέσθαι τῶν Οἰνωτρικῶν βασιλέων τὴν Πανδοσίαν. μετὰ δὲ τὴν Κωσεντίαν Ἱππώνιον, Λοκρῶν κτίσμα· Βρεττίους δὲ κατέχοντας ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι καὶ μετωνόμασαν Οὐιβῶνα Οὐαλεντίαν. διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα εἶναι τὰ περικείμενα χωρία καὶ ἀνθηρὰ τὴν Κόρην ἐκ Σικελίας πεπιστεύκασιν ἀφικνεῖσθαι δεῦρο ἀνθολογήσουσαν· ἐκ δὲ τούτου ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γέγονεν ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὥστε ταῖς ἑορταῖς αἰσχρὸν εἶναι στεφάνους ὠνητοὺς φορεῖν. ἔχει δ' ἐπίνειον, ὃ κατεσκεύασέ ποτε Ἀγαθοκλῆς ὁ τύραννος τῶν Σικελιωτῶν, κρατήσας τῆς πόλεως. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρακλέους λιμένα πλεύσασιν ἀρχὴ τοῦ ἐπιστρέφειν τὰ ἄκρα τῆς Ἰταλίας τὰ πρὸς τῷ Πορθμῷ πρὸς τὴν ἑσπέραν. ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδμα, πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν ὁμώνυμος κρήνῃ μεγάλῃ, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον· ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμός, καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος. πρόκεινται δὲ τῆς ἠιόνος ταύτης αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ Πορθμοῦ σταδίους διακοσίους. οἱ δ' Αἰόλου φασίν, οὗ καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν· εἰσὶ δ' ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἐν ἀπόψει πᾶσαι καὶ τοῖς ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἠπείρου τοῖς κατὰ τὴν Μέδμαν ἀφορῶσι· περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν περὶ τῆς Σικελίας λέγωμεν. ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου ποταμοῦ, † Μέταυρος ἕτερος· ἐκδέχεται δ' ἐντεῦθεν τὸ Σκύλλαιον, πέτρα χερρονησίζουσα ὑψηλή, τὸν ἰσθμὸν ἀμφίδυμον καὶ ταπεινὸν ἔχουσα, ὃν Ἀναξίλαος ὁ τύραννος τῶν Ῥηγίνων ἐπετείχισε τοῖς Τυρρηνοῖς, κατασκευάσας ναύσταθμον, καὶ ἀφείλετο τοὺς λῃστὰς τὸν διὰ τοῦ Πορθμοῦ διάπλουν. πλησίον γάρ ἐστι καὶ ἡ Καῖνυς, διέχουσα τῆς Μέδμης σταδίους πεντήκοντα καὶ διακοσίους, ἡ τελευταία ἄκρα ποιοῦσα τὰ στενὰ τοῦ Πορθμοῦ πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σικελίας ἄκραν τὴν Πελωριάδα· ἔστι δ' αὕτη μία τῶν τριῶν ποιουσῶν τρίγωνον τὴν νῆσον, νεύει δὲ ἐπὶ θερινὰς ἀνατολάς, καθάπερ ἡ Καῖνυς πρὸς τὴν ἑσπέραν, ἀνταποστροφήν τινα ἀπ' ἀλλήλων ποιουμένων αὐτῶν. ἀπὸ δὲ Καίνυος μέχρι τοῦ Ποσειδωνίου, τῆς Ῥηγίνων στυλίδος, τοῦ Πορθμοῦ διήκει στενωπὸς ὅσον ἑξαστάδιος, μικρῷ δὲ πλέον τὸ ἐλάχιστον διαπέραμα, ἀπὸ δὲ στυλίδος ἑκατὸν εἰς Ῥήγιον, ἤδη τοῦ Πορθμοῦ πλατυνομένου, προϊοῦσι πρὸς τὴν ἔξω καὶ πρὸς ἕω θάλατταν τὴν τοῦ Σικελικοῦ καλουμένου πελάγους.

6. Κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Ῥήγιον Χαλκιδέων, οὓς κατὰ

Alexander Molossus periit. Nam et huic oraculum Dodonæum imposuit, quo jussus erat Pandosiam Acherontemque vitare : quum enim in Thesprotia id nominis ei loca ostensa fuissent, ipse in Brutiis ad idem gerentia nomen oppetiit. Castrum Pandosia tres habet vertices, ac præterfluit Acheron fluvius. Sed aliud quoque accessit, quo deciperetur, oraculum :

Pandosia ingentem es populum exstinctura trivertex :

existimavit enim non suorum, sed hostium prædici cladem. Pandosiam ferunt aliquando etiam regiam fuisse regum Œnotriæ. Consentiam sequitur Hipponium, a Locris conditum : quod Brutiis ademptum, Romani mutato nomine Vibonem [*codd.* Vibonam] Valentiam nuncupaverunt. Et quia circumjacentia loca prata habent præclara, floribusque abundant, creditum fuit, eo ex Sicilia venire Proserpinam florum legendorum gratia : indeque more est matronis receptum, ut flores ipsæ legant coronasque nectant, turpeque iis habetur ad festos dies serta gestare empticia. Navale habet Vibo, quod olim ædificavit Agathocles Siculorum tyrannus, ea urbe potitus. Inde ad portum Herculis navigantibus extrema Italiæ versus Fretum sita incipiunt sese adversus occidentem inflectere. Eo in litore est Medma [*codd.* Medama], urbs Locrorum eorundem, ejusdem nominis cum fonte magno, habetque vicinum navale, cui Emporium nomen. Prope est etiam flumen Metaurus, et ejusdem nominis statio navium. Ante hoc litus sitæ sunt Liparensium (sive Liparæorum) insulæ, ducentis stadiis a Freto distantes, quas alii Æoli insulas appellant, aiuntque earum poetam in Ulyssea mentionem fecisse : septem numero sunt, in conspectu sitæ omnibus vel ex Sicilia vel ex continente apud Medmam [*codd.* Medamam] prospicientibus : dicemus de iis in Siciliæ descriptione. Deinde a Metauro fluvio est alius Metaurus [*imo* alius fluvius, *nimirum* Cratæis]. Inde subsequitur Scyllæum, sublime saxum et mari pæne ambitum, isthmo humili et utrinque appulsui navium apto, continenti junctum, quem isthmum Anaxilaus Rheginorum tyrannus adversum Tyrrhenos muro munivit, naviumque stationem redegit, prædonesque a Freti trajectu prohibuit. Prope enim Cænys [*codd.* Cenys] etiam est, distans a Medma stadiis ducentis et quinquaginta, quæ ultimis eminentiis fauces Freti coarctat ex adverso Peloridis [*sic codd.*] promontorii e Sicilia eo porrecti. Pelorum [*gr.* Pelorias] unum est de tribus promontoriis, quæ Siciliam efficiunt triquetram; obvertitur ortui æstivo, sicut Cænys occasui : quo fit ut a sese invicem avertantur Cænys et Pelorum. A Cæny usque ad Posidonium, (seu) columnam Rhegiam, ad Fretum sex circiter stadiorum longitudine angustus protenditur meatus, pauloque longior est minimus trajectus : a columna Rhegium usque centum sunt stadia, Freto jam dilatato, qua ad externum mare navigatur, quod orientem spectat, et Siculi [*gr.* Sicelici] maris habetur nomine.

6. Rhegium a Chalcidensibus conditum est, qui quum,

χρησμὸν δεκατευθέντας τῷ Ἀπόλλωνι δι' ἀφορίαν, ὕστερον ἐκ Δελφῶν ἀποικῆσαι δεῦρό φασι, παραλαβόντας καὶ ἄλλους τῶν οἴκοθεν· ὡς δ' Ἀντίοχός φησι, Ζαγκλαῖοι μετεπέμψαντο τοὺς Χαλκιδέας καὶ οἰκιστὴν Ἀντίμνηστον συνέστησαν ἐκείνων. ἦσαν δὲ τῆς ἀποικίας καὶ οἱ Μεσσηνίων φυγάδες τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καταστασιασθέντες ὑπὸ τῶν μὴ βουλομένων δοῦναι δίκας ὑπὲρ τῆς φθορᾶς τῶν παρθένων τῆς ἐν Λίμναις γενομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἃς καὶ αὐτὰς ἐβιάσαντο, πεμφθείσας ἐπὶ τὴν ἱερουργίαν, καὶ τοὺς ἐπιβοηθοῦντας ἀπέκτειναν. παραχωρήσαντες οὖν εἰς Μάκιστον οἱ φυγάδες πέμπουσιν εἰς θεοῦ, μεμφόμενοι τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν, εἰ τοιούτου τυγχάνοιεν ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς, καὶ πυνθανόμενοι, πῶς ἂν σωθεῖεν ἀπολωλότες. ὁ δ' Ἀπόλλων ἐκέλευσε στέλλεσθαι μετὰ Χαλκιδέων εἰς τὸ Ῥήγιον καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ χάριν ἔχειν· οὐ γὰρ ἀπολωλέναι αὐτούς, ἀλλὰ σεσῶσθαι, μέλλοντάς γε δὴ μὴ συναφανισθήσεσθαι τῇ πατρίδι, ἁλωσομένῃ μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Σπαρτιατῶν· οἱ δ' ὑπήκουσαν. διόπερ οἱ τῶν Ῥηγίνων ἡγεμόνες μέχρι Ἀναξίλα τοῦ Μεσσηνίων γένους ἀεὶ καθίσταντο. Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ἅπαντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκῆσαί φησι Σικελοὺς καὶ Μόργητας· διᾶραι [δὲ] εἰς τὴν Σικελίαν ὕστερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνωτρῶν. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. ἴσχυσε δὲ μέγιστον ἡ τῶν Ῥηγίνων πόλις καὶ περιοικίδας ἔσχε συχνάς, ἐπιτείχισμά τε ὑπῆρξεν ἀεὶ τῇ νήσῳ καὶ πάλαι καὶ νεωστὶ ἐφ' ἡμῶν, ἡνίκα Σέξτος Πομπήιος ἀπέστησε τὴν Σικελίαν. ὠνομάσθη δὲ Ῥήγιον, εἴθ', ὥς φησιν Αἰσχύλος, διὰ τὸ συμβὰν πάθος τῇ χώρᾳ ταύτῃ· ἀπορραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ὑπὸ σεισμῶν, ἄλλοι τε κἀκεῖνος εἴρηκεν·

ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται.

τεκμαίρονται δ' ἀπὸ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην συμπτωμάτων καὶ τῶν κατ' ἄλλα μέρη τῆς Σικελίας καὶ τῶν κατὰ Λιπάραν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, ἔτι δὲ τῶν κατὰ τὰς Πιθηκούσσας καὶ τὴν προσεχῆ περαίαν ἅπασαν οὐκ ἀπεικὸς ὑπάρχειν καὶ τοῦτο συμβῆναι. νυνὶ μὲν οὖν ἀνεῳγμένων τούτων τῶν στομάτων, δι' ὧν τὸ πῦρ ἀναφυσᾶται καὶ μύδροι καὶ ὕδατα ἐκπίπτει, σπάνιόν τι σείεσθαί φασι τὴν περὶ τὸν Πορθμὸν γῆν, τότε δὲ πάντων ἐμπεφραγμένων τῶν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν πόρων, ὑπὸ γῆς σμυχόμενον τὸ πῦρ καὶ τὸ πνεῦμα σεισμοὺς ἀπειργάζετο σφοδρούς, μοχλευόμενοι δ' οἱ τόποι πρὸς τὴν βίαν τῶν ἀνέμων ὑπεῖξάν ποτε καὶ ἀναρραγέντες ἐδέξαντο τὴν ἑκατέρωθεν θάλατταν καὶ ταύτην καὶ τὴν μεταξὺ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ νήσων. καὶ γὰρ ἡ Προχύτη καὶ Πιθηκοῦσσαι ἀποσπάσματα τῆς ἠπείρου καὶ αἱ Καπρίαι καὶ ἡ Λευκωσία καὶ Σειρῆνες καὶ αἱ Οἰνωτρίδες. αἱ δὲ καὶ ἐκ τοῦ πελάγους ἀνέδυσαν, καθάπερ καὶ νῦν πολλαχοῦ συμβαίνει· τὰς μὲν γὰρ πελαγίας ἐκ βυθοῦ μᾶλλον ἀνενεχθῆ-

decimatione oraculi jussu instituta, Apollini propter agrorum sterilitatem consecrati essent, eo deinde a Delphis commigrasse feruntur, domo sibi etiam aliis ascitis. Antiochus autem scribit, Chalcidenses a Zanclæis esse evocatos, principemque coloniæ Antimnestum iis constitutum fuisse. In hujus coloniæ societatem venerunt etiam exules Messenii Peloponnesii, qui ejecti erant factione suorum, recusantium pœnas dare Lacedæmoniis ob violatas in Limnis virgines: quas Messenii missas ad rem sacram per vim stupraverant, trucidatis etiam qui eas defendere volebant. Exules ergo quum Macistum recessissent, miserunt Delphos, expostulatum cum Apolline et Diana, quod ea ipsos fortuna uti sinerent, vindicare injuriam diis istis factam volentes: simulque quæsitum, ecquam rebus perditis salutem invenirent. Jussit eos Apollo socios se adjungere Chalcidensibus Rhegium migrantibus, suæque sorori gratias agere: non enim periisse ipsos, sed exitium evitasse, alioquin una cum patria perituros, quam paulo post Spartani essent excisuri. Paruerunt oraculo Messenii. Ideoque Rheginorum duces usque ad Anaxilaum semper de genere Messenio fuerunt delecti. Antiochus tradit totam istam regionem priscis temporibus a Siculis et Morgetibus habitatam fuisse, eosque ab Œnotris [*codd.* Œnotriis] insequenti tempore pulsos in Siciliam trajecisse. Nec desunt qui Morgantium Siciliæ urbem a Morgetibus nomen habere asserant. Maxima semper fuit civitatis Rheginorum potentia, ac permulta habuit sub se oppida, propugnaculumque fuit semper Siciliæ oppositum, quum antiquitus, tum nuper nostra ætate, quum Sextus Pompeius Siciliam ad defectionem pertraxit. Nomen Rhegio est sive, ut ait Æschylus, ab eo quod isti accidit regioni: terræ enim motibus Siciliam a continente abruptam (*quod græce* ῥηγνύναι) quum alii, tum ille affirmavit:

Inde et vocatur Rhegium.

Cujus rei argumenta ducuntur ex iis quæ circa Ætnam et in aliis Siciliæ regionibus, et Liparæ insulisque vicinis acciderunt: exhibent etiam Pithecussæ ac opposita eis continens tota, quibus probetur id evenire potuisse. At nunc quidem apertis faucibus, per quas ignis emittatur, massæque ignitæ et aquæ egerantur, raro regiones Freto vicinas concuti aiunt: olim autem, quum meatus omnes versus terræ superficiem obturati essent, ignis ac ventus sub terra conclusi, vehementes ediderunt motus, quibus loca illa concussa et vi ventorum quasi subruta, tandem concesserunt, perruptaque utrumque mare admiserunt, quum hoc, tum quod ibi est inter reliquas insulas. Etenim Prochyta, Pithecussæ, Capreæ [*codd.* Capriæ], Leucosia, Sirenes [*unus cod.* Sirenussæ] et Œnotrides, partes sunt continentis avulsæ. Nonnullæ autem insulæ ex ipso mari emerserunt, sicut et nunc multis locis evenit: quæ enim in alto jacent mari, eas probabilius est ex profundo sursum egestas esse; quæ

ναι πιθανόν, τὰς δὲ προκειμένας τῶν ἀκρωτηρίων καὶ πορθμῷ διῃρημένας ἐντεῦθεν ἀπερρωγέναι δοκεῖν εὐλογώτερον. πλὴν εἴτε διὰ ταῦτα τοὔνομα τῇ πόλει γέγονεν, εἴτε διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, ὡς ἂν βασίλειον τῇ Λατίνῃ φωνῇ προσαγορευσάντων Σαυνιτῶν διὰ τὸ τοὺς ἀρχηγέτας αὐτῶν κοινωνῆσαι Ῥωμαίοις τῆς πολιτείας καὶ ἐπὶ πολὺ χρήσασθαι τῇ Λατίνῃ διαλέκτῳ, πάρεστι σκοπεῖν, ὁποτέρως ἔχει τἀληθές. ἐπιφανῆ δ' οὖν πόλιν οὖσαν καὶ πολλὰς μὲν πόλεις οἰκίσασαν, πολλοὺς δ' ἄνδρας παρασχομένην ἀξίους λόγου, τοὺς μὲν κατὰ πολιτικὴν ἀρετήν, τοὺς δὲ κατὰ παιδείαν, κατασκάψαι Διονύσιον αἰτιασάμενον, ὅτι αἰτησαμένῳ κόρην πρὸς γάμον τὴν τοῦ δημίου θυγατέρα προὔτειναν· ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ μέρος τι τοῦ κτίσματος ἀναλαβὼν Φοιβίαν ἐκάλεσεν. ἐπὶ δὲ Πύρρου ἡ τῶν Καμπανῶν φρουρὰ παρασπονδηθέντας διέφθειρε τοὺς πλείστους· μικρὸν δὲ πρὸ τῶν Μαρσικῶν καὶ σεισμοὶ κατήρειψαν πολὺ τῆς κατοικίας. Πομπήιον δ' ἐκβαλὼν τῆς Σικελίας [ὁ] Σεβαστὸς Καῖσαρ, ὁρῶν λειπανδροῦσαν τὴν πόλιν, συνοίκους ἔδωκεν αὐτῇ τῶν ἐκ τοῦ στόλου τινάς, καὶ νῦν ἱκανῶς εὐανδρεῖ.

7. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥηγίου πλέοντι πρὸς ἕω Λευκοπέτραν καλοῦσιν ἄκραν ἀπὸ τῆς χρόας ἐν πεντήκοντα σταδίοις, εἰς ἥν τελευτᾶν φασι τὸ Ἀπέννινον ὄρος. ἐντεῦθεν δ' Ἡράκλειον, ὃ δὴ τελευταῖον ἀκρωτήριον νεύει πρὸς μεσημβρίαν· κάμψαντι γὰρ εὐθὺς ὁ πλοῦς Λιβὶ μέχρι πρὸς ἄκραν Ἰαπυγίαν· εἶτ' ἐκκλίνει πρὸς ἄρκτον ἀεὶ καὶ μᾶλλον καὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Ἰόνιον. μετὰ δὲ τὸ Ἡράκλειον ἄκρα τῆς Λοκρίδος, ἣ καλεῖται Ζεφύριον, ἔχουσα τοῖς ἑσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ οὗ καὶ τοὔνομα. εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς (ἀπὸ) Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους· Ἔφορος δ' οὐκ εὖ, τῶν Ὀπουντίων Λοκρῶν ἀποίκους φήσας. ἔτη μὲν οὖν τρία ἢ τέτταρα ᾤκουν ἐπὶ τῷ Ζεφυρίῳ· εἶτα μετήνεγκαν τὴν πόλιν, συμπραξάντων καὶ Συρακουσίων· † ἅμα γὰρ οὗτοι, ἐν οἷς· καὶ ἔστιν ἐκεῖ κρήνη Λοκρία, ὅπου οἱ Λοκροὶ ἐστρατοπεδεύσαντο. εἰσὶ δ' ἀπὸ Ῥηγίου μέχρι Λοκρῶν ἑξακόσιοι στάδιοι. ἵδρυται δ' ἡ πόλις ἐπ' ὀφρύος, ἣν Ἐσῶπιν καλοῦσι.

8. Πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγραπτοῖς χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί· καὶ πλεῖστον χρόνον εὐνομηθέντας Διονύσιος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Συρακουσίων ἀνομώτατα πάντων διεχρήσατο, ὅς γε προεγάμει μὲν παρεισιὼν εἰς τὸ δωμάτιον τὰς νυμφοστολισθείσας, συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιστερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει, κἀκείνας ἐκέλευσε γυρεύειν γυμνάς, τινὰς δὲ καί, σανδάλια ὑποδουμένας ἄζυγα, τὸ μὲν ὑψηλόν, τὸ δὲ ταπεινόν, περιδιώκειν (ἔφασαν) τοῦ ἀπρεποῦς χάριν. δίκας μέντοι ἔτισεν, ἐπειδὴ πάλιν εἰς τὴν Σικελίαν ἐπανῆλθεν, ἀναληψόμενος τὴν ἀρχήν· καταλύσαντες γὰρ οἱ Λοκροὶ τὴν φρουρὰν ἠλευθέρωσαν σφᾶς καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν παιδίων κύριοι

autem ante promontoria sunt sitæ, aut freto a continente dividuntur, magis rationi consentaneum est ab ea esse abruptas. Verum enim vero utrum hæc nominis causa sit, an splendor ejus, cujus gratia Samnites, quorum principes Romani civitatis juris participes, Latinoque usi plurimum sermone, eam urbem Latine quasi Regiam appellarint, in medio dijudicandum aliis relinquo. Hanc sane urbem illustrem, quæ multas urbes coloniis frequentatas reddidisset, multosque viros præstantes civili virtute, multos doctrina insignes protulisset, Dionysius solo æquavit, id causatus, quod sibi virginem nuptum dari postulanti, filiam carnificis obtulissent Rhegini. Junior autem Dionysius partem urbis instauravit, ac Phœbiam nominavit. Pyrrhi tempore, Campanorum præsidium incolas, violatis pactis, circumventos interfecit plerosque. Paulo ante Marsicum bellum etiam terræ motus magnam partem urbis prostraverunt. Augustus Cæsar, ejecto Sicilia Pompeio, videns Rhegium civium laborare penuria, coloniam ex classe sua largitus est : ut nunc satis frequentetur.

7. A Rhegio versus ortum solis si navigatur ad quinquaginta stadia, pervenitur ad Leucopetram (id est Album Saxum, promontorium a colore sic denominatum, in quod desinere montem Apenninum aiunt. Inde sequitur Herculis promontorium, ultimum versus meridiem : quod ubi circumflexeris, statim jam Africo vento navigabis ad promontorium Iapygium; deinde litus reducitur magis magisque versus septentrionem et occasum, ad sinum Ionium. Post Herculis succedit Locrensium promontorium Zephyrium, sic dictum quod portum habet ventis ab occasu flantibus expositum. Subsequitur urbs Locri Epizephyrii. Sunt hi Locrenses colonia eorum Locrensium, qui in sinu Crisæo [*codd.* Cræsoo] habitant, ab Euanthe deducta non multo post Crotonem et Syracusas conditas. Falsum est autem quod Ephorus eos Locrensium Opuntiorum facit colonos. Quum tres quattuorve annos in Zephyrio habitassent, opitulantibus Syracusanis urbem inde transtulerunt : simul enim hi..... Et est ibi fons Locria, ubi Locrenses [*græce* Locri] castra habuerunt. Inter Rhegium et Locros stadia sunt sexcenta. Sita est urbs in clivo, quem Esopin (*Epopin ?*) appellant.

8. Creditum est hos omnium primos scriptis usos fuisse legibus : quos, quum diu rempublicam optimis gessissent institutis, Dionysius Syracusarum exturbatus dominatione, scelestissime vexavit. Etenim virginibus in morem nuptarum ornatis, pronubum se ipse gerebat in conclave ingressus : et conductis formosis virginibus, in conviviis columbas integris alis dimittebat, virginibusque imperabat ut eas nudæ captarent; quibusdam etiam sandalia indutis inæqualia, alterum sublime, alterum humile, dedecoris causa jussit ut sic columbas sectarentur. Dedit tamen pœnas Dionysius, quum in Siciliam recuperandi regni causa rediisset. Nam, præsidio dejecto, Locrenses in libertatem sese vindicaverunt, uxoremque et liberos Dionysii

κατέστησαν· δύο δ' ἦσαν αἱ θυγατέρες καὶ τῶν υἱῶν ὁ νεώτερος ἤδη μειράκιον· ἅτερος γὰρ Ἀπολλοκράτης συνεστρατήγει τῷ πατρὶ τὴν κάθοδον. πολλὰ δὲ δεομένῳ τῷ Διονυσίῳ καὐτῷ καὶ Ταραντίνοις ὑπὲρ αὐτοῦ, προέσθαι τὰ σώματα ἐφ' οἷς ἂν ἐθελήσωσιν, οὐκ ἔδοσαν, ἀλλὰ πολιορκίαν ὑπέμειναν καὶ πόρθησιν τῆς χώρας, τὸν δὲ θυμὸν εἰς τὰς θυγατέρας τὸν πλεῖστον ἐξέχεαν· καταπορνευθείσας γὰρ ἐστραγγάλησαν, εἶτα καύσαντες τὰ σώματα κατήλεσαν τὰ ὀστᾶ καὶ κατεπόντωσαν. τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων καὶ Λακωνικῶν καὶ ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν, φησὶν ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτο τὸν Ζάλευκον, ὅτι, τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν, ἡγούμενος τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, δεῖν δὲ [εἶναι] τὰς αὐτάς· ἐπαινεῖ [δὲ] καὶ τὸ ἁπλουστέρως περὶ τῶν † αὐτῶν συμβολαίων διατάξαι. Θουρίους δ' ὕστερον ἀκριβοῦν θέλοντας πέρα τῶν Λοκρῶν ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δέ· εὐνομεῖσθαι γὰρ οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις. τοῦτο δὲ καὶ Πλάτων εἴρηκεν, ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί, καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοί, καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς.

9. Τοῦ δὲ Ἅληκος ποταμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν Ῥηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδος βαθεῖαν φάραγγα διεξιόντος, ἴδιόν τι συμβαίνει τὸ περὶ τοὺς τέττιγας· οἱ μὲν γὰρ ἐν τῇ τῶν Λοκρῶν περαίᾳ φθέγγονται, τοῖς δ' ἀφώνοις εἶναι συμβαίνει· τὸ δ' αἴτιον εἰκάζουσιν, ὅτι τοῖς μὲν παλίνσκιόν ἐστι τὸ χωρίον, ὥστ' ἐνδρόσους ὄντας μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας, τοὺς δ' ἡλιαζομένους ξηροὺς καὶ κερατώδεις ἔχειν, ὥστ' ἀπ' αὐτῶν εὐφυῶς ἐκπέμπεσθαι τὸν φθόγγον. ἐδείκνυτο δ' ἀνδριὰς ἐν Λοκροῖς Εὐνόμου τοῦ κιθαρῳδοῦ, τέττιγα ἐπὶ τὴν κιθάραν καθήμενον ἔχων. φησὶ δὲ Τίμαιος, Πυθίοις ποτὲ ἀγωνιζομένους τοῦτόν τε καὶ Ἀρίστωνα Ῥηγῖνον ἐρίσαι περὶ τοῦ κλήρου· τὸν μὲν δὴ Ἀρίστωνα δεῖσθαι τῶν Δελφῶν ἑαυτῷ συμπράττειν· ἱεροὺς γὰρ εἶναι τοῦ θεοῦ τοὺς προγόνους αὐτοῦ καὶ τὴν ἀποικίαν ἐνθένδε ἐστάλθαι· τοῦ δ' Εὐνόμου φήσαντος, ἀρχὴν μηδὲ μετεῖναι ἐκείνοις τῶν περὶ φωνὴν ἀγωνισμάτων, παρ' οἷς καὶ οἱ τέττιγες εἶεν ἄφωνοι, τὰ εὐφθογγότατα τῶν ζῴων, ὅμως εὐδοκιμεῖν μηδὲν ἧττον τὸν Ἀρίστωνα καὶ ἐν ἐλπίδι τὴν νίκην ἔχειν, νικῆσαι μέντοι τὸν Εὔνομον καὶ ἀναθεῖναι τὴν λεχθεῖσαν εἰκόνα ἐν τῇ πατρίδι, ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἀγῶνα, μιᾶς τῶν χορδῶν ῥαγείσης, ἐπιστὰς τέττιξ ἐκπληρώσειε τὸν φθόγγον. τὴν δ' ὑπὲρ τῶν πόλεων τούτων μεσόγαιαν Βρέττιοι κατέχουσι· καὶ πόλις ἐνταῦθα Μαμέρτιον καὶ ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τὴν ἀρίστην πίτταν τὴν Βρεττίαν, ὃν Σίλαν καλοῦσιν, εὔδενδρός τε καὶ εὔυδρος, μῆκος ἑπτακοσίων σταδίων.

10. Μετὰ δὲ Λοκροὺς Σάγρα, ὃν θηλυκῶς ὀνομά-

(duæ erant filiæ, et filiorum natu minor jam pubescens · alter enim Apollocrates patri in expeditione reditus causa suscepta aderat) in suam potestatem redegerunt : et Dionysio summopere flagitante et ipso et intercedentibus pro eo Tarentinis, ut quibuscunque latis conditionibus missam uxorem liberosque ejus facerent, abnuerunt, malueruntque obsidionem et agri evastationem perferre; iram autem suam in filias affatim evomuerunt : quas vulgo constupratas strangulaverunt, et crematis corporibus, ossa mola contrita in mare dissiparunt. Ceterum Ephorus Locrensium legum mentionem faciens, quas ex Cretensium, Laconum et Areopagitarum legibus Zaleucus composuit, ab hoc id inprimis nove institutum esse tradit, quod, quum priores singulis delictis pœnæ imponendæ modum ac definitionem judicibus permisissent, ipse in legibus pœnas expressit, ratus sententias judicum de rebus iisdem non esse easdem, oportere autem esse easdem. Hoc etiam laudat, quod simplicius de contractibus constituit. Thurios autem, quum posteà temporis singula ad subtilitatem exigere majorem quam Locrenses conarentur, plus quidem celebritatis nactos esse, sed rempublicam deteriorem habuisse. Quippe bonis regi legibus non eos qui omnem calumniæ locum volunt præcludere, sed qui leges simpliciter scriptas omni cura tuentur. Atque ita etiam Plato pronunciavit, apud quos plurimæ sunt leges, apud hos etiam lites esse et malos mores; sicut ubi multi sunt medici, ibi etiam morbi solent esse multi.

9. Peculiare quippiam habet Halex fluvius, qui agrum Rheginum a Locrensi dividit per profundam labens convallem. Cicadæ enim, quæ in Locrensium sunt parte, vocales sunt, ab altera fluminis parte mutæ. Cujus rei hanc putant esse causam, quod hæ in loco sunt umbroso; itaque roris plenæ non distendunt membranas : alteræ quia apricantur, membranas habent aridas atque corneas, ut facile iis sonus edatur. Monstrabatur apud Locrenses statua Eunomi citharœdi, cicadam habens citharæ insidentem. Narrat Timæus hunc Eunomum et Aristonem Rheginum aliquando Pythiis canendo concertasse de præmio, atque Aristonem quidem a Delphis contendisse, ut sibi faverent, quod suos majores Apollini Delphico sacros diceret, indeque deductam esse coloniam : at Eunomum contra dixisse, nihil prorsus certamina de cantu ad Rheginos pertinere, apud quos ipsa etiam cicada, animal alioqui vocalissimum, voce destitueretur : interim tamen nihilominus placuisse Aristonem, ac victoriam sperasse : sed vicisse Eunomum, statuamque, quam diximus, in patria dedicasse, quod ei rupta in ipso certamine fide cicada præsto fuerit, sonumque chordæ suppleverit. Quæ supra urbem hanc sunt mediterranea, ea Brutii tenent; ibique urbs est Mamertium, et silva Sila dicta, optimam picem ferens, quam Brutiam appellant, arboribus præclare consita, et aquæ copia prædita, longitudine stadiûm septingentorum.

10. Post Locros sequitur Sagra (Sagras *codd.*) fl , quem

ζουσιν, ἐφ' οὗ βωμοὶ Διοσκούρων, περὶ οὓς Λοκροὶ μύριοι μετὰ Ῥηγίνων πρὸς δεκατρεῖς μυριάδας Κροτωνιατῶν συμβαλόντες ἐνίκησαν· ἀφ' οὗ τὴν παροιμίαν πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας ἐκπεσεῖν φασιν, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. προσμεμυθεύκασι δ' ἔνιοι καὶ διότι αὐθήμερον τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος Ὀλυμπίασιν ἀπαγγελθείη τοῖς ἐκεῖ τὸ συμβὰν καὶ εὑρεθείη τὸ τάχος τῆς ἀγγελίας ἀληθές. ταύτην δὲ τὴν συμφορὰν αἰτίαν τοῖς Κροτωνιάταις φασὶ τοῦ μὴ πολὺν ἔτι συμμεῖναι χρόνον διὰ τὸ πλῆθος τῶν τότε πεσόντων ἀνδρῶν. μετὰ δὲ τὴν Σάγραν Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ' Αὐλωνία λεγομένη, διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα. ἔστι δ' ἔρημος· οἱ γὰρ ἔχοντες ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον καὶ τὴν ἐκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν. μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μενεσθέως, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται· Κροτωνιατῶν δ' ἐχόντων, Διονύσιος Λοκροῖς προσώρισεν. ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως καὶ ὁ κόλπος Σκυλλητικὸς ὠνόμασται, ποιῶν τὸν εἰρημένον ἰσθμὸν πρὸς τὸν Ἱππωνιάτην κόλπον. ἐπεχείρησε δ' ὁ Διονύσιος καὶ διατειχίζειν τὸν ἰσθμόν, στρατεύσας ἐπὶ Λευκανούς, λόγῳ μὲν ὡς ἀσφάλειαν παρέξων ἀπὸ τῶν ἐκτὸς βαρβάρων τοῖς ἐντὸς ἰσθμοῦ, τὸ δ' ἀληθὲς λῦσαι τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν τῶν Ἑλλήνων βουλόμενος, ὥστ' ἄρχειν ἀδεῶς τῶν ἐντός· ἀλλ' ἐκώλυσαν οἱ ἐκτὸς εἰσελθόντες.

11. Μετὰ δὲ τὸ Σκυλλήτιον ἡ Κροτωνιᾶτις χώρα καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς. μετὰ δὲ ταύτας τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερόν, πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. τὰ διάρματα δ' οὐκ εὐκρινῶς λέγεται· πλὴν ὥς γε ἐπὶ τὸ πολὺ σταδίους ἀπὸ Πορθμοῦ μέχρι Λακινίου Πολύβιος ἀποδίδωσι (δις) χιλίους καὶ τριακοσίους. ἐντεῦθεν δὲ καὶ δίαρμα εἰς ἄκραν Ἰαπυγίαν ἑπτακοσίους. τοῦτο μὲν οὖν στόμα λέγουσι τοῦ Ταραντίνου κόλπου. αὐτὸς δ' ὁ κόλπος ἔχει περίπλουν ἀξιόλογον μιλίων διακοσίων τεσσαράκοντα, ὥς ὁ χωρογράφος φησί... τριακοσίων ὀγδοήκοντα... ἀζώνῳ, Ἀρτεμίδωρος· τοσούτοις δὲ καὶ λείπων.. . τοῦ πλάτους τοῦ στόματος τοῦ κόλπου. βλέπει δὲ πρὸς ἀνατολὰς χειμερινάς, ἀρχὴ δ' αὐτοῦ τὸ Λακίνιον· κάμψαντι γὰρ εὐθὺς αἱ τῶν Ἀχαιῶν πόλεις ἦσαν, αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ πλὴν τῆς Ταραντίνων. ἀλλὰ διὰ τὴν δόξαν τινῶν ἄξιον καὶ ἐπὶ πλέον αὐτῶν μνησθῆναι.

12. Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμὴν καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος, ᾧ τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι φασὶν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. καταχθέντας γάρ τινας τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰλιακοῦ στόλου πλανηθέντων Ἀχαιῶν ἐκβῆναι λέγουσιν ἐπὶ τὴν κατάσκεψιν τῶν χωρίων, τὰς δὲ συμπλεούσας αὐτοῖς Τρῳάδας καταμαθούσας ἔρημα ἀνδρῶν τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι, βαρυνομένας τὸν πλοῦν, ὥστ' ἀναγκασθῆναι μένειν ἐκείνους, ἅμα καὶ τὴν γῆν σπουδαίαν ὁρῶντας· εὐθὺς δὲ καὶ ἄλλων πλειόνων εἰσαφικνουμένων καὶ ζηλούντων ἐκείνους κατὰ τὸ ὁμόφυλον, πολλὰς κατοικίας γενέσθαι,

feminino genere efferunt Sagra : ad eum templum est Castoris et Pollucis, ubi decies mille Locrenses cum Rheginis, de centum et triginta millibus Crotoniatarum pugna commissa victoriam reportarunt : atque hinc aiunt tractum proverbium contra fidem rei derogantes, Veriora sunt hæc rebus ad Sagram gestis. Adjiciunt nonnulli fabulam, ea ipsa die quum Olympicum ageretur certamen, rem iis qui ibi tum intererant, fuisse annunciatam, veritateque rei nuntii celeritatem comprobatam. Hanc cladem aiunt causam fuisse, cur Crotoniatæ paulo post dissiparentur, ob multitudinem eorum qui tum ceciderant. Sagram subsequitur Caulonia, ab Achivis condita, quondam Aulonia dicta ob convallem (id enim αὐλών Græcis est) antè sitam. Est autem deserta; namque incolæ ejus a barbaris ejecti in Siciliam se receperunt, ibique Cauloniam condiderunt. Post hanc, Scylletium, colonia Atheniensium, qui Menestheum secuti sunt. Hodie Scylacium [*al. codd.* Scyllacium] dicitur. Quum Crotoniatæ hoc oppidum possiderent, Dionysius postea Locrensibus dedit. Ab hoc oppido etiam sinui Scylletico nomen est, qui cum sinu Hipponiata eum isthmum efficit, cujus jam mentionem fecimus. Hunc isthmum Dionysius, bellum adversus Lucanos gerens, muro munire aggressus est, specie quidem, ut intra eum habitantes tutos ab exteris barbaris redderet, re ipsa autem, ut mutuam Græcarum civitatum societatem divelleret, et intra isthmum habitantibus secure imperaret. Sed interventus extra isthmum colentium opus id irritum fecit.

11. Scylletio regio Crotoniatarum succedit, et tria Iapygum promontoria; inde Lacinium, Junonis templum, dives quondam multisque refertum donariis. Trajectuum intervalla non est facile certo explicare : nisi quod Polybius fere a Freto usque ad Lacinium tradit esse stadia mille et trecenta : hinc ad Iapygium promontorium trajectus est stadiûm septingentorum. Atque has dicunt fauces Tarentini sinus. Ipsius sinus litus amplum, ut regionum descriptor ait, millia passuum continet ducenta et quadraginta. [*Sequentia lacunis intercepta sic tentantur :*] *pedestre iter duodecim dierum esse* expedito homini Artemidorus *dicit; naviganti stadiorum duobus millibus:* totidem igitur reliquens *faucibus*, *quantis Polybius esset dixit* latitudinem faucium sinus. Sinus ortum solis hibernum spectat, incipit autem a Lacinio. Inde enim cursum flectens statim ad Achaicas deferebatur urbes, quarum hodie extra Tarentum nulla exstat : ob celebritatem tamen nominis operæ pretium est quarundam copiosius facere mentionem.

12. Prima est Croton, centum et quinquaginta stadiis a Lacinio sita, ibique fluvius Æsarus est et portus, aliusque fluvius Neæthus, cui nomen inditum esse perhibetur a quodam memorando casu. Achæorum enim nonnulli, e Trojana expeditione redeuntes, quum diu jactati tandem huc appulissent, regionisque explorandæ causa in terram egressi essent, Trojanæ quæ una vehebantur mulieres navigia, quæ virorum custodia destituta deprehendissent, navigationis tædio impulsæ, incendisse dicuntur, eo quidem consilio, ut Achæi sedem in regione figere cogerentur, quam ipsi fertilem judicassent. Quumque statim alii complures ejusdem gentis hic applicarent, prioresque qui adventaverant

ὧν αἱ πλείους ἐπώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο, καὶ ποταμὸς δὲ ὁ Νέαιθος ἀπὸ τοῦ πάθους τὴν προσωνυμίαν ἔσχε. φησὶ δ' Ἀντίοχος, τοῦ θεοῦ φήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπελθεῖν Μύσκελλον κατασκεψόμενον τὸν τόπον, ἰδόντα δ' ἐκτισμένην ἤδη Σύβαριν, ποταμῷ τῷ πλησίον ὁμώνυμον, κρῖναι ταύτην ἀμείνω· ἐπανερέσθαι δ' οὖν ἀπιόντα τὸν θεόν, εἰ λῷον εἴη ταύτην ἀντ' ἐκείνης κτίζειν, τὸν δὲ ἀνειπεῖν (ἐτύγχανε δὲ ὑπόκυφος ὢν ὁ Μύσκελλος)·

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ σέθεν ἄλλο ματεύων
* κλαύματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅ, τι δῷ τις ἐπαινεῖν.

ἐπανελθόντα δὲ κτίσαι τὸν Κρότωνα, συμπράξαντος καὶ Ἀρχίου τοῦ τὰς Συρακούσας οἰκίσαντος, προσπλεύσαντος κατὰ τύχην, ἡνίκα ὥρμητο ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσῶν οἰκισμόν. ᾤκουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορός φησι. δοκεῖ δ' ἡ πόλις τά τε πολέμια ἀσκῆσαι καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται, ὥστ' εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, καὶ τὴν παροιμίαν δὲ ὑγιέστερον Κρότωνος λέγουσαν ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν. πλείστους οὖν Ὀλυμπιονίκας ἔσχε, καίπερ οὐ πολὺν χρόνον οἰκηθεῖσα διὰ τὸν φθόρον τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ πεσόντων ἀνδρῶν τοσούτων τὸ πλῆθος· προσέλαβε δὲ τῇ δόξῃ καὶ τὸ τῶν Πυθαγορείων πλῆθος καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονώς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου, διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει πολὺν χρόνον. φασὶ δ' ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τῶν φιλοσόφων πονήσαντος στύλου τὸν Μίλωνα ὑποδύντα σῶσαι ἅπαντας, ὑποσπάσαι δὲ καὶ ἑαυτόν· τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ πεποιθότα εἰκὸς καὶ τὴν ἱστορουμένην ὑπό τινων εὑρέσθαι καταστροφὴν τοῦ βίου. λέγεται γοῦν ὁδοιπορῶν ποτε δι' ὕλης βαθείας παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἐπὶ πλέον, εἶθ' εὑρὼν ξύλον μέγα ἐσφηνωμένον, ἐμβαλὼν χεῖρας ἅμα καὶ πόδας εἰς τὴν διάστασιν βιάζεσθαι πρὸς τὸ διαστῆσαι τελέως· τοσοῦτον δ' ἴσχυσε μόνον, ὥστ' ἐκπεσεῖν τοὺς σφῆνας, εἶτ' εὐθὺς ἐπισυμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου, ἀποληφθέντα δ' αὐτὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι.

13. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν [ἐν] διακοσίοις σταδίοις Ἀχαιῶν κτίσμα ἡ Σύβαρις δυεῖν ποταμῶν μεταξύ, Κράθιδος καὶ Συβάριδος· οἰκιστὴς δ' αὐτῆς ὁ Ἰσ . . . . Ἑλικεύς. τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη τὸ παλαιόν, ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι πόλεις ὑπηκόους ἔσχε, τριάκοντα δὲ μυριάσιν ἀνδρῶν ἐπὶ Κροτωνιάτας ἐστράτευσαν, πεντήκοντα δὲ σταδίων κύκλον συνεπλήρουν οἰκοῦντες ἐπὶ τῷ Κράθιδι. ὑπὸ μέντοι τρυφῆς καὶ ὕβρεως ἅπασαν τὴν εὐδαιμονίαν ἀφῃρέθησαν ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα· ἑλόντες γὰρ τὴν πόλιν ἐπήγαγον τὸν ποταμὸν καὶ κατέκλυσαν. ὕστερον δ' οἱ περιγενόμενοι συνελθόντες

populares suos imitarentur, multa condita fuisse oppida ferunt, quorum pleraque a Trojanis denominata sunt. Ab hoc casu *navium deflagratarum, quod græce dicitur* νέας αἴθειν, Neæthus fluvius nomen accepit. Antiochus scriptum reliquit, quum Achæis deus mandasset ut Crotonem conderent, Myscellum eo locum speculandi causa venisse; quumque jam conditam ibi videret Sybarin vicino amni cognominem, eam potiorem judicasse, profectumque ad oraculum, quæsivisse, concederetne Sybarin loco Crotonis condere, responsumque sic fuisse : (erat autem nonnihil gibbosus Myscellus) :

Gibbose incassum Myscelle aliena requirens
venaris lacrimas : quæ dantur dona, probato.

Itaque reversum condidisse Crotonem, adjuvante etiam Archia Syracusarum conditore, qui forte eo appulit, quum ad Syracusas condendas tenderet cursum. Ephorus scribit, Crotonem ante ab Iapygibus fuisse habitatam. Videtur urbs ea et bellicis rebus studuisse, et athleticæ : una enim Olympiade septem qui stadio vicere, omnes Crotoniatæ fuerunt, ut non injuria dictum videatur : Extremum Crotoniatarum, reliquorum Græcorum esse primum. Inde quoque ductum aiunt proverbium, Salubrior Crotone : quod ex athletarum multitudine colligeretur, locum istum ad sanitatem ac firmam corporis constitutionem conferre. Plurimos enim protulit victores in Olympiis, quanquam non diu urbs ipsa habitata fuit, propter cladem civium qui ingenti numero ad Sagram ceciderunt. Auxit urbis gloriam etiam Pythagoreorum multitudo, et Milo athletarum celeberrimus, idemque discipulus Pythagoræ longo tempore ea in urbe versati. Hunc ferunt, aliquando columna in contubernio philosophorum ruinam minante, in ejus subiisse locum, itaque et reliquos servasse omnes, et ipsum sese subduxisse. Ac probabile est confisum huic robori corporis, eum qui a quibusdam narratur invenisse vitæ exitum : ferunt enim, quum quodam tempore per densam silvam iter faceret, atque a via longius discessisset, offendisse magnum lignum, cui inserti cunei essent : ibi hominem, immissis in fissuram manibus atque pedibus, conatum fuisse lignum omnino disrumpere, idque modo consecutum, ut delaberentur cunei : deinde vero lignum repente in se coiisse, ipsumque hoc modo captum, feris escam esse factum.

13. Ducentis a Crotone stadiis est Sybaris, ab Achæis condita urbs in medio duorum fluviorum, Crathidis et Sybaridis. Conditor ejus fuit Is.... Helicensis (*ex Helice Achaicæ urbe*). Tanta autem rerum prosperitate urbs ea olim excelluit, ut et quattuor vicinis gentibus imperarit, et quinque et viginti urbes dicto audientes habuerit, et trecenta hominum millia in bellum contra Crotoniatas eduxerit, domiciliisque supra Crathidem stadia quinquaginta in circulum compleverit. Sed luxu Sybaritarum ac petulantia factum est ut septuaginta dierum spatio universam eis istam felicitatem Crotoniatæ eriperent; captam enim urbem immisso flumine aquis obruerunt. Qui cladi superfuerunt pauci,

ἐπῴκουν ὀλίγοι· χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι διεφθάρησαν ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων, οἳ συνοικήσοντες μὲν ἐκείνοις ἀφίκοντο, καταφρονήσαντες δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν διεχειρίσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν πλησίον καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου. ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ· διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ' αὐτοῦ· ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται. Θούριοι δ' εὐτυχήσαντες πολὺν χρόνον ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν, Ταραντίνων δ' ἀφελομένων ἐκείνους ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον, οἱ δὲ πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι μετωνόμασαν Κωπιὰς τὴν πόλιν.

14. Μετὰ δὲ Θουρίους Λαγαρία φρούριον, Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα, ὅθεν καὶ ὁ Λαγαριτανὸς οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλὸς καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς σφόδρα εὐδοκιμῶν· καὶ ὁ Θουρῖνος δὲ τῶν ἐν ὀνόματι οἴνων ἐστίν. εἶθ' Ἡράκλεια πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἄκιρις καὶ Σῖρις, ἐφ' οὗ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωική· χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐντεῦθεν οἰκισθείσης ὑπὸ Ταραντίνων, ἐπίνειον αὕτη τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε. διεῖχε δ' Ἡρακλείας μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι σταδίους, Θουρίων δὲ περὶ τριακοσίους τριάκοντα. τῆς δὲ τῶν Τρώων κατοικίας τεκμήριον ποιοῦνται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ξόανον ἱδρυμένον αὐτόθι, ὅπερ καταμῦσαι μυθεύουσιν ἀποσπωμένων τῶν ἱκετῶν ὑπὸ Ἰώνων τῶν ἑλόντων τὴν πόλιν· τούτους γὰρ ἐπελθεῖν οἰκήτορας, φεύγοντας τὴν Λυδῶν ἀρχήν, καὶ βίᾳ λαβεῖν τὴν πόλιν Χώνων οὖσαν, καλέσαι δὲ αὐτὴν Πολίειον· δείκνυσθαι δὲ καὶ νῦν καταμῦον τὸ ξόανον. ἰταμὸν μὲν οὖν καὶ τὸ οὕτω μυθεύειν, ὥστε μὴ καταμῦσαι † φαινόμενον, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ἰλίῳ ἀποστραφῆναι κατὰ τὸν Κασάνδρας βιασμόν, ἀλλὰ καὶ καταμῦον δείκνυσθαι. πολὺ δὲ ἰταμώτερον τὸ τοσαῦτα ποιεῖν ἐξ Ἰλίου κεκομισμένα ξόανα, ὅσα φασὶν οἱ συγγραφεῖς· καὶ γὰρ ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Λαουινίῳ καὶ ἐν Λουκερίᾳ καὶ ἐν Σειρίτιδι Ἰλιὰς Ἀθηνᾶ καλεῖται, ὡς ἐκεῖθεν κομισθεῖσα. καὶ τὸ τῶν Τρωάδων δὲ τόλμημα περιφέρεται πολλαχοῦ καὶ ἄπιστον φαίνεται, καίπερ δυνατὸν ὄν. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίων κτίσμα φασὶ καὶ Σειρῖτιν καὶ τὴν ἐπὶ † Τεύθραντος Σύβαριν. φησὶ δ' Ἀντίοχος τοὺς Ταραντίνους Θουρίοις καὶ Κλεανδρίδᾳ τῷ στρατηγῷ φυγάδι ἐκ Λακεδαίμονος πολεμοῦντας περὶ τῆς Σειρίτιδος συμβῆναι καὶ συνοικῆσαι μὲν κοινῇ, τὴν δ' ἀποικίαν κριθῆναι Ταραντίνων, Ἡράκλειαν δ' ὕστερον κληθῆναι, μεταβαλοῦσαν καὶ τοὔνομα καὶ τὸν τόπον.

15. Ἑξῆς δ' ἐστὶ Μεταπόντιον, εἰς ἣν ἀπὸ τοῦ ἐπινείου τῆς Ἡρακλείας εἰσὶ στάδιοι τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. Πυλίων δὲ λέγεται κτίσμα τῶν ἐξ Ἰλίου πλευσάντων μετὰ Νέστορος, οὓς οὕτως ἀπὸ γεωργίας εὐτυχῆσαί φασιν, ὥστε θέρος χρυσοῦν ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι. σημεῖον δὲ ποιοῦνται τῆς κτίσεως τὸν τῶν Νηληιδῶν ἐναγισμόν· ἠφανίσθη δ' ὑπὸ Σαυνιτῶν. Ἀντίο-

postea temporis habitatum eo redierunt. Sed et hi aliquanto post ab Atheniensibus et aliis Græcis deleti sunt : qui quum venissent ut ipsis se adjungerent, per contemptum illos interfecerunt, urbemque in alium vicinum locum translatam, a fonte id nominis gerente Thurios denominaverunt. Sybaris potus equi ut facile consternentur facit, ideoque armenta ab eo arcent. At Crathis hominum qui in eo lavant crines fulvos albosque reddit, et multis aliis malis medicina est. Thurii, longo tempore fortuna usi secunda, tandem a Lucanis in servitutem subacti sunt; Tarentinisque eos istis eripientibus, ad Romanos confugerunt, qui Thuriis jam attritis colonos miserunt, Copiasque urbem nuncupaverunt.

14. Post Thurios est Lagaria munitum oppidum, Epei et Phocensium colonia, unde vinum Lagaritanum, dulce ac lene, magnique admodum apud medicos nominis. Sed et Thurium [*gr.* Thurinum] vinum inter nobilia est. Sequuntur Heraclea urbs [*codd.* Heracleopolis] paululum supra mare sita, navigabilesque amnes duo, Aciris et Siris, cui adjacebat urbs fluvio ejusdem nominis a Trojanis condita, quæ postmodo, Heraclea ibi a Tarentinis condita, navale Heracleotarum exstitit. Distat ab Heraclea stadiis quattuor et viginti, a Thuriis circiter trecentis et triginta. Trojanæ porro coloniæ indicium faciunt Minervæ Iliacæ simulacrum ibi dedicatum; idque ferunt oculos palpebris clausis solo defixisse, quum Iones, urbe capta, supplices ab eo simulacro avellerent, quos Lydorum imperium fugientes, huc pervenisse, urbem quæ Chonum [*al. codd.* autochthonum] erat vi cepisse, eamque Polieon denominasse aiunt : atque etiam hodie monstrari perhibent simulacrum illud connivens. Enimvero protervum est fingere, simulacrum aliquod non modo visum fuisse connivere, sicut imaginem Minervæ Ilii ferunt oculos avertisse, quum violaretur Casandra : sed fabulæ adjicere, simulacrum etiamnum connivens conspici. At multo etiam protervius est, fabulari tot simulacra ab Ilio allata fuisse, quot scriptores tradunt. Nam et Romæ, et Lavinii, et Luceriæ et Siritide Minerva habetur Iliaca, quasi ab Ilio allata. Etiam facinus mulierum Trojanarum multis ascribitur locis, eoque fides ei derogatur, quum fieri tamen potuerit. Quidam et Siritidem et Sybarim ad Traentem [*codd.* Teuthrantem] ab Rhodiis conditas esse ferunt. Antiochus auctor est, Tarentinos contra Thurios et Cleandridam imperatorem, qui Lacedæmone exulabat, ob Siritidem belligerantes, ita pacem coivisse, ut æquo utrinque Siritis jure incoleretur, Tarentinorum tamen judicaretur colonia : eam postea temporis Heracleam appellatam, cum nomine locum quoque mutavisse.

15. Subsequitur Metapontum [*gr.* Metapontion], a navali Heracleæ dissitum stadiis centum et quadraginta. Conditum aiunt a Pyliis, qui cum Nestore ab Ilio navigaverunt, quos tanto successu terram coluisse aiunt, ut aureum messem Delphis dedicaverint. A Pyliis urbem esse conditam, ab exsequiis Neleidarum ratiocinantur. Urbem eam Sa-

χος δέ φησιν ἐκλειφθέντα τὸν τόπον ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινας μεταπεμφθέντας ὑπὸ τῶν ἐν Συβάρει Ἀχαιῶν, μεταπεμφθῆναι δὲ κατὰ μῖσος τὸ πρὸς Ταραντίνους τῶν Ἀχαιῶν, τῶν ἐκπεσόντων ἐκ τῆς Λακωνικῆς, ἵνα μὴ Ταραντῖνοι γειτνιῶντες ἐπιπηδήσαιεν τῷ τόπῳ. δυεῖν δ' οὐσῶν πόλεων, τοῦ Μεταποντίου ἐγγυτέρω, [τῆς δὲ Σειρίτιδος ἀπωτέρω] τοῦ Τάραντος, πεισθῆναι τοὺς ἀφιγμένους ὑπὸ τῶν Συβαριτῶν τὸ Μεταπόντιον κατασχεῖν· τοῦτο μὲν γὰρ ἔχοντας ἕξειν καὶ τὴν Σειρῖτιν, εἰ δ' ἐπὶ τὴν Σειρῖτιν τράποιντο, προσθήσειν τοῖς Ταραντίνοις τὸ Μεταπόντιον ἐν πλευραῖς οὖσι. πολεμοῦντας δ' ὕστερον πρὸς τοὺς Ταραντίνους καὶ τοὺς ὑπερκειμένους Οἰνωτροὺς ἐπὶ μέρει διαλυθῆναι τῆς γῆς, ὅπερ γενέσθαι τῆς τότε Ἰταλίας ὅριον καὶ τῆς Ἰαπυγίας. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν. δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρῆσθαι πρότερον Μέταβον, παρωνομάσθαι δ' ὕστερον· τήν τε Μελανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον κομισθῆναι ἐλέγχειν ἡρῷον τοῦ Μετάβου καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν

Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη,

ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς Μέταβον. οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου Δαύλιος ὁ Κρίσης τύραννος γεγένηται τῆς περὶ Δελφούς, ὥς φησιν Ἔφορος. ἔστι δέ τις καὶ οὗτος λόγος, ὡς ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸν συνοικισμὸν Λεύκιππος εἴη, χρησάμενος δὲ παρὰ τῶν Ταραντίνων τὸν τόπον εἰς ἡμέραν καὶ νύκτα μὴ ἀποδοίη, μεθ' ἡμέραν μὲν λέγων πρὸς τοὺς ἀπαιτοῦντας, ὅτι καὶ εἰς τὴν ἐφεξῆς νύκτα αἰτήσαιτο καὶ λάβοι, νύκτωρ δ', ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἑξῆς ἡμέραν. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ὁ Τάρας καὶ ἡ Ἰαπυγία, περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν πρότερον τὰς προκειμένας τῆς Ἰταλίας νήσους περιοδεύσωμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· ἀεὶ γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ἑκάστοις τὰς γειτνιώσας προσκαταλέγοντες νήσους καὶ νῦν, ἐπειδὴ μέχρι τέλους ἐπεληλύθαμεν τὴν Οἰνωτρίαν, ἥνπερ καὶ Ἰταλίαν μόνην ὠνόμαζον οἱ πρότερον, δίκαιοί ἐσμεν φυλάξαι τὴν αὐτὴν τάξιν, ἐπελθόντες τὴν Σικελίαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους.

ΚΕΦ. Β'.

Ἔστι δ' ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι, καὶ διὰ τοῦτο Τριναχρία μὲν πρότερον, Θριναχὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι, Πελωριὰς μὲν ἡ πρὸς τὴν Καῖνυν καὶ τὴν στυλίδα τὴν Ῥηγίνων ποιοῦσα *τὸν Πορθμόν*, Πάχυνος δὲ ἡ ἐκκειμένη πρὸς ἕω καὶ τῷ Σικελικῷ κλυζομένη πελάγει, βλέπουσα πρὸς τὴν Πελοπόννησον καὶ τὸν ἐπὶ Κρήτης πόρον· τρίτη δ' ἐστὶν ἡ προσεχὴς τῇ Λιβύῃ, βλέπουσα πρὸς ταύτην ἅμα καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, Λιλύβαιον. τῶν δὲ

mnites deleverunt. Antiochus scribit locum illum incolis destitutum Achæos quosdam occupasse, evocatos ab Achæis Sybarim incolentibus: arcessitos autem eos fuisse ob Achæorum, qui Laconia pulsi fuerant, odium in Tarentinos, ut ne hi, qui vicini erant, locum illum occuparent. Quum autem duæ essent urbes, Metapontum vicinior, Siritis remotior Tarento, a Sybaritis persuasum fuisse iis quos arcessiverant, ut Metapontum occuparent : quod eo potiti, Siritidem quoque essent habituri; sin ipsi se ad Siritin contulissent, fore ut Tarentini a latere imminentes Metapontum suam facerent. Successu temporis bello cum Tarentinis et qui supra adjacent Œnotris conflato, accepta agri parte, qui tunc fuerit Italiæ et Iapygiæ terminus, pacem composuisse. Ibi etiam Metapontum fabulantur, et Melanippam captivam, et hujus filium Bœotum. Existimat autem Antiochus urbem olim Metabum dictam, postea Metapontium denominatam; Melanippamque non ad Metabum, sed ad Dium pervenisse : idque sacello Metabi argui, et Asii poetæ testimonio, qui ait : Bœotum

In Dii formosa domo peperit Melanippe :

ad hunc nimirum adductam innuens Melanippam, non ad Metabum. Ephorus tradit, Metaponti conditorem fuisse Daulium Crisæ, ejus quæ prope Delphos est tyrannum. Fertur et alia narratio : ab Achivis ad eam coloniam deducendam missum fuisse Leucippum, qui quum locum istum ad diem et noctem precario a Tarentinis obtinuisset, noluerit reddere : interdiu reposcentibus respondens, se etiam ad insequentem noctem petiisse ac impetrasse; noctu, ad imminentem diem. Deinceps Tarentum est [*quod Græcis* Taras, *incolæ* Tarantini], et Iapygia, de quibus dicemus, si prius, quod ratio nostri instituti requirit, præpositas Italiæ insulas peragraverimus. Quum enim adhuc singulis gentibus juxtà vicinas insulas exposuimus; nunc Œnotria, quam solam Italiæ nomine intellexit antiquitas, ad finem usque enarrata, par est eundem nos ordinem tenendo, Siciliam et quæ circa sunt insulas persequi.

CAP. II.

Sicilia [*gr.* Sicelia] figuram habet triquetram : itaque et Trinacria a tribus extremitatibus quondam, et postea sono vocis concinniore, Thrinacis [*al. codd.* Thrinacia] denominata fuit. Figuram ejus tria definiunt promontoria : Pelorus [*gr.* Pelorias], qui versus Cænyn et Columnam Rheginorum Fretum efficit; Pachynus, qui contra orientem prominet, Siculoque alluitur mari, et Peloponnesum Cretensemque trajectum respicit; tertium est Lilybæum, Africæ obversum, hibernoque juxta occasui. Laterum,

πλευρῶν, ἃς ἀφορίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μέν εἰσι κοῖλαι μετρίως, ἡ δὲ τρίτη κυρτή, ἡ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου καθήκουσα πρὸς τὴν Πελωριάδα, ἥπερ μεγίστη ἐστί, σταδίων χιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ὡς Ποσειδώνιος εἴρηκε προσθεὶς καὶ εἴκοσι. τῶν δ' ἄλλων ἡ (τ') ἐπὶ Πάχυνον ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου μείζων τῆς ἑτέρας· ἐλαχίστη δὲ ἡ τῷ Πορθμῷ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ προσεχής, ἡ ἀπὸ τῆς Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Πάχυνον, σταδίων ὅσον χιλίων καὶ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τὸν δὲ περίπλουν ὁ Ποσειδώνιος σταδίων τετρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις ἀποφαίνει. ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος διῃρημένα μιλιασμῷ· ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας εἴκοσι πέντε· τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς Τυνδαρίδα· εἶτα εἰς Ἀγάθυρνον τριάκοντα καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισα, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν δεκαοκτὼ διὰ μέσης ῥέοντα τῆς Σικελίας, εἶτ' εἰς Πάνορμον τριάκοντα πέντε· δύο δὲ καὶ τριάκοντα εἰς τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπόριον· λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον τριάκοντα ὀκτώ. ἐντεῦθεν δὲ κάμψαντι ἐπὶ τὸ συνεχὲς πλευρὸν εἰς μὲν τὸ Ἡράκλειον ἑβδομήκοντα πέντε, ἐπὶ δὲ τὸ Ἀκραγαντίνων ἐμπόριον εἴκοσι, καὶ ἄλλα εἴκοσι εἰς Καμάριναν· εἶτ' ἐπὶ Πάχυνον πεντήκοντα. ἔνθεν πάλιν κατὰ τὸ τρίτον πλευρὸν εἰς μὲν Συρακούσας τριάκοντα ἕξ, εἰς δὲ Κατάνην ἑξήκοντα· εἶτ' εἰς Ταυρομένιον τριάκοντα τρία· εἶτ' εἰς Μεσσήνην τριάκοντα. πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτώ, ἐκ δὲ Μεσσήνης εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλερίᾳ ὁδῷ [διακόσια] τριάκοντα πέντε. ἔνιοι δ' ἁπλούστερον εἰρήκασιν, ὥσπερ Ἔφορος, τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πέντε. Ποσειδώνιός τε τοῖς κλίμασιν ἀφορίζων τὴν νῆσον, (καὶ) πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύβαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Πάχυνον τίθησιν. ἀνάγκη δέ, τῶν κλιμάτων ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι διαστελλομένων, τὰ ἐγγραφόμενα τρίγωνα, καὶ μάλιστα ὅσα σκαληνὰ καὶ ὧν οὐδεμία πλευρὰ [οὐδεμιᾷ] τῶν τοῦ παραλληλογράμμου ἐφαρμόττει, ἀναρμόστως ἔχειν πρὸς τὰ κλίματα διὰ τὴν λόξωσιν. ὅμως δ' οὖν † ἐν τοῖς τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον * κειμένης ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν γωνιῶν, ὥσθ' ἡ ἐπιζευγνυμένη ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν Πάχυνον ἐκκείσεται πρὸς ἕω μὲν καὶ πρὸς ἄρκτον βλέπουσα, ποιήσει δὲ τὴν πλευρὰν τὴν πρὸς τὸν Πορθμόν. δεῖ δ' ἐπιστροφὴν μικρὰν λαμβάνειν ἐπὶ χειμερινὰς ἀνατολάς· οὕτω γὰρ ἡ ἠιὼν παρακλίνει προϊοῦσιν ἀπὸ τῆς Κατάνης ἐπὶ τὰς Συρακούσας καὶ τὸν Πάχυνον. δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς τὸ στόμα τοῦ Ἀλφειοῦ στάδιοι τετρακισχίλιοι. Ἀρτεμίδωρος δ' ἀπὸ τοῦ Παχύνου φήσας ἐπὶ Ταίναρον εἶναι τετρακισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἀπὸ δ' Ἀλφειοῦ ἐπὶ Παμισὸν χιλίους ἑκατὸν τριάκοντα, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι λόγον, μὴ οὐχ ὁμολογούμενα λέγῃ τῷ φήσαντι τετρακισχιλίους εἶναι τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ τοῦ Παχύνου. ἡ δ' ἀπὸ Παχύνου πρὸς

quæ his tribus promontoriis includuntur, duo sunt concava mediocriter, tertium a Lilybæo ad Pelorum curvum est, idemque longissimum, stadiorum mille et septingentorum ut Posidonius dixit, qui et viginti adjecit. De reliquis, id quod a Lilybæo ad Pachynum pertinet, altero majus est (*et mille quingentorum et quinquaginta stadiûm*) : minimum omnium id, quod Freto et Italiæ adjacet, a Peloro ad Pachynum tendens, stadiorum circiter mille centum et triginta. Ambitum insulæ Posidonius pronunciat, stadiorum quater millium et quadringentorum. At in chorographia majora hæc intervalla ponuntur, distincta per partes in miliaria : a Peloro nempe ad Mylas passuum millia quinque et viginti; totidem a Mylis Tyndaridem: hinc Agathyrnum [*codd.* Agathyrsum] triginta; rursum Alæsam [*codd.* Alæsa] totidem, aliaque triginta inde Cephalœdium (hæc nomina sunt oppidorum) : Himeram tum ad fluvium, qui per mediam fluit Siciliam, millia passuum duodeviginti; hinc Panormum triginta quinque; ad emporium Ægestensium [*al.* Egestæorum] duo et triginta; reliqua sunt ad Lilybæum octo et triginta. Flectenti inde ad continens latus, ad Heracleam sunt septuaginta quinque; ad Agrigentinorum emporium viginti, et alia viginti [*Gelam, rursus viginti*] Camarinam : hinc ad Pachynum quinquaginta. Inde rursum in tertio latere Syracusas triginta sex [*al. cod.* trig. tres, *alius* viginti], Catinam porro sexaginta; inde Tauromenium triginta tria; tum Messanam triginta, [*denique usque ad Pelorum novem*]. Terrestri vero itinere a Pachyno ad Pelorum sunt centum sexaginta et octo; a Messana Lilybæum via Valeria ducenta triginta et quinque. Nonnulli simplicius rem exposuerunt, ut Ephorus, qui Siciliam circumnavigari ait quinque diebus et noctibus : et Posidonius, qui climatibus definiens insulam, Pelorum septentrioni, Lilybæum austro, Pachynum ortui solis opponit. At vero, quum climata parallelogrammorum figura includantur, triangula in iis descripta, præcipue inæqualia, quorumque nullum latus cum parallelogrammi latere ullo in eandem lineam concurrit, propter obliquam eorum figuram climatibus nullo modo congruere posse certum est. Nihilominus tamen, quum Sicilia Italiæ comparata ad austrum sita sit, Pelorum promontorium, trium Siciliæ angulorum maxime versus septentrionem spectare haud male ita dici potest, ut linea inde ad Pachynum perducta orientem et simul septentrionem respiciat, obtendat autem latus suum ad Fretum. Hanc lineam autem oportet nonnihil converti ad ortum hibernum; sic enim litus inclinare deprehendunt Catina Syracusas et Pachynum proficiscentes. Ceterum trajectus a Pachyno ad Alphei ostia est stadiorum quater mille. Artemidorus autem a Pachyno ad Tænarum stadia numerans quater mille et sexcenta, ab Alpheo autem ad Pamisum [*codd.* Amisum] mille centum et triginta, videtur mihi rationes constituere, quibus a Pachyno ad Alpheum quater mille stadia numerantibus contradicatur. At linea a Pachyno ad Lily-

Λιλύβαιον, ἑσπεριώτερον δὲ τῆς Πελωριάδος (ἱκανῶς) ἐστιν, ἱκανῶς ἂν καὐτὴ λοξοῖτο ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ σημείου πρὸς τὴν ἑσπέραν, βλέποι δὲ ἂν ἅμα πρός τε τὴν ἕω καὶ πρὸς τὸν νότον, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους κλυζομένη, τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ τοῦ πρὸς τὰς Σύρτεις διήκοντος ἀπὸ τῆς Καρχηδονίας. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα· καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν [ἀν]αγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. ἀπὸ δὲ τοῦ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν ἀνάγκη λοξοῦσθαι πρὸς ἕω καὶ βλέπειν πρὸς τὸ μεταξὺ τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς ἄρκτου, πρὸς ἄρκτον μὲν ἔχουσαν τὴν Ἰταλίαν, πρὸς δύσιν δὲ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Αἰόλου νήσους.

2. Πόλεις δ' εἰσὶ κατὰ μὲν τὸ πλευρὸν τὸ ποιοῦν τὸν Πορθμὸν Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον καὶ Κατάνη καὶ Συράκουσαι· αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ συνελθοῦσαι πάντων καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα στόματα· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον. φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ [δε]κάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωικά· τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ λῃστήρια τῶν Τυρρηνῶν καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς τὴν Σικελίαν κατανοῆσαι τήν τε οὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς, ἐπανελθόντα δὲ Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα καὶ τῶν Ἰώνων τινάς, ἔτι δὲ Δωριέων, [ὧν] οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. αἱ μὲν οὖν πόλεις οὐκέτ' εἰσί, τὸ δὲ τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὑβλαίου μέλιτος.

3. Τῶν δὲ συμμενουσῶν κατὰ τὸ λεχθὲν πλευρὸν πόλεων ἡ μὲν Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται, καμπτομένης ἐπὶ πολὺ πρὸς ἕω καὶ μασχάλην τινὰ ποιούσης· ἀπέχει δὲ τοῦ μὲν Ῥηγίου δίαρμα ἑξηκονταστάδιον, τῆς δὲ στυλίδος πολὺ ἔλαττον. κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, καλουμένη Ζάγκλη πρότερον διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν), Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνην· ἐπῴκησαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι, Καμπανῶν τι φῦλον. ἐχρήσαντο δ' ὁρμητηρίῳ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Σικελικὸν πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίους, καὶ μετὰ ταῦτα Πομπήιος ὁ Σέξτος ἐνταῦθα συνεῖχε τὸ ναυτικόν, πολεμῶν πρὸς τὸν Σεβαστὸν Καίσαρα, ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν φυγὴν ἐποιήσατο, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου. δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πόρῳ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι

bæum, quod magis quam Pelorum promontorium occasum versus situm est, satis et ipsa a meridiano puncto ad occasum incurvari, simulque et ad ortum et ad austrum respicere videtur, quum ab una parte Siculo alluatur mari, ab altera Africo, qui a Carthaginiensium finibus ad Syrtes pertingit. Trajectus in Africam brevissimus a Lilybæo quoque promontorio circa Carthaginem est mille quingentûm stadiorum, tantoque intervallo quidam dicitur acie oculorum insigni præditus e specula quadam numerum navium Carthagine solventium observasse, atque iis, qui Lilybæi aderant, nunciasse. Latus quod a Lilybæo ad Pelorum est, necessario incurvatur versus ortum, et ea respicit, quæ inter occasum sunt et septentrionem, ut septentrionem versus habeat Italiam, ad occasum autem mare Tyrrhenum et Æoli insulas.

2. Urbes Siciliæ eo in latere sitæ, quod Fretum conficit, sunt Messana [*græce* Messene; *unus cod.* Messine], Tauromenium, Catina [*græce* Catana], Syracusæ. Quæ Catinam inter et Syracusas fuerunt urbes, perierunt, Naxus, et Megara, ubi omnium ab Ætna defluentium fluviorum ostia conveniunt, portusque commodos efficiunt. Ibi etiam est Xiphoniæ promontorium. Ephorus scribit has primas omnium in Sicilia civitates Græcas decima post Trojanum bellum ætate conditas fuisse. Antiquiores enim Tyrrhenorum latrocinia et barbarorum has regiones incolentium crudelitatem ita reformidasse, ut ne mercaturæ quidem faciundæ gratia in Siciliam navigaverint. Theoclem vero Atheniensem ventorum vi eo delatum, quum incolarum vilitatem, tum insulæ virtutem explorasse; et domum reversus, quum Atheniensibus, ut coloniam in eam deducerent, non persuaderet, magno Chalcidensium Eubœam habitantium numero ascito, nec non Ionum, Doriensiumque, quorum major pars Megarenses erant, in Siciliam navigasse; ac Chalcidenses quidem Naxum, Dorienses Megara (sive Megaram) condidisse, cui urbi prius nomen fuerat Hyblæ. Urbes quidem illæ destructæ sunt, Hyblæ tamen nomen ob Hyblaei mellis præstantiam perdurat.

3. Ex urbibus quæ in prædicto latere adhuc exstant, Messana [*unus cod.* Messine] sita est in sinu Pelori, valde versus orientem inflexo, et axillæ formam exhibente. Distat a Rhegio stadiorum sexaginta trajectu, vicinior est autem Columnæ. Condita est hæc urbs a Messeniis Peloponnesiacis, a quibus et nomen novum accepit, quum antea ob locorum obliquitatem (nam *Zanklion* est obliquum) Zancle diceretur, condita a Naxiis qui terram circa Catinam incolebant. Postea temporis Mamertini, gens quædam e Campania, eam inhabitavit. Romani ea usi sunt in bello Siculo contra Carthaginienses pro receptaculo; et insequenti tempore Sextus Pompeius bellum contra Augustum Cæsarem gerens, ibi classem suam continuit, et Sicilia ejectus, inde fugam instituit. Paulo ante urbem in freto Charybdis ostenditur, gurges miræ profunditatis, in quem æstus Freti

τοῦ Πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠιόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις· καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς ἢ Μεσσηνίους, εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. οἰκεῖται δ' ἱκανῶς ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ Κατάνη· καὶ γὰρ οἰκήτορας δέδεκται Ῥωμαίους· ἧττον δ' ἀμφοῖν τὸ Ταυρομένιον. καὶ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα, Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων· ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ Κατάνη, κατοικίσαντος ἑτέρους Ἱέρωνος τοῦ Συρακουσίων τυράννου καὶ προσαγορεύσαντος αὐτὴν Αἴτνην ἀντὶ Κατάνης. ταύτης δὲ καὶ Πίνδαρος κτίστορα λέγει αὐτόν, ὅταν φῇ·

ξύνες [ὅ] τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ,
κτίστορ Αἴτνας.

κατὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἱέρωνος κατελθόντες οἱ Καταναῖοι τούς τε ἐνοίκους ἐξέβαλον καὶ τὸν τάφον ἀνέσκαψαν τοῦ τυράννου. οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντες τὴν Ἴννησαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα, καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν. ὑπέρκειται δὲ μάλιστα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας παθῶν πλεῖστον κοινωνεῖ· καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Καταναίαν ἐγγυτάτω καταφέρονται, καὶ τὰ περὶ τοὺς εὐσεβεῖς ἐκεῖ τεθρύληται τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν Ἀναπίαν, οἳ τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσωσαν ἐπιφερομένου τοῦ κακοῦ. ὅταν, † τῷ Ποσειδώνιος, γίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφροῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία· ἡ μὲν οὖν σποδός, λυπήσασα πρὸς καιρόν, εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον· εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου· τάς τε ῥίζας, [ἃς] ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία, πιαίνειν (δ') ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατά φασιν, ὥστε πνίγεσθαι· διόπερ ἐκ τῶν ὤτων ἀφαιροῦσιν αἷμα δι' ἡμερῶν τεσσάρων ἢ πέντε, καθάπερ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν Ἐρύθειαν συμβαῖνον εἰρήκαμεν. ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς· εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται· καθάπερ οὖν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν τι οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν.

navigia, magno impetu ac turbine circumacta, facile abripiunt et præcipitant; quorum absorptorum et dissipatorum fragmenta ad litus Tauromenitanum ejiciuntur, quod hac de causa Copriam appellant. Mamertini apud Messanenses adeo invaluerunt, ut sub suam potestatem redegerint urbem, incolæque ab omnibus Mamertini potius appellentur, quam Messanii; et quum admodum vini ferax sit ista regio, vinum non Messanium dicitur, sed Mamertinum, quod cum Italicorum vinorum optimo quovis certet. Urbs quidem frequens est, cedit tamen Catinæ [*gr.* Catanæ], quæ Romanos colonos accepit. Tauromenium utraque minus frequentatur. Catina etiam Naxiorum est colonia; Tauromenium autem Zanclæorum qui Hyblæ erant. Pristinos incolas Catina amisit, eo deductis aliis ab Hierone Syracusanorum tyranno, qui et Catinæ nomen in Ætnam mutavit, cujus conditorem eum Pindarus hisce verbis facit :

Audi quæ dico, almorum *hierôn* (*i. e.* sacrorum) cognominis pater,
conditor Ætnæ.

Post mortem autem Hieronis Catinenses [*gr.* Catanæi] reversi novos incolas expulerunt, sepulcrumque tyranni devastarunt. At Ætnæi loco cedentes, Innesam, ut montana Ætnæ vocantur, domicilium sibi occuparunt, locoque Ætnæ nomen imposuerunt, distanti a Catina stadiis octoginta, ejusque oppidi auctorem Hieronem pronunciavere. Mons Ætna Catinæ potissimum supereminet, eamque crateris sui eruptionibus præcipue affligit. Nam et ignitæ massæ in Catinensem agrum vicinum devolvuntur; et facinus piorum filiorum Amphinomi et Anapiæ, qui ingruente malo parentes humeris suis sublatos eripuerunt, isti loco assignatur. Quando, inquit Posidonius, evenit [*codd. corrupte* quando per Neptunum apparet] Ætnæ incendium, Catinensis tum ager profundo obtegitur cinere, qui tempore quidem eo molestus, postea regioni beneficio est : reddit enim eam vinetis lætam, ac bonæ frugis feracem, quum reliquum agri non ita præstet vini productione; radicesque efferunt loca cinere sic oppleta, quibus oves adeo pingues fieri perhibent, ut suffocentur; ideoque quarto aut quinto circiter die sanguinem illis ex auribus detrahunt, quod etiam apud Erytheam fieri declaravimus. (*pag.* 169 *Cas.*) Materia autem ex Ætna fluens ignita adeo concrescit, ut ad haud mediocrem altitudinem soli superficiem in lapidem convertat; quam qui nudare velint, opus habeant lapides scindere. Etenim lapide in crateribus colliquato, ac deinde egesto, humor vertici superfusus cœnum est nigrum per montem deorsum fluens : deinde ubi concrevit, lapis fit molaris, retento eodem, quem fluens habebat, colore. Etiam cinis e lapidibus adustis æque producitur atque e lignis : sicut ergo ruta ligni cinere alitur, ita Ætnæum cinerem vim vites fœcundandi habere probabile est.

4. Τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν ἥ τε Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα. ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν· χρηστηριαζομένων [δὲ] ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιάτας μὲν οὕτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, Συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλοῦτον, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι, λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτη συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας οἰκίσαι τὴν νῆσον, τὸν δ' Ἀρχίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων ἀναλαβεῖν αὐτούς, καὶ κοινῇ μετ' αὐτῶν κτίσαι τὰς Συρακούσας † ἀπιόντας· ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν. οἵ τε ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέστησαν, καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τε δεσπόζειν τῶν ἄλλων καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους. ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, τινὲς δ' ἐκ τῆς περαίας ἐπῄεσαν, οὐδένα δὲ τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον, ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ καὶ Σικανοὶ καὶ Μόργητες καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες, οὕσπερ πρώτους φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς. καὶ τὸ Μοργάντιον δὲ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι· πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστιν. ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες καὶ τοὺς Ἕλληνας, ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ' ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον. ἐφ' ἡμῶν δὲ Πομπηίου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιόν, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον τοῦτον ἐκπληροῦν οὐδὲν ἔδει, τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος ᾠήθη δεῖν οἰκίσαι βέλτιον, ἀξιολόγου πόλεως ἔχων περίμετρον· ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον οὖσα, κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶτ' ἐκδιδόντα ἐνθένδε πάλιν εἰς τὴν θάλατταν. τεκμηριοῦνται δὲ

4. Jam Syracusas condidit Archias, sub idem tempus, quo Naxus et Megara conditæ sunt, Corintho navibus advectus. Feruntque simul Delphos advenisse Myscellum et Archiam consulendi oraculi gratia, interrogatosque a deo, divitiasne mallent an sanitatem : Archiam divitias sibi optasse, sanitatem Myscellum; deumque illi ut Syracusas, huic ut Crotonem conderet mandasse. Et quidem Crotoniatis evenisse, ut sic salubrem incolerent urbem, sicut diximus; Syracusanos autem eo opulentiæ progressos, ut etiam vulgatum sit de ipsis proverbium, quod in admodum locupletes dicitur : ne decimam quidem Syracusanorum sumptibus eorum suffecturam. Porro Archiam, quum in Siciliam navigaret, Chersicratem ex Heraclidis ortum ducentem cum exercitus parte reliquisse, qui Corcyram, [*gr.* Cercyram], quæ antea Scheria fuit appellata, occuparet, ibique sedem figeret. Hunc, expulsis qui tunc temporis ibi habitabant Liburnis, insulam obtinuisse; Archiam autem ad Zephyrium appulisse, ibique in Doriensium quosdam, qui, relictis Megarorum conditoribus, e Sicilia eo se contulerant, incidisse, quibus sibi adjunctis sociis Syracusas condidisse. Urbs ea crevit et ob regionis ubertatem et ob portuum opportunitatem. Cives ejus principes insulæ fiebant : et evenit ut Syracusani ipsi tyrannorum imperio parentes aliorum essent *domini*, *et libertatem* adepti, alios a barbarorum dominatione liberarent. Barbarorum enim nonnulli indigenæ erant, alii ex continente opposita insulam invadebant; quos quidem Græci a maritimis regionibus arcebant, mediterraneis autem omnino ejicere non valebant : sed manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, et nonnulli alii, qui insulam incolerent; quibus addendi sunt etiam Iberes, quos Ephorus primos barbarorum dici [fuisse?] ait qui hanc insulam inhabitarent. Probabile est etiam Morgantium conditum fuisse a Morgetibus, quæ urbs hodie non exstat. Carthaginienses autem adventantes nullum neque Græcos neque barbaros infestandi finem fecerunt : nihilominus tamen Syracusani restiterunt. Romani tandem et Carthaginienses profligaverunt, et Syracusas obsidione in potestatem redegerunt. Nostra ætate, quum inter alias urbes Pompeius Syracusas quoque male affecisset, missa Augustus Cæsar colonia magnam veteris urbis partem restituit. Olim enim Syracusæ quinque urbibus, eodem muro, cujus circuitus centum et octoginta stadiorum erat, cinctis, constabant. Totum istum circulum habitatoribus implere Augustus non opus esse putavit, sed eam tantum partem, ad insulam Ortygiam, quæ habitabatur, majori ædificiorum copia instruendam censuit, quum haud contemnendæ urbis spatium haberet. Ortygia cum continenti vicina ponte conjungitur. Ea insula fontem habet Arethusam, quæ fluvium statim in mare emittit. Hunc fluvium Alpheum esse fabulantur, qui ortus in Peloponneso, per mare sub terram usque ad Arethusam fluat, et inde rursum in mare exeat. Argumenta, quibus fabulam probent, hæc ab iis afferun-

τοιούτοις τισί· καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν (ἐνόμισαν) ἐν Ὀλυμπίᾳ δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην, καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν. ὅ τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν τούτοις εἴρηκε τάδε·

ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία.

συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταῦτα καὶ Τίμαιος ὁ συγγραφεύς. εἰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ συνάψαι τῇ θαλάττῃ κατέπιπτεν ὁ Ἀλφειὸς εἴς τι βάραθρον, ἦν τις ἂν πιθανότης ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας, ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ· ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα φανερόν ἐστιν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδόν, ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης φαινόμενον στόμα τὸ καταπῖνον τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ (καίπερ οὐδ᾽ οὕτως ἂν συμμεῖναι γλυκύ, ὅμως τό γε ἐπὶ πλέον, εἰ καταδύνοι εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον), παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι. τό τε γὰρ τῆς Ἀρεθούσης ὕδωρ ἀντιμαρτυρεῖ, πότιμον ὄν· τό τε διὰ τοσούτου πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ, μέχρι ἂν εἰς τὸ πεπλασμένον ῥεῖθρον ἐμπέσῃ, παντελῶς μυθῶδες. μόλις γὰρ ἐπὶ τοῦ Ῥοδανοῦ τοῦτο πιστεύομεν, ᾧ συμμένει τὸ ῥεῦμα διὰ λίμνης ἰόν, ὁρατὴν σῶζον τὴν ῥύσιν· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν καὶ βραχὺ διάστημα καὶ οὐ κυμαινούσης τῆς λίμνης, ἐνταῦθα δέ, ὅπου χειμῶνες ἐξαίσιοι καὶ κλυδασμοί, πιθανότηνος οὐδεμιᾶς οἰκεῖος ὁ λόγος. ἐπιτείνει δὲ τὸ ψεῦδος ἡ φιάλη παρατεθεῖσα· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ῥεύματι εὐπειθής, οὐχ ὅπως τοσούτῳ τε καὶ διὰ τοιούτων πόρων φερομένῳ. φέρονται δ᾽ ὑπὸ γῆς ποταμοὶ πολλοὶ καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα· εἰ δὲ τοῦτο δυνατόν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα καὶ τῷ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια·

ῥεῖ γὰρ ἀπ᾽ ἄκρας
Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ᾽ ἀπὸ Περραιβῶν
εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας,
μίσγει δ᾽ ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου·

καὶ ὑποβάς,

ἐνθένδ᾽ εἰς Ἄργος
διὰ κῦμα τεμὼν ἥκει δῆμον
τὸν Λυρκείου,

ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. Ἀλφειὸν δὲ Ζωΐλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδου ῥεῖν, ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. Ἴβυκος δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι Ἀσωπὸν ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησι. βελτίων δ᾽ Ἑκαταῖος, ὅς φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον ἐκ τοῦ Λακμοῦ ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ, ὠνομάσθαι δ᾽ ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν οὖν οὗτός φησιν εἰς τὸν Ἀχελῷον ἐκβάλλειν, τὸν δὲ Αἴαντα εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς δύσιν ῥεῖν. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς νή-

tur: pateram quandam apud Olympiam in Alpheum prolapsam, ad Arethusam fontem fuisse delatam; tum fontem eum turbidum fieri, quando Olympiæ boves immolantur. Atque hæc secutus Pindarus, ita cecinit. (*Nem.* I, 1):

Alphei requies veneranda,
clararum [*codd.* fontis] Syracusarum germen, Ortygia.

Quin et historiarum scriptor Timæus Pindaro astipulatur. Enimvero, si Alpheus, priusquam mare attingit, in voraginem aliquam decideret, aliquam veri speciem fabula haberet, eum exinde sub terram ad Siciliam usque pervenire, et aquam potabilem marique haud permixtam servare. Quum autem Alphei ostium manifesto in mare exeat, nullaque maris vicina vorago appareat, qua fluvius absorbeatur (quanquam ne sic quidem totus, majore tamen sui parte dulcis maneret, si in terram descenderet), nullo modo id fieri potest. Contrarium enim testatur Arethusæ aqua, quæ potui apta est; et per tantum maris trajectum amnem marinæ aquæ immixtum manere, donec in fictitium illum alveum incidat, omnino fabulosum est. Vix enim hoc de Rhodano credimus, qui per lacum fluens, suo continetur alveo, fluxu etiam oculis manifesto; et tamen spatium id breve est, neque lacus fluctibus agitatur. Hic autem, quum tempestatibus vehementibus undarumque procellis mare crebro fluctuet, nullam veritatis speciem narratio habet. Augetur mendacium etiam addita pateræ mentione: non enim facile ea fluminis cursum sequeretur, nedum tanti ac per tantos meatus [*codd.* montes] fluentis. Sane sub terram labuntur multi amnes, idque evenit in diversis orbis terrarum partibus, at non tanto spatio. Quodsi hoc etiam potest fieri, certe impossibilia sunt quæ ante retulimus, et pariter fabulæ similia sunt, quæ de Inacho Sophocles refert:

Descendit enim a summo jugo
Pindi, Lacmique, et Perrhæbis
et in Amphilochos et Acarnanes;
miscetur et undis Acheloi,

et paulo post:

indeque ad Argos
per maris undas penetrat gentem
Lyrcěi [*codd.* Lyrcii].

Hujusmodi prodigiosa commenta augent qui Inopum e Nilo in Delum derivant. Jam Zoilus rhetor, is qui Homerum tanquam fabularum scriptorem vituperat, in Tenediorum encomio scribit, Alpheum e Tenedo fluere. Ibycus Asopum, qui Sicyone est, ex Phrygia fluere autumat. Melius Hecatæus, qui Inachum Amphilochorum e Lacmo profluentem, unde et Æas labitur, diversum ab Argolico esse affirmat: eique hoc nominis ab Amphilocho impositum, qui urbem quoque Argos Amphilochicum nominarit: jam Inachum in Acheloum incidere ait, Æantem versus occasum ad Apolloniam labi. Ab utraque Ortygiæ parte por-

σου λιμήν ἐστι μέγας, ὧν ὁ μείζων καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἐστί. ταύτην δὲ τὴν πόλιν ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ καὶ τὴν Κατάνην, ὡς δ' αὕτως Κεντόριπα, συμβαλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηίου κατάλυσιν. κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν.

5. Τῶν δὲ λοιπῶν τῆς Σικελίας πλευρῶν ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς Λιλύβαιον διήκουσα ἐκλέλειπται τελέως, ἴχνη τινὰ σώζουσα τῶν ἀρχαίων κατοικιῶν, ὧν ἦν καὶ Καμάρινα, ἄποικος Συρακουσίων· Ἀκράγας δὲ Γελῴων οὖσα καὶ τὸ ἐπίνειον καὶ Λιλύβαιον ἔτι συμμένει. τῇ γὰρ Καρχηδονίᾳ τούτων μάλιστα ὑποπιπτόντων τῶν μερῶν, μακροὶ καὶ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι γενόμενοι τὰ πολλὰ κατέφθειραν. ἡ δὲ λοιπὴ καὶ μεγίστη πλευρά, καίπερ οὐδ' αὐτὴ πολυάνθρωπος οὖσα, ὅμως ἱκανῶς συνοικεῖται. καὶ γὰρ Ἄλαισα καὶ Τυνδαρὶς καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπόριον καὶ Κεφαλοιδὶς πολίσματά ἐστι· Πάνορμος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν. τὴν δὲ Αἰγεσταίαν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιᾶτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς εἴρηται, παρ' αὐτοῦ σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός.

6. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὴν μὲν Ἔνναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ, περιειλημμένην πλάτεσιν ὀροπεδίοις ἀροσίμοις πᾶσαν. ἐκάκωσαν δ' αὐτὴν μάλιστα ἐμπολιορκηθέντες οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται, καὶ μόλις ἐξαιρεθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων· ἔπαθον δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ Καταναῖοι καὶ Ταυρομενῖται καὶ ἄλλοι πλείους. † οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλός, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης τιμώμενον διαφερόντως, ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιόν, ἃς ἀνέθεσαν κατ' εὐχὴν οἵ τ' ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί· νυνὶ δ' ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία λειπανδρεῖ (ἢ τὸ ἱερόν), καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. ἀφίδρυμα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν καὶ στοὰν περικειμένην ἀξιόλογον. ἡ δ' ἄλλη κατοικία καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται· οὔτε γὰρ Ἱμέραν ἔτι συνοικουμένην ἴσμεν οὔτε Γέλαν οὔτε Καλλίπολιν οὔτε Σελινοῦντα οὔτ' Εὔβοιαν οὔτ' ἄλλας πλείους, ὧν τὴν μὲν Ἱμέραν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι, Καλλίπολιν δὲ Νάξιοι, Σελινοῦντα δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς, Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι. καὶ τῶν βαρβαρικῶν δ' ἐξηλείφθησαν πολλαί, καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναι λέγεται. τὴν οὖν ἐρημίαν κατανοήσαντες Ῥωμαῖοι, κατακτησάμενοι τά τε ὄρη καὶ τῶν πεδίων τὰ πλεῖστα ἱπποφορβοῖς καὶ βουκόλοις καὶ ποιμέσι παρέδοσαν· ὑφ' ὧν πολλάκις εἰς κινδύνους κατέστη μεγάλους ἡ νῆσος, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ λῃστείας τρεπομένων σποράδην τῶν νομέων, εἶτα καὶ κατὰ πλήθη συνισταμένων καὶ πορθούντων τὰς κατοικίας,

tus est magnus, quorum major octoginta stadia amplus. Syracusas ergo Augustus instauravit, et Catinam, et Centoripa, quæ urbs ad Pompeium debellandum ei multum tulit adjumenti. Sita sunt Centoripa supra Catinam, et montana Ætnæ attingunt, et Symæthum flumen, quod in agrum Catinensem meat.

5. De reliquis Siciliæ lateribus id quod a Pachyno ad Lilybæum pertinet, prorsus desertum est; vestigia duntaxat antiquorum quædam oppidorum restant, e quibus fuit Camarina, Syracusanorum colonia. Agrigentum Geloorum [*unus cod.* Ionum] colonia, et navale ejus ac Lilybæum adhuc supersunt. Alioqui quum hoc Siciliæ latus maxime Carthaginiensium ditioni esset objectum, longis ac continentibus bellis pleræque urbes ejus sunt deletæ. Reliquum, idque longissimum latus, quanquam et ipsum hominum multitudine non abundat, satis tamen incolitur. Alæsa [*codd.* Alesa] enim, et Tyndaris, et Ægesteorum emporium, et Cephalœdis (*aliis* Cephalœdium), oppida exstant. Panormus etiam coloniam habet Romanam. Ægestæam conditam ferunt ab iis qui cum Philocteta in Crotoniatarum agrum venerunt, sicut in Italiæ descriptione dictum fuit, missis ab eo in Siciliam cum Ægesta Trojano. [*Hic inseras quæ paulo post uncis inclusa.*]

6. In mediterraneis Ennam, ubi templum est Cereris, pauci habitant, sitam in tumulo, *cinctamque latis* montanis planitiebus, quæ arari possunt, totam [quæ arari possunt omnes?]. Nocuerunt ei plurimum fugitivi cum Euno ibi obsessi, ac magno labore a Romanis in potestatem redacti; quod idem evenit Catinæ, Tauromenio, aliisque pluribus urbibus. [[Habitatur etiam Eryx tumulus sublimis, fanum habens Veneris, quod præcipua colitur religione, antiquitus refertum mulieribus rei sacræ addictis, quas ex voto dedicabant quum Siculi, tum multi exteri: nunc ut oppidum id hominum laborat penuria, ita etiam multitudo sacrorum corporum desiit. Hujus deæ ædes Romæ etiam est ante portam Collinam, templum habens porticu insigni circumdatum: Veneris Erycinæ appellant.]] Reliqua oppida quæ in mediterraneis olim fuerunt, nunc pastorum pleraque sunt domicilia. Non enim hodie comperimus a civibus incoli Himeram, non Gelam, non Callipolin, non Selinuntem, non Eubœam, non alias plures, de quibus Himeram condiderant Zanclæi Mylas habitantes, Callipolin Naxii, Selinuntem Megarenses Siculi, Eubœam Leontini. [*Hic inserenda videntur quæ* § 7 *leguntur uncis inclusa.*] Multa etiam barbarorum oppida Siciliæ deleta sunt, ut Camicus [*gr.* Camici; *codd.* Comici] Cocali regia, apud quem Minos per insidias occisus traditur. Quam solitudinem quum animadvertissent Romani, montibus et campestribus plerisque potiti, equorum boumque armenta et greges pascentibus ea tradiderunt, a quibus insula sæpenumero in magnum adducta est discrimen: pastoribus initio quidem sparsim latrocinia exercentibus, deinde etiam agmine facto pagos

καθάπερ ἡνίκα οἱ περὶ Εὔνουν τὴν Ἔνναν κατέσχον. νεωστὶ δ' ἐφ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεπέμφθη Σέλουρός τις, Αἴτνης υἱὸς λεγόμενος, στρατιᾶς ἀφηγησάμενος καὶ λεηλασίαις πυκναῖς καταδεδραμηκὼς τὰ κύκλῳ τῆς Αἴτνης πολὺν χρόνον, ὃν ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων· ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι.

7. Τὴν δὲ τῆς χώρας ἀρετὴν θρυλουμένην ὑπὸ πάντων, οὐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας ἀποφαινομένων, τί δεῖ λέγειν; σίτῳ δὲ καὶ μέλιτι καὶ κρόκῳ καὶ ἄλλοις τισὶ κἂν ἀμείνω τις φαίη. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐγγύθεν· ὡσανεὶ γὰρ μέρος τι τῆς Ἰταλίας ἐστὶν ἡ νῆσος, καὶ ὑποχορηγεῖ τῇ Ῥώμῃ, καθάπερ ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἀγρῶν, ἕκαστα εὐμαρῶς καὶ ἀταλαιπώρως. καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης· κομίζεται γὰρ τὰ γινόμενα πάντα πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων δεῦρο. ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα καὶ δέρματα καὶ ἔρια καὶ τὰ τοιαῦτα. φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος οἷον ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρῦσθαι καὶ τὸν Ἔρυκα, μέσην δὲ ἀμφοῖν ὑπερκεῖσθαι τῶν κύκλῳ πεδίων τὴν Ἔνναν. † κεκάκωται δὲ καὶ ἡ Λεοντίνη πᾶσα, Ναξίων οὖσα καὶ αὐτὴ τῶν αὐτόθι· τῶν μὲν γὰρ ἀτυχημάτων ἐκοινώνησαν ἀεὶ τοῖς Συρακουσίοις, τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεί.

8. Πλησίον δὲ τῶν Κεντορίπων ἐστὶ πόλισμα, ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν λεχθεῖσα Αἴτνη, τοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ ὄρος δεχομένη καὶ παραπέμπουσα· ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀκρωρείας. ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος, τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρός, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου, καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος· ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες διηγοῦντο ἡμῖν, ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλόν, ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περίμετρον, κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι, ὥστε δεῖν καθάλλεσθαι τοὺς εἰς τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους· ὁρᾶν τ' [ἐν] τῷ μέσῳ βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, οἵαπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου, ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος ὅσον διακοσίων ποδῶν ἠρεμοῦν (εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν), εἰκάζειν δὲ καπνῷ· δύο δὲ τολμήσαντας προελθεῖν εἰς τὸ πεδίον, ἐπειδὴ θερμοτέρας ἐπέβαινον τῆς ψάμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περιττότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως πολλὰ

oppugnantibus, ut quum Eunus cum suis Ennam occupavit. Nostra ætate non ita pridem Romam missus est Selurus quidam, qui Ætnæ filius dicebatur, duxeratque exercitum, et multum temporis crebris prædationibus incursando quæ circa Ætnam in orbem sita sunt loca exegerat: eum nos in foro ludis gladiatoriis commissis discerpi a bestiis vidimus. Positus enim in tabulato sublimi tanquam in Ætna, compagibus solutis eo subito collapso, delatus est in bestiarum plenas caveas, quæ facile rumpi poterant, infra tabulatum dedita opera paratas.

7. Porro Siculi agri præstantiam ab omnibus prædicatam, qui eam non cedere Italiæ laudibus pronunciant, quid attinet commemorare? imo frumento, melle, croco, aliisque rebus quibusdam vel anteire eam Italiæ dixeris. Accedit propinquitas: quum quasi pars Italiæ sit hæc insula, Romæque suppeditet omnia facile et absque magno labore, perinde atque Italici agri. Atque adeo cella penaria Romæ appellatur Sicilia, quod omnes ejus proventus, exceptis quæ ibi absumuntur paucis, Romam comportantur, non fructus duntaxat, sed et pecora, pelles, lanæ, aliaque id genus. Posidonius ait, Siciliam veluti arces duas ad mare constructas habere Syracusas et Erycem, ac mediam inter utramque Ennam imminere circumjacentibus campis. [[Devastata est etiam Leontinorum regio omnis, qui et ipsi a Naxiis Siculis orti sunt: semper autem participes fuerunt rerum Syracusanis adversarum, lætarum non item.]]

8. Propinquum Centoripis est oppidum Ætna, cujus supra meminimus, excipiens et deducens eos qui montem Ætnam conscendere cupiunt: eo enim radices montis desinunt. Superiora loca nuda sunt, et cineribus tecta, ac per hiemem nivis plena: inferiora nemoribus et omnis generis plantis sunt consita. Cacumina montis consentaneum est sæpe mutari ignis eruptione, qui nunc unum in craterem colligitur, nunc divisus pluribus e foraminibus erumpit, et aliquando rivos liquoris igniti emittit, aliquando flammas et fuliginem, interdum etiam massas candentes; quibus calamitatibus meatus subterranei etiam mutationem experiantur, et nonnumquam plura in superficie circum craterem aperiantur ora, necesse est. Sane qui nuper Ætnam conscenderunt, narravere nobis, in summo se invenisse campum planum, ambitu circiter viginti stadiorum, inclusum clivo cineroso, qui maceriei haberet altitudinem, ita ut desiliendum esset inde progredi in campum volentibus. Ac vidisse ipsos collem in hujus medio, cinericeo et ipsum colore, quo et superficies campi cernebatur; supra collem nubem erectam stetisse, in altum ad ducentos pedes se efferentem, immotam (tum enim malaciam fuisse) et fumo similem: ac duos de ipsis ausos in campum progredi, quum in calidiore ac profundiore arena vestigia posuissent, revertisse, neque quicquam amplius iis quæ eminus conspiciebantur habuisse quod narrarent. Hoc autem ex spectaculo

μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷά φασί τινες περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς· εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω μικρὸν ἄποθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός· οὔτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον οὔθ' ὁρατόν, εἰκάζειν τε μηδὲ καταρριφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾶν εὔλογον πόρρωθεν πρὶν ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι· εἰ δὲ καταρριφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναρριφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελήφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειπούσης (ποτὲ) τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον, οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη μᾶλλον μὲν τῆς κατὰ τὸν Πορθμὸν καὶ τὴν Καταναίαν παραλίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους. νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται.

9. Ἀνταίρει δὲ τῇ Αἴτνῃ τὰ Νευρώδη ὄρη ταπεινότερα μέν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. ἅπασα δ' ἡ νῆσος κοίλη κατὰ γῆς ἐστι, ποταμῶν καὶ πυρὸς μεστή, καθάπερ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, ὡς εἰρήκαμεν, μέχρι τῆς Κυμαίας. θερμῶν γοῦν ὑδάτων ἀναβολὰς κατὰ πολλοὺς ἔχει τόπους ἡ νῆσος, ὧν τὰ μὲν Σελινούντια [καὶ τὰ] κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα. περὶ Ἀκράγαντα δὲ λίμναι τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσαι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν. οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. τὸ δὲ περὶ † Μάταυρον σπήλαιον ἐντὸς ἔχει σύριγγα εὐμεγέθη καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ μέχρι πολλοῦ διαστήματος, εἶτ' ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν τετταράκοντα σταδίοις· τὰ δὲ παραπλήσια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν. τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ ἐπὶ διακοσίους σταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν, καὶ πάλιν τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν Ἀσέαν ὑποβρύχιον ὠσθὲν ὀψέ ποτε τόν τε Εὐρώταν καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀναδίδωσιν, ὥστε καὶ πεπιστεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ. εἴρηται δὲ καὶ τὸ λεγόμενον περὶ τοῦ Τιμαύου.

10. Συγγενῆ δὲ καὶ τούτοις καὶ τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν πάθεσι τὰ περὶ τὰς Λιπαραίων νήσους καὶ αὐτὴν τὴν Λιπάραν δείκνυται. εἰσὶ δ' ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμόν.

ipsos censuisse multas fabulas esse petitas, maxime qualis a nonnullis de Empedocle narratur : eum desiliisse in craterem, ac vestigium sui casus reliquisse alterum calceorum, quos gestabat æreos; hunc enim foris fuisse repertum non procul a labro crateris, scilicet sursum vi ignis ejectum: etenim locum illum neque adiri posse, neque conspici, et conjecturam se facere, ne injici quidem posse in eum quicquam, ob adversos ventos ex abysso spirantes, et ob calorem, quem longe ante occurrere verosimile est, quam ad crateris os appropinquetur : quod si autem quid injiciatur, multo ante ejus formam corruptum iri qua erat injectum, quam ipsum rursus ejiceretur. Neque vero absurdum esse, deficiente aliquando materia, spiritus quoque et ignem aliquamdiu cessare : sed eam intermissionem tantam non esse, ut contra istam vim homo aliquis accedere queat. Mons Ætna præcipue imminet litori, quod ad Fretum agrumque Catinensem pertinet, ita tamen, ut ei quoque immineat, quod ad mare Tyrrhenum, et insulis Liparæis oppositum est. Noctu quidem clari a vertice fulgores eduntur, interdiu fumo et caligine obtegitur.

9. Ætnæ ex opposito se attollunt Nebrodes [*codd.* Neurodes] montes, humiliores quidem illo, sed latitudine ampliore. Tota insula est cava, et infra terram ignis fluviorumque plena, sicut esse diximus Tyrrhenum mare usque ad agrum Cumanum. Itaque multis locis ea in insula calidæ erumpunt aquæ, quarum Selinuntiæ, et quæ apud Himeram, salsæ sunt, Ægestææ potabiles. Apud Agrigentum lacus sunt gustu marino, natura plane diversa; nam et natandi inscii in iis lignorum in morem supernatant. Palici [*codd.* Italici] lacus crateres habent qui aquas in rotundam eructant formam, rursusque suis recipiunt cavernis. Specus ad Mataurum [Mazarum?] intus habet spatiosum alveum, fluviumque per eum occulte delabentem per magnum spatium, deinde rursum in superficie prorumpentem : sicut et Orontes in Syria inter Apameam et Antiochiam abysso, quam Charybdin vocant, absorptus, post quadraginta stadia rursum emergit. Idem Tigri in Mesopotamia, et in Africa Nilo non procul a fontibus accidit. Et aqua apud Stymphalum in agro Argivo infra terram ad ducenta stadia labens, Erasinum edit amnem : rursumque aqua ad Aseam [*codd.* Abiam] Arcadicam infra terram depulsa, longo post intervallo Eurotam atque Alpheum edit : quam ob rem et fabula fidem invenit, coronas, quæ alterutri amnium nuncupatæ in communem alveum injiciuntur, quamque in eo, cui nuncupata fuerit, amne emergere. De Timavo [*codd.* Timæo] quæ narrantur, jam suo loco diximus.

10. Hisce, et iis quæ in Sicilia [*codd. rec.* Italia] accidunt, germana sunt quæ in Liparæorum [*sec. alios codd.* Liparensium] insulis ipsaque monstrantur Lipara Septem sunt

μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα, Κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη, μετά γε τὴν Θέρμεσσαν· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς· ἡγήσατο δὲ καὶ στόλῳ καὶ πρὸς τὰς τῶν Τυρρηνῶν ἐπιδρομὰς πολὺν χρόνον ἀντέσχεν, ὑπηκόους ἔχουσα τὰς νῦν λεγομένας Λιπαραίων νήσους, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι. καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων· ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον καὶ στυπτηρίας μέταλλον εὐπρόσοδον καὶ θερμὰ ὕδατα καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. ταύτης δὲ μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας [ἡ Θέρμεσσα], ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος [καὶ] διάπυρος· ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων. ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου. ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται, διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται καὶ αἱ φλόγες αἵ τε ἐνταῦθα καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην, παυομένων δὲ παύονται καὶ αἱ φλόγες. οὐκ ἄλογον δέ· καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι γεννῶνται καὶ τρέφονται, τὴν ἀρχὴν λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων, ὥστ' ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης καὶ πάθους καὶ τὸ πῦρ ἐξαπτόμενον οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Πολύβιος δὲ τῶν τριῶν κρατήρων τὸν μὲν κατερρυηκέναι φησὶν ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν, τὸν δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν, περιφερὲς ὄν, πέντε σταδίων, κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι εἰς πεντήκοντα ποδῶν διάμετρον· καθ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι θαλάττης σταδιαῖον, ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστά, οὐκ ἀπιστητέον ἴσως οὐδὲ τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν. ἐὰν μὲν οὖν Νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τῆς νησῖδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄποθεν φαίνεσθαι· ὅταν δὲ Βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ Ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν· τῶν γοῦν ἐν Λιπάραις γενομένης ἀπλοίας προειπεῖν τινάς φησι τὸν ἐσόμενον [ἄνεμον] καὶ μὴ διαψεύσασθαι. ἀφ' οὗ δὴ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ ποιητῇ οὐ μάτην φαίνεσθαι λεχθέν, ἀλλ' αἰνιξαμένου τὴν ἀλήθειαν, ὅταν φῇ ταμίαν τῶν ἀνέμων τὸν Αἴολον· περὶ ὧν ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον ἱκανῶς. (ἔστιν ἡ ἐπίστασις τῆς ἐναργείας λέγοιτ' ἄν, ... ἐπίσης τε γὰρ ἄμφω πάρεστι, καὶ διαθέσει καὶ τῇ ἐναργείᾳ· ἥ γε ἡδονὴ κοινὸν ἀμφοτέρων.) ἐπάνιμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧν παρεξέβημεν.

11. Τὴν μὲν δὴ Λιπάραν καὶ τὴν Θέρμεσσαν εἰρήκαμεν. ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ διάπυρος, βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα· ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασι. τετάρτη δ' ἐστὶ Διδύμη, καὶ αὐτὴ

numero insulæ, quarum maxima est Lipara, Cnidiorum colonia, Siciliæ proxima secundum Thermessam; antiquitus Meligunis dicta. Hæc et classem duxit, et longo tempore Tyrrhenorum incursionibus restitit, sub se habens reliquas Liparæorum, ut nunc dicuntur, quas Æoli quidam appellant, insulas : quin et Delphicum Apollinis templum manubiis sæpe exornavit. Etiam agrum habet fertilem, et bonum reditum ex metallis aluminis, aquas calidas, et ignis exspirationes. Inter hanc et Siciliam fere media sita est hæc insula, quam nunc Hieram (*i. e.* Sacram) Vulcani nominant, saxosa tota, deserta, atque ardens : tribus locis, veluti e tribus crateribus ignem efflat, quorum e maximo flammæ etiam massas ejiciunt candentes, quibus jam haud levis freti pars obturata est. Demonstrant observationes, et hac in insula et in Ætna flammarum exspirationes ventis exasperari, iisque desinentibus cessare. Neque hoc absurdum est : venti namque nascuntur et augescunt sumpto ex maris exhalationibus initio; nemo itaque, ex cognata materia similique de causa ignem accendi, mirabitur, qui unquam talia viderit. Polybius, ex tribus crateribus unum partim collapsum esse, reliquos restare ait, ac maximi crateris orificium rotundum esse, ambitu fere quinque stadiorum, paulatimque sic in arctum coire, ut diameter quinquaginta [*unus cod.* triginta] tantum pedum longitudine sit; atque inde ad mare usque esse altitudinem unius stadii, ut conspici mare ventis non spirantibus possit. Quæ si credibilia sunt, fortasse ne fabulæ quidem de Empedocle vulgatæ fides sit deroganda. Idem refert, austro spiraturo insulam undique caliginosa nubecula obtegi, ut ne Sicilia quidem eminus cernatur; at sub boreæ flatum, puras flammas e dicto cratere in altum attolli, majoresque edi fremitus : favonium medium quoddam tenere. Reliquos crateres ejusdem esse naturæ, sed non tanta vi exsufflationis præditos. Ceterum ex fremituum discrimine, initioque efflationum flammarum atque fuliginum, prænosci etiam, quisnam tertio post die spiraturus sit ventus : certe Liparensium quosdam, facultate navigandi negata, prædixisse testatur futurum ventum, nec fuisse falsos. Eaque de causa id quod fabulosissime videtur a poeta dictum, apparere non frustra pronunciatum fuisse; sed veritatem per ambages eum significasse, quum Æolum appellaret ventorum promum : quorum et antea facta est quæ sufficiat mentio. *Magna* est vis claræ et vividæ enunciationis, *quæ* dici potest *maxime omnium apta esse parandæ tam admirationi quam voluptati* : ex æquo enim utrumque adest, dispositione et vivida enunciatione : voluptas utrorumque communis. (*Conf.* 1, *p.* 25 *Cas.*) Nostra eo unde digressa est, referat se oratio.

11. Dictum est de Lipara et Thermessa. Strongyle (*quasi dicas* Rotunda) a rotunditate figuræ sic dicta, ignita ipsa quoque, violentia flammarum minor, sed fulgore excellens. Ibi habitasse Æolum aiunt. Quarta est Didyme (*quasi dicas* Duplex), nomine itidem a forma imposito. De reliquis

δ' ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνόμασται. τῶν δὲ λοιπῶν Ἐρικοῦσσα μὲν καὶ Φοινικοῦσσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται, ἀνεῖνται δὲ εἰς νομάς. ἑβδόμη δ' ἐστὶν Εὐώνυμος, πελαγία μάλιστα καὶ ἔρημος· ὠνόμασται δ', ὅτι μάλιστα τοῖς ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέουσιν εὐώνυμός ἐστι. πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδραμοῦσαι, τῶν κατὰ βάθους κοιλιῶν ἀναστομωθέντος πόρου τινός, καὶ τοῦ πυρὸς βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. Ποσειδώνιος δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μνήμην φησὶ περὶ τροπὰς θερινὰς ἅμα τῇ ἕῳ μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλατταν ὁραθῆναι, καὶ συμμεῖναί τινα χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι· τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἐλαυνομένους ὑπὸ τοῦ ῥοῦ (τοὺς δὲ) καὶ θέρμῃ καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας φυγεῖν, ἓν δὲ τῶν πλοιαρίων τὸ μᾶλλον πλησιάσαν τοὺς μὲν τῶν ἐνόντων ἀποβαλεῖν, τοὺς δ' εἰς Λιπάραν μόλις σῶσαι, τοτὲ μὲν ἔκφρονας γινομένους ὁμοίως τοῖς ἐπιληπτικοῖς, τοτὲ δὲ ἀνατρέχοντας εἰς τοὺς οἰκείους λογισμούς· πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας καὶ καπνοὺς καὶ λιγνύας, ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίταις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον· τὸν δὲ τῆς Σικελίας στρατηγόν, Τίτον Φλαμίνιον, δηλῶσαι τῇ συγκλήτῳ, τὴν δὲ πέμψασαν ἐκθύσασθαι ἔν τε τῷ νησιδίῳ καὶ ἐν Λιπάραις τοῖς τε καταχθονίοις θεοῖς καὶ τοῖς θαλαττίοις. ἀπὸ μὲν οὖν Ἐρικώδους εἰς Φοινικώδη δέκα μίλιά φησιν ὁ χωρογράφος, ἔνθεν δ' εἰς Διδύμην τριάκοντα, ἔνθεν δ' εἰς Λιπάραν πρὸς ἄρκτον ἐννέα καὶ εἴκοσι, ἔνθεν [δ'] εἰς Σικελίαν ἐννεακαίδεκα· ἑκκαίδεκα δ' ἐκ τῆς Στρογγύλης. πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα, καὶ Γαῦδος, ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ μίλια τῆς ἄκρας ἀμφότεραι διέχουσαι· Κόσσουρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος, Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, μέση ἀμφοῖν κειμένη καὶ τὸ λεχθὲν διάστημα ἀφ' ἑκατέρας ἀπέχουσα· καὶ ἡ Αἰγίμουρος δὲ πρὸ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Λιβύης ἐστὶ καὶ ἄλλα μικρὰ νησίδια. ταῦτα μὲν περὶ τῶν νήσων.

Ericussa et Phœnicussa a stirpibus, erice et palma, dictæ, pabulis sunt dicatæ. Septima est Euonymos (*i. e.* Læva), in alto maxime sita ac deserta, ita appellata, quod a Lipara in Siciliam [*imo* a Sicilia in Liparam] navigantibus maxime est ad lævam. Sæpenumero etiam in superficie maris, quod est circa insulas istas, discurrere flammas animadversum est, quum cavernarum, quibus ignis in profundo continetur, meatu aliquo recluso foras vi prorupit. Posidonius scriptum reliquit, sua ætate circa solstitium æstivum, prima luce inter Hieram et Euonymum mare conspectum fuisse ad monstrosam elatum altitudinem, atque continenti flatu exaltatum aliquamdiu sic constitisse, tandem subsedisse: eos autem qui navigiis accedere ausi fuerant, quum viderent aquæ fluxu impelli pisces mortuos, calore et fœtore perculsos fugisse; atque navigiorum unum quod propius accesserat, vectoribus quibusdam amissis, ægre cum reliquis Liparam pervenisse, qui aliquando in morem comitiali morbo correptorum mente abalienarentur, aliquando ad se redirent. Multis post diebus limum apparuisse, qui superficiei aquæ innataret, multis quoque locis flammas erupisse, et fumos, et fuligines: limum eum tandem concrevisse, et molaribus lapidibus similes fuisse concretas istas massas. Qua de re senatum, quum esset a Tito Flaminio [Flaminino] Siciliæ prætore certior factus, missis legatis rem sacram diis manibus et marinis procurasse, quum in Hiera, tum Liparæ. Ab Ericussa ad Phœnicussam [*quæ græce etiam* Ericôdes, Phœnicôdes *dictæ*] regionum descriptor decem millia passuum numerat: hinc ad Didymam triginta; inde ad Liparam versus septentrionem undetriginta; hinc in Siciliam undeviginti; a Strongyle autem sedecim. Ante Pachynum jacet Melite, unde catelli Melitæi, et Gaudus, octo et octoginta millia passuum ab eo promontorio [*codd.* ab utraque] ambæ distantes. Cossura alia insula est ante Lilybæum sita, in medio inter id et Aspidem Carthaginiensium urbem, quam Clypeam (sive Clupeam) dicunt, spatio eo quod modo expressimus ab utroque loco distans. Sed et Ægimurus ante Siciliam atque Africam jacet, et aliæ exiguæ insulæ. Atque hæc de insulis.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἐπεληλυθόσι δ' ἡμῖν τὰ περὶ τὴν ἀρχαίαν Ἰταλίαν μέχρι Μεταποντίου τὰ συνεχῆ λεκτέον. συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ Ἰαπυγία· ταύτην δὲ καὶ Μεσσαπίαν καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες, οἱ δ' ἐπιχώριοι κατὰ μέρη τὸ μέν τι Σαλεντίνους καλοῦσι, τὸ περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν, τὸ δὲ Καλαβρούς. ὑπὲρ τούτους πρόσβοροι Πευκέτιοί τέ εἰσι καὶ Δαύνιοι κατὰ τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον προσαγορευόμενοι, οἱ δ' ἐπιχώριοι πᾶσαν τὴν μετὰ τοὺς Καλαβροὺς Ἀπουλίαν καλοῦσι, τινὲς δ' αὐτῶν καὶ Ποίδικλοι λέγονται, καὶ μάλιστα οἱ Πευκέτιοι. ἔστι δ' (ἐπι-) χερρονησιάζουσα ἡ Μεσσαπία, τῷ ἀπὸ Βρεντεσίου μέχρι

CAP. III.

Sed quando veterem Italiam descripsimus usque ad Metapontum, nunc quæ continenter sequuntur, persequi placet. Contingit Metapontum Iapygia, quam et Messapiam Græci dixerunt. Incolæ divisim aliam partem Salentinos appellant, qui circa Iapygium habitant promontorium, aliam partem Calabros [*al. codd.* Galabros]. Supra hos versus septentrionem sunt Peucetii, Græco sermone Daunii [*codd.* Adaunii, Audanii] cognominati. Incolæ, quidquid post Calabros est, Apuliam vocant; sunt etiam ibi qui Pediculi [*græce* Pœdicli] dicantur, et maxime Peucetii. Messapia peninsulæ formam obtinet, isthmo interclusa est, qui

Τάραντος ἰσθμῷ κλειομένη σταδίων δέκα καὶ τριακοσίων. ὅ τ' ἐπίπλους ἐστὶ περὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν σταδίων ὁμοῦ τι † τετρακοσίων. τοῦ δὲ Μεταποντίου μὲν διέχει σταδίους περὶ διακοσίους καὶ ** [ὁ Τάρας], ὁ δὲ πλοῦς ἐπ' αὐτὸν πρὸς τὰς ἀνατολάς. τοῦ δὲ κόλπου παντὸς τοῦ Ταραντίνου τὸ πλέον ἀλιμένου ὄντος, ἐνταῦθα [λιμήν] ἐστι μέγιστος καὶ κάλλιστος, γεφύρᾳ κλειόμενος μεγάλῃ, σταδίων δ' ἐστὶν ἑκατὸν τὴν περίμετρον. ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τὸν μυχὸν μέρους ἰσθμὸν ποιεῖ πρὸς τὴν ἔξω θάλατταν, ὥστ' ἐπὶ χερρονήσῳ κεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλοῖα ὑπερνεωλκεῖσθαι ῥᾳδίως ἑκατέρωθεν, ταπεινοῦ ὄντος τοῦ αὐχένος. ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν τεῖχος κύκλον ἔχει μέγαν, νυνὶ δ' ἐκλέλειπται τὸ πλέον τὸ πρὸς τῷ ἰσθμῷ, τὸ δὲ πρὸς τῷ στόματι τοῦ λιμένος, καθ' ὃ καὶ ἡ ἀκρόπολις, συμμένει μέγεθος ἀξιολόγου πόλεως ἐκπληροῦν. ἔχει δὲ γυμνάσιόν τε κάλλιστον καὶ ἀγορὰν εὐμεγέθη, ἐν ᾗ καὶ ὁ τοῦ Διὸς ἵδρυται κολοσσὸς χαλκοῦς, μέγιστος μετὰ τὸν Ῥοδίων. μεταξὺ δὲ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ στόματος ἡ ἀκρόπολις, μικρὰ λείψανα ἔχουσα τοῦ παλαιοῦ κόσμου τῶν ἀναθημάτων· τὰ γὰρ πολλὰ τὰ μὲν κατέφθειραν Καρχηδόνιοι, λαβόντες τὴν πόλιν, τὰ δ' ἐλαφυραγώγησαν Ῥωμαῖοι, κρατήσαντες βιαίως· ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ Καπετωλίῳ χαλκοῦς κολοσσικός, Λυσίππου ἔργον, ἀνάθημα Μαξίμου Φαβίου τοῦ ἑλόντος τὴν πόλιν.

2. Περὶ δὲ τῆς κτίσεως Ἀντίοχος λέγων φησὶν ὅτι τοῦ Μεσσηνιακοῦ πολέμου γενηθέντος οἱ μὴ μετασχόντες Λακεδαιμονίων τῆς στρατείας ἐκρίθησαν δοῦλοι καὶ ὠνομάσθησαν Εἵλωτες, ὅσοις δὲ κατὰ τὴν στρατείαν παῖδες ἐγένοντο, Παρθενίας ἐκάλουν καὶ ἀτίμους ἔκριναν· οἱ δ' οὐκ ἀνασχόμενοι (πολλοὶ δ' ἦσαν) ἐπεβούλευσαν τοῖς τοῦ δήμου. αἰσθόμενοι δ' ὑπέπεμψάν τινας, οἳ προσποιήσει φιλίας ἔμελλον ἐξαγγέλλειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιβουλῆς. τούτων δ' ἦν καὶ Φάλανθος, ὅσπερ ἐδόκει προστάτης ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐκ ἠρέσκετο δ' ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς * ἐπιβουλῆς νομισθεῖσι. συνέκειτο μὲν δὴ τοῖς Ὑακινθίοις ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος, ἡνίκ' ἂν τὴν [κυνῆν] περίθηται ὁ Φάλανθος, ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν· γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ τοῦ δήμου. ἐξαγγείλαντες δὲ λάθρα τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον, καὶ τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος, προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε, μὴ ἂν περιθέσθαι κυνῆν Φάλανθον. οἱ δ' αἰσθόμενοι, ὡς μεμήνυται τὴν ἐπιβουλήν, οἱ μὲν διεδίδρασκον, οἱ δὲ ἱκέτευον. κελεύσαντες δ' αὐτοὺς θαρρεῖν φυλακῇ παρέδοσαν, τὸν δὲ Φάλανθον ἔπεμψαν εἰς θεοῦ περὶ ἀποικίας· ὁ δ' ἔχρησε·

Σατύριόν τοι δῶκα, Τάραντά τε πίονα δῆμον
οἰκῆσαι καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

ἦκον οὖν σὺν Φαλάνθῳ οἱ Παρθενίαι, καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς οἵ τε βάρβαροι καὶ οἱ Κρῆτες οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον. τούτους δ' εἶναί φασι τοὺς μετὰ Μίνω

a Brundusio Tarentum usque porrigitur, spatio trecentûm et decem stadiorum. Navigatio circa Iapygium promontorium stadiorum est circiter quadringentorum [? mille et trecentorum?]. Metaponto distat stadiis fere ducentis et... Tarentum [*græce* Taras], navigatione ortum solis versus facta. Sinus Tarentinus [*gr.* Tarantinus] quum majore sui parte importuosus sit, apud ipsam urbem pulcherrimus est portus ac maximus, ponte junctus ingenti: in ambitu habet centum stadia. Ab intimo sinus recessu isthmus ad exterum mare protenditur, sic ut urbs in peninsula jaceat, et utrinque navigia machinis facile pertrahantur, humili isthmi litore. Et ipsius urbis solum depressum est, apud arcem tamen paulum attollitur. Vetus murus magnum habet circuitum: nunc majori urbis parte ad isthmum sita destructa, ea tantum exstat, quæ ad portus ostium jacet, ubi etiam arx est, et insignis urbis speciem exhibet. Habet gymnasium elegantissimum, et forum justæ amplitudinis, in quo Jovis est situs colossus æreus, post Rhodium colossum maximus. Inter forum et fauces portus, arx est, parva retinens vestigia veteris ornatus donariorum: pleraque enim aut Carthaginienses urbe potiti perdiderunt, aut Romani rapuerunt, vi urbe capta, e quibus est Herculis colossus æreus in Capitolio, Lysippi opus, a Fabio Maximo, qui Tarentum cepit, dedicatus.

2. Originem urbis hujus Antiochus referens ait, Messeniaco bello conflato, eos qui Lacedæmoniorum castra non fuissent secuti, servos lata sententia esse judicatos, Helotesque dictos: qui vero Spartanis nati essent durante bello liberi, eos Parthenias appellatos et ignominia notatos fuisse. Hos, iniquissime rem ferentes, quum numero valerent, insidiatos esse populo. Quod quum populus sensisset, submisit quosdam, qui ficta cum illis amicitia, insidias patefacerent. Inter conspiratos fuit etiam Phalanthus, princeps reliquorum habitus, sed qui non omnino omnia de insidiis decreta probaret. Compositum fuit ut ludis Hyacinthiis Amyclæo commissis, quando galerum Phalanthus imponeret, impetus fieri deberet: populares autem coma notos faciebat. Sed quum quidam occulte detexissent institutum Phalantheæ factionis, certamine jam incepto, præco in medium progressus edixit ne Phalanthus galerum capiti imponeret. Ita Partheniæ quum delatam indicio conspirationem sentirent, alii diffugerunt, alii supplices veniam flagitarunt. Quos cives bono animo jussos esse, in custodiam tradiderunt, Phalanthum autem misere Delphos, ut oraculum de colonia deducenda exquireret; estque ei tale datum.

Satyrium [*codd.* Sastyreon] tibi do, pingues pagosque Tarenti
incolere, infestis et Iapygas opprimere armis.

Eo itaque profecti cum Phalantho Partheniæ, a barbaris et Cretensibus, qui loca ista ante occupaverant, recepti sunt. Hi Cretenses illi fuisse feruntur, qui cum Minoe in Siciliam

πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τὴν ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσαν ἀπάραντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν δεῦρο παρωσθέντας, ὧν τινας ὕστερον πεζῇ περιελθόντας τὸν Ἀδρίαν μέχρι Μακεδονίας Βοττιαίους προσαγορευθῆναι. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶ καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν· Τάραντα δ' ὠνόμασαν ἀπὸ ἥρωός τινος τὴν πόλιν.

3. Ἔφορος δ' οὕτω λέγει περὶ τῆς κτίσεως· ἐπολέμουν Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις, ἀποκτείνασι τὸν βασιλέα Τήλεκλον εἰς Μεσσήνην ἀφικόμενον ἐπὶ θυσίαν, ὀμόσαντες μὴ πρότερον ἐπανήξειν οἴκαδε, πρὶν ἢ Μεσσήνην ἀνελεῖν ἢ πάντας ἀποθανεῖν· φύλακας δὲ τῆς πόλεως κατέλιπον στρατεύοντες τούς τε νεωτάτους καὶ πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν. δεκάτῳ δ' ὕστερον [ἔτει] τοῦ πολέμου τὰς γυναῖκας τῶν Λακεδαιμονίων συνελθούσας ἐξ ἑαυτῶν πέμψαι τινὰς παρὰ τοὺς ἄνδρας τὰς μεμψομένας, ὡς οὐκ ἐπ' ἴσοις πολεμοῖεν πρὸς τοὺς Μεσσηνίους· οἱ μὲν γὰρ μένοντες τεκνοποιοῦνται, οἱ δὲ χήρας ἀφέντες τὰς γυναῖκας ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐστρατοπέδευον· καὶ κίνδυνος εἴη λειπανδρῆσαι τὴν πατρίδα. οἱ δ' ἅμα καὶ τὸν ὅρκον φυλάττοντες καὶ τὸν τῶν γυναικῶν λόγον ἐν νῷ θέμενοι πέμπουσι τῆς στρατιᾶς τοὺς εὐρωστοτάτους ἅμα καὶ νεωτάτους, οὓς ᾔδεσαν οὐ μετασχόντας τῶν ὅρκων διὰ τὸ παῖδας ἔτι ὄντας συνεξελθεῖν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ· προσέταξαν δὲ συγγίγνεσθαι ταῖς παρθένοις ἁπάσαις ἅπαντας, ἡγούμενοι πολυτεκνήσειν μᾶλλον· γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν παῖδες ὠνομάσθησαν Παρθενίαι. Μεσσήνη δὲ ἑάλω πολεμηθεῖσα ἐννεακαίδεκα ἔτη, καθάπερ καὶ Τυρταῖός φησιν·

ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη,
νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες,
αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
εἰκοστῷ [δ'] οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

τὴν μὲν οὖν Μεσσηνίαν κατενείμαντο, ἐπανελθόντες δ' οἴκαδε τοὺς Παρθενίας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων, ὡς οὐκ ἐκ γάμου γεγονότας· οἳ συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων ἐπεβούλευσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ συνέθεντο ἆραι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικόν, ἐπειδὰν ἐγχειρῶσι. τῶν δὲ Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες, τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι χαλεπὸν ἔγνωσαν· καὶ γὰρ πολλοὺς εἶναι καὶ πάντας ὁμόφρονας, ὡς ἂν ἀλλήλων ἀδελφοὺς νομιζομένους· τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπιέναι προσέταξαν. οἱ μὲν δὴ μεμηνυμένην αἰσθόμενοι τὴν πρᾶξιν ἐπέσχον, οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν· κἂν μὲν κατάσχωσιν ἀρκοῦντα τὸν τόπον, μένειν, εἰ δὲ μή, τῆς Μεσσηνίας τὸ πέμπτον κατανείμασθαι μέρος ἐπανιόντας. οἱ δὲ σταλέντες κατέλαβον τοὺς Ἀχαιοὺς πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις, μετασχόντες δὲ τῶν κινδύνων κτίζουσι τὴν Τάραντα.

4. Ἴσχυσαν δέ ποτε οἱ Ταραντῖνοι καθ' ὑπερβολήν,

navigaverant, eoque Camici apud Cocalum vita functo, e Sicilia discesserunt, sed in reditu huc appulsi sunt tempestatibus; quorum aliqui postea Adria terrestri itinere peragrato, usque ad Macedoniam processerint, ac Bottiæi [*codd.* Bugeii] sint appellati. Iapyges autem dictos tradunt omnes qui ibi locorum usque ad Dauniam incolebant, ab Iapyge, qui, ut aiunt, Dædalo ex Cressa muliere natus Cretensium ductor fuit. Urbi autem Tarento nomen fecerunt a Tarante quodam heroe.

3. De origine Tarenti apud Ephorum hæc est historia. Lacedæmonios bellum intulisse Messeniis, quod hi illorum regem Teleclum Messenam sacrificandi causa profectum occidissent : ac juramento se obligasse, se non ante domum reversuros, quam Messenam cepissent, aut universos in oppugnatione morituros : urbem, quum proficiscerentur ad bellum, civium minimis maximisque natu custodiendam reliquisse. Post anno belli decimo uxores Lacedæmoniorum, facta coitione, quasdam ad maritos suos misisse, quæ eos reprehenderent, ut non æquis conditionibus bellum Messeniis facientes : quippe hos domi manentes interim liberos procreare, ipsos relictis viduis uxoribus in hostico castra habere : itaque periculum esse ne patria virorum ad extremum vacua reddatur. Lacedæmonios simul et jurisjurandi rationem et consilii uxorum habuisse, ideoque robustissimos quosque et ætate inter milites minimos Spartam misisse, unde pueri cum adultis quondam profecti, jurisjurandi religione non tenebantur, iisque mandasse ut cum omnibus omnes virginibus rem haberent, eo copiosiorem rati inde sobolem exstituram : atque eos qui hoc modo nati essent, Parthenias appellatos. Messena autem anno demum decimo ac nono bello capta est, sicut et Tyrtæus dicit : Circa eam

annis pugnatum est ter tribus atque decem.
Hoc ab avis nostris infracto pectore bellum,
et res constanti gesta labore fuit.
Bis deno tandem victi Messenia pubes
montis Ithomæi deseruit tumulos.

Ceterum Spartani, diviso agro Messenio, domum reversi Parthenias non eo quo alios honore dignabantur, utpote non ex conjugio natos. Itaque Partheniæ, re cum Helotibus communicata, insidias struxere Spartanis, data tessera faciendi impetus, elevatione pilei Laconici in foro. Sed rei indicio ab Helotibus quibusdam delato, Spartani contra insidiari Partheniis rem duxere difficilem, quod ii et magno essent numero, et inter se mutuo pro fratribus haberent : edixere tamen ut forum relinquerent qui pileum fuerant ibi sublaturi. Ita Partheniæ, quum patefactum suum institutum intelligerent, sese continuerunt, et Spartani eis opera parentum ipsorum persuaserunt, ut aliquo in coloniam abirent, ea conditione, ut ne reverterentur, si regionem ipsis sufficientem essent nacti; sin vero, ut reversi quintam partem agri Messenii obtinerent. Sic profecti Partheniæ inciderunt in Achivos bellum gerentes contra barbaros : quumque Achivis suppetias tulissent, Tarentum condidere.

4. Tarentini olim, quum popularem reipublicæ admini-

πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς· καὶ γὰρ ναυτικὸν ἐκέκτηντο μέγιστον τῶν ταύτῃ καὶ πεζοὺς ἔστελλον τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τρισχιλίους, ἱππάρχους δὲ χιλίους. ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν, διαφερόντως δ' Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον. ἐξίσχυσε δ' ἡ ὕστερον τρυφὴ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ' ἔτος παρ' αὐτοῖς ἢ τὰς ἡμέρας· ἐκ δὲ τούτου καὶ χεῖρον ἐπολιτεύοντο. ἓν δὲ τῶν φαύλων πολιτευμάτων τεκμήριόν ἐστι τὸ ξενικοῖς στρατηγοῖς χρῆσθαι· καὶ γὰρ τὸν Μολοττὸν Ἀλέξανδρον μετεπέμψαντο ἐπὶ Μεσσαπίους καὶ Λευκανούς, καὶ ἔτι πρότερον Ἀρχίδαμον τὸν Ἀγησιλάου καὶ ὕστερον Κλεώνυμον καὶ Ἀγαθοκλέα, εἶτα Πύρρον, ἡνίκα συνέστησαν πρὸς Ῥωμαίους. οὐδ' ἐκείνοις δ' εὐπειθεῖν ἠδύναντο οὓς ἐπεκαλοῦντο, ἀλλ' εἰς ἔχθραν αὐτοὺς καθίστασαν. ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος τὴν κοινὴν Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ πανήγυριν, ἣν ἔθος ἦν ἐν Ἡρακλείᾳ συντελεῖν τῆς Ταραντίνης, μετάγειν ἐπειρᾶτο εἰς τὴν Θουρίαν κατὰ ἔχθος, ἐκέλευέ τε κατὰ τὸν Ἀκάλανδρον ποταμὸν τειχίζειν τόπον, ὅπου ἔσοιντο αἱ σύνοδοι· καὶ δὴ καὶ ἡ συμβᾶσα αὐτῷ κακοπραγία διὰ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην ἀπαντῆσαι λέγεται. περί τε τὰ Ἀννίβεια καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρέθησαν, ὕστερον δ' ἀποικίαν Ῥωμαίων δεξάμενοι καθ' ἡσυχίαν ζῶσι καὶ βέλτιον ἢ πρότερον· πρὸς δὲ Μεσσαπίους ἐπολέμησαν περὶ Ἡρακλείας, ἔχοντες συνεργοὺς τόν τε τῶν Δαυνίων καὶ τὸν τῶν Πευκετίων βασιλέα.

5. Ἡ δ' ἑξῆς τῶν Ἰαπύγων χώρα παραδόξως ἐστὶν ἀστεία· ἐπιπολῆς γὰρ φαινομένη τραχεῖα εὑρίσκεται βαθύγειος σχιζομένη, ἀνυδροτέρα δ' οὖσα εὔβοτος οὐδὲν ἧσσον καὶ εὔδενδρος ὁρᾶται. εὐάνδρησε δέ ποτε καὶ τοῦτο σφόδρα τὸ χωρίον σύμπαν καὶ ἔσχε πόλεις τρισκαίδεκα, ἀλλὰ νῦν πλὴν Τάραντος καὶ Βρεντεσίου τἆλλα πολισμάτιά ἐστιν, οὕτως ἐκπεπόνηνται. τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασίν· ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν καὶ ὁ σκόπελος, ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ἰαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς, ἐπιστρέφων δὲ ὡς ἐπὶ τὸ Λακίνιον, ἀνταῖρον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας αὐτῷ, καὶ κλεῖον τὸ στόμα τοῦ Ταραντίνου κόλπου πρὸς αὐτόν. καὶ τὰ Κεραύνια δ' ὁμοίως ὄρη κλείει πρὸς αὐτὸν τὸ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ ἔστι τὸ δίαρμα ὅσον ἑπτακοσίων σταδίων ἀπ' αὐτοῦ πρός τε τὰ Κεραύνια καὶ πρὸς τὸ Λακίνιον. περίπλους δ' [ἐκ] Τάραντός ἐστιν ἐς Βρεντέσιον μέχρι μὲν Βάριδος πολίχνης ἑξακόσιοι στάδιοι· καλοῦσι δὲ Βάριν οἱ νῦν Οὐερητόν, κεῖται δ' ἐπὶ τοῖς ἄκροις τῆς Σαλεντίνης, καὶ τὸ πολὺ πεζῇ μᾶλλον ἢ κατὰ πλοῦν εἰς αὐτὴν ἐκ τοῦ Τάραντος εὐμαρὴς ἡ ἄφιξίς ἐστιν. ἔνθεν εἰς τὰ Λευκὰ στάδιοι ὀγδοήκοντα, πολίχνιον καὶ τοῦτο, ἐν ᾧ δείκνυται πηγὴ δυσώδους ὕδατος· μυθεύουσι δ' ὅτι τοὺς περιλειφθέντας τῶν Γιγάντων ἐν τῇ κατὰ Καμπανίαν Φλέγρᾳ, Λευτερνίους καλουμένους, Ἡρακλῆς ἐξελάσειε, καταφυγόντες [δὲ] δεῦρο ὑπὸ γῆς περισταλεῖεν,

strationem tenerent, ingentem sunt adepti potentiam : nam et classem habuerunt, quantam iis in regionibus nulla civitas, et exercitum peditum triginta millia, ac tria millia equitum, ac hipparchorum mille. Amplexi sunt etiam Pythagoricam philosophiam, præcipue Archytas, qui etiam urbi per longum tempus præfuit. Sed insequenti tempore luxus ob res secundas ita invaluit, ut plures publicas festivitates per annum celebrarent Tarentini, quam dies annus habet. Quam ob rem etiam conditio reipublicæ deterior facta est. Inter prava eorum instituta etiam referendum est quod peregrinis in bello usi sunt ducibus. Nam contra Messapios et Lucanos bellum gerentes, Alexandrum Molossum evocaverunt; et jam antea Archidamum Agesilai filium, atque postea Cleonymum et Agathoclem, denique Pyrrhum, quo tempore bellum cum Romanis commiserunt. Neque vero vel iis imperatoribus, quos ipsi evocaverant, dicto sese audientes præbebant, sed inimicitias cum iis susceperunt. Ideoque Alexander communem istic degentium conventum solennem, qui ex more Heracleæ Tarentinorum celebrabatur, abalienato a Tarentinis animo, in Thuriorum fines transferre voluit; jussitque apud Acalandrum amnem locum iis conciliis aptum communiri. Imo etiam calamitatis, quæ ei accidit, causa Tarentinorum erga ipsum iniquitas fuisse dicitur. Bello autem Annibalico etiam libertate sunt spoliati. Deinde colonia Romanorum in urbem suam recepta, quiete nunc, et melius atque olim, vivunt. Ceterum adversus Messapios bellum iis fuit de Heraclea, usique sunt auxiliis regum Daunii et Peucetii.

5. Quod reliquum est Iapygum [*opt. codd. hîc* Iapygiôn, regionis, mirum in modum est elegans : quum enim ager in superficie asperitatem præ se ferat, aratro scissus glebosus esse deprehenditur, et quanquam aquarum non habet satis, nihilominus tamen et pascuis apta est, et arborum ferax. Atque hæc etiam tota regio quondam virorum multitudine floruit, urbesque continuit tredecim : nunc præter Tarentum et Brundusium reliquæ cladibus in oppidulorum ordinem sunt redactæ. Salentinos aiunt Cretensium colonos esse. Apud hos est templum Minervæ, dives quondam, et scopulus quem promontorium Iapygium vocant, magna sui parte in altum contra ortum hibernum procurrens, tamen Lacinium versus ab occasu ei oppositum sese inflectens, et ejus oppositu fauces sinus Tarentini claudens : sicut et Ceraunii montes, oppositu promontorii Iapygii, aditum Ionii sinus coercent. Ab Iapygio et ad Ceraunios montes et ad Lacinium trajectus est stadiorum circiter septingentorum. A Tarento ad Brundusium navigatio juxta litus Barin [*codd.* Baretem, Baritem] usque est stadiorum sexcentorum : Baris (nunc Veretum nominantur) oppidum est in extremis Salentinorum situm, ad quod plerumque terra facilior quam mari a Tarento est transitus. Inde ad Leuca, oppidulum, sunt stadia octoginta : ibi fons fœtentis aquæ monstratur : ac ferunt, Gigantes, qui e Phlegra Campaniæ evaserant, Leuternios dictos, ab Hercule fuisse exagitatos, et huc quum perfugissent, ibi terra obrutos, et ex eorum sanie scatu-

ἐκ δὲ ἰχώρων τοιοῦτον ἴσχοι ῥεῦμα ἡ πηγή· διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὴν παραλίαν ταύτην Λευτερνίαν προσαγορεύουσιν. ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν εἰς Ὑδροῦντα πολίχνην ἑκατὸν πεντήκοντα· ἐντεῦθεν δ' εἰς Βρεντέσιον τετρακόσιοι. οἱ δ' ἴσοι καὶ εἰς Σάσωνα τὴν νῆσον, ἥτις μέση πως ἵδρυται τοῦ διάρματος τοῦ ἐκ τῆς Ἠπείρου πρὸς τὸ Βρεντέσιον· διόπερ οἱ μὴ δυνάμενοι κρατεῖν τῆς εὐθυπλοίας καταίρουσιν ἐν ἀριστερᾷ ἐκ τοῦ Σάσωνος πρὸς τὸν Ὑδροῦντα, ἐντεῦθεν δὲ τηρήσαντες φορὸν πνεῦμα προσέχουσι τοῖς μὲν Βρεντεσίνων λιμέσιν, ἐκβάντες δὲ πεζεύουσι συντομώτερον ἐπὶ Ῥωδιῶν, πόλεως Ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. ἔοικεν οὖν χερρονήσῳ τὸ περιπλεόμενον χωρίον ἐκ Τάραντος εἰς Βρεντέσιον· ἡ δ' ἐκ Βρεντεσίου πεζευομένη ὁδὸς εἰς τὸν Τάραντα, εὐζώνῳ μιᾶς οὖσα ἡμέρας, τὸν ἰσθμὸν ποιεῖ τῆς εἰρημένης χερρονήσου, ἣν Μεσσαπίαν τε καὶ Ἰαπυγίαν καὶ Καλαβρίαν καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι· τινὲς δὲ διαιροῦσιν, ὡς ἐλέγομεν πρότερον. τὰ μὲν οὖν ἐν τῷ παράπλῳ πολίχνια εἴρηται.

6. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Ῥωδίαι τέ εἰσι καὶ Λουπίαι καὶ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης Ἀλητία· ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ Οὐρία, ἐν ᾗ βασίλειον ἔτι δείκνυται τῶν δυνατῶν τινος. εἰρηκότος δ' Ἡροδότου Ὑρίαν εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, κτίσμα Κρητῶν τῶν πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου τοῦ εἰς Σικελίαν, ἤτοι αὐτὴν δεῖ δέχεσθαι ἢ τὸ Οὐερητόν. Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες, [εἴθ'] οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ, εἴθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως), οὐ συμμεῖναι δέ φασιν αὐτούς, ἀλλὰ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν. ὕστερον δὲ ἡ πόλις βασιλευομένη πολλὴν ἀπέβαλε τῆς χώρας ὑπὸ τῶν μετὰ Φαλάνθου Λακεδαιμονίων, ὅμως δ' ἐκπεσόντα αὐτὸν ἐκ τοῦ Τάραντος ἐδέξαντο οἱ Βρεντεσῖνοι, καὶ τελευτήσαντα ἠξίωσαν λαμπρᾶς ταφῆς. χώραν δ' ἔχουσι βελτίω τῆς Ταραντίνων· λεπτόγεως γὰρ ἐκείνη, χρηστόκαρπος δέ, μέλι δὲ καὶ ἔρια τῶν σφόδρα ἐπαινουμένων ἐστί. καὶ εὐλίμενον δὲ μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον· ἑνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντός, ὥστ' ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σὺν γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος, τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. ὁ δὲ Ταραντῖνος οὐ παντελῶς ἐστιν ἄκλυστος διὰ τὸ ἀναπεπτάσθαι, καί τινα καὶ προσβραχῆ ἔχει τὰ περὶ τὸν μυχόν.

7. Ἔτι δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἀσίας διαίρουσιν εὐθύπλοια μᾶλλόν ἐστιν ἐπὶ τὸ Βρεντέσιον, καὶ δὴ καὶ δεῦρο πάντες καταίρουσιν, οἷς εἰς τὴν Ῥώμην πρόκειται ὁδός. δύο δέ εἰσι, μία μὲν ἡμιονικὴ διὰ Πευκετίων, οὓς Ποιδίκλους καλοῦσι, καὶ Δαυνίων καὶ Σαυνιτῶν μέχρι Βενεουεντοῦ, ἐφ' ᾗ ὁδῷ Ἐγνατία πόλις, εἶτα Κελία καὶ Νήτιον καὶ Κανύσιον καὶ Ἑρδωνία· ἡ δὲ διὰ Τάραντος, μικρὸν ἐν ἀριστερᾷ, ὅσον δὴ μιᾶς ἡμέρας περίοδον κυκλεύσαντι, ἡ Ἀππία λεγομένη,

riginem talem esse : ideoque etiam maris eam oram Leuterniam vocari. A Leucis ad oppidum Hydruntem stadia centum et quinquaginta : inde Brundusium usque quadringenta; totidemque ad Sasonem insulam, quæ in medio fere inter Epirum et Brundusium jacet trajectu : unde fit ut qui rectum tenere cursum non possunt, ad Hydruntem, relicta Sasone ad lævam, appellant; indeque secundo vento exspectato, ad Brundusinos tendant portus : unde Tarentum versus compendioso itinere terrestri per Rudias [*codd.* Rhodæas] proficiscantur, urbem Græcam, Ennii patriam poetæ. Peninsulæ formam refert ea regio, quæ circumitur a Tarento Brundusium navigantibus. At terrestre Brundusio Tarentum iter, quod ab expedito homine una die confici potest, isthmum efficit hujus peninsulæ, quam plerique communi vocabulo Messapiam, Iapygiam, Calabriam [*iterum nonnulli* Galabriam] et Salentinam appellant : alii quo supra dictum est modo dividunt. Recensuimus in litore posita oppida.

6. At in mediterraneis sunt Rudiæ [*codd. fere* Rhodææ] et Lupiæ, ac parvo supra mare intervallo Aletia [sive Aletium; *codd.* Salapia]. In medio isthmo Uria [*codd.* Thyreæ], ubi regia ostenditur cujusdam quondam tyranni. Enimvero quum Herodotus [VII, 170) dixerit Hyriam [*codd.* Uriam] esse in Iapygia conditam a Cretensibus, qui a classe Minois in Siciliam profecta eo evagati sint; aut hanc necesse est eam esse urbem, aut Veretum. Brundusium [*græce* Brentesion] fertur occupatum a Cretensibus, sive qui cum Theseo e Cnosso eo pervenerint, sive iis qui cum Iapyge e Sicilia avecti fuerint (utrumque enim traditur); sed sedem ibi non fixisse aiunt, verum in Bottiæam abivisse. Postea temporis Brundusium quum sub regibus esset, multum agri amisit, ademptum a Lacedæmoniis qui eo cum Phalantho venerant : quem tamen pulsum Tarento Brundusini receperunt, mortuumque splendida sunt dignati sepultura. Ager ipsorum Tarentino agro præstantior est · nam tenuis quidem est, at bonos profert fructus; mel et lana ejus cumprimis laudantur. Ad hæc, Brundusium habet portum Tarento commodiorem; nam ad Brundusium uno ostio plures includuntur portus tuti a fluctibus, intus receptis intra fauces (multis) sinubus, ita uti eorum forma figuram cornuum cervinorum exprimat : unde et urbi nomen : locus enim, si una cum urbe consideretur, maxime cervini capitis speciem habet, quod Messapiorum lingua Brentesium [*Steph.* Brention, *al.* Brendon] dicitur. Tarentinus autem portus non omnino immunis a fluctibus est, quia patet, ac præterea in intimo recessu quædam vadosa habet.

7. Præterea e Græcia et Asia maxime rectus est Brundusium trajectus, et omnes proinde huc deferuntur, quibus illinc Romam iter est. Sunt autem duæ viæ, una qua muli ire possunt per Peucetios [*codd.* Peucesios], qui Pediculi [*græce* Pœdicli] dicuntur, et Daunios [*codd.* Daunitas] ac Samnites, Beneventum usque; qua in via urbes sunt Egnatia [*duo codd.* Ignatia], Celia, Netium [?], Canusium, Herdonia [*codd. vet.* Cerdonia]. Via per Tarentum, quæ paululum ad lævam ferme unius diei ambitu circumducit et Appia vocatur, magis patet plaustris : in ea sunt Uria

ἁμαξήλατος μᾶλλον· ἐν ταύτῃ δὲ πόλις Οὐρία τε καὶ Οὐενουσία, ἡ μὲν μεταξὺ Τάραντος καὶ Βρεντεσίου, ἡ δ' [ἐν] μεθορίοις Σαυνιτῶν καὶ Λευκανῶν. συμβάλλουσι δὲ ἄμφω κατὰ Βενεουεντὸν καὶ τὴν Καμπανίαν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου. τοὐντεῦθεν δ' ἤδη μέχρι τῆς Ῥώμης Ἀππία καλεῖται, διὰ Καυδίου καὶ Καλατίας καὶ Καπύης καὶ Κασιλίνου μέχρι Σινοέσσης· τὰ δ' ἐνθένδε εἴρηται. ἡ δὲ πᾶσά ἐστιν ἐκ Ῥώμης εἰς Βρεντέσιον μίλια τριακόσια ἑξήκοντα. τρίτη δ' ἐστὶν ἐκ Ῥηγίου διὰ Βρεττίων καὶ Λευκανῶν καὶ τῆς Σαυνίτιδος εἰς τὴν Καμπανίαν, συνάπτουσα εἰς τὴν Ἀππίαν, μακροτέρα τῆς ἐκ Βρεντεσίου τρισὶν ἢ τέτρασιν ἡμέραις διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν.

8. Ὁ δ' εἰς τὴν περαίαν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου πλοῦς [διπλοῦς] ἐστιν, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ Κεραύνια καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν τῆς τε Ἠπείρου καὶ τῆς Ἑλλάδος, ὁ δ' εἰς Ἐπίδαμνον, μείζων τοῦ προτέρου· χιλίων γάρ ἐστι καὶ ὀκτακοσίων σταδίων· τέτριπται δὲ καὶ οὗτος διὰ τὸ τὴν πόλιν εὐφυῶς κεῖσθαι πρός τε τὰ τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνη καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων. παραπλέοντι δ' ἐκ τοῦ Βρεντεσίου τὴν Ἀδριατικὴν παραλίαν πόλις ἐστὶν ἡ Ἐγνατία, οὖσα κοινὴ καταγωγὴ πλέοντί τε καὶ πεζεύοντι εἰς Βάριον· ὁ δὲ πλοῦς Νότῳ. μέχρι δεῦρο μὲν Πευκέτιοι κατὰ θάλατταν, [ἐν] τῇ μεσογαίᾳ δὲ μέχρι Σιλουίου· πᾶσα δὲ τραχεῖα καὶ ὀρεινή, πολὺ τῶν Ἀππεννίνων ὀρῶν κοινωνοῦσα, ἀποίκους δ' Ἀρκάδας δέξασθαι δοκεῖ. εἰσὶ δ' ἐκ Βρεντεσίου εἰς Βάριον ἑπτακόσιοί που στάδιοι· σχεδὸν δ' ἴσον ἑκατέρας [Τάρας] διέχει· τὴν δὲ συνεχῆ Δαύνιοι νέμονται, εἶτα Ἄπουλοι μέχρι Φρεντανῶν. ἀνάγκη δέ, Πευκετίων καὶ Δαυνίων μηδ' ὅλως λεγομένων ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, πλὴν εἰ τὸ παλαιόν, ἁπάσης δὲ ταύτης τῆς χώρας Ἀπουλίας λεγομένης νυνί, μηδὲ τοὺς ὅρους ἐπ' ἀκριβὲς λέγεσθαι τῶν ἐθνῶν τούτων· διόπερ οὐδ' ἡμῖν διισχυριστέον περὶ αὐτῶν.

9. Ἐκ δὲ Βαρίου πρὸς τὸν ποταμὸν Αὔφιδον, ἐφ' ᾧ τὸ ἐμπόριον τῶν Κανυσιτῶν, τετρακόσιοι· ὁ δ' ἀνάπλους ἐπὶ τὸ ἐμπόριον ἐνενήκοντα. πλησίον δὲ καὶ Σαλαπία, τὸ τῶν Ἀργυριππηνῶν ἐπίνειον. οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις ἔν γε τῷ πεδίῳ, μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππα, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν· ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος Ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι. λέγονται δ' ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα, καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα. ἐν μὲν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τῆς ἐν Λουκερίᾳ παλαιὰ ἀναθήματα· καὶ αὕτη δ' ὑπῆρξε πόλις ἀρχαία Δαυνίων, νῦν δὲ τεταπείνωται. ἐν δὲ τῇ πλησίον θαλάττῃ δύο νῆσοι Διομήδειαι προσαγορευόμεναι, ὧν ἡ μὲν οἰκεῖται, τὴν δ' ἐρήμην φασὶν εἶναι· ἐν ᾗ καὶ τὸν Διομήδη μυθεύουσιν ἀφανισθῆναί τινες καὶ τοὺς ἑταίρους ἀπορνιθωθῆναι, καὶ δὴ καὶ νῦν διαμένειν ἡμέρους καὶ βίον τινὰ ζῆν ἀνθρώπινον τάξει τε

et Venusia, illa inter Tarentum et Brundisium, hæc in confinio Samnitum et Lucanorum. Coeunt a Brundusio ambæ viæ apud Beneventum ad Campaniam. Jam inde Romam usque Appia via appellatur et ducit per Caudium [*codd.* Claudium], Calatiam [*codd.* Galatiam], Capuam, Casilinum, usque Sinuessam [*codd.* Onessen *vel* Sonessen], reliqua sunt jam dicta. Tota via a Brundusio Romam habet millia passum trecenta et sexaginta. Tertia via est a Rhegio per Brutios, Lucanos, et Samnium in Campaniam ducens, atque in Appiam incidens, per Apenninos [*codd.* Appianos] montes, tribus aut quattuor diebus Brundusino itinere longior.

8. Trajectus a Brundusio duplex est, unus ad montes Ceraunios et sequentem Epiri ac Græciæ oram : alter Epidamnum, illo major, scilicet mille et octingentûm stadiorum : usitatus tamen et hic, propter urbis ejus opportunitatem ad Illyricarum gentium et Macedonum commercia. A Brundusio autem prætervehenti Adriatici maris oram, urbs occurrit Egnatia [*codd.* Stegnatia], quæ commune est deversorium tam navigantibus, quam terra petentibus Barium : navigatur autem Noto. Atque huc usque juxta mare Peucetiorum regio protenditur; in mediterraneis, usque ad Silvium : tota est montosa et aspera, Apennini montis multas partes recipiens : incolæ ex Arcadia videntur immigrasse. A Brundisio Barium usque stadia sunt circiter septingenta : fere æquali ab utraque harum intervallo abest Tarentum. Contigua est Dauniorum [*codd. hîc* Cauniorum] regio. Insequuntur Apuli cum Frentanis. Quum autem non nisi priscis temporibus Peucetiorum et Dauniorum nomina usurparint incolæ, sed omnis ista regio Apuliæ nomine nunc comprehendatur, fines istarum gentium accurate circumscribi non possunt : itaque neque nobis quidquam est de his asseverandum.

9. A Bario ad flumen Aufidum, ad quem Canusinorum [*græce* Canysitarum] jacet emporium, stadia quadringenta : ad ipsum emporium a mari adverso amne stadiorum sex [*codd.* nonaginta] navigatio est. In propinquo est Salapia [*al. codd.* Salippia], Argyrippenorum navale. Etenim non procul a mari in planitie sitæ duæ urbes, Italicarum civitatum olim maximæ, Canusium et Argyrippa; at hodie inter minores referuntur. Quæ nunc Arpi est, principio Argos Hippium [*codd.* Argyroippion], deinde Argyrippa nominata fuit. Utraque a Diomede condita fertur : campusque et multa alia hisce in locis demonstrantur monumenta Diomedis dominationis. Luceriæ, quæ et ipsa antiqua Dauniorum urbs nunc depressa est, in fano Minervæ vetusta donaria exstant; et in vicino mari duæ sunt insulæ, Diomedeæ appellatæ, quarum colitur altera, alteram esse ferunt desertam : in hac nonnulli fabulantur Diomedem e medio sublatum, ejusque socios in aves mutatos, etiamnum quodammodo superesse, et vitam vivere humanæ æmulam

διαίτης καὶ τῇ πρὸς ἀνθρώπους ἡμερότητι τοὺς ἐπιεικεῖς, ἀπὸ δὲ τῶν κακούργων καὶ μιαρῶν φυγῇ. εἴρηται δὲ καὶ τὰ παρὰ τοῖς Ἑνετοῖς διατεθρυλημένα περὶ τοῦ ἥρωος τούτου καὶ αἱ νομισθεῖσαι τιμαί. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Σιποῦς Διομήδους εἶναι κτίσμα, διέχων τῆς Σαλαπίας ὅσον τετταράκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους, καὶ ὠνομάζετό γε Σηπιοῦς Ἑλληνικῶς ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων σηπιῶν. μεταξὺ δὲ τῆς Σαλαπίας καὶ τοῦ Σιποῦντος ποταμός τε πλωτὸς καὶ στομαλίμνη μεγάλη. δι' ἀμφοῖν δὲ τὰ ἐκ Σιποῦντος κατάγεται, καὶ μάλιστα ὁ σῖτος. δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας περὶ λόφον, ᾧ ὄνομα Δρίον, ἡρῷα, τὸ μὲν Κάλχαντος ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ· ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι· τὸ δὲ Ποδαλειρίου κάτω πρὸς τῇ ῥίζῃ, διέχον τῆς θαλάττης ὅσον σταδίους ἑκατόν· ῥεῖ δ' ἐξ αὐτοῦ ποτάμιον πάνακες πρὸς τὰς τῶν θρεμμάτων νόσους. πρόκειται δὲ τοῦ κόλπου τούτου πελάγιον ἀκρωτήριον ἐπὶ τριακοσίους ἀνατεῖνον σταδίους πρὸς τὰς ἀνατολάς, τὸ Γάργανον, κάμπτοντι δὲ τὴν ἄκραν πολισμάτιον Οὔρειον, καὶ πρὸ τῆς ἄκρας αἱ Διομήδειαι νῆσοι. ἔστι δὲ πᾶσα ἡ χώρα αὕτη πάμφορός τε καὶ πολυφόρος, ἵπποις δὲ καὶ προβάτοις ἀρίστη· ἡ δ' ἐρέα μαλακωτέρα μὲν τῆς Ταραντίνης ἐστί, λαμπρὰ δὲ ἧττον. ἡ δὲ χώρα εὐδινὴ διὰ τὴν κοιλότητα τῶν πεδίων· οἱ δὲ καὶ διώρυγα τεμεῖν ἐπιχειρῆσαί φασι τὸν Διομήδη μέχρι τῆς θαλάττης, καταλιπεῖν δ' ἡμιτελῆ καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας πράξεις μετάπεμπτον οἴκαδε γενόμενον, κἀκεῖ καταστρέψαι τὸν βίον. εἷς μὲν οὗτος ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ, δεύτερος δ', ὡς αὐτόθι μείνειε μέχρι καταστροφῆς τοῦ βίου, τρίτος δ' ὁ μυθώδης, ὃν προεῖπον, τὸν ἐν τῇ νήσῳ λέγων ἀφανισμόν, τέταρτον δὲ θείη τις ἂν τὸν τῶν Ἑνετῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρά σφισί πως τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ μυθεύουσιν, ἣν ἀποθέωσιν καλοῦσι. ταῦτα μὲν οὖν κατ' Ἀρτεμίδωρον κεῖται τὰ διαστήματα.

10. Φησὶ δ' ὁ χωρογράφος τὰ ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου μέχρι Γαργάνου μιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε, πλεονάζει δὲ αὐτὰ Ἀρτεμίδωρος· ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀγκῶνα διακόσια πεντήκοντα τέσσαρα μίλιά φησιν ἐκεῖνος, ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος εἰς Αἶσιν πλησίον [ὄν]τα τοῦ Ἀγκῶνος σταδίους εἴρηκε χιλίους διακοσίους πεντήκοντα, πολὺ ἐνδεέστερον ἐκείνου· Πολύβιος δ' ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας μεμιλιᾶσθαί φησι καὶ εἶναι μίλια πεντακόσια ἑξήκοντα δύο εἰς † Σίλαν πόλιν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀκυληίαν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτώ. οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ φερομένῳ διαστήματι τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀδρίου μυχόν, ὑπὲρ ἑξακισχιλίων † τοῦτον ἀποφαίνοντες καὶ μείζω καθιστάντες ἐκείνου πολὺ ἐλάττονα ὄντα. καὶ πάντες δὲ πρὸς ἅπαντας μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους, ὡς πολλάκις λέγομεν. ἡμεῖς δ' ὅπου μὲν ἐπικρίνειν δυνατόν, ἐκφέρομεν τὸ δοκοῦν ἡμῖν, ὅπου δὲ μή, τὰ ἐκείνων εἰς μέσον οἰόμεθα δεῖν τιθέναι. ἐὰν δὲ μηδὲν παρ' ἐκείνων ἔχωμεν, οὐδὲν θαυμαστόν, οὐδ' εἰ

ratione victûs, et comitate erga homines probos, fugaque flagitiosorum. De iis quæ apud Venetos hoc de heroe vulgo jactantur, honoribusque ei decretis, dictum est supra. Videtur etiam Sipuntum [*græce* Sipûs] Diomedis esse opus, a Salapia distans stadiis circiter centum et quadraginta. Dicta est urbs Græce Sepiûs, a sepiis, quæ fluctibus ibi ejiciuntur. Inter Salapiam et Sipuntum fluvius est navigabilis, et lacus marinus magnus : utroque merces a Sipunto devehuntur, præcipue frumentum. Ostenduntur etiam in Dauniæ [*codd. fere* Sauniæ] colle, cui nomen Drium est, sacella, alterum Calchantis in summo vertice, ubi oraculum sciscitantes arietem nigrum immolant, ejusque pelli indormiunt; alterum Podalirii in imo ad collis radices, centum fere stadia a mari distans. Profluit ex hoc rivus omnis generis morbos pecoris sanans. Ante hunc sinum est promontorium Garganum, ad trecenta stadia versus ortum solis in altum mare procurrens; quod si circumflexeris, oppidum invenies Urium, et ante promontorium conspicies Diomedeas insulas. Tota ista regio omnium rerum feracissima est, equos alit et oves præstantes; lana ovium Tarentinæ antecellit mollitie, cedit splendore. Regio ob convalles tranquilla est. Sunt qui Diomedem dicant alveum ad mare usque perducere inchoasse, sed domum ipso revocato ibique mortuo, id opus cum aliis ab eo suceptis imperfectum mansisse. Atque hæc est una de Diomedis morte narrationum. Altera eum in Daunia usque ad ultimum vitæ diem habitasse refert. Tertia fabulosa illa est, quæ, ut retuli, eum in insula evanuisse prodit. Quibus quarta Venetorum adnumerari fabula potest, qui eum apud se affirmant mortalem esse desiisse, et in deorum numerum relatum. Cæterum intervalla, quæ exposuimus, de sententia Artemidori sunt tradita.

10. Chorographus a Brundusio ad Garganum millia passuum numerat centum sexaginta quinque : quem numerum amplificat Artemidorus. Ille a Gargano Anconam usque ducenta quinquaginta quattuor passuum millia facit : at hic ad (fluvium) Æsin [*codd.* ασζ, *nota num.* 1290] vicinum Anconæ ponit stadia mille ducenta et quinquaginta longe quam ille minori numero. Polybius auctor est, miliaria esse dimensa, et ab Iapygia ad Silam [Senam?] urbem esse millia passuum quingenta sexaginta duo; hinc Aquileiam usque centum septuaginta octo. Cum his non consentiunt quæ de intervallo Illyrici litoris a Cerauniis montibus usque ad intimum Adriatici maris sinus recessum referuntur : quod, ultra sex stadiorum millia ei attribuentes, nimis justo extendunt, quum sit multo minus. Sæpius jam monui præcipue inter omnes dissentiri de intervallis locorum constituendis. Quoties itaque explorari potuit quid verum sit, pronunciavimus nostram sententiam; si res expediri non potuit, aliorum opiniones proponendas esse existimavimus. Quodsi autem ab aliis nihil traditum est, mirari nemo debet, si nos quoque in ejusdem per-

παρελείψαμέν τι καὶ ἡμεῖς, ἐν τοιαύτῃ καὶ ταῦθ' ὑποθέσει· τῶν μὲν γὰρ μεγάλων οὐδὲν ἂν παραλίποιμεν, τὰ δὲ μικρὰ καὶ γνωρισθέντα μικρὸν ὤνησε καὶ παραπεμφθέντα ἔλαθε καὶ οὐδὲν ἢ [οὐ] πολὺ τοῦ παντελοῦς ἔργου παρέλυσε.

11. Μεταξὺ δ' εὐθὺς ἀπὸ τοῦ Γαργάνου κόλπος ὑποδέχεται βαθύς· οἱ δὲ περιοικοῦντες ἰδίως Ἄπουλοι προσαγορεύονται, εἰσὶ δὲ ὁμόγλωττοι μὲν τοῖς Δαυνίοις καὶ Πευκετίοις, οὐδὲ τἆλλα δὲ διαφέρουσιν ἐκείνων τό γε νῦν, τὸ δὲ πάλαι διαφέρειν εἰκός, ὅθενπερ καὶ τὰ ὀνόματα ἐναντία πάντων ἐπικρατεῖν. πρότερον μὲν οὖν εὐτύχει αὕτη πᾶσα ἡ γῆ, Ἀννίβας δὲ καὶ οἱ ὕστερον πόλεμοι ἠρήμωσαν αὐτήν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ Κάννας συνέβη, ὅπου πλεῖστος ὄλεθρος σωμάτων Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις ἐγένετο. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ λίμνη ἐστίν, ὑπὲρ δὲ τῆς λίμνης ἐν μεσογαίᾳ τὸ Ἄπουλον Τέανον, ὁμώνυμον τῷ Σιδικίνῳ· καθ' ὃ δοκεῖ συνάγεσθαι τὸ τῆς Ἰταλίας πλάτος ἐφ' ἱκανόν, πρὸς τοὺς περὶ Δικαιαρχίαν τόπους ἐλαττόνων ἢ χιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν ἰσθμὸν καταλεῖπον. μετὰ δὲ τὴν λίμνην ἐπὶ τοὺς Φρεντανοὺς καὶ τὴν Βοῦκαν παράπλους ἐστί· διακόσιοι δ' εἰσὶν ἐφ' ἑκάτερα στάδιοι τῆς λίμνης ἐπί τε τὴν Βοῦκαν καὶ τὸ Γάργανον. τὰ δ' ἑξῆς τοῖς περὶ Βοῦκαν εἴρηται πρότερον.

tractatione aliqua prætermisimus. Magnorum enim a nobis nihil omissum est : ex parvis neque multum utilitatis, si cognoscerentur, sperandum erat, eaque omissa vix animadverti et totius operis perfectioni aut nihil aut non multum detrahere poterant.

11. Garganum promontorium excipit sinus profondus, circa quem habitantes proprie Apuli nominantur. Utuntur eodem quo Daunii et Peucetii [*codd.* Peucii] sermone, ac ne ceteris quidem rebus hodie differunt : olim autem discriminis aliquid inter eos fuisse, verosimile est, unde et diversa omnium nomina obtinuerint. Antiquitus totus ille tractus rebus secundis floruit; postea vero et Annibal et subsecuta bella eum evastaverunt. Hic etiam clades Cannensis accidit, Romanorum eorumque sociorum internecione celebris. In sinu lacus est, et ad eum in mediterraneis Teanum Apulum, eodem quo Sidicinum nomine. Qua in regione Italiæ latitudo satis in arctum contrahi videtur, siquidem isthmus a Teano ad Puteolos mille stadiis minor a mari ad mare relinquitur. Post lacum navigatur ad Frentanos et Bucam [*codd.* Bucanon] : utrinque a lacu et ad Bucam et ad Garganum stadia sunt ducenta. Quæ Bucam subsequuntur, jam antea sunt enarrata.

ΚΕΦ. Δ'.

Τοσαύτη μέντοι καὶ τοιαύτη τις ἡ Ἰταλία. πολλὰ δ' εἰρηκότων, τὰ μέγιστα νῦν ἐπισημανούμεθα, ὑφ' ὧν (νῦν) εἰς τοσοῦτον ὕψος ἐξῆρθησαν Ῥωμαῖοι. ἓν μέν, ὅτι νήσου δίκην ἀσφαλῶς φρουρεῖται τοῖς πελάγεσι κύκλῳ πλὴν ὀλίγων μερῶν, [ἃ] καὶ αὐτὰ τετείχισται τοῖς ὄρεσι δυσβάτοις οὖσι. δεύτερον δὲ τὸ ἀλίμενον κατὰ τὸ πλεῖστον καὶ τὸ τοὺς ὄντας λιμένας μεγάλους εἶναι καὶ θαυμαστούς, ὧν τὸ μὲν πρὸς τὰς ἔξωθεν ἐπιχειρήσεις χρήσιμον, τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀντεπιχειρήσεις καὶ τὴν τῶν ἐμποριῶν ἀφθονίαν συνεργόν. τρίτον δὲ τὸ πολλαῖς ὑποπεπτωκέναι διαφοραῖς ἀέρων τε καὶ κράσεων, παρ' ἃς καὶ ζῷα καὶ φυτὰ καὶ πάνθ' ἁπλῶς τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα πλείστην ἐξάλλαξιν ἔχει πρός τε τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον. ἐκτέταται δὲ τὸ μῆκος αὐτῆς ἐπὶ μεσημβρίαν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τὸ πλέον, προσθήκη δ' ἐστὶν ἡ Σικελία τῷ μήκει, τοσαύτη οὖσα καὶ τοσούτῳ, καθάπερ μέρος. εὐκρασία δ' ἀέρων καὶ δυσκρασία κρίνεται παρὰ τὰ ψύχη καὶ τὰ θάλπη καὶ τὰ μεταξὺ τούτων, ὥστ' ἐκ τούτων ἀνάγκη τὴν νῦν Ἰταλίαν ἐν μέσῳ τῶν ὑπερβολῶν ἀμφοτέρων κειμένην, τοσαύτην τῷ μήκει, πλεῖστον τῆς εὐκράτου μετέχειν καὶ κατὰ πλείστας ἰδέας. τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως συμβέβηκεν αὐτῇ· τῶν γὰρ Ἀπεννίνων ὀρῶν δι' ὅλου τοῦ μήκους διατεταμένων, ἐφ' ἑκάτερον δὲ τὸ πλευρὸν πεδία καὶ γεωλοφίας καλλικάρπους ἀπολειπόντων, οὐδὲν μέρος αὐτῆς ἐστιν, ὃ μὴ καὶ τῶν ὀρείων ἀγαθῶν καὶ τῶν πεδινῶν ἀπολαῦον τυγχάνει. καὶ προστίθει τὸ μέγεθος

CAP. IV.

Ac talis quidem est, et tanta Italia : de qua quum multa a nobis commemorata sunt, nunc præcipue in causas inquiremus, ex quibus [præsenti tempore] res Romana ad tantam majestatem pervenerit. Quarum prima est, quod Italia insulæ in morem maris tuto præsidio cingitur; paucis exceptis regionibus, quæ tamen ipsæ inviis montibus muniuntur. Secunda causa est, quod plerisque locis importuosa est, et quos habet portus, ii magni sunt ac præclari : quorum illud contra exterorum molitiones Italiam defendens, hoc ad exteros aggrediendos et mercaturam amplificandam conducit. Tertia denique est, quod Italia varia aeris temperie secundum varias regiones fruitur. Inde venit magna illa varietas quum utilium tum nocivorum animalium, plantarum, et omnium ad vitæ usum facientium. Ea Italiæ longitudo protenditur utplurimum a septentrione versus meridiem; et Sicilia, tanta insula, additamentum quasi tantæ longitudini est et Italiæ partem efficit. Aeris vero tam bona quam mala temperies frigore æstimatur et calore, atque horum medio : ut hinc necesse sit Italiam, in abundantiæ amborum medio sitam, eamque tanta præditam longitudine, plurimum temperatæ qualitatis obtinere, idque plurimis modis. Quod ipsum aliunde quoque ei obtingit : nam quum Apennini montes per mediam ejus porrecti longitudinem, ab utroque latere campos collesque frugiferos relinquant, nulla Italiæ pars est, quæ non et montium et planorum fructibus et commoditatibus fruatur. Adde his magnitudinem et multitudinem fluviorum

καὶ πλῆθος ποταμῶν τε καὶ λιμνῶν, πρὸς δὲ τούτοις θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν ὑδάτων ἀναβολὰς πολλαχοῦ πρὸς ὑγείαν φύσει παρεσκευασμένας, καὶ μὴν καὶ μετάλλων εὐπορίας παντοδαπῶν. ὕλης τε καὶ τροφῆς ἀνθρώποις τε καὶ βοσκήμασιν οὐδ' ἀξίως ἐστὶν εἰπεῖν τὴν ἀφθονίαν, ὅσην παρέχεται, καὶ τὴν χρηστοκαρπίαν. ἐν μέσῳ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τῶν μεγίστων οὖσα καὶ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν ἀρίστων τῆς Λιβύης μερῶν, τῷ μὲν κρατιστεύειν ἐν ἀρετῇ τε καὶ μεγέθει τὰ περιεστῶτα αὐτὴν πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχει, τῷ δ' ἐγγὺς εἶναι τὸ μετὰ ῥᾳστώνης ὑπουργεῖσθαι πεπόρισται.

2. Εἰ δὲ δεῖ τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας λόγῳ προσθεῖναί τινα λόγον κεφαλαιώδη καὶ περὶ τῶν Ῥωμαίων τῶν κατασχόντων αὐτὴν καὶ κατεσκευασμένων ὁρμητήριον πρὸς τὴν σύμπασαν ἡγεμονίαν, προσειλήφθω καὶ ταῦτα· ὅτι Ῥωμαῖοι μετὰ τὴν κτίσιν τῆς Ῥώμης βασιλευόμενοι διετέλεσαν σωφρόνως ἐπὶ πολλὰς γενεάς· ἔπειτα τοῦ ἐσχάτου Ταρκυνίου μοχθηρῶς ἄρχοντος, τὸν μὲν ἐξέβαλον, πολιτείαν δὲ συνεστήσαντο μικτὴν ἔκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας, κοινωνοῖς δ' ἐχρήσαντο Σαβίνοις τε καὶ Λατίνοις· οὐκ εὐγνωμόνων δ' οὔτε ἐκείνων ἀεὶ τυγχάνοντες οὔτε τῶν ἄλλων τῶν πλησιοχώρων ἠναγκάζοντο τρόπον τινὰ τῇ ἐκείνων καταλύσει τὴν σφετέραν ἐπαύξειν. οὕτω δ' αὐτοῖς κατ' ὀλίγον προϊοῦσιν εἰς ἐπίδοσιν συνέβη τὴν πόλιν αἰφνιδίως ἀποβαλεῖν παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, παρὰ δόξαν δὲ καὶ ἀπολαβεῖν· ἐγένετο δὲ τοῦτο, ὥς φησι Πολύβιος, ἔτει ἐννεακαιδεκάτῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην. διακρουσάμενοι δὲ τούτους Ῥωμαῖοι πρῶτον μὲν Λατίνους ἅπαντας ὑπηκόους ἐποιήσαντο, εἶτα Τυρρηνοὺς καὶ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Πάδον ἔπαυσαν τῆς πολλῆς καὶ ἀνέδην ἐλευθερίας· εἶτα Σαυνίτας, μετὰ δὲ τούτους Ταραντίνους καὶ Πύρρον κατεπολέμησαν, εἶτ' ἤδη καὶ τὴν λοιπὴν τῆς νῦν Ἰταλίας πλὴν τῆς περὶ τὸν Πάδον. ταύτης δ' ἔτι καθεστώσης ἐν πολέμῳ, διέβησαν εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφελόμενοι δὲ Καρχηδονίων αὐτὴν ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πάδον· συνεστῶτος δ' ἔτι τούτου τοῦ πολέμου, παρῆν Ἀννίβας εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ δεύτερος οὗτος πόλεμος πρὸς Καρχηδονίους συνέπεσε, καὶ μετ' οὐ πολὺ τρίτος, ἐν ᾧ κατεσκάφη Καρχηδών· ἅμα δὲ τήν τε Λιβύην ἔσχον Ῥωμαῖοι καὶ τῆς Ἰβηρίας ὅσον ἀφείλοντο τῶν Καρχηδονίων. συνενεωτέρισαν δὲ τοῖς Καρχηδονίοις οἵ θ' Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες καὶ τῆς Ἀσίας οἱ ἐντὸς Ἅλυος καὶ τοῦ Ταύρου, καὶ τούτους οὖν ἅμα συγκαταπολεμῆσαι προήχθησαν, ὧν Ἀντίοχός τε ἦν ὁ βασιλεὺς καὶ Φίλιππος καὶ Περσεύς. καὶ Ἰλλυριῶν δὲ καὶ Θρακῶν οἱ πλησιόχωροι τοῖς τε Ἕλλησι καὶ Μακεδόσιν ἀρχὰς ἔλαβον τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου, καὶ διετέλεσαν πολεμοῦντες μέχρι καταλύσεως ἁπάντων τῶν ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος. τὰ δ' αὐτὰ ἔπαθον καὶ Ἴβηρες καὶ Κελτοὶ καὶ ἅπαντες οἱ λοιποί, ὅσοι Ῥωμαίων ὑπακούουσι· τήν τε γὰρ Ἰβηρίαν οὐκ ἐπαύσαντο ὑπαγόμενοι τοῖς ὅπλοις, ἕως

atque lacuum: tum aquarum et calidarum et frigidarum plurimis locis fontes, ad sanitatem parandam a natura elaboratos; tum omnis generis metallorum copiam. Materiæque et alimentorum hominibus brutisque convenientium abundantiam quam offert, et huc facientem frugum præstantiam, nemo potest pro dignitate verbis explicare. Præterea quum media sit inter gentes maximas, et Græciam, ac potissimas Libyæ partes; ipso situ ad imperium virtute ac majestate tenendum adjuvatur: vicinia vero exsequendis imperiis et obeundis ministeriis est accommodata.

2. Quodsi sermoni de Italia habito orationem convenit subjungi, quæ in summa etiam de Romanis disserat, qui Italiam in potestatem redegerunt suam eamque arcem totius imperii constituerunt: hæc etiam addantur. Romani a condita Urbe per aliquot ætates sub regibus modeste vixerunt. Deinde ultimo regum Tarquinio pessimo regnum gerente, eo ejecto formam reipublicæ instituerunt ex optimatum ac regia administratione temperatam, adhibitis in societatem ejus Sabinis ac Latinis. Quos ipsos aliosque circùm vicinos quum experirentur non satis benevolos, coacti quodammodo sunt eos opprimendo suam rempublicam augere. Hoc pacto quum paulatim incrementa fecissent, usu ipsis venit, ut et amitterent repente Urbem, præter omnium hominum exspectationem; et eandem præter opinionem etiam recuperarent. Accidit hoc, ut Polybius tradit, anno post pugnam ad Ægospotamos actam undevigesimo, tempore pacis Antalcida legato initæ. Sed profligatis Gallis Romani primum Latinos omnes subegerunt, deinde Etruscos, et Gallos circa Padum habitantes nimia ista licentia exuerunt: postea Samnites ab iis, ac post hos Pyrrhus rex sunt debellati: hinc omnem reliquam, quæ isto hodie censetur nomine, Italiam sibi armis subjecerunt, ea dempta quæ est circa Padum. Quum enim adhuc ea in bello staret nec conficeretur, in Siciliam trajecerunt, eaque Carthaginiensibus adempta, adversus Padi accolas bellum renovarunt. Quo bello nondum confecto, in Italiam venit Annibal, conflatumque est hoc secundum contra Carthaginienses bellum; neque multo post tertium, in quo deleta est Carthago: simulque Romani et Africa potiti sunt, et ea Hispaniæ parte, quam Carthaginiensibus eripuere. Sed eodem quo Carthaginienses tempore novas res adversum Romanos moliti sunt et Græci, et Macedones, et qui in Asia inter Halyn et Taurum incolebant: quos simul etiam Romani suæ ditioni subdere opus habuerunt: eorum reges fuerunt Antiochus, Philippus, Perseus. Quin et Illyrii, et Thraces propinqui quum Græcis tum Macedonibus, inde initia belli contra Romanos duxerunt: neque finis fuit belli gerendi ante quam omnia intra Istrum et intra Halyn sita Romani suæ fecerunt ditionis. Eadem acciderunt Hispanis, et Gallis, et aliis, quicunque Romanorum imperio parent. Nam et Hispaniam armis domandi nullum fecerunt finem, donec universam sibi subjecerunt; Nu-

ἅπασαν κατεστρέψαντο, Νομαντίνους τε ἐξελόντες καὶ Οὐρίαθον καὶ Σερτώριον ὕστερον διαφθείραντες, ὑστάτους δὲ Καντάβρους, οὓς [κατέλυσεν] ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ· τὴν [δὲ] Κελτικὴν ἅπασαν τήν τε ἐντὸς καὶ τὴν ἐκτὸς σὺν τῇ Λιγυστικῇ πρότερον μὲν κατὰ μέρος ἀεὶ προσηγοντο, ὕστερον δὲ Καῖσαρ [ὁ] Θεός, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Σεβαστὸς κοινῷ πολέμῳ καὶ ἀθρόως κατεκτήσαντο, νυνὶ δὲ Γερμανοῖς προσπολεμοῦσιν, ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι τῶν τόπων ὡς οἰκειοτάτων, καί τισιν ἤδη θριάμβοις κεκοσμήκασιν ἀπ' αὐτῶν τὴν πατρίδα. τῆς δὲ Λιβύης, ὅση μὴ Καρχηδονίων, βασιλεῦσιν ἐπετέτραπτο ὑπηκόοις οὖσιν, ἀφιστάμενοι δὲ κατελύοντο· νυνὶ δ' εἰς Ἰούβαν περιέστηκεν ἥ τε Μαυρουσία καὶ πολλὰ μέρη τῆς ἄλλης Λιβύης διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν. τὰ δ' ὅμοια καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν συνέβη· κατ' ἀρχὰς μὲν διὰ τῶν βασιλέων διῳκεῖτο ὑπηκόων ὄντων, ὕστερον δ' ἐκλιπόντων ἐκείνων, καθάπερ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων καὶ Σύρων καὶ Παφλαγόνων καὶ Καππαδόκων καὶ Αἰγυπτίων, [ἢ] ἀφισταμένων καὶ ἔπειτα καταλυομένων, καθάπερ ἐπὶ Μιθριδάτου συνέβη τοῦ Εὐπάτορος καὶ τῆς Αἰγυπτίας Κλεοπάτρας, ἅπαντα τὰ ἐντὸς Φάσιδος καὶ Εὐφράτου πλὴν Ἀράβων τινῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων ἀποδειχθεῖσι δυνάσταις. Ἀρμένιοι δὲ καὶ οἱ ὑπερκείμενοι τῆς Κολχίδος, Ἀλβανοί τε καὶ Ἴβηρες, παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων, καλῶς δὲ κρατοῦνται, νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπασχολίας, καθάπερ καὶ οἱ πέραν τοῦ Ἴστρου τὸν Εὔξεινον περιοικοῦντες πλὴν τοῦ Βοσπόρου καὶ τῶν Νομάδων· τὸ μὲν γὰρ ὑπήκοον, τὸ δ' ἄχρηστον εἰς πᾶν [διὰ] τὸ ἀκοινώνητον, φυλακῆς δὲ μόνον δεόμενον· καὶ τἆλλα δὲ τὰ πολλὰ Σκηνιτῶν καὶ Νομάδων ἐστὶ πόρρω σφόδρα ὄντων. Παρθυαῖοι δέ, ὅμοροί τε ὄντες καὶ μέγιστον δυνάμενοι, τοσοῦτον ὅμως ἐνέδοσαν πρὸς τὴν Ῥωμαίων καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνων ὑπεροχήν, ὥστ' οὐ μόνον τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησάν ποτε, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ παίδων παῖδας, ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς τὴν φιλίαν· οἱ δὲ νῦν μετίασι ἐνθένδε πολλάκις τὸν βασιλεύσοντα, καὶ σχεδόν τι πλησίον εἰσὶ τοῦ ἐπὶ Ῥωμαίοις ποιῆσαι τὴν σύμπασαν ἐξουσίαν. καὶ αὐτὴν [δὲ] τὴν Ἰταλίαν διαστᾶσαν πολλάκις, ἀφ' οὗ γε ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστί, καὶ αὐτὴν τὴν Ῥώμην ἡ τῆς πολιτείας ἀρετὴ καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐκώλυσεν ἐπὶ πλέον προελθεῖν πλημμελείας καὶ διαφθορᾶς. χαλεπὸν δὲ ἄλλως [δι]οικεῖν τὴν τηλικαύτην ἡγεμονίαν ἢ ἑνὶ ἐπιτρέψαντας ὡς πατρί. οὐδέποτε γοῦν εὐπορῆσαι τοσαύτης εἰρήνης καὶ ἀφθονίας ἀγαθῶν ὑπῆρξε Ῥωμαίοις καὶ τοῖς συμμάχοις αὐτῶν, ὅσην Καῖσάρ τε ὁ Σεβαστὸς παρέσχεν, ἀφ' οὗ παρέλαβε τὴν ἐξουσίαν αὐτοτελῆ, καὶ νῦν ὁ διαδεξάμενος υἱὸς ἐκεῖνον παρέχει Τιβέριος, κανόνα τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων ποιούμενος ἐκεῖνον, καὶ αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, Γερμανικός τε καὶ Δροῦσος, ὑπουργοῦντες τῷ πατρί.

mantinis excisis, tum Viriatho, inde Sertorio, tandem Cantabris, quos Augustus Cæsar debellavit: et Galliam totam et Ulteriorem et Citeriorem, una cum Liguria initio per partes suam fecerunt, postremo divus Cæsar, et eum secutus Augustus communi bello totam gentem in Romanorum potestatem redegerunt: et nunc in Germanos bellum moverunt, ab his orsi locis, quæ maxime censent apta; et nonnullis jam Germanicis triumphis patriam exornarunt. At Africæ partes, quæ non fuerunt juris Carthaginiensium, regibus concessæ sunt, Romanorum imperio obedientibus: et qui defecere, ditione omni sunt exuti. Nunc Mauritaniam, multasque partes reliquæ Africæ Juba obtinet, ob studium in Romanos et amicitiam hoc consecutus. Eadem est Asiæ quoque conditio. Hæc enim initio gubernata fuit a regibus, qui Romanos agnoscerent dominos: quum autem posterius (aut) eorum genus defecisset, ut reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces, Ægyptii, aut post defectionem essent devicti, quod Mithridati contigit Eupatori, et Cleopatræ Ægyptiæ: omnia inter Phasin et Euphraten, exceptis quibusdam Arabibus, Romanæ sunt ditioni subjecta, Romanisque præfectis obtemperant. Armenii porro, et qui supra Colchidem [*cod. opt.* Chalcidem] siti sunt Albani et Iberi, præsentiam duntaxat requirunt ducum Romanorum, et facile cohibentur: rebus autem novis student, quia Romanos aliis negotiis occupari sentiunt: id quod faciunt etiam qui trans Istrum circa Euxinum accolunt, exceptis Bosporanis et Nomadibus: quorum illi Romanis parent, cum his plane nulla possunt contrahi commercia, et tantum præsidio adversus eos opus est. Reliquarum etiam partium (extremarum) multas habitant Scenitæ et Nomades valde longinqui. Parthi autem, tametsi et ditionem Romanæ habent conterminam et maxima pollent potentia, tamen Romanorum nostræque ætatis Principum majestati ita concesserunt, ut non spolia modo, quæ de Romanis aliquando retulerant, Romam miserint; sed et filios Phraates Augusto Cæsari, nepotesque crediderit, amicitiamque datis obsidibus emereri officiose voluerit: et nostra ætate sæpenumero hinc regem petunt, ac fere jam prope est ut omnem potestatem Romanis subjiciant. Ipsam quoque Italiam, sæpius distractam intestinis motibus, ex quo tempore sub Romanis fuit, et Romam ipsam ulterius progredi peccando et corruptelis, virtus reipublicæ et Principum vetuit. Ceterum aliter tantam gubernari dominationem, quam uni tanquam patri commissam, arduum est. Nunquam certe Romanis et eorum sociis tanta pax omniumque bonorum abundantia potuisset obtingere, quantam et Cæsar Augustus præbuit, postquam ad eum solum summa rerum est delata; et nunc præstat filius ejus ac successor Tiberius, pro norma administrationis et edictorum exemplo patris sui utens; sicut et ipsum imitantur patris administri filii Germanicus et Drusus.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἑβδόμῳ λέγει τῆς Εὐρώπης τὰ λειπόμενα μέρη. ἔστι δὲ τὰ πρὸς τὴν ἕω πέραν τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ποντικῆς θαλάσσης μερῶν ἀπολαμβάνει πρὸς νότον μέχρι τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Προποντίδος ὁ Ἴστρος· ἐν οἷς καὶ Μακεδονία πᾶσα.

ΚΕΦ. Α'.

Εἰρηκόσι δ' ἡμῖν περὶ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῶν Κελτικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Ἰταλικῶν σὺν ταῖς πλησίον νήσοις ἐφεξῆς ἂν εἴη λέγειν τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης μέρη, διελοῦσι τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον. λείπεται δὲ τὰ πρὸς ἕω μὲν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου καὶ τῶν ἀριστερῶν τῆς Ποντικῆς θαλάττης μερῶν ἀπολαμβάνει πρὸς νότον μέχρι τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Προποντίδος ὁ Ἴστρος. διαιρεῖ γὰρ οὗτος ἅπασαν ὡς ἐγγυτάτω δίχα τὴν λεχθεῖσαν γῆν, μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ποταμῶν, ῥέων πρὸς νότον κατ' ἀρχάς, εἶτ' ἐπιστρέφων εὐθὺς ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὸν Πόντον. ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν Γερμανικῶν ἄκρων τῶν ἑσπερίων, πλησίον δὲ καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ, διέχων αὐτοῦ περὶ χιλίους σταδίους· τελευτᾷ δ' εἰς τὸν Πόντον οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν τοῦ Τύρα καὶ τοῦ Βορυσθένους ἐκβολῶν, ἐκκλίνων ὡς πρὸς ἄρκτους. Προσάρκτια μὲν οὖν ἐστι τῷ Ἴστρῳ τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου καὶ τῆς Κελτικῆς· ταῦτα δ' ἐστὶ τά τε Γαλατικὰ ἔθνη καὶ τὰ Γερμανικὰ μέχρι Βασταρνῶν καὶ Τυρεγετῶν καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Βορυσθένους, καὶ ὅσα μεταξὺ τούτου καὶ Τανάιδος καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος εἴς τε τὴν μεσόγαιαν ἀνατείνει μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῇ Ποντικῇ κλύζεται θαλάττῃ· μεσημβρινὰ δὲ τά τε Ἰλλυρικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια, καὶ ὅσα τούτοις ἀναμέμικται τῶν Κελτικῶν ἤ τινων ἄλλων, μέχρι τῆς Ἑλλάδος. λέγομεν δὲ πρῶτον περὶ τῶν ἐκτὸς τοῦ Ἴστρου· πολὺ γὰρ ἁπλούστερα τῶν ἐπὶ θάτερα μερῶν ἐστιν.

2. Εὐθὺς τοίνυν τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μετὰ τοὺς Κελτοὺς πρὸς τὴν ἕω κεκλιμένα Γερμανοὶ νέμονται, μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου τῷ τε πλεονασμῷ τῆς ἀγριότητος καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ξανθότητος, τἆλλα δὲ παραπλήσιοι, καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις ὄντες οἵους εἰρήκαμεν τοὺς Κελτούς. διὸ δὴ καί μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα,

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER SEPTIMUS

ARGUMENTUM.

Septimo libro describit reliquas Europæ partes; eas scilicet quæ orientem versus sitæ sunt trans Rhenum usque ad Tanain ostiumque paludis Mæotidis, et quæ inter Adriam et sinistrum maris Pontici latus versus austrum usque ad Græciam et Propontidem dirimit Ister : in quibus etiam Macedonia est universa.

CAP. I.

Hispania, Gallicis et Italicis gentibus vicinisque insulis descriptis, sequitur ut deinceps reliquas Europæ partes persequamur, divisione instituta, qualem rei fert natura. Restant vero ea quæ versus ortum solis a Rheno usque ad Tanain sunt et ostia Mæotidis paludis : et quæ inter Adriam et sinistrum Pontici maris latus meridiem versus ad Græciam usque et Propontidem Ister dirimit. Is enim regiones istas quam proxime universas in duas partes dividit, maximus Europæ fluviorum. Ab initio versus meridiem, inde conversus mox ab occasu contra ortum et Pontum labitur. Etenim oritur in Germaniæ extremis versus occasum partibus, non procul a recessu intimo Adriatici sinus, a quo mille fere stadia abest : exit vero in Pontum, non procul a Tyræ et Borysthenis ostiis, versus septentriones paullum inflexus. Ab Istro igitur septentrionem respiciunt quæ sita sunt ultra Rhenum et Celticam : sunt vero Gallicæ gentes et Germanicæ usque ad Bastarnas et Tyregetas ac Borysthenem fluvium, et quæcumque inter hunc ac Tanain atque ostia Mæotidis quum in mediam terram porriguntur usque ad Oceanum, tum Pontico alluuntur mari : meridiem versus ab Istro sunt gentes Illyricæ, Thraciæ, et quæ his ex Celticis aliisque nonnullis admixtæ sunt ad Græciam usque. Dicamus autem principio de iis quæ trans Istrum sunt gentibus : est enim earum multo simplicior quam ab altera parte degentium explicatio.

2. Statim ergo loca quæ trans Rhenum post Celticos populos in orientem vergunt, Germani incolunt, qui a Gallica gente paullum discrepant majore feritate, corporis proceritate comæque colore flavo, cetera vero similes; nam forma et moribus et victu tales sunt quales Gallos esse diximus. Itaque recte mihi videntur Romani hoc nomen eis indidisse, quum genuinos esse Gallos vellent

ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι· γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον.

3. Ἔστι δὲ τὰ μὲν πρῶτα μέρη τῆς χώρας ταύτης τὰ πρὸς τῷ Ῥήνῳ μέχρι τῶν ἐκβολῶν ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀρξαμένοις· σχεδὸν δέ τι καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἑσπέριον τῆς χώρας πλάτος, ἡ ποταμία πᾶσα. ταύτης δὲ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μετήγαγον Ῥωμαῖοι, τὰ δ' ἔφθη μεταστάντα εἰς τὴν ἐν βάθει χώραν, καθάπερ Μαρσοί· λοιποὶ δ' εἰσὶν ὀλίγοι καὶ τῶν Σουγάμβρων μέρος· μετὰ δὲ τοὺς παραποταμίους τἆλλά ἐστιν ἔθνη τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Ἄλβιος ποταμοῦ, ὃς παράλληλός πως ἐκείνῳ ῥεῖ πρὸς τὸν ὠκεανόν, οὐκ ἐλάττω χώραν διεξιὼν ἤπερ ἐκεῖνος. εἰσὶ δὲ μεταξὺ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ πλωτοί (ὧν ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησε), ῥέοντες ὡσαύτως ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν καὶ τὸν ὠκεανόν. ἐξῆρται γὰρ ἡ χώρα πρὸς νότον καὶ συνεχῆ ταῖς Ἄλπεσι ποιεῖ ῥάχιν τινὰ πρὸς ἕω τεταμένην, ὡς ἂν μέρος οὖσαν τῶν Ἄλπεων· καὶ δὴ καὶ ἀπεφήναντό τινες οὕτως διά τε τὴν λεχθεῖσαν θέσιν καὶ διὰ τὸ τὴν αὐτὴν ὕλην ἐκφέρειν· οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτό γε ὕψος ἀνίσχει τὰ ταύτῃ μέρη. ἔνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς καὶ τὰ τῶν Σοήβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, καθάπερ τὰ τῶν Κοαδούων· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ Βουίαιμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τε μετανέστησε πλείους καὶ δὴ καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομμάνους. ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἐπάνοδον· νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ, ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον Λουίους τε, μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους καὶ Βούτωνας καὶ Μουγίλωνας καὶ Σιβινοὺς καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος, Σέμνωνας. πλὴν τά γε τῶν Σοήβων, ὡς ἔφην, ἔθνη τὰ μὲν ἐντὸς οἰκεῖ, τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ δρυμοῦ, ὅμορα τοῖς Γέταις. μέγιστον μὲν οὖν τὸ τῶν Σοήβων ἔθνος· διήκει γὰρ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἄλβιος· μέρος δέ τι αὐτῶν καὶ πέραν τοῦ Ἄλβιος νέμεται, καθάπερ Ἑρμόνδοροι καὶ Λαγκόβαρδοι· νυνὶ δὲ καὶ τελέως εἰς τὴν περαίαν οὗτοί γε ἐκπεπτώκασι φεύγοντες. κοινὸν δ' ἐστὶν ἅπασι τοῖς ταύτῃ τὸ περὶ τὰς μεταναστάσεις εὐμαρὲς διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου καὶ διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν μηδὲ θησαυρίζειν, ἀλλ' ἐν καλυβίοις οἰκεῖν, ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν· τροφὴ δ' ἀπὸ τῶν θρεμμάτων ἡ πλείστη, καθάπερ τοῖς Νομάσιν, ὥστ' ἐκείνους μιμούμενοι τὰ οἰκεῖα ταῖς ἁρμαμάξαις ἐπάραντες, ὅπῃ ἂν δόξῃ, τρέπονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. ἄλλα δ' ἐνδεέστερά ἐστιν ἔθνη Γερμανικὰ Χηροῦσκοί τε καὶ Χάττοι καὶ Γαμαβρίουοι καὶ Χαττουάριοι· πρὸς δὲ τῷ ὠκεανῷ Σούγαμβροί τε καὶ Χαῦβοι καὶ Βρούκτεροι καὶ Κίμβροι, Καῦκοί τε καὶ Καοῦλκοι καὶ Καμψιανοὶ καὶ ἄλλοι πλείους. ἐπὶ ταὐτὰ δὲ τῷ Ἀμασίᾳ φέρονται Βίσουργίς τε καὶ Λουπίας ποταμός, διέχων Ῥήνου περὶ ἑξακοσίους σταδίους, ῥέων διὰ Βρουκτέρων τῶν ἐλαττόνων. ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμός, οὗ μεταξὺ καὶ

ostendere; *Germani* enim Romanorum lingua genuini dicuntur.

3. Prima Germaniæ regio est ad Rhenum, a fontibus ejus usque ad ostia : parumque abest quin totus hic fluminis tractus etiam latus sit Germaniæ occiduum. Hujus partis populos nonnullos Romani in Galliam traduxerunt : alii antevertentes in interiora Germaniæ se receperunt, uti Marsi : restant pauci, inter eosque pars Sugambrorum. Post Rheni accolas reliquæ sunt gentes inter hunc et Albin : qui æquali fere usquequaque spatio a Rheno distans in Oceanum fertur, neque minorem quam ille regionem peragrat. Inter hos vero etiam alia sunt navigabilia flumina (e quibus est Amasias, in quo Drusus Bructeros navali prælio vicit), ipsa quoque a meridie Boream versus et Oceanum fluentia. Etenim Germania versus meridiem attollitur, ac dorsum quoddam erigit contiguum Alpibus, versus orientem porrectum, ita ut videri pars Alpium possit : quin et hoc affirmavere quidam propter situm commemoratum, et quod easdem silvæ arbores proferunt : neque tamen montes hujus dorsi Alpium altitudinem æquant. Ibi est etiam silva Hercynia, et Suevorum gentes, quarum quædam in ipsa habitant silva, ut Quadi (? *codd.* Coldui), in quibus est etiam Buiæmum Marobodi regia : in quem locum is quum alios complures transtulit, tum Marcomannos gentiles suos. Etenim Roma reversus (ubi juvenis fuit, et ab Augusto beneficiis affectus), e privato statu ad occupandam dominationem se contulit, ac præter Marcomannos subjecit sibi etiam Luios (Lugios *Tacit.*), magnam gentem, Zumos, Butones (*Gutones?*), Mugilones, Sibinos, et de ipsis Suevis magnam nationem, Semnones. Enimvero Suevorum alii, ut dixi, in silva habitant, alii extra, Getis finitimi. Maxima igitur est Suevorum natio : nam a Rheno ad Albin usque pertingit; pars vero eorum etiam trans Albin habitant, ut Hermondori et Lancobardi (*codd.* Lancosargi); nunc autem hi quidem etiam prorsus se in oppositam regionem fuga receperunt. Commune omnium est, qui istis in locis degunt, facilis et expedita soli mutatio, ob tenuitatem victus, et quod neque colunt agros, nec quidquam reponunt, sed in casis habitant, contenti apparatu qui in diem sufficiat. Cibus eis a pecore plurimus, sicut Nomadibus : quorum etiam imitatione rebus suis in currus impositis facile cum pecore suo abeunt quo visum fuerit. Aliæ minores Germanorum sunt gentes Cherusci, Chatti, Gamabrivi, Chattuarii : ad Oceanum autem Sugambri, Chaubi (*Chamavi?*), Bructeri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani (*infra :* Cathylci et Ampsani), et aliæ plures. Eadem vero qua Amasias cursus directione feruntur Visurgis et Lupias fluvius, qui per Bructeros minores fluit, a Rheno distans circiter sexcentis stadiis. Est etiam Salas

τοῦ Ῥήνου πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός. ἐχειρώσατο δ' οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους, ὧν ἐστι καὶ ἡ Βυρχανίς, ἣν ἐκ πολιορκίας εἷλε.

4. Γνώριμα δὲ ταῦτα κατέστη τὰ ἔθνη πολεμοῦντα πρὸς Ῥωμαίους, εἶτ' ἐνδιδόντα καὶ πάλιν ἀφιστάμενα ἢ καὶ καταλείποντα τὰς κατοικίας· κἂν πλείω δὲ γνώριμα ὑπῆρξεν, εἰ ἐπέτρεπε τοῖς στρατηγοῖς ὁ Σεβαστὸς διαβαίνειν τὸν Ἄλβιν, μετιοῦσι τοὺς ἐκεῖσε ἀπανισταμένους. νυνὶ δ' εὐπορώτερον ὑπέλαβε στρατηγεῖν τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον, εἰ τῶν ἔξω τοῦ Ἄλβιος καθ' ἡσυχίαν ὄντων ἀπέχοιτο, καὶ μὴ παροξύνοι πρὸς τὴν κοινωνίαν τῆς ἔχθρας. ἤρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι πλησίον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγεμόνα· κἀκεῖθεν ἤδη διεῖχον ἄλλοτ' ἄλλοι, δυναστεύοντες καὶ καταλυόμενοι, πάλιν δ' ἀφιστάμενοι, προδιδόντες καὶ τὰ ὅμηρα καὶ τὰς πίστεις. πρὸς οὓς ἡ μὲν ἀπιστία μέγα ὄφελος, οἱ δὲ πιστευθέντες τὰ μέγιστα κατέβλαψαν, καθάπερ οἱ Χηροῦσκοι καὶ οἱ τούτοις ὑπήκοοι, παρ' οἷς τρία τάγματα Ῥωμαίων μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Οὐάρου Κουιντιλλίου παρασπονδηθέντα ἀπώλετο ἐξ ἐνέδρας. ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν, Σεγιμοῦντός τε Σεγέστου υἱός, Χηρούσκων ἡγεμών, καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ, γυνὴ δ' Ἀρμενίου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον Κουιντίλλιον παρασπονδήσει καὶ νῦν ἔτι συνέχοντος τὸν πόλεμον, ὄνομα Θουσνέλδα, καὶ υἱὸς τριετὴς Θουμέλικος· ἔτι δὲ Σεσίθακος, Σεγιμήρου υἱὸς τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος, καὶ γυνὴ τούτου Ῥαμίς, Οὐκρομίρου θυγάτηρ, ἡγεμόνος Χάττων, καὶ Δευδόριξ, Βαιτόριγος τοῦ Μέλωνος ἀδελφοῦ υἱός, Σούγαμβρος. Σεγέστης δὲ ὁ πενθερὸς τοῦ Ἀρμενίου καὶ ἐξ ἀρχῆς διέστη πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ καὶ λαβὼν καιρὸν ηὐτομόλησε καὶ τῷ θριάμβῳ παρῆν τῶν φιλτάτων, ἐν τιμῇ ἀγόμενος· ἐπόμπευσε δὲ καὶ Λίβης τῶν Χάττων ἱερεύς, καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν, Καθύλκων καὶ Ἀμψάνων, Βρουκτέρων, Οὐσίπων, Χηρούσκων, Χάττων, Χαττουαρίων, Λανδῶν, Τουβαττίων. διέχει δὲ τοῦ Ἄλβιος ὁ Ῥῆνος περὶ τρισχιλίους σταδίους, εἴ τις εὐθυπορούσας ἔχει τὰς ὁδούς· νυνὶ δὲ διὰ σκολιᾶς καὶ ἑλώδους καὶ δρυμῶν κυκλοπορεῖν ἀνάγκη.

5. Ὁ δὲ Ἑρκύνιος δρυμὸς πυκνότερός τέ ἐστι καὶ μεγαλόδενδρος ἐν χωρίοις ἐρυμνοῖς, κύκλον περιλαμβάνων μέγαν, ἐν μέσῳ δὲ ἵδρυται χώρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένη, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. ἔστι δὲ πλησίον αὐτῆς ἥ τε τοῦ Ἴστρου πηγὴ καὶ ἡ τοῦ Ῥήνου, καὶ ἡ μεταξὺ ἀμφοῖν λίμνη καὶ τὰ ἕλη τὰ ἐκ τοῦ Ῥήνου διαχεόμενα. ἔστι δ' ἡ λίμνη τὴν μὲν περίμετρον σταδίων πλειόνων ἢ τριακοσίων, δίαρμα δὲ ἐγγὺς διακοσίων. ἔχει δὲ καὶ νῆσον, ᾗ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ Τιβέριος ναυμαχῶν πρὸς Οὐινδολικούς. νοτιωτέρα δ' ἐστὶ τῶν τοῦ Ἴστρου

fluvius, inter quem et Rhenum bellum felici successu gerens obiit Drusus Germanicus. Hic non gentes modo plurimas subegit, sed etiam insulas in legendo litore obvias: quarum est Byrchanis (*Strab. ap. St. Byz.* Burchanis), quam obsidione cepit.

4. Innotuere istæ gentes, quum bellum contra Romanos gererent, deinde iis cederent, post vel rursus deficerent vel suas habitationes desererent. Ac fuissent plures etiam cognitæ, si Augustus militum ducibus permisisset ut, transmisso Albi, eos qui huc emigraverant persequerentur. Sed promptius censuit Augustus se bellum, quod erat in manibus, confecturum, si populos ultra Albim *sitos ac nihil* moventes, missos faceret, neque irritatos ad societatem cum hostibus ineundam invitaret. Belli initium fecere Melone duce Sugambri, Rheno vicini: hinc deinceps alii alio succedebant (διεδέχοντο), potiti imperio, eoque deturbati postea, rursumque deficientes fide et obsidibus proditis. Adversus hos plurimum utilitatis est in incredulitate: nam quibus fides habita est, ii maxima damna intulerunt: ut Cherusci et eorum subditi, apud quos tres Romanæ legiones cum duce Quintilio Varo contra datam fidem insidiis circumventæ perierunt. Pœnas tamen luerunt universi, ac Germanico juniori clarissimum præbuere triumphum, in quo illustrissimos viros ac feminas duxit, inter eosque Segimuntum, Segesti filium, Cheruscorum ducem, sororemque ejus, uxorem vero Arminii, qui belli dux fuerat Cheruscis, quum violatis pactis Varum Quintilium invaserunt, *atque* etiamnum bellum fovet, nomine Thusnelda, ac filius tres annos natus Thumelicus: nec non Sesithacus, Segimeri filius, Cheruscorum ducis, ejusque uxor Rhamis, Ucromiri (Actumeri *sec. Tacit.*) filia Chattorum (*codd.* Battorum) ducis, et Deudorix, Bætorigis filius, qui frater erat Melonis, Sugamber. Segestes autem Arminii socer, quum initio sententiæ generi restitisset, capto tempore ad Romanos transfugerat, tumque triumphum in quo ducerentur ei carissima, in honore ipse habitus a Romanis, spectavit. Ductus est in pompa etiam Libes, Chattorum sacerdos, aliique multi ex devastatis populis, Cathylcis, Ampsanis (*supra*: Caulcis, Campsianis), Bructeris, Usipis (*codd.* Nusipis), Cheruscis, Chattis, Chattuariis, Landis (*Marsis?*), Tubattiis (*sive* Tubantibus; *codd.*: Subantiis) Distat ab Albi Rhenus, si quis recta via iter facere eo posset, ad tria stadiorum millia: sed obliquo itinere et per circuitum eo via ducit, ob paludes et saltus.

5. Silva Hercynia densior est, magnisque consita arboribus in locis natura munitis, magnum includens circulum: in medio autem sita est regio habitationibus bene apta, de qua diximus (4, 6, 9). Prope eam origo est Istri et Rheni, ac lacus inter horum fontes situs, et paludes e Rheno effusæ. Lacus in ambitu habet stadia amplius trecentis (*sexcentis?*), trajectum prope ducentorum. In eo etiam insula est, qua pro receptaculo usus est Tiberius, navali pugna cum Vindelicis certans. Ceterum lacus hic magis

πηγῶν καὶ αὕτη, (καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμός,) ὥστ' ἀνάγκη τῷ ἐκ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν ἰόντι πρῶτον μὲν διαπερᾶσαι τὴν λίμνην, ἔπειτα τὸν Ἴστρον, εἶτ' ἤδη δι' εὐπετεστέρων χωρίων ἐπὶ τὸν δρυμὸν τὰς προβάσεις ποιεῖσθαι δι' ὀροπεδίων. ἡμερήσιον δ' ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος εἶδε τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. προσάπτονται δὲ τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαιτοί, τὸ δὲ πλέον Ἑλουήττιοι καὶ Οὐινδολικοὶ †καὶ ἡ Βοΐων ἐρημία. μέχρι Παννονίων πάντες, τὸ πλέον δ' Ἑλουήττιοι καὶ Οὐινδολικοί, οἰκοῦσιν ὀροπέδια. Ῥαιτοὶ δὲ καὶ Νωρικοὶ μέχρι τῶν Ἀλπίων ὑπερβολῶν ἀνίσχουσι καὶ πρὸς τὴν Ἰταλίαν περινεύουσιν, οἱ μὲν Ἰνσούβροις συνάπτοντες, οἱ δὲ Κάρνοις καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἀκυληίαν χωρίοις. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ὕλη μεγάλη Γαβρῆτα ἐπὶ τάδε τῶν Σοήβων, ἐπέκεινα δ' ὁ Ἑρκύνιος δρυμός· ἔχεται δὲ κἀκεῖνος ὑπ' αὐτῶν.

quam Istri fontes versus meridiem inclinat, adeo ut necesse sit, eum qui e Gallia Hercyniam petit silvam, prius transire lacum, deinde Istrum, ac porro per commodiora jam itineri loca et montanas planities ad silvam ipsam progredi. Unius diei iter progressus a lacu Tiberius fontes Istri vidit. Lacum Rhæti exigua parte, majore Helvetii et Vindelici attingunt. [*Post Vindelicos orientem versus sequuntur Norici*] et Bojorum solitudo. Usque ad Pannonios omnes, magis tamen reliquis Helvetii et Vindelici montanas incolunt planities. Rhæti et Norici usque ad Alpium summa assurgunt, et versus Italiam vergunt, alii Insubres, alii Carnos et quæ sunt circa Aquileiam loca attingentes. Est etiam alia magna silva Gabreta, citra sedes Suevorum, dum trans eas est Hercynius saltus, quem tamen et ipsum Suevi tenent.

ΚΕΦ. Β.

Περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ λῃστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελασθεῖεν ἐκ τῶν τόπων· καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν, ἣν εἶχον πρότερον, καὶ ἔπεμψαν τῷ Σεβαστῷ δῶρον τὸν ἱερώτατον παρ' αὐτοῖς λέβητα, αἰτούμενοι φιλίαν καὶ ἀμνηστίαν τῶν ὑπηργμένων· τυχόντες δέ, ὧν ἠξίουν, ἀπῆραν· γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει, δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι, προσοργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. ἔοικε δὲ πλάσματι τὸ συμβῆναί ποτε ὑπερβάλλουσαν πλημμυρίδα· ἐπιτάσεις μὲν γὰρ καὶ ἀνέσεις δέχεται τεταγμένας δὲ καὶ περιοδιζούσας ὁ ὠκεανὸς ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. ἡ γὰρ τάξις ἡ τῶν πλημμυρίδων καὶ τὸ τὴν ἐπικλυζομένην χώραν εἶναι γνώριμον οὐκ ἔμελλε ταύτας τὰς ἀτοπίας παρέξειν· δὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τούτου συμβαίνοντος τὸ μηδ' ἅπαξ αἰσθάνεσθαι φυσικὴν οὖσαν τὴν παλίρροιαν καὶ ἀβλαβῆ, καὶ οὐ μόνοις τούτοις συμβαίνουσαν, ἀλλὰ τοῖς παρωκεανίταις πᾶσι, πῶς οὐκ ἀπίθανον; οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι. οὔτε δὲ τοσούτῳ τάχει τὴν ἐπίβασιν ὁρμωμένην ἱστοροῦμεν, ἀλλὰ λεληθότως προσιοῦσαν τὴν θάλατταν· οὔτε τὸ καθ' ἡμέραν γιγνόμενον καὶ πᾶσιν ἔναυλον ἤδη ὂν τοῖς πλησιάζειν μέλλουσι, πρὶν ἢ θεάσασθαι, τοσοῦτον ἔμελλε παρέξεσθαι φόβον, ὥστε φεύγειν, ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀδοκήτου προσέπεσε.

CAP. II

De Cimbris vero quædam minus recte dicuntur, quædam probabilitatem habent non mediocrem. Neque enim hac de causa eos incertis vagari sedibus et latrociniis victum quærere aliquis crediderit, quod e peninsula, quam inhabitabant, ingenti maris exundatione fuerint ejecti : nam etiam nunc antiquas incolunt sedes, atque hinc Augusto lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, dono miserunt, amicitiam expetentes, et veniam illatarum injuriarum; eamque consecuti domum redierunt; porro ridiculum sit, eos ob naturalem ac sempiternum eventum, quotidie bis redeuntem, iratos solum vertisse. Figmentum vero esse videtur, eluviem aliquando immodicam accidisse: quum id genus Oceani accidentia intendantur quidem ea et remittantur, sed ordine tamen suo atque modo. Neque recte etiam is, qui arma adversus exundationem capere Cimbros ait : nec magis, ut exercitatione intrepidi fiant, Celtas pati domos suas aquis obrui, rursumque ædificare, pluresque eorum aquis quam bello perire; quod quidem Ephorus tradidit. Nam hæc absurda non admittit quum ordo æstuum, tum notitia regionis quæ illuviem patitur. Quum enim bis quotidie æstus accidat, qui credibile sit tandem, ne semel quidem eos sensisse, naturalem esse hanc maris reciprocationem et innoxiam, nec non sibi cum omnibus ad Oceanum accolentibus communem? Male etiam Clitarchus, equites narrans, accursum maris spectantes, citatis equis refugisse, et pæne fuisse affluxu obrutos. Neque enim tanta celeritate accedere mare deprehendimus, sed sensim et latenter : neque id quod fieret quotidie, et si qui accessissent, antequam cerneretur, aures personaret, tantum potuit objicere his terrorem, ut quasi de improviso oblata re fugam facerent.

2. Ταῦτα δὲ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, διότι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη βόσπορος, οἷον Κιμβρικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. φησὶ δὲ καὶ Βοΐους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον, τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοΐων ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας καταβῆναι, εἶτ' ἐπὶ Τευρίστας καὶ Ταυρίσκους, καὶ τούτους Γαλάτας, εἶτ' ἐπὶ Ἑλουηττίους, πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ· ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον, ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ' ἑαυτοῖς, τοὺς Ἑλουηττίους ἐπαρθῆναι, μάλιστα δ' αὐτῶν Τιγυρηνούς τε καὶ Τωυγένους, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι. πάντες μέντοι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, αὐτοί τε οἱ Κίμβροι καὶ οἱ συναράμενοι τούτοις, οἱ μὲν ὑπερβαλόντες τὰς Ἄλπεις εἰς τὴν Ἰταλίαν, οἱ δ' ἔξω τῶν Ἄλπεων.

3. Ἔθος δέ τι τῶν Κίμβρων διηγοῦνται τοιοῦτον, ὅτι ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συστρατευούσαις παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες· τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις. καταστέψασαι δ' αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκοσι· εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο· ἄλλαι δὲ διασχίσασαι ἐσπλάγχνευον ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ' ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον.

4. Τῶν δὲ Γερμανῶν, ὡς εἶπον, οἱ μὲν προσάρκτιοι παρήκουσι τῷ ὠκεανῷ. γνωρίζονται δ' ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν μέχρι τοῦ Ἄλβιος. τούτων δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι Σούγαμβροί τε καὶ Κίμβροι. τὰ δὲ πέραν τοῦ Ἄλβιος τὰ πρὸς τῷ ὠκεανῷ παντάπασιν ἄγνωστα ἡμῖν ἐστιν. οὔτε γὰρ τῶν προτέρων οὐδένα ἴσμεν τὸν παράπλουν τοῦτον πεποιημένον πρὸς τὰ ἑωθινὰ μέρη τὰ μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης, οὔθ' οἱ Ῥωμαῖοί πω προῆλθον εἰς τὰ περαιτέρω τοῦ Ἄλβιος· ὡς δ' αὔτως οὐδὲ πεζῇ παρωδεύκασιν οὐδένες. ἀλλ' ὅτι μὲν κατὰ μῆκος ἰοῦσιν ἐπὶ τὴν ἕω τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν (μέρη) τοῦ Πόντου χωρία ἀπαντᾷ, δῆλον ἐκ τῶν κλιμάτων καὶ τῶν παραλλήλων διαστημάτων. τί δ' ἐστὶ πέραν τῆς Γερμανίας καὶ τί τῶν ἄλλων τῶν ἑξῆς, εἴτε Βαστάρνας χρὴ λέγειν, ὡς οἱ πλείους ὑπονοοῦσιν, εἴτ' ἄλλους μεταξὺ ἢ Ἰάζυγας ἢ Ῥωξολανοὺς ἤ τινας ἄλλους τῶν Ἁμαξοίκων οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν· οὐδ' εἰ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ παρήκουσι παρὰ πᾶν τὸ μῆκος, ἤ ἐστί τι ἀοίκητον ὑπὸ ψύχους ἢ ἄλλης αἰτίας, ἢ εἰ καὶ γένος ἀνθρώπων ἄλλο διαδέχεται μεταξὺ τῆς θαλάττης καὶ τῶν

2. Hæc Posidonius jure in scriptoribus reprehendit. Idem haud inepte suspicatur, Cimbros, utpote prædones et incertis errabundos sedibus, ad Mæotin usque paludem militiam agitasse, et fuisse ab iis etiam Cimmerium Bosporum denominatum, quasi Cimbricum, quum Græci Cimbros Cimmeriorum nomine afficiant. Idem perhibet Boios quondam Hercyniam incoluisse silvam : ac Cimbros, quum ad ea loca se contulissent, ab iis repulsos, ad Istrum et Scordiscos Gallos descendisse, inde ad Teuristas ac (*sive?*) Tauriscos, ipsos quoque Gallos, tum ad Helvetios, auri illos divites, ceterum pacem colentes. Hos vero, quum viderent suis majores opes latrociniis Cimbrorum partas, maxime Tigurinos ac Toygenos, animis excitatos esse, adeo ut etiam socios se Cimbrorum expeditioni adjungerent. Omnes autem a Romanis debellati sunt et Cimbri et eorum socii, partim quum superatis Alpibus in Italiam descenderent, partim extra Alpes.

3. Morem vero hunc fuisse Cimbris usitatum ferunt. Uxores, quæ eos in bellum sequebantur, vates quædam comitabantur canæ, albo vestitu, carbasinis supparis desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis : eæ per castra captivis occurrebant strictis gladiis, vittatosque ad crateram æneam adducebant amphoras circiter viginti capientem. Ad eam pulpitum erat, quo conscenso vates sublimis singulis supra lebetem elevatis guttur incidebat : e sanguine autem in crateram fuso divinationem quandam captabant : aliæ cadavera sic cæsorum scindebant, intestinisque spectatis victoriam suis vaticinabantur. In prœliis vero pelles pulsabant cratibus curruum prætentas, quibus sonitus terribilis edebatur.

4. Germanorum, ut diximus, septentrionales qui sunt, propter litus Oceani porriguntur : ac noti sunt ab ostiis Rheni usque ad Albin, inter eosque notissimi sunt Sugambri et Cimbri. Quæ autem trans Albin ad Oceanum sunt, nobis prorsus sunt ignota. Nam neque priorum quenquam compertum habemus istud litus prætervavigasse versus orientem usque ad Caspii maris fauces, necdum Romani ad ea quæ sunt ultra Albin sita, penetrarunt; neque etiam terrestri itinere quisquam illa perlustravit. At si qui iter faciant secundum longitudinem orientem versus, loca Borystheni contermina Pontique plagas boreales objici, e climatum et æqualiter distantium linearum rationibus liquet. Quid autem sit ultra Germanos et reliquos iis confines, sive ii sunt Bastarnæ, ut plerique putant, sive alii sunt interjecti, vel Iazyges vel Roxolani vel alii quidam eorum qui in curribus domicilia habent, non est facile dictu : neque, an per totum illum tractum ad Oceanum usque porrigantur, an sit aliqua portio quæ vel ob frigus vel alia de causa habitari nequeat : item, an aliud genus hominum inter orientales Germanos et Oceanum sit

ἑῴων Γερμανῶν ἱδρυμένον. τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ ἀγνόημα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐφεξῆς προσαρκτίων ἔλεγεν· οὔτε γὰρ τοὺς Βαστάρνας οὔτε τοὺς Σαυρομάτας καὶ ἁπλῶς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου οἰκοῦντας ἴσμεν, οὔθ' ὁπόσον ἀπέχουσι τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης, οὔτ' εἰ συνάπτουσιν αὐτῇ.

ΚΕΦ. Γ.

Τὸ δὲ νότιον μέρος τῆς Γερμανίας τὸ πέραν τοῦ Ἄλβιος τὸ μὲν συνεχὲς ἀκμὴν ὑπὸ τῶν Σοήβων κατέχεται· εἶτ' εὐθὺς ἡ τῶν Γετῶν συνάπτει γῆ, κατ' ἀρχὰς μὲν στενή, παρατεταμένη τῷ Ἴστρῳ κατὰ τὸ νότιον μέρος, κατὰ δὲ τοὐναντίον τῇ παρωρείᾳ τοῦ Ἑρκυνίου δρυμοῦ, μέρος τι τῶν ὀρῶν καὶ αὐτὴ κατέχουσα, εἶτα πλατύνεται πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι Τυρεγετῶν· τοὺς δὲ ἀκριβεῖς ὅρους οὐκ ἔχομεν φράζειν. διὰ δὲ τὴν ἄγνοιαν τῶν τόπων τούτων οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς Ὑπερβορείους μυθοποιοῦντες λόγου ἠξίωνται, καὶ ἃ Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης κατεψεύσατο † ταῦτα τῆς παρωκεανίτιδος, προσχήματι χρώμενος τῇ περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἱστορίᾳ. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐάσθωσαν· οὐδὲ γὰρ εἴ τινα Σοφοκλῆς τραγῳδεῖ περὶ τῆς Ὠρειθυίας λέγων, ὡς ἀναρπαγεῖσα ὑπὸ Βορέου κομισθείη

ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς
νυκτός τε πηγὰς οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχὰς
Φοίβου (τε) παλαιὸν κῆπον,

οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ νῦν, ἀλλ' ἐατέον, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ ὁ Σωκράτης. ἃ δὲ ἔκ τε τῆς παλαιᾶς ἱστορίας καὶ τῆς νῦν παρειλήφαμεν, ταῦτα λέγωμεν.

2. Οἱ τοίνυν Ἕλληνες τούς (τε) Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον· ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου καὶ οὗτοι καὶ οἱ Μυσοί, Θρᾷκες ὄντες καὶ αὐτοί, καὶ οὓς νῦν Μοισοὺς καλοῦσιν· ἀφ' ὧν ὡρμήθησαν καὶ οἱ νῦν μεταξὺ Λυδῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Τρώων οἰκοῦντες Μυσοί. Καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Φρύγες Βρίγες εἰσί, Θρᾴκιόν τι ἔθνος, καθάπερ καὶ Μυγδόνες καὶ Βέβρυκες καὶ Μαιδοβιθυνοὶ καὶ Βιθυνοὶ καὶ Θυνοί, δοκῶ δὲ καὶ τοὺς Μαριανδυνούς. οὗτοι μὲν οὖν τελέως ἐκλελοίπασι πάντες τὴν Εὐρώπην, οἱ δὲ Μυσοὶ συνέμειναν. καὶ Ὅμηρον [δὲ] ὀρθῶς εἰκάζειν μοι δοκεῖ Ποσειδώνιος (δὲ) τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μυσοὺς κατονομάζειν (λέγω δὲ τοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ), ὅταν φῇ·

αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ,
νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων·

ἐπεὶ εἴ γε τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Μυσοὺς δέχοιτό τις, ἀπηρτημένος ἂν εἴη ὁ λόγος. τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν Τρώων τρέψαντα τὴν ὅρασιν ἐπὶ τὴν Θρᾳκῶν γῆν συγκαταλέγειν ταύτῃ τὴν τῶν Μυσῶν, τῶν οὐ νόσφιν ὄντων, ἀλλ' ὁμόρων τῇ Τρῳάδι καὶ ὄπισθεν αὐτῆς ἱδρυμένων καὶ ἑκατέρωθεν, διειργομένων δ' ἀπὸ τῆς Θρᾴκης πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, συγχέοντος ἂν εἴη τὰς ἠπείρους καὶ ἅμα τῆς φράσεως οὐκ ἀκούοντος. τὸ γὰρ πάλιν

interjectum. Eadem ignoratio etiam de reliquis qui deinceps sunt populis septemtrionalibus obtinet (ἐπέχει). Neque enim scimus, Bastarnæ et Sauromatæ et in universum qui supra Pontum habitant, quantum absint ab Atlantico mari, neque an eo usque pertingant.

CAP. III.

Meridionalis autem pars Germaniæ trans Albim sita, quæ quidem contigua est, a Suevis adhuc tenetur; deinceps continuo Getarum adjacet terra, quæ initio quidem angusta juxta Istrum porrecta est parte sua meridionali, opposito autem latere juxta radicem montanam silvæ Hercyniæ, partem montium ipsa quoque complectens: deinde versus septemtrionem dilatatur usque ad Tyregetas; etsi accuratius fines describere non licet. Atque ignoratione horum locorum factum est ut audiantur, qui Rhipæos montes et Hyperboreos commenti sunt, et quæ de ora Oceani mendacia tradidit Pytheas Massiliensis, auctoritatem iis adstruere studens ex rerum cœlestium et mathematicarum scientia. Eos igitur missos faciamus. Neque enim, si qua tragice Sophocles fabulatur, Orithyiam a Borea raptam narrans fuisse perlatam

superque Pontum ad terræ fines extumos,
fontesque noctis, et cœli adversam plagam,
hortum veteremque Phœbi,

quicquam hæc ad institutum nostrum faciunt. Itaque omittamus ista, ut et in Phædro Socrates. Quæ autem ex veteri ac recenti historia accepimus, ea referamus.

2. Igitur Græci Getas existimaverunt esse Thracicam gentem. Hi Getæ ad utramque ripam Istri accolebant, itemque Mysi, ipsi quoque Thraces, et quos nunc Mœsos vocant, a quibus profecti sunt qui nunc inter Lydos, Phryges ac Troes habitant Mysi. Quin et ipsi Phryges Briges sunt, gens Thracia, sicut et Mygdones, Bebryces, Mædobithyni, Bithyni, Thyni, et (ut arbitror) Mariandyni: atque hi quidem omnes Europam prorsus deseruerunt: Mysi autem in ea constitere. Et sane Posidonii comprobo conjecturam, qui Europæos, id est Thracios, Mysos ab Homero nominari judicat his verbis (*Il.* 13, 3):

Rursus (*e. i.* retro) sua lumina torsit,
Thraces equûm domitores, cominus atque potentes
pugna respiciens Mysos.

Nam si quis Asiæ populum Mysos intelligat, incongruus erit sermo. Qui enim dicens Jovem a Troja visum avertentem in Thracum terram, cum his comprehendat Mysos non in diversa parte sitos, sed confines Troadi, et post eam incolentes atque ab utroque latere, a Thracia autem lato divisos Hellesponto, is et terræ continentes partes diversas confuderit, neque Homeri verba intellexerit. Nam

τρέπεν μάλιστα μέν ἐστιν εἰς τοὐπίσω· ὁ δ' ἀπὸ τῶν Τρώων μεταφέρων τὴν ὄψιν ἐπὶ τοὺς μὴ ὄπισθεν αὐτῶν ἢ ἐκ πλαγίων ὄντας προσωτέρω μὲν μεταφέρει, εἰς τοὐπίσω δ' οὐ πάνυ. καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δ' αὐτοῦ τούτου μαρτύριον, ὅτι τοὺς Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους καὶ Ἀβίους συνῆψεν αὐτοῖς, οἵπερ εἰσὶν οἱ ἁμάξοικοι Σκύθαι καὶ Σαρμάται. καὶ γὰρ νῦν ἀναμέμικται ταῦτα τὰ ἔθνη τοῖς Θρᾳξὶ καὶ τὰ Βασταρνικά, μᾶλλον μὲν τοῖς ἐκτὸς Ἴστρου, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐντός. τούτοις δὲ καὶ τὰ Κελτικά, οἵ τε Βόϊοι καὶ Σκορδίσκοι καὶ Ταυρίσκοι. τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι Σκορδίστας καλοῦσι καὶ τοὺς Ταυρίσκους δὲ Λιγυρίσκους καὶ Ταυρίστας φασί.

3. Λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς ὁ Ποσειδώνιος καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ' εὐσέβειαν, διὰ δὲ τοῦτο καὶ θρεμμάτων· μέλιτι δὲ χρῆσθαι καὶ γάλακτι καὶ τυρῷ ζῶντας καθ' ἡσυχίαν, διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε καὶ καπνοβάτας· εἶναι δέ τινας τῶν Θρᾳκῶν, οἳ χωρὶς γυναικὸς ζῶσιν, οὓς Κτίστας καλεῖσθαι, ἀνιερῶσθαί τε διὰ τιμὴν καὶ μετὰ ἀδείας ζῆν· τούτους δὴ συλλήβδην ἅπαντας τὸν ποιητὴν εἰπεῖν ἀγαυοὺς Ἱππημολγούς, γαλακτοφάγους ἀβίους τε, δικαιοτάτους ἀνθρώπους. ἀβίους δὲ προσαγορεύειν μάλιστα, ὅτι χωρὶς γυναικῶν, ἡγούμενον ἡμιτελῆ τινα βίον τὸν χῆρον, καθάπερ καὶ τὸν οἶκον ἡμιτελῆ τὸν Πρωτεσιλάου, διότι χῆρος· ἀγχεμάχους δὲ τοὺς Μυσούς, ὅτι ἀπόρθητοι, καθὰ οἱ ἀγαθοὶ πολεμισταί· δεῖν δὲ ἐν τῷ [τρισκαι]δεκάτῳ ἐγγράφειν ἀντὶ τοῦ Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων [Μοισῶν τ' ἀγχεμάχων].

4. Τὸ μὲν οὖν τὴν γραφὴν κινεῖν ἐκ τοσούτων ἐτῶν εὐδοκιμήσασαν περιττὸν ἴσως. πολὺ γὰρ πιθανώτερον ὠνομάσθαι μὲν ἐξ ἀρχῆς Μυσούς, μετωνομάσθαι δὲ καὶ νῦν. τοὺς ἀβίους δὲ τοὺς χήρους [οὐ] μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνεστίους καὶ τοὺς ἁμαξοίκους δέξαιτ' ἄν τις· μάλιστα γὰρ περὶ τὰ συμβόλαια καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἐκτίμησιν συνισταμένων τῶν ἀδικημάτων, τοὺς οὕτως ἀπ' ὀλίγων εὐτελῶς ζῶντας δικαιοτάτους εὔλογον κληθῆναι· ἐπεὶ καὶ οἱ φιλόσοφοι τῇ σωφροσύνῃ τὴν δικαιοσύνην ἐγγυτάτω τιθέντες τὸ αὔταρκες καὶ τὸ λιτὸν ἐν τοῖς πρώτοις ἐζήλωσαν· ἀφ' οὗ καὶ προεκπτώσεις τινὰς αὐτῶν παρέωσαν ἐπὶ τὸν κυνισμόν. τὸ δὲ χήρους γυναικῶν οἰκεῖν οὐδεμίαν τοιαύτην ἔμφασιν ὑπογράφει, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Θρᾳξί, καὶ τούτων τοῖς Γέταις. ὅρα δ' ἃ λέγει Μένανδρος περὶ αὐτῶν, οὐ πλάσας, ὡς εἰκός, ἀλλ' ἐξ ἱστορίας λαβών·

> Πάντες μὲν οἱ Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται
> ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι
> ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος) οὐ σφόδρ' ἐγκρατεῖς
> ἐσμέν,

καὶ ὑποβὰς μικρὸν τῆς περὶ τὰς γυναῖκας ἀκρασίας τίθησι τὰ παραδείγματα·

> Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ δέκ' ἢ
> ἕνδεκα γυναῖκας δώδεκά τ' ἢ πλείους τινές.
> ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ

rursum oculos convertere, id maxime est retrorsum avertere : qui autem a Trojanis visum transferret in eos, qui vel a tergo (ἢ ὄπ.) eorum, vel a latere siti sunt, is proferret quidem, non autem retro visum averteret. Etiam quæ sequuntur apud poetam hoc ipsum testantur, quod scilicet Mysis adjungit Hippomolgos, Galactophagos et Abios, qui sunt in vehiculis habitantes Scythæ et Sarmatæ. Nam etiamnum permixtæ sunt istæ et Bastarnicæ gentes Thracibus, magis quidem iis qui extra, sed etiam iis qui intra Istrum accolunt : iisdemque etiam Celticæ, Boii, Scordisci, Taurisci. Ceterum Scordiscos quidam Scordistas (*codd.* Scoriscas) appellant, Tauriscos autem Ligyriscos (*Teuriscos?*) et Tauristas vocant.

3. Idem Posidonius ait Mysos pietatis ergo quum animatis, tum eapropter etiam pecudibus abstinere; sed melle uti et lacte et caseo, vitam agentes tranquillam : ideoque eos et deûm cultores nominari, et Capnobatas (?); esse etiam quosdam Thraces, qui absque mulieribus vivant : eosque Ctistas (?) vocari, et sacros honoris gratia haberi, securosque vivere. Hos universos Homerum summatim appellasse « *claros Mulctores equorum, lactivoros, et parco viventes* (ἀβίους), *homines justissimos.* » *Abios* autem dicere præcipue quod uxoribus careant; nam viduam vitam quasi dimidia sui dumtaxat parte constantem censere, sicut etiam Protesilai domum, eo exstincto viduatam, semiperfectam vocet [*Il.* 2, 701]; porro *cominus pugnantes* dici Mysos, quod sint inexpugnabiles, sicuti strenui bellatores. Denique in libro Iliadis decimo [*tertio*] pro Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων scribendum esse [Μοισῶν τ' ἀγχεμάχων].

4. Enimvero supervacaneum fortasse fuerit, scripturam a tot jam annis comprobatam velle loco movere. Multo enim credibilius est, ab initio Mysos appellatos, nunc immutato nomine efferri; ἀβίους vero non a viduitate potius, quam quod laribus careant et in vehiculis degant, vocatos fuisse credideris; nam quum præcipue circa contractus et pecuniarum acquisitionem (ἐπίκτησιν) committantur injuriæ, eos, qui ad tenuem victum tam paucis uterentur rebus, consentaneum est justissimos dici : quando philosophi etiam temperantiæ justitiam proximo loco apponentes, vitam alienis non indigentem et frugalem in primis affectaverunt : unde etiam quidam eorum modum excedentes, ad cynicum vitæ genus dejecti sunt. Quod autem absque uxoribus viverent, nullum ejusmodi indicium subjicit, maxime apud Thraces, et ex his apud Getas. Considera enim quæ de iis Menander, non ficta, puto, sed ex historia desumpta scribit :

> Thraces quidem ita sunt omnes, nos autem Getæ
> eximie ante omnes (nam me quoque indidem
> ortum profiteor); temperanter haud nimis
> agere solemus;

et paullo post exempla eorum circa mulieres intemperantiæ apponit :

> Nostrorum namque nemo ducit nisi decem aut
> uxores undecim, aliqui duodecim, plures.
> Si ductis quattuor puta aut quinque oppetat

καταστροφῆς τις, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ' ἐν τοῖς ἐκεῖ.

ταῦτα γὰρ ὁμολογεῖται μὲν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων. οὐκ εἰκὸς δὲ τοὺς αὐτοὺς ἅμα μὲν ἄθλιον νομίζειν βίον τὸν μὴ μετὰ πολλῶν γυναικῶν, ἅμα δὲ σπουδαῖον καὶ δίκαιον τὸν τῶν γυναικῶν χῆρον. τὸ δὲ δὴ καὶ θεοσεβεῖς νομίζειν καὶ καπνοβάτας τοὺς ἐρήμους γυναικῶν σφόδρα ἐναντιοῦται ταῖς κοιναῖς ὑπολήψεσιν. ἅπαντες γὰρ τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας· αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπὶ πλέον θεραπείας τῶν θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ ποτνιασμούς· σπάνιον δ' εἴ τις ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν εὑρίσκεται τοιοῦτος. ὅρα δὲ πάλιν τὸν αὐτὸν ποιητήν, ἃ λέγει εἰσάγων τὸν ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν δαπάναις καὶ λέγοντα·

ἐπιτρίβουσι δ' ἡμᾶς οἱ θεοί,
μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ γάρ τινα
ἄγειν ἑορτήν ἐστ' ἀνάγκη·

τὸν δὲ μισογύνην, αὐτὰ ταῦτα αἰτιώμενον·

Ἐθύομεν δὲ πεντάκις τῆς ἡμέρας,
ἐκυμβάλιζον δ' ἑπτὰ θεράπαιναι κύκλῳ,
αἱ δ' ὠλόλυζον.

τὸ μὲν οὖν ἰδίως τοὺς ἀγύνους τῶν Γετῶν εὐσεβεῖς νομίζεσθαι παράλογόν τι ἐμφαίνει· τὸ δ' ἰσχύειν ἐν τῷ ἔθνει τούτῳ τὴν περὶ τὸ θεῖον σπουδὴν ἔκ τε ὧν εἶπε Ποσειδώνιος οὐκ ἀπιστητέον (καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι δι' εὐσέβειαν) καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἱστορίας.

5. Λέγεται γάρ τινα τῶν Γετῶν, ὄνομα Ζάμολξιν, δουλεῦσαι Πυθαγόρᾳ, καί τινα τῶν οὐρανίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν, τὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίων, πλανηθέντα καὶ μέχρι δεῦρο· ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν οἰκείαν σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς ἡγεμόσι καὶ τῷ ἔθνει, προλέγοντα τὰς ἐπισημασίας· τελευτῶντα δὲ πεῖσαι τὸν βασιλέα κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς αὐτὸν λαβεῖν, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἐξαγγέλλειν ἱκανόν· καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἱερέα κατασταθῆναι τοῦ μάλιστα τιμωμένου παρ' αὐτοῖς θεοῦ, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ Θεὸν προσαγορευθῆναι, καὶ καταλαβόντα ἀντρῶδές τι χωρίον ἄβατον τοῖς ἄλλοις ἐνταῦθα διαιτᾶσθαι, σπάνιον ἐντυγχάνοντα τοῖς ἐκτός, πλὴν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν θεραπόντων· συμπράττειν δὲ τὸν βασιλέα, ὁρῶντα τοὺς ἀνθρώπους προσέχοντας ἑαυτῷ πολὺ πλέον ἢ πρότερον, ὡς ἐκφέροντι τὰ προστάγματα κατὰ συμβουλὴν θεῶν. Τουτὶ δὲ τὸ ἔθος διέτεινεν ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, ἀεί τινος εὑρισκομένου τοιούτου τὸ ἦθος, ὃς τῷ μὲν βασιλεῖ σύμβουλος ὑπῆρχε, παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο Θεός· καὶ τὸ ὄρος ὑπελήφθη ἱερόν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως· ὄνομα δ' αὐτῷ Κωγαίονον, ὁμώνυμον τῷ παραρρέοντι ποταμῷ. καὶ δὴ ὅτε Βυρεβίστας ἦρχε τῶν Γετῶν, ἐφ' ὃν ἤδη παρεσκευάσατο Καῖσαρ ὁ Θεὸς στρατεύειν, Δεκαίνεος εἶχε ταύτην τὴν τιμήν· καί πως τὸ τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι Πυθαγόρειον τοῦ Ζαμόλξιος ἔμεινε παραδοθέν.

6. Τοιαῦτα μὲν οὖν [οὐ] κακῶς ἄν τις διαπορoίη περὶ τῶν κειμένων παρὰ τῷ ποιητῇ, περί τε Μυσῶν

mortem aliquis, veneris hic expers, miser,
cælebs habet cognomen istis in locis.

Hæc quidem etiam alii confirmant. Neque vero probabile est, eosdem simul et vitam paucis contentam mulieribus miseram deputare, et probum justumque ducere eum, qui conjugii sit exsors. Porro etiam religiosos et Capnobatas existimari eos, qui uxoribus carent, id communibus opinionibus prorsus repugnat. Cuncti namque mulieres religionis auctores esse putant. Hæ sunt quæ etiam viros invitant ad curiosiores cultus deorum, festos dies ac supplicationes: raro vir seorsum vivens, qui ista curet, invenitur. Atque hîc rursus eundem mihi audi poetam, qui virum introducens de mulierum in sacrificia impensis dolentem loqui facit hunc in modum:

Perdunt dî nos maxime
quotquot mariti sumus: agendus nam dies
numquam non festus aliquis:

et mulierum osorem eadem ipsa exprobrantem:

Sacrificabamus quinquies uno die;
pulsabant septem famulæ in orbem cymbala;
ululabant aliæ.

Igitur cælibes viros peculiari modo apud Getas haberi religiosos, rationi contrarium esse apparet: at vigere in hac gente cultus divini studium (eamque animatis abstinere religiositatis ergo. *Glossa ut vid.*), tum propter ea quæ Posidonius attulit non potest addubitari, tum ex reliqua historia patet.

5. Memoriæ enim proditum est Getam quendam Zamolxin nomine, Pythagoræ famulum fuisse, et ex eo quædam de rebus cœlestibus cognovisse, alia vero etiam ex Ægyptiis, usque ad illos quoque vagatum. Deinde in patriam reversum studiose expetitum fuisse a proceribus ac gente, quod ostentorum cœlestium eventa præmonstraret; tandemque regi ab eo persuasum esse, ut ipsum, tanquam aptum ad ea, quæ diis placuissent, enuncianda, collegam regni assumeret: itaque Zamolxin initio sacerdotem creatum ejus qui præcipue colitur apud Getas dei; deinde etiam nomen Dei eum accepisse, et occupato loco quodam antroso ceterisque inaccesso, vitam ibi egisse, raro cum externis, rege et famulis exceptis, congressum: usumque ad hoc auxilio regis, qui sibi quam ante multo audientiores dicto subditos sentiret, edicta scilicet sua consilio deorum promulganti. Is mos ad nostram usque duravit ætatem, semper ejus indolis aliquo reperto, qui regi a consiliis erat, et a Getis Deus nominabatur: montem quoque putaverunt sacrum, itaque appellabant: nomen ei, ut et flumini præterlabenti, Cogæonum. Atque adeo quando Byrebistas (*Bœrebistas* p. 303) Getis præfuit, in quem jam divus Cæsar adornabat expeditionem, Decæneus (*Decineus* p. 762) eo honore fungebatur; quin et institutum Pythagoreum de abstinentia animalium a Zamolxi traditum fere permansit.

6. Ceterum ejusmodi dubitationes de iis quæ apud Poetam leguntur de Mysis clarisque Equimulgis, haud inepte ali-

καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν· ἃ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος εἴρηκεν, ἥκιστα λέγοιτ' ἄν. ἐπαινεῖ γὰρ Ἐρατοσθένους ἀπόφασιν, ὅτι φησὶν ἐκεῖνος καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιούς, τὰ μὲν Ἑλληνικὰ εἰδέναι, τῶν δὲ πόρρω πολλὴν ἔχειν ἀπειρίαν, ἀπείρους μὲν μακρῶν ὁδῶν ὄντας, ἀπείρους δὲ τοῦ ναυτίλλεσθαι. συνηγορῶν δὲ τούτοις Ὅμηρόν φησι τὴν μὲν Αὐλίδα καλεῖν πετρήεσσαν, ὥσπερ καὶ ἔστι, πολύκνημον δὲ τὸν Ἐτεωνόν, πολυτρήρωνα δὲ τὴν Θίσβην, ποιήεντα δὲ τὸν Ἁλίαρτον· τὰ δ' ἄποθεν οὔτ' αὐτὸν εἰδέναι οὔτε τοὺς ἄλλους. ποταμῶν γοῦν περὶ τετταράκοντα ῥεόντων εἰς τὸν Πόντον, μηδὲ τῶν ἐνδοξοτάτων μηδενὸς μεμνῆσθαι, οἷον Ἴστρου, Τανάιδος, Βορυσθένους, Ὑπάνιος, Φάσιδος, Θερμώδοντος, Ἅλυος· ἔτι δὲ Σκυθῶν μὲν μὴ μεμνῆσθαι, πλάττειν δὲ ἀγαυούς τινας Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε. Παφλαγόνας τε τοὺς ἐν τῇ μεσογαίᾳ ἱστορηκέναι παρὰ τῶν πεζῇ τοῖς τόποις πλησιασάντων, τὴν παραλίαν δὲ ἀγνοεῖν· καὶ εἰκότως γε. ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν ταύτην καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθικῶν, ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δ' Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων· ὁμοίως δ' ἀγνοεῖν καὶ τὰ περὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, οἷον τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου καὶ προσχώσεις τοῦ πελάγους, ὧν οὐδαμοῦ μεμνῆσθαι, οὐδὲ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τῆς Αἰγυπτίας θαλάττης, οὐδὲ τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν ὠκεανόν, εἰ μὴ Ζήνωνι τῷ φιλοσόφῳ προσεκτέον γράφοντι·

Αἰθίοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

οὐ θαυμαστὸν δ' εἶναι περὶ Ὁμήρου· καὶ γὰρ τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν· Ἡσίοδον μὲν Ἡμίκυνας λέγοντα καὶ Μεγαλοκεφάλους καὶ Πυγμαίους, Ἀλκμᾶνα δὲ Στεγανόποδας, Αἰσχύλον δὲ Κυνοκεφάλους καὶ Στερνοφθάλμους καὶ Μονομμάτους (ἐν τῷ Προμηθεῖ φασι,) καὶ ἄλλα μυρία. ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντας καὶ τὸ Ὠγύιον *ὄρος καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν καὶ τὴν παρὰ Θεοπόμπῳ Μεροπίδα γῆν, παρ' Ἑκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν, παρ' Εὐημέρῳ δὲ τὴν Παγχαίαν γῆν, παρ' Ἀριστοτέλει δὲ ποταμίους λίθους ἐξ ἄμμου, ἐκ δὲ τῶν ὄμβρων τήκεσθαι· ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Διονύσου πόλιν εἶναι, ταύτην δ' οὐκ ἐνδέχεσθαι δὶς τὸν αὐτὸν ἐξευρεῖν. ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γάρ, αὖ χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι, τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν· ἄλλους δ' αἰτιᾶται ψεύσα-

quis moverit; quæ autem Apollodorus in exordio libri secundi De navibus affert, nullo pacto admitti possunt. Laudat enim is sententiam Eratosthenis, qui Homerum ceterosque veteres ait Græcarum quidem rerum notitia præditos, remotiorum vero valde ignaros: quippe imperitos longorum itinerum, imperitos item navigationis. Quibus verbis ille patrocinans, Homerum ait Aulidem sane appellare saxosam, uti est, et Eteonum saltuosam, et Thisben columbis abundantem, et Haliartum herbosam; remotiora autem neque illi neque reliquis nota fuisse. Nam quum in Pontum circiter quadraginta influant amnes, ne nobilissimorum quidem ullius mentionem eum facere, Istri puta, aut Tanaidis, Borysthenis, Hypanis, Phasidis, Thermodontis, Halyos; porro Scytharum eum non meminisse, sed fingere præclaros quosdam Equimulgos, Lactivoros et Parcivivos. Paphlagonas mediterraneos eum cognovisse ex narratione eorum, qui terrestri itinere ad eos accessissent, maritimam autem Paphlagoniam ignorasse: idque consentaneum esse. Hoc enim mare tum navigabile non fuisse: sed Axenum (*Inhospitale*) appellatum, ob frigoris nimii difficultatem et sævitiam accolentium ibi populorum, maxime Scytharum hospites immolantium et carnibus eorum vescentium ac capitibus poculorum loco utentium: postea vero Euxinum (*Hospitale*) fuisse appellatum, quum Iones in ora ejus urbes condidissent. Similiter eum ignorare res Ægypti et Libyæ, ut Nili exundationes, *et maris alluviones*, quarum nusquam meminerit, sicut neque isthmi inter Rubrum et Ægyptium mare, neque eorum quæ in Arabia et Æthiopia sunt atque Oceano: nisi si Zenoni philosopho sit assentiendum, sic scribenti Homericum versum (*Od.* 4, 83, *ubi est :.... Sidonios* et Erembos):

Veni et ad Æthiopes et Sidonios Arabesque.

Neque vero id de Homero mirum esse, quum etiam posteriores multa ignoraverint et prodigiose finxerint, ut Hesiodus Semicanes, Capitones, Pygmæos; Alcman Palmipedes; Æschylus (in Prometheo *gloss.*) Canicipites, Oculos in pectore gerentes, Unoculos, et alia infinita. Ab his se convertit adversum scriptores, qui Rhipæos montes et Orgyium montem et Gorgonum ac Hesperidum domicilium tradiderint, et ad Meropidem Theopompi terram, Cimmeridem Hecatæi urbem, Euemeri Panchæam terram; apud Aristotelem vero lapides fluviales memorari ex arena formatos, qui imbribus liquescant: porro in Libya Bacchi urbem esse quam unus idemque bis invenire non possit. Quin et eos insectatur, qui de sententia Homeri Ulyssem circa Siciliam vagatum fuisse affirmant: aut certe dicendum fuisse, Ulyssem quidem eo locorum erroribus actum, sed poetam fabularum inducendarum gratia in Oceanum eos amovisse. Ac ceteris quidem veniam esse, minime vero Callimacho; qui quum grammaticum se profiteatur, Gaudum tamen Calypsûs insulam et Corcyram Scheriam esse dicat. Alios item culpat, qui de Gerenis et

σθαι περὶ Γερήνων καὶ τοῦ Ἀκακησίου καὶ Δήμου ἐν Ἰθάκῃ, Πελεθρονίου δ' ἐν Πηλίῳ, Γλαυκωπίου δ' ἐν Ἀθήναις. τούτοις δὲ μικρά τινα προσθεὶς τοιαῦτα παύεται, τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρὰ τοῦ Ἐρατοσθένους, ὡς καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, οὐκ εὖ εἰρημένα. τὸ μὲν γὰρ τοὺς ὕστερον ἐμπειροτέρους γεγονέναι τῶν πάλαι (τὰ) περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ Ἐρατοσθένει καὶ τούτῳ δοτέον· τὸ δ' οὕτω πέρα τοῦ μετρίου προάγειν, καὶ μάλιστα ἐφ' Ὁμήρου, δοκεῖ μοι κἂν ἐπιπλῆξαί τις δικαίως, καὶ τοὐναντίον εἰπεῖν, ὡς περὶ ὧν ἀγνοοῦσιν αὐτοί, περὶ τούτων τῷ ποιητῇ προφέρουσι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα οἰκείας μνήμης τυγχάνει, τὰ δ' ἐν τοῖς καθόλου.

7. Νυνὶ δὲ περὶ Θρᾳκῶν ἐλέγομεν,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων,

βουλόμενοι συγκρῖναι τά τε ὑφ' ἡμῶν καὶ τὰ ὑπὸ Ποσειδωνίου λεχθέντα καὶ τὰ ὑπὸ τούτων· πρότερον δ' ὅτι τὴν ἐπιχείρησιν ὑπεναντίαν τοῖς προτεθεῖσι πεποίηνται. προὔθεντο μὲν γὰρ διδάξαι, διότι τῶν πόρρω τῆς Ἑλλάδος πλείων ἦν ἄγνοια τοῖς πρεσβυτέροις ἢ τοῖς νεωτέροις· ἔδειξαν δὲ τἀναντία, καὶ οὐ [κατὰ] τὰ πόρρω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ Ἑλλάδι. ἀλλ', ὡς ἔφην, τὰ ἄλλα μὲν ὑπερκείσθω· τὰ δὲ νῦν σκοπῶμεν. Σκυθῶν μὲν γὰρ [μὴ] μεμνῆσθαι κατ' ἄγνοιάν φασι, μηδὲ τῆς περὶ τοὺς ξένους ὠμότητος αὐτῶν, καταθυόντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων, δι' οὓς Ἄξενος ὠνομάζετο ὁ πόντος, πλάττειν δ' ἀγαυούς τινας Ἱππημολγούς, Γαλακτοφάγους Ἀβίους τε, δικαιοτάτους ἀνθρώπους, τοὺς οὐδαμοῦ γῆς ὄντας. πῶς οὖν Ἄξενον ὠνόμαζον, εἰ μὴ ᾔδεισαν τὴν ἀγριότητα, μηδ' αὐτοὺς τοὺς μάλιστα τοιούτους; οὗτοι δ' εἰσὶ δήπου οἱ Σκύθαι. πρότερον δ' οὐδ' Ἱππημολγοὶ ἦσαν οἱ ἐπέκεινα τῶν Μυσῶν καὶ Θρᾳκῶν καὶ Γετῶν, οὐδὲ Γαλακτοφάγοι καὶ Ἄβιοι; ἀλλὰ καὶ νῦν εἰσιν Ἁμάξοικοι καὶ Νομάδες καλούμενοι, ζῶντες ἀπὸ θρεμμάτων καὶ γάλακτος καὶ τυροῦ, καὶ μάλιστα ἱππείου, θησαυρισμὸν δ' οὐκ εἰδότες οὐδὲ καπηλείαν, πλὴν ἢ φόρτον ἀντὶ φόρτου. πῶς οὖν ἠγνόει τοὺς Σκύθας ὁ ποιητής, Ἱππημολγοὺς καὶ Γαλακτοφάγους τινὰς προσαγορεύων; ὅτι γὰρ οἱ τότε τούτους Ἱππημολγοὺς ἐκάλουν, καὶ Ἡσίοδος μάρτυς ἐν τοῖς ὑπ' Ἐρατοσθένους παρατεθεῖσιν ἔπεσιν·

Αἰθίοπάς τε Λίγυς τε ἰδὲ Σκύθας ἱππημολγούς.

τί δὲ θαυμαστόν, εἰ διὰ τὸ πλεονάζειν παρ' ἡμῖν τὴν περὶ τὰ συμβόλαια ἀδικίαν, δικαιοτάτους εἶπεν ἀγαυοὺς τοὺς ἥκιστα ἐν τοῖς συμβολαίοις καὶ τῷ ἀργυρισμῷ ζῶντας, ἀλλὰ καὶ κοινὰ κεκτημένους πάντα πλὴν ξίφους καὶ ποτηρίου, ἐν δὲ τοῖς πρῶτον τὰς γυναῖκας Πλατωνικῶς ἔχοντας κοινὰς καὶ τέκνα. καὶ Αἰσχύλος δ' ἐμφαίνει συνηγορῶν τῷ ποιητῇ, φήσας περὶ τῶν Σκυθῶν,

ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.

Acacesio, de Ithacæ Demo, Pelethronio in Pelio, Glaucopio Athenis falsa scripserint. Atque aliis id genus paucis additis finem facit, pleraque ex Eratosthene mutuatus, quæ, ut supra jam monuimus, haud recte dicta sunt. Quippe et Eratostheni et illi facile dederim, posteriores antiquis in peritia rerum geographicarum præstitisse : sed adeo ultra modum reprehendendo provectos, maxime in Homerum, videtur mihi merito quispiam objurgare posse, adeoque contrarium asserere, eos poetæ rerum ignorationem exprobrare earum, quas ipsi nesciant. Ac reliqua quidem suis singula locis seorsum commemorantur; quædam vero in parte generali.

7. Nunc vero de Thracibus nobis sermo erat,

acribus et Mysis, nec non claris Equimulgis,
Lactivorisque Abiis, quis gens non justior ulla,

ut compararemus, quæ a nobis et Posidonio dicta sunt, et quæ illi dixerunt : prius vero hoc est, quod ratiocinationem proposito suo contrariam instituerunt. Quum enim statuissent ostendere ea quæ a Græcia longius distant, vetustioribus minus fuisse quam recentioribus nota, contrarium ostenderunt, neque de remotis tantum, sed etiam de iis quæ sunt in ipsa Græcia. Sed, ut dixi, reliqua differamus : nunc propositum persequamur. Scytharum aiunt Homerum nullam ex ignoratione fecisse mentionem, nec eorum in hospites crudelitatis, quippe quos immolarent, devorarent, quorumque capitibus pro poculis uterentur, ob quæ Pontus fuerit dictus Axenus, fingere autem eum egregios quosdam Equimulgos et Lactivoros atque Abios, homines justissimos, qui nusquam terrarum sint. Quo igitur pacto Axenum dixerunt, si ignorabant sævitiam, aut eos qui maxime eam exercerent? Hi vero utique sunt Scythæ. An vero tum temporis ii, qui ultra Mysos, Thraces, Getasque incolebant, Equimulgi non erant et Lactivori et Abii? At etiam nunc ibi sunt qui Hamaxœci (*in curribus degentes*) et Nomades (*a vagando*) dicantur, e pecore lacteque et caseo, maxime equino, victitent, neque reponendi opes aut cauponandi ullam norint artem, sed tantum mercibus merces permutent. Qui ergo Homerus Scythas ignoravit, qui Equimulgos et Lactivoros quosdam nominat? Hos enim ea tempestate Equimulgos fuisse appellatos, Hesiodus quoque testatur iis, qui ab Eratosthene adducuntur, versibus :

Æthiopes, Liguresque atque Scythas equimulgos.

Quid vero mirum, si, quia apud nos fraudes in commerciis frequentes sunt, justissimos [*et*] claros illos Homerus vocavit, qui minime contractibus et pecuniæ quæstu vitam agunt, sed gladio poculoque exceptis reliqua omnia communia inter sese habent, inque primis uxores et liberos, Platonis instituto convenienter. Porro Æschylus quoque haud obscure Homero adstipulatur, sic de Scythis pronuncians :

sed casei equini esores bonis legibus utentes Scythæ.

αὕτη δ' ἡ ὑπόληψίς καὶ νῦν ἔτι συμμένει παρὰ τοῖς Ἕλλησιν· ἁπλουστάτους τε γὰρ αὐτοὺς νομίζομεν καὶ ἥκιστα κακεντρεχεῖς εὐτελεστέρους τε πολὺ ἡμῶν καὶ αὐταρκεστέρους· καίτοι ὅ γε καθ' ἡμᾶς βίος εἰς πάντας σχεδόν τι διατέτακε τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν, τρυφὴν καὶ ἡδονὰς καὶ κακοτεχνίας εἰς πλεονεξίας μυρίας πρὸς ταῦτ' εἰσάγων. πολὺ οὖν τῆς τοιαύτης κακίας καὶ εἰς τοὺς βαρβάρους ἐμπέπτωκε τούς τε ἄλλους καὶ τοὺς Νομάδας. καὶ γὰρ θαλάττης ἁψάμενοι χείρους γεγόνασι, λῃστεύοντες καὶ ξενοκτονοῦντες, καὶ ἐπιπλεκόμενοι πολλοῖς μεταλαμβάνουσι τῆς ἐκείνων πολυτελείας καὶ καπηλείας· ἃ δοκεῖ μὲν εἰς ἡμερότητα συντείνειν, διαφθείρει δὲ τὰ ἤθη καὶ ποικιλίαν ἀντὶ τῆς ἁπλότητος τῆς ἄρτι λεχθείσης εἰσάγει.

8. Οἱ μέντοι πρὸ ἡμῶν, καὶ μάλιστα οἱ ἐγγὺς τοῖς Ὁμήρου χρόνοις, τοιοῦτοί τινες ἦσαν καὶ ὑπελαμβάνοντο παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὁποίους Ὅμηρός φησιν. ὅρα δὲ ἃ λέγει Ἡρόδοτος περὶ τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως, ἐφ' ὃν ἐστράτευσε Δαρεῖος, καὶ τὰ ἐπεσταλμένα παρ' αὐτοῦ. ὅρα δὲ καὶ ἃ λέγει Χρύσιππος περὶ τῶν τοῦ Βοσπόρου βασιλέων τῶν περὶ Λεύκωνα. πλήρεις δὲ καὶ αἱ Περσικαὶ ἐπιστολαὶ τῆς ἁπλότητος, ἧς λέγω, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Βαβυλωνίων καὶ Ἰνδῶν ἀπομνημονευόμενα. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀνάχαρσις καὶ Ἄβαρις καί τινες ἄλλοι τοιοῦτοι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμουν, ὅτι ἐθνικόν τινα χαρακτῆρα ἐπέφαινον εὐκολίας καὶ λιτότητος καὶ δικαιοσύνης. καὶ τί δεῖ τοὺς πάλαι λέγειν; Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Φιλίππου κατὰ τὴν ἐπὶ Θρᾷκας τοὺς ὑπὲρ τοῦ Αἵμου στρατείαν ἐμβαλὼν εἰς Τριβαλλούς, ὁρῶν μέχρι τοῦ Ἴστρου καθήκοντας καὶ τῆς ἐν αὐτῷ νήσου Πεύκης, τὰ πέραν δὲ Γέτας ἔχοντας, ἀφῖχθαι λέγεται μέχρι δεῦρο, καὶ ἐς μὲν τὴν νῆσον ἀποβῆναι μὴ δύνασθαι σπάνει πλοίων· ἐκεῖσε γὰρ καταφυγόντα τὸν τῶν Τριβαλλῶν βασιλέα Σύρμον ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν· εἰς δὲ τοὺς Γέτας διαβάντα ἑλεῖν αὐτῶν πόλιν καὶ ἀναστρέψαι διὰ ταχέων εἰς τὴν οἰκείαν, λαβόντα δῶρα [παρὰ] τῶν ἐθνῶν καὶ παρὰ τοῦ Σύρμου. φησὶ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου κατὰ ταύτην τὴν στρατείαν συμμῖξαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν φιλίας καὶ ξενίας χάριν, δεξάμενον δὲ αὐτοὺς φιλοφρόνως τὸν βασιλέα ἐρέσθαι παρὰ πότον, τί μάλιστα εἴη, ὃ φοβοῖντο, νομίζοντα αὐτὸν ἐρεῖν· αὐτοὺς δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι οὐδένα, πλὴν εἰ ἄρα μὴ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι, φιλίαν γε μὴν ἀνδρὸς τοιούτου περὶ παντὸς τίθεσθαι. ταῦτα δὲ ἁπλότητος τῆς τῶν βαρβάρων ἐστὶ σημεῖα, τοῦ τε μὴ συγχωρήσαντος μὲν τὴν ἀπόβασιν τὴν εἰς τὴν νῆσον, δῶρα δὲ πέμψαντος καὶ συνθεμένου φιλίαν, καὶ τῶν φοβεῖσθαι μὲν οὐδένα φαμένων, φιλίαν δὲ περὶ παντὸς τίθεσθαι μεγάλων ἀνδρῶν. ὅ τε Δρομιχαίτης κατὰ τοὺς διαδόχους ἦν τοὺς Ἀλεξάνδρου Γετῶν βασιλεύς· ἐκεῖνος τοίνυν λαβὼν ζωγρίᾳ Λυσίμαχον ἐπιστρατεύσαντα αὐτῷ, δείξας τὴν πενίαν τήν τε ἑαυτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν αὐτάρκειαν, ἐκέλευσε τοῖς τοιούτοις

Quæ sane opinio etiamnum apud Græcos manet. Existimamus enim eos esse simplicissimos minimeque fraudulentos, tum nobis multo frugaliores atque paucioribus rebus contentos : tametsi nostræ ætatis vivendi ratio fere in omnes gentes propagavit mutationem morum in deterius, introductis luxu et voluptatibus et harum gratia malis artibus, et [καὶ *pro* εἰς] mille defraudandi studiis. Cujus corruptelæ magna pars etiam ad barbaros permeavit, quum alios, tum Nomades. Hi enim, mari tentato, facti sunt deteriores, latrocinia jam exercendo et hospites interficiendo : et quia cum variis hominibus res ipsis esse cœpit, ex iis luxuriam et cauponum artes didicere : quæ quanquam videntur ad exuendam ferociam ferre, tamen mores corrumpunt, inque locum dictæ jam simplicitatis versutiam sufficiunt.

8. At vero qui ante nos, et maxime qui circa Homeri tempora vixerunt Scythæ, tales et fuerunt et a Græcis judicati sunt, quales Homerus appellavit. Nam considera mihi quæ Herodotus (4, 127) narrat de Scytharum rege, in quem Darius bellum movit, ejusque ad hunc mandata. Perpende porro, quæ de Bosporanis regibus, in quibus Leuco, Chrysippus tradit. Quin et Persicæ epistolæ ejus, quam dixi, simplicitatis sunt plenæ, et ea quæ ab Ægyptiis, Babyloniis Indisque commemorantur. Eaque de causa Anarcharsis, Abaris, aliique nonnulli eorum similes apud Græcos in magna erant existimatione, quod gentilitiam quandam facilitatis, frugalitatis ac justitiæ notam præ se ferrent. Sed quid ego priscos recenseo? Alexander Magnus, Philippi filius, in ea expeditione quam in Thraces supra Hæmum habitantes fecit, impetu in Triballos facto, quos ad Istrum usque et sitam in eo insulam Peucen pertingere videbat, ulteriora vero fluvii a Getis teneri, eo usque progressus dicitur : et in insulam quidem ne intraret, navigiorum fuisse impeditum penuria (eo enim confugisse Syrmum Triballorum regem, aggressoque intrare obstitisse); in Getas vero trajecisse, captaque eorum urbe celeriter revertisse domum, donis a gentibus et Syrmo acceptis. Porro in hac expeditione, ut Ptolemæus Lagi filius perhibet, Celtæ, qui ad Adriam incolebant, amicitiæ et hospitii jungendi causa Alexandrum convenerunt. Quos rex comiter exceptos inter pocula interrogavit, ecquid esset, quod maxime metuerent, putans ipsum dicturos esse; illi vero responderunt, neminem se metuere, nisi hoc, ne forte cœli casu obruerentur, interim se tanti viri amicitiam maximi pendere. Hæc simplicitatis barbarorum sunt indicia : quorum ille non passus Alexandrum in insulam venire, dona tamen misit, amicitiamque junxit; hi nullius se metu teneri, magnorum tamen virorum amicitiam plurimi facere responderunt. Dromichætes porro, qui ætate successorum Alexandri Magni Getarum rex fuit, Lysimachum quum in suam potestatem vivum redegisset, a quo bello erat petitus, commonstrata ei quum sua, tum gentis paupertate, simulque ut suis contenti fortunis vitam tolerarent : monuit, ne bello tales persequeretur, sed amicis iis uteretur : hospitioque

μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις χρῆσθαι· ταῦτα δ' εἰπών, ξενίσας καὶ συνθέμενος φιλίαν, ἀπέλυσεν αὐτόν. καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῇ Πολιτείᾳ τὴν θάλατταν ὡς πονηροδιδάσκαλον φεύγειν οἴεται δεῖν ὅτι πορρωτάτω τοὺς εὖ πολιτευσομένους καὶ μὴ οἰκεῖν ἐπ' αὐτῇ.

9. Ἔφορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ μὲν τῆς ἱστορίας, Εὐρώπῃ δ' ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, περιοδεύσας τὴν Εὐρώπην μέχρι Σκυθῶν ἐπὶ τέλει φησὶν εἶναι τῶν τε ἄλλων Σκυθῶν καὶ τῶν Σαυροματῶν τοὺς βίους ἀνομοίους· τοὺς μὲν γὰρ εἶναι χαλεπούς, ὥστε καὶ ἀνθρωποφαγεῖν, τοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπέχεσθαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, φησί, τὰ περὶ τῆς ὠμότητος αὐτῶν λέγουσιν, εἰδότες τὸ δεινόν τε καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐκπληκτικὸν ὄν· δεῖν δὲ τἀναντία καὶ λέγειν καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι, καὶ αὐτὸς οὖν περὶ τῶν δικαιοτάτοις ἤθεσι χρωμένων ποιήσεσθαι τοὺς λόγους· εἶναι γάρ τινας τῶν Νομάδων Σκυθῶν γάλακτι τρεφομένους ἵππων, τῇ [τε] δικαιοσύνῃ πάντων διαφέρειν, μεμνῆσθαι δ' αὐτῶν τοὺς ποιητάς· Ὅμηρον μὲν

Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων,

φήσαντα τὴν γῆν καθορᾶν τὸν Δία, Ἡσίοδον [δὲ] ἐν τῇ καλουμένῃ Γῆς περιόδῳ, τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν Ἁρπυιῶν ἄγεσθαι

Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.

εἶτ' αἰτιολογεῖ, διότι ταῖς διαίταις εὐτελεῖς ὄντες καὶ οὐ χρηματισταὶ πρός τε ἀλλήλους εὐνομοῦνται, κοινὰ πάντα ἔχοντες τά τε ἄλλα καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τέκνα καὶ τὴν ὅλην συγγένειαν, πρός τε τοὺς ἐκτὸς ἄμαχοί εἰσι καὶ ἀνίκητοι, οὐδὲν ἔχοντες ὑπὲρ οὗ δουλεύσουσι. καλεῖ δὲ καὶ Χοιρίλον, εἰπόντα ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας, ἣν ἔζευξε Δαρεῖος·

μηλονόμοι τε Σάκαι, γενεᾷ Σκύθαι· αὐτὰρ ἔναιον
Ἀσίδα πυροφόρον· Νομάδων γε μὲν ἦσαν ἄποικοι,
ἀνθρώπων νομίμων.

καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος τούτου τοῦ γένους φησὶν εἶναι· νομισθῆναι δὲ καὶ ἑπτὰ σοφῶν ἕνα τελείᾳ σωφροσύνῃ καὶ συνέσει· εὑρέματά τε αὐτοῦ λέγει τά τε ζώπυρα καὶ τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν καὶ τὸν κεραμικὸν τροχόν. ταῦτα δὲ λέγω, σαφῶς μὲν εἰδὼς ὅτι καὶ οὗτος αὐτὸς οὔτε ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων, καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος (πῶς γὰρ ὁ τροχὸς εὕρεμα αὐτοῦ, ὃν οἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν;

ὡς δ' ὅτε τις κεραμεὺς τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσι,

καὶ τὰ ἑξῆς)· ἀλλ' ἐκεῖνα διασημῆναι βουλόμενος, ὅτι κοινῇ τινι φήμῃ καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν καὶ ὑπὸ τῶν ὕστερον πεπιστεῦσθαι συνέβαινε τὸ τῶν Νομάδων, τοὺς μάλιστα ἀπῳκισμένους ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων γαλακτοφάγους τε εἶναι καὶ ἀβίους καὶ δικαιοτάτους, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ὁμήρου πεπλάσθαι.

10. Περί τε τῶν Μυσῶν δίκαιός ἐστιν ὑποσχεῖν λόγον

exceptum, composita amicitia demisit. [Sed Plato in Republica (*immo in Legg.* p. 705) mare, ut magistrum malorum, quam longissime fugere debere eos præcipit, quibus reipublicæ forma bene constitutæ sit cordi, neque ad mare habitare. *Hæc, si Strabonis sunt, ad finem* § 7 *transferenda.*]

9. Jam Ephorus quarto Historiarum libro, qui inscribitur Europa, Europæ partibus ad Scythiam usque explicando peragratis, ad finem refert quum aliorum Scytharum, tum Sauromatarum vivendi rationem esse dissimilem. Quosdam enim eo immanitatis progredi, ut humanis etiam vescantur carnibus: contra alios a ceteris etiam animantibus abstinere. Atque reliqui quidem scriptores (ait) de crudelitate eorum verba faciunt, quod sciant animos rerum atrocium ac terribilium narratione percelli: quum contrarias potius virtutes et referre et tanquam exempla proponere debuissent; ipsum igitur de iis verba facturum esse, qui moribus utantur probissimis. Esse enim quosdam de vagis seu Nomadibus Scythis, qui equorum lacte vescantur, justitia omnibus superiores: meminisse vero eorum poetas, ut Homerum, ubi

Lactivororum Abiorumque, justissimorum hominum,

terram respicere Jovem dicat; Hesiodum vero in poemate quod Circuitus terræ inscribitur, Phineum dicere ab Harpyis abduci

Lactivororum in terram, qui in curribus domos habent.

Deinde causam rei exponens docet eos, quum exili utantur victu neque sint quæstui dediti, tum bonis inter se regi legibus, omnia habentes communia, cetera et uxores et liberos cunctosque cognatos: tum adversus exteros invictos esse atque inexpugnabiles, quod nihil habeant, cujus causa servitutem agant. Citatque etiam Chœrilum, qui in Transitu ratis, qua Darius (*Xerxes*) mare junxit, hæc posuerit:

oviumque pastores Sacæ, genere Scythæ; at habitabant
Asiam feracem tritici; Nomadum scilicet erant coloni,
hominum justorum.

Ephorus porro Anacharsidem, cui sapientis nomen tribuit, ea de gente fuisse scribit, propter eximiam moderationem et intelligentiam unum de septem sapientibus habitum; et esse ejus inventa fomites, ancipitem ancoram ac rotam figuli. Hæc ego commemoro, quanquam bene scio ipsum hunc Ephorum non verissima semper narrare, sicuti etiam hoc loco de Anacharside [quomodo enim rota hujus sit inventum, quam novit jam antiquior illo Homerus (*Il.* 18, 600):

veluti quum figulus aliquis rotam aptatam in manibus,

et quæ sequuntur] · verum id volui significare, communi quadam et priscorum et posteriorum fama creditum fuisse, Nomades, qui maxime ab aliis hominibus essent remoti, lacte vesci, opibus carere et esse justissimos, neque id fuisse ab Homero confictum.

10. De Mysis etiam recte ad reddendam rationem eorum

τῶν ἐν τοῖς ἔπεσι λεγομένων Ἀπολλόδωρος, πότερ' ἡγεῖται καὶ τούτους εἶναι πλάσματα, ὅταν φῇ ὁ ποιητής·

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,

ἢ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ δέχεται; τοὺς μὲν οὖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ δεχόμενος παρερμηνεύσει τὸν ποιητήν, ὡς προείρηται, πλάσμα [δὲ] λέγων, ὡς μὴ ὄντων ἐν τῇ Θρᾴκῃ Μυσῶν, παρὰ τὰ ὄντα [ἐρεῖ]. ἔτι γὰρ ἐφ' ἡμῶν (γοῦν) Αἴλιος Κάτος μετῴκισεν ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἴστρου πέντε μυριάδας σωμάτων παρὰ τῶν Γετῶν, ὁμογλώττου τοῖς Θρᾳξὶν ἔθνους, εἰς τὴν Θρᾴκην· καὶ νῦν οἰκοῦσιν αὐτόθι Μοισοὶ καλούμενοι, ἤτοι καὶ τῶν πρότερον οὕτω καλουμένων, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Μυσῶν μετονομασθέντων, ἤ, ὅπερ οἰκειότερόν ἐστι τῇ ἱστορίᾳ καὶ τῇ ἀποφάσει τοῦ ποιητοῦ, τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ Μυσῶν καλουμένων πρότερον. περὶ μὲν δὴ τούτων ἅλις· ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν ἑξῆς περιήγησιν.

11. Τῶν δὴ Γετῶν τὰ μὲν παλαιὰ ἀφείσθω, τὰ δ' εἰς ἡμᾶς ἤδη τοιαῦτα ὑπῆρξε. Βοιρεβίστας, ἀνὴρ Γέτης, ἐπιστὰς ἐπὶ τὴν τοῦ ἔθνους ἐπιστασίαν, ἀνέλαβε κεκακωμένους τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ συχνῶν πολέμων καὶ τοσοῦτον ἐπῆρεν ἀσκήσει καὶ νήψει καὶ τῷ προσέχειν τοῖς προστάγμασιν, ὥστ' ὀλίγων ἐτῶν μεγάλην ἀρχὴν κατεστήσατο, καὶ τῶν ὁμόρων τοὺς πλείστους ὑπέταξε τοῖς Γέταις· ἤδη δὲ καὶ Ῥωμαίοις φοβερὸς ἦν, διαβαίνων ἀδεῶς τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Θρᾴκην λεηλατῶν μέχρι Μακεδονίας καὶ τῆς Ἰλλυρίδος, τούς τε Κελτοὺς τοὺς ἀναμεμιγμένους τοῖς τε Θρᾳξὶ καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς ἐξεπόρθησε, Βοίους δὲ καὶ ἄρδην ἠφάνισε τοὺς ὑπὸ Κριτασίρῳ καὶ Ταυρίσκους. πρὸς δὲ τὴν εὐπείθειαν τοῦ ἔθνους συναγωνιστὴν ἔσχε Δεκαίνεον ἄνδρα γόητα, (καὶ) πεπλανημένον κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ προσημασίας ἐκμεμαθηκότα τινάς, δι' ὧν ὑπεκρίνετο τὰ θεῖα· καὶ δι' ὀλίγου καθίστατο Θεός, καθάπερ ἔφαμεν περὶ τοῦ Ζαμόλξεως διηγούμενοι. τῆς δ' εὐπειθείας σημεῖον· ἐπείσθησαν γὰρ ἐκκόψαι τὴν ἄμπελον καὶ ζῆν οἴνου χωρίς. ὁ μὲν οὖν Βοιρεβίστας ἔφθη καταλυθεὶς ἐπαναστάντων αὐτῷ τινων, πρὶν ἢ Ῥωμαίους στεῖλαι στρατείαν ἐπ' αὐτόν· οἱ δὲ διαδεξάμενοι τὴν ἀρχὴν εἰς πλείω μέρη διέστησαν. καὶ δὴ καὶ νῦν, ἡνίκα ἔπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς στρατείαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, εἰς πέντε μερίδας, τότε δὲ εἰς τέσσαρας διεστῶτες ἐτύγχανον· οἱ μὲν οὖν τοιοῦτοι μερισμοὶ πρόσκαιροι καὶ ἄλλοτ' ἄλλοι.

12. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος τῆς χώρας μερισμὸς συμμένων ἐκ παλαιοῦ· τοὺς μὲν γὰρ Δακοὺς προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας. Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους καὶ πρὸς τὴν ἕω, Δακοὺς δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς τὴν Γερμανίαν καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δάοι. τοῦτο γὰρ πιθανώτερον ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας· πόρρω γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ὑρκανίαν, καὶ οὐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζε-

quæ in carminibus dicuntur, revocandus est Apollodorus, hosne itidem commentum Homeri existimet, dicentis :

Mysorum cominus pugnantum et clarorum Hippomolgûm;

an vero de Asianis Mysis hæc accipiat. Quodsi Asianos Mysos intelligi vult, falsam (ut supra docuimus) verbis poetæ interpretationem ingerit; sin figmentum esse dicit, quasi nulli fuissent in Thracia Mysi, præter verum loquitur. Nam nostra adhuc ætate Ælius Catus ex partibus trans Istrum sitis a Getis, quæ gens eodem cum Thracibus sermone utitur, in Thraciam quinquaginta hominum millia traduxit : qui nunc ibi habitant, et Mœsi appellantur : sive jam olim sic appellati, Mysorum nomen in Asia demum acceperunt; sive (quod est ad historiam et verba poetæ accommodatius) antiquum iis in Thracia fuit Mysorum nomen. Ac de his quidem satis : conferamus nos ad eorum quæ subsequuntur enarrationem.

11. Getarum res antiquæ omittantur; quæ vero ad nostram fere ætatem pertinent, hujusmodi sunt. Bœrebistes natione Geta, quum imperio suæ gentis insisteret, eam crebris afflictam bellis refecit, tantumque exercitatione, sobrietate ac obedientia quam mandatis præstabant, evexit, ut intra paucos annos magnum constituerit regnum, finitimasque plerasque gentes Getarum imperio subjecerit : quin et Romanis jam cœpit terrorem afferre, Istrum audacter transiens, Thraciamque ad Macedoniam usque et Illyricum populans; idem Celtas Thracibus et Illyriis permixtos evastavit, Boios vero qui sub Critasiro erant, prorsus delevit, itemque Tauriscos. Gentem suam ut obsequio contineret, usus est opera Decænei, præstigiatoris hominis, qui per Ægyptum vagatus didicerat quædam ostenta, ex quibus se divina nosse simulabat : ac per tempus aliquod Dei munus habebat, sicuti supra de Zamolxi verba facientes narravimus. Quam autem fuerint dicto ejus audientes, indicio est, quod suadenti, ut vites exciderent viverentque sine vino, paruerunt. Enimvero Bœrebistas seditione quorundam oppressus ante est quam Romani exercitum adversus eum mitterent. Successores ejus in plures partes discesserunt : atque etiam nuper quum Augustus Cæsar exercitum adversus eos mitteret, in quinque, tunc vero in quattuor partes divisi erant : nempe istiusmodi divisiones pro tempore alias aliter fiunt.

12. Est vero etiam alia regionis distributio, quæ ab antiquo perduravit, ut alii Daci, alii Getæ appellentur; Getæ, qui versus Pontum et orientem inclinant; Daci, qui in contrarium ad Germaniam et Istri fontes vergunt, quos puto antiquitus esse Daos appellatos : unde etiam apud Atticos in usu fuerint servorum nomina Getæ ac Davi. Id enim probabilius est, quam a Dais Scythis, procul apud Hyrcaniam dissitis, dictos fuisse : quum verisimile non

σθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο, ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν καὶ Σύρον, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν τὸν Φρύγα, Τίβιον δὲ τὸν Παφλαγόνα. ἐπὶ τοσοῦτον [δ'] ὑπὸ τοῦ Βοιρεβίστα τὸ ἔθνος ἐξαρθὲν ἐταπεινώθη τελέως ὑπό τε τῶν στάσεων καὶ τῶν Ῥωμαίων· ἱκανοὶ δ' ὅμως εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν στέλλειν τέτταρας μυριάδας.

13. Ῥεῖ δὲ δι' αὐτῶν Μάρισος ποταμὸς εἰς τὸν Δανούιον, ᾧ τὰς παρασκευὰς ἀνεκόμιζον οἱ Ῥωμαῖοι τὰς πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ γὰρ τοῦ ποταμοῦ τὰ μὲν ἄνω καὶ πρὸς ταῖς πηγαῖς μέρη μέχρι τῶν καταρακτῶν Δανούιον προσηγόρευον, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Δακῶν φέρεται, τὰ δὲ κάτω μέχρι τοῦ Πόντου τὰ παρὰ τοὺς Γέτας καλοῦσιν Ἴστρον· ὁμόγλωττοι δ' εἰσὶν οἱ Δακοὶ τοῖς Γέταις. παρὰ μὲν οὖν τοῖς Ἕλλησιν οἱ Γέται γνωρίζονται μᾶλλον διὰ τὸ συνεχεῖς τὰς μεταναστάσεις ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου ποιεῖσθαι καὶ τοῖς Θρᾳξὶ καὶ τοῖς Μυσοῖς ἀναμεμῖχθαι· καὶ τὸ τῶν Τριβαλλῶν δ' ἔθνος, Θρᾳκικὸν ὄν, τὸ αὐτὸ πέπονθε τοῦτο. μεταναστάσεις γὰρ δέδεκται, τῶν πλησιοχώρων ἐς τοὺς ἀσθενεστέρους ἐξαναστάντων, τῶν μὲν ἐκ τῆς περαίας Σκυθῶν καὶ Βασταρνῶν καὶ Σαυροματῶν ἐπικρατούντων πολλάκις, ὥστε καὶ ἐπιδιαβαίνειν τοῖς ἐξελαθεῖσι καὶ καταμένειν τινὰς αὐτῶν ἢ ἐν ταῖς νήσοις ἢ ἐν τῇ Θρᾴκῃ· τῶν δ' ἐκ θατέρου μέρους ὑπ' Ἰλλυριῶν μάλιστα κατισχυομένων. αὐξηθέντες δ' οὖν ἐπὶ πλεῖστον οἵ τε Γέται οἵ τε Δακοί, ὥστε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐκπέμπειν στρατείας, νῦν ὅσον εἰς τέτταρας μυριάδας συνεσταλμένοι τυγχάνουσι καὶ ἐγγὺς μὲν ἥκουσι τοῦ ὑπακούειν Ῥωμαίων· οὔπω δ' εἰσὶν ὑποχείριοι τελέως διὰ τὰς ἐκ τῶν Γερμανῶν ἐλπίδας, πολεμίων ὄντων τοῖς Ῥωμαίοις.

14. Μεταξὺ δὲ τῆς Ποντικῆς θαλάττης τῆς ἀπὸ Ἴστρου ἐπὶ Τύραν καὶ ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία πρόκειται, πεδιὰς πᾶσα καὶ ἄνυδρος, ἐν ᾗ Δαρεῖος ἀποληφθεὶς ὁ Ὑστάσπεω, καθ' ὃν καιρὸν διέβη τὸν Ἴστρον ἐπὶ τοὺς Σκύθας, ἐκινδύνευσε πανστρατιᾷ δίψῃ διαλυθῆναι, συνῆκε δ' ὀψὲ καὶ ἀνέστρεψε. Λυσίμαχος δ' ὕστερον στρατεύσας ἐπὶ Γέτας καὶ τὸν βασιλέα Δρομιχαίτην οὐκ ἐκινδύνευσε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑάλω ζωγρίᾳ· πάλιν δ' ἐσώθη, τυχὼν εὐγνώμονος τοῦ βαρβάρου, καθάπερ εἶπον πρότερον.

15. Πρὸς δὲ ταῖς ἐκβολαῖς μεγάλη νῆσός ἐστιν ἡ Πεύκη· κατασχόντες δ' αὐτὴν Βαστάρναι Πευκῖνοι προσηγορεύθησαν· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι πολὺ ἐλάττους, αἱ μὲν ἀνωτέρω ταύτης, αἱ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ. ἑπτάστομος γάρ ἐστι· μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον, δι' οὗ σταδίων ἀνάπλους ἐπὶ τὴν Πεύκην ἑκατὸν εἴκοσι, ἧς κατὰ τὸ κάτω μέρος ἐποίησε τὸ ζεῦγμα Δαρεῖος· δύναιτο δ' ἂν ζευχθῆναι καὶ κατὰ τὸ ἄνω. τοῦτο δὲ καὶ πρῶτόν ἐστι στόμα ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον· τὰ δ' ἑξῆς ἐν παράπλῳ τῷ ἐπὶ τὸν Τύραν· διέχει δ' ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἕβδομον στόμα

videatur, inde in Atticam adducta mancipia. Nam servos Attici appellabant aut nominibus gentium unde fuerant adducti, ut Lydum, Syrum : aut iis quæ apud istas gentes essent usitatissima, ut Manen vel Midam qui ex Phrygia, Tibium qui e Paphlagonia. Ceterum Getarum gentem a Bœrebista in tantum potentiæ elatam, quum dissidia tum Romani penitus dejecerunt, etsi etiamnum quadraginta hominum millia mittere valent.

13. Per Getas Marisus fluvius in Danubium labitur, quo Romani res ad bellum necessarias subvexerunt. Etenim fluminis superiores partes et quæ versus fontes sunt ad catarractas usque, Danubium dixerunt, quæ maxime per Dacos feruntur; inferiores vero ad Pontum usque, quæ juxta Getas sunt, Istrum appellant. Eadem vero utuntur cum Dacis lingua Getæ. Atque apud Græcos quidem notiores sunt Getæ, ob crebras in utramque Istri ripam migrationes, et quod Thracibus sunt Mysisque permisti. Quod ipsum Triballis etiam, Thraciæ genti, usu venit. Namque hi quoque migrationes apud se exceperunt, finitimis in imbecilliores irrumpentibus; et trans Istrum quidem Scythæ, Bastarnæ et Sauromatæ ita sæpe prævaluerunt, ut etiam persequentes expulsos Istrum trajicerent quidamque eorum vel in insulis fluvii vel in Thracia subsisterent : qui vero ab altera sunt Istri parte, ab Illyriis maxime opprimebantur. Sed Getæ et Daci, quum eo crevissent eorum vires, ut etiam ducenta millia hominum in bellum educerent; nunc ad quadraginta fere millia redacti sunt, ac parum abest quin Romanis se submiserint; nondum enim prorsus se dederunt, quod spei aliquid est ipsis in Romanorum hostibus Germanis.

14. Inter *Getas vero et* mare Ponticum ab Istro Tyram versus Getarum jacet solitudo, campestris tota et aqua carens, in qua Darius, Hystaspis filius, interceptus, quo tempore Istrum transgressus Scythas petiit, in periculum venit siti cum toto exercitu pereundi : at sero intellecta re, reversus retro est. Postea autem temporis Lysimachus Getis eorumque regi Dromichætæ bellum inferens, non discrimen dumtaxat adiit, sed vivus etiam in hostis potestatem pervenit; salutem tamen barbari humanitate adeptus est, uti supra commemoravimus.

15. Ad ostia Istri magna est insula Peuce, quam tenentes Bastarnæ Peucini sunt cognominati. Sunt et aliæ insulæ multo minores, aliæ supra hanc, aliæ ad mare. Septem enim ostiis effunditur, quorum maximum est id quod Sacrum dicitur, per quod ad Peucen adverso flumine navigatio est stadiorum centum et viginti : cujus insulæ in parte inferiore litora junxit Darius, quum jungi etiam possent in superiore. Illud vero ostium etiam primum est ad sinistram Pontum intranti, reliqua deinceps, si quis præter litus versus Tyram naviget. Abest ab eo septimum ostium tre-

περὶ τριακοσίους σταδίους. γίνονται οὖν μεταξὺ τῶν στομάτων νησῖδες. τὰ μὲν δὴ τρία στόματα τὰ ἐφεξῆς τῷ ἱερῷ στόματί ἐστι μικρά· τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ μὲν πολὺ ἐλάττονα, τῶν δὲ μείζονα· Ἔφορος δὲ πεντάστομον εἴρηκε τὸν Ἴστρον. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Τύραν ποταμὸν πλωτὸν ἐνναχόσιοι στάδιοι· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ δύο λίμναι μεγάλαι, ἡ μὲν ἀνεῳγμένη πρὸς τὴν θάλατταν, ὥστε καὶ λιμένι χρῆσθαι, ἡ δ' ἄστομος.

16. Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα πύργος ἐστὶ Νεοπτολέμου καλούμενος καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη. ἀναπλεύσαντι δὲ ἑκατὸν τεσσαράκοντα σταδίους ἐφ' ἑκάτερα πόλεις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ὀφιοῦσσα· οἱ δὲ προσοικοῦντες τῷ ποταμῷ πόλιν φασὶν ἀνιόντι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους. διέχει δὲ τοῦ στόματος ἡ νῆσος ἡ Λευκὴ δίαρμα πεντακοσίων σταδίων, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως, πελαγία.

17. Εἶτα Βορυσθένης ποταμὸς πλωτὸς ἐφ' ἑξακοσίους σταδίους καὶ πλησίον ἄλλος ποταμὸς Ὕπανις καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Βορυσθένους, ἔχουσα λιμένα. πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη σταδίους διακοσίους ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται, μέγα ἐμπόριον, κτίσμα Μιλησίων. ἡ δὲ ὑπερκειμένη πᾶσα χώρα τοῦ λεχθέντος μεταξὺ Βορυσθένους καὶ Ἴστρου πρώτη μέν ἐστιν ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία, ἔπειτα οἱ Τυρεγέται, μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι καὶ Οὖργοι, τὸ μὲν πλέον νομάδες, ὀλίγοι δὲ καὶ γεωργίας ἐπιμελούμενοι· τούτους φασὶ καὶ παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκεῖν, ἐφ' ἑκάτερα πολλάκις. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Βαστάρναι μὲν τοῖς Τυρεγέταις ὅμοροι καὶ Γερμανοῖς, σχεδόν τι καὶ αὐτοὶ τοῦ Γερμανικοῦ γένους ὄντες, εἰς πλείω φῦλα διῃρημένοι. καὶ γὰρ Ἄτμονοι λέγονταί τινες καὶ Σιδόνες, οἱ δὲ τὴν Πεύκην κατασχόντες τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ νῆσον Πευκῖνοι, Ῥωξολανοὶ δ' ἀρκτικώτατοι τὰ μεταξὺ τοῦ Τανάιδος καὶ τοῦ Βορυσθένους νεμόμενοι πεδία. ἡ γὰρ προσάρκτιος πᾶσα ἀπὸ Γερμανίας μέχρι τῆς Κασπίας πεδιάς ἐστιν, ἣν ἴσμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν Ῥωξολανῶν εἴ τινες οἰκοῦσιν, οὐκ ἴσμεν. οἱ δὲ Ῥωξολανοὶ καὶ πρὸς τοὺς Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος στρατηγοὺς ἐπολέμουν, ἔχοντες ἡγεμόνα Τάσιον· ἧκον δὲ Παλάκῳ συμμαχήσοντες τῷ Σκιλούρου, καὶ ἐδόκουν μὲν εἶναι μάχιμοι· πρὸς μέντοι συντεταγμένην φάλαγγα καὶ ὡπλισμένην καλῶς τὸ βάρβαρον φῦλον ἀσθενὲς πᾶν ἐστι καὶ τὸ γυμνητικόν. ἐκεῖνοι γοῦν περὶ πέντε μυριάδας πρὸς ἑξακισχιλίους τοὺς Διοφάντῳ, τῷ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγῷ, συμπαραταξαμένους οὐκ ἀντέσχον, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι διεφθάρησαν. χρῶνται δὲ ὠμοβοΐνοις κράνεσι καὶ θώραξι, γερροφόροι, ἀμυντήρια δ' ἔχοντες καὶ λόγχας καὶ τόξον καὶ ξίφος· τοιοῦτοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείους. τῶν δὲ Νομάδων αἱ σκηναὶ πιλωταὶ πεπήγασιν ἐπὶ ταῖς ἁμάξαις, ἐν αἷς διαιτῶνται· περὶ δὲ τὰς σκηνὰς τὰ βοσκήματα, ἀφ' ὧν τρέφονται καὶ γάλακτι καὶ τυρῷ καὶ κρέασιν· ἀκολουθοῦσι δὲ ταῖς νομαῖς μεταλαμβάνοντες τόπους ἀεὶ τοὺς ἔχοντας πόαν, χει-

centis circiter stadiis. Inter ostia autem exiguæ exsistunt insulæ. Ceterum tria ostia quæ Sacrum subsequuntur, parva sunt : reliqua his majora, Sacro tamen multo minora. Ephorus quinque ostia Istro tribuit. Ab Istro ad Tyram fluvium navigabilem stadia sunt nongenta. In medio duo sunt magni lacus, quorum alter versus mare patet ita ut portum quoque præbeat, alter ostio caret.

16. Ad ostium Tyræ turris est, quam Neoptolemi dicunt, et vicus, qui Hermonactis appellatur. Inde subvectus adverso amne centum quadraginta stadia, utrimque urbem habet, Niconiam ad dextram, Ophiussam ad lævam : accolæ vero fluminis *aliam* urbem (*Tyram sc.*) dicunt occurrere sursum naviganti stadia centum viginti. A Tyræ ostiis insula Leuce abest trajectu quingentorum stadiorum, Achilli sacra, in alto sita.

17. Hinc Borysthenes, qui sexcentis stadiis navigari potest, et in propinquo est alius fluvius Hypanis, et insula ante ostium Borysthenis, portu prædita. Subvectus adverso amne Borysthene ducenta stadia ad urbem pervenies ei cognominem, quæ eadem etiam Olbia dicitur, magnum emporium, colonia Milesiorum. Regionis autem totius, quæ jam dicto inter Istrum et Borysthenem intervallo superjacet, prima portio est solitudo Getarum : deinde Tyregetæ, post hos Iazyges Sarmatæ, et qui Basilii, id est Regii, dicuntur, et Urgi (*Georgi sive Agricolæ?*); quorum plerique nomades sunt, nonnulli vero etiam agriculturæ operam navant : hos ferunt etiam ad Istrum habitare, ad utramque sæpe ejus ripam. In mediterraneis Bastarnæ sunt Tyregetis ac Germanis confines, ac fere ipsi quoque Germanici generis, in plures divisi populos. Nam Atmoni nominantur alii, alii Sidones : Peucini, qui insulam Istri Peucen occuparunt, Roxolani maxime septentrionales, qui campos inter Tanain et Borysthenem incolunt. Nam quantum est nobis cognitum regionis septentrionalis a Germania usque ad Caspium mare, id omne est campestre : an supra Roxolanos habitent aliqui, nescimus. Roxolani vero etiam contra Mithridatis Eupatoris legatos pugnaverunt, Tasio ipsos ducente, ut suppetias ferrent Palaco Sciluri filio : ac credebantur quidem esse bellicosi; sed adversus compositam probeque armatam phalangem quævis barbarica natio et levis armaturæ exercitus parum habet virium. Itaque eorum quinquaginta millia vim sex millium (tot enim in acie habuit Diophantus Mithridatis legatus) minime sustinuerunt, sed plerique eorum occisi sunt. Utuntur galeis de crudis boum tergoribus, ac thoracibus; peltas gerunt cratibus contextas : tela iis hasta, arcus, gladius. Illis similes sunt etiam reliqui plerique. Tentoria Nomadum, pilis coactis compacta, infixa sunt vehiculis, in quibus degunt : circum ea versantur pecora, quorum lacte, caseo et carnibus aluntur : sequuntur autem ipsi pascua, alios semper cum

μῶνος μὲν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς περὶ τὴν Μαιῶτιν, θέρους δὲ καὶ ἐν τοῖς πεδίοις.

18. Ἅπασα δ' ἡ χώρα δυσχείμερός ἐστι μέχρι τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τόπων τῶν μεταξὺ Βορυσθένους καὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος· αὐτῶν δὲ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τὰ ἀρκτικώτατα, τό τε στόμα τῆς Μαιώτιδος καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ τοῦ Βορυσθένους [καὶ] ὁ μυχὸς τοῦ Ταμυράκου κόλπου, [τοῦ] καὶ Καρκινίτου, καθ' ὃν ὁ ἰσθμὸς τῆς μεγάλης Χερρονήσου. δηλοῖ δὲ τὰ ψύχη, καίπερ ἐν πεδίοις οἰκούντων· ὄνους τε γὰρ οὐ τρέφουσι (δύσριγον γὰρ τὸ ζῷον), οἵ τε βόες οἱ μὲν ἄκερῳ γεννῶνται, τῶν δ' ἀπορρινῶσι τὰ κέρατα (καὶ γὰρ τοῦτο δύσριγον τὸ μέρος), οἵ τε ἵπποι μικροί, τὰ δὲ πρόβατα μεγάλα· ῥήττονται δὲ χαλκαῖ ὑδρίαι, τὰ δ' ἐνόντα συμπήττεται. τῶν δὲ πάγων ἡ σφοδρότης μάλιστα ἐκ τῶν συμβαινόντων περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος δῆλός ἐστιν. ἁμαξεύεται γὰρ ὁ διάπλους ὁ εἰς Φαναγορίαν ἐκ τοῦ Παντικαπαίου, ὥστε καὶ πηλὸν εἶναι καὶ ὁδόν· ὀρυκτοί τέ εἰσιν ἰχθύες οἱ ἀποληφθέντες ἐν τῷ κρυστάλλῳ τῇ προσαγορευομένῃ γαγγάμῃ, καὶ μάλιστα οἱ ἀντακαῖοι, δελφῖσι πάρισοι τὸ μέγεθος. Νεοπτόλεμον δέ φασι, τὸν τοῦ Μιθριδάτου στρατηγόν, ἐν τῷ αὐτῷ πόρῳ θέρους μὲν ναυμαχίᾳ περιγενέσθαι τῶν βαρβάρων, χειμῶνος δ' ἱππομαχίᾳ· φασὶ δὲ καὶ τὴν ἄμπελον ἐν τῷ Βοσπόρῳ κατορύττεσθαι χειμῶνος, ἐπαμώντων πολὺ τῆς γῆς. λέγεται δὲ καὶ τὰ καύματα σφοδρὰ γίνεσθαι, τάχα μὲν τῶν σωμάτων ἀηθιζομένων, τάχα δὲ τῶν πεδίων ἀνηνεμούντων τότε, ἢ καὶ τοῦ πάχους τοῦ ἀέρος ἐκθερμαινομένου πλέον, καθάπερ ἐν τοῖς νέφεσιν οἱ παρήλιοι ποιοῦσιν. Ἀτέας δὲ δοκεῖ τῶν πλείστων ἄρξαι τῶν ταύτῃ βαρβάρων ὁ πρὸς Φίλιππον πολεμήσας τὸν Ἀμύντου.

19. Μετὰ δὲ τὴν πρὸ τοῦ Βορυσθένους νῆσον ἑξῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλοῦς ἐπὶ ἄκραν τὴν τοῦ Ἀχιλλείου δρόμου, ψιλὸν μὲν χωρίον, καλούμενον [δ'] ἄλσος, ἱερὸν Ἀχιλλέως· εἶθ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος, ἀλιτενὴς χερρόνησος· ἔστι γὰρ ταινία τις ὅσον χιλίων σταδίων μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω, πλάτος δὲ τὸ μέγιστον δυεῖν σταδίων, ἐλάχιστον τεσσάρων πλέθρων, διέχουσα τῆς ἑκατέρωθεν τοῦ αὐχένος ἠπείρου σταδίους ἑξήκοντα, ἀμμώδης, ὕδωρ ἔχουσα ὀρυκτόν· κατὰ μέσην δ' ὁ τοῦ ἰσθμοῦ αὐχὴν ὅσον τετταράκοντα σταδίων· τελευτᾷ δὲ πρὸς ἄκραν, ἣν Ταμυράκην καλοῦσιν, ἔχουσαν ὕφορμον βλέποντα πρὸς τὴν ἤπειρον· μεθ' ἣν ὁ Καρκινίτης κόλπος εὐμεγέθης, ἀνέχων πρὸς τὰς ἄρκτους ὅσον ἐπὶ σταδίους χιλίους, οἱ δὲ καὶ τριπλασίους φασὶ μέχρι τοῦ μυχοῦ· ** καλοῦνται δὲ Τάφριοι. τὸν δὲ κόλπον καὶ Ταμυράκην καλοῦσιν ὁμωνύμως τῇ ἄκρᾳ.

ΚΕΦ. Δ.

Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην ἀπὸ τῆς θαλάττης, σταδίων τεσσαράκοντα καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον· οἱ δὲ τριακοσίων ἑξήκοντα τὸ πλάτος

aliis permutantes locis, quæ herbam habeant: hieme in paludibus Mæotidi propinquis, æstate etiam in campis.

18. Tota hæc regio algida est usque ad maritima inter Borysthenem et ostium Mæotidis loca: ex ipsis vero maritimis ea quæ maxime ad septentrionem inclinant, os Mæotidis magisque etiam Borysthenis, tum recessus sinus Tamyracæ sive Carcinitæ (*codd.* Carpenietæ), ad quem isthmus est magnæ Chersonesi. Manifesta vero sunt frigoris documenta, quanquam in locis planis incolæ degant: nullos enim asinos alunt, quod id animal frigoris est impatiens: et boum alii natura cornibus carent, aliis lima ipsi abscindunt, quia hæc pars facile a frigore læditur; porro equi apud eos sunt pusilli, oves vero magnæ: æreæ rumpuntur hydriæ, congelantibus quæ intus continentur. Gelu autem qua sit vehementia, maxime ex iis intelligi potest, quæ apud fauces Mæotidis fiunt. Etenim trajectus, qui inter Phanagoriam est et Panticapæum, plaustris fit, ita ut et via trita et cœnum (*modo navigatio* [καὶ πλοῦν], *modo via?*) ibi sit. Et pisces in glacie deprehensi gangama, quam vocant, effodiuntur, maxime antacæi (*acipenserum genus*), delphinos magnitudine æquantes. In eodem trajectu ferunt Neoptolemum Mithridatis ducem æstate navali prœlio, hieme equestri pugna barbaris superiorem discessisse. Præterea vites aiunt in Bosporo sub hiemem defodi, multa ingesta terra. Sed etiam æstus ibi accidere traditur ingentes, sive id fit, quod corporibus æstus est insolens, sive quod tunc campi ventis carent, sive quod crassus aer magis incalescit: quale est, quod in nubibus parhelii efficiunt. Ceterum Ateas, qui contra Philippum Amyntæ filium bellum gessit, videtur plurimis istorum locorum barbaris imperasse.

19. Post insulam, quæ ante Borysthenem sita est, deinceps versus ortum solis navigatur ad promontorium Cursus Achillei: qui locus etsi arboribus nudatus, lucus tamen vocatur, Achilli sacer. Deinde est Achilleus Cursus, peninsula non multum e mari se attollens: est enim quasi tænia, longitudine stadiorum circiter mille versus ortum solis extenta; latitudo ejus maxima duorum stadiorum, minima jugerum quattuor: a continente, quæ est ab utraque colli parte, distat stadiis sexaginta; arenosa est, aquam habet fossilem: in medio isthmi collum est, latum fere stadia quadraginta; desinit autem ad promontorium, quod Tamyracen appellant, sub quo est navium statio continentem respiciens. Post illud sequitur Carcinites (*codd. h. l.* Carpineites) sinus permagnus, versus septentrionem ad mille porrectus stadia: alii usque ad intimum recessum sinus triplum hujus numerant: *** vocantur autem (sc. *accolæ sinus intimi*) Taphrii. Sinum etiam Tamyracen eodem quo promontorium nomine appellant.

CAP. IV.

Ibi isthmus est, qui Sapram (i. e. *Putrem*) quem vocant paludem a mari dividit, latus stadia quadraginta, atque eam efficit peninsulam, quæ Taurica et Scythica appellatur Chersonesus: sunt qui latitudinem isthmi trecenta sexa-

τοῦ ἰσθμοῦ φασιν. ἡ δὲ Σαπρὰ λίμνη σταδίων μὲν καὶ τετρακισχιλίων λέγεται, μέρος δ' ἐστὶ τῆς Μαιώτιδος τὸ πρὸς δύσιν· συνεστόμωται γὰρ αὐτῇ στόματι μεγάλῳ. ἑλώδης δ' ἐστὶ σφόδρα καὶ ῥαπτοῖς πλοίοις μόγις πλόϊμος· οἱ γὰρ ἄνεμοι τὰ τενάγη ῥᾳδίως ἀνακαλύπτουσιν, εἶτα πάλιν πληροῦσιν, ὥστε τὰ ἕλη τοῖς μείζοσι σκάφεσιν οὐ περάσιμά ἐστιν. ἔχει δ' ὁ κόλπος νησίδια τρία καὶ προσβραχῆ τινα καὶ χοιραδώδη ὀλίγα κατὰ τὸν παράπλουν.

2. Ἐκπλέοντι δ' ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμὴν Χερρονησιτῶν. ἔκκειται γὰρ ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἄκρα μεγάλη κατὰ τὸν παράπλουν ἐφεξῆς, μέρος οὖσα τῆς ὅλης Χερρονήσου, ἐφ' ᾗ ἵδρυται πόλις Ἡρακλεωτῶν, ἄποικος τῶν ἐν τῷ Πόντῳ, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη Χερρόνησος, διέχουσα τοῦ Τύρα παράπλουν σταδίων τετρακισχιλίων τετρακοσίων· ἐν ᾗ τὸ τῆς Παρθένου ἱερόν, δαίμονός τινος, ἧς ἐπώνυμος καὶ ἡ ἄκρα ἡ πρὸ τῆς πόλεώς ἐστιν ἐν σταδίοις ἑκατόν, καλουμένη Παρθένιον, ἔχον νεὼν τῆς δαίμονος καὶ ξόανον. μεταξὺ δὲ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἄκρας λιμένες τρεῖς, εἶθ' ἡ παλαιὰ Χερρόνησος κατεσκαμμένη καὶ μετ' αὐτὴν λιμὴν στενόστομος, καθ' ὃν μάλιστα οἱ Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, τὰ λῃστήρια συνίσταντο, τοῖς καταφεύγουσιν ἐπ' αὐτὸν ἐπιχειροῦντες· καλεῖται δὲ Συμβόλων λιμήν. οὗτος δὲ ποιεῖ πρὸς ἄλλον λιμένα Κτενοῦντα καλούμενον τετταράκοντα σταδίων ἰσθμόν· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ὁ κλείων τὴν μικρὰν Χερρόνησον, ἣν ἔφαμεν τῆς μεγάλης Χερρονήσου μέρος, ἔχουσαν ἐν αὐτῇ τὴν ὁμωνύμως λεγομένην πόλιν Χερρόνησον.

3. Αὕτη δ' ἦν πρότερον αὐτόνομος, πορθουμένη δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠναγκάσθη προστάτην ἑλέσθαι Μιθριδάτην τὸν Εὐπάτορα, στρατηγιῶντα ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους βαρβάρους καὶ τοῦ Ἀδρίου· ταῦτα δ' ἦν ἐπὶ Ῥωμαίους παρασκευή. ἐκεῖνος μὲν οὖν κατὰ ταύτας τὰς ἐλπίδας ἄσμενος πέμψας εἰς τὴν Χερρόνησον στρατιάν, ἅμα πρός τε τοὺς Σκύθας ἐπολέμει Σκίλουρόν τε καὶ τοὺς Σκιλούρου παῖδας τοὺς περὶ Πάλακον, οὓς Ποσειδώνιος μὲν πεντήκοντά φησιν, Ἀπολλωνίδης δὲ ὀγδοήκοντα· ἅμα δὲ τούτους τε ἐχειρώσατο βίᾳ καὶ Βοσπόρου κατέστη κύριος παρ' ἑκόντος λαβὼν Παρισάδου τοῦ κατέχοντος. ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χρόνου τοῖς τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ἡ τῶν Χερρονησιτῶν πόλις ὑπήκοος μέχρι νῦν ἐστι. τὸ δ' ἴσον ὁ Κτενοῦς διέχει τῆς τε τῶν Χερρονησιτῶν πόλεως καὶ τοῦ Συμβόλων λιμένος. μετὰ δὲ τὸν Συμβόλων λιμένα μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίων που σταδίων τὸ μῆκος, τραχεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ καταιγίζουσα τοῖς Βορέαις ἵδρυται. πρόκειται δ' αὐτῆς ἄκρα πολὺ πρὸς τὸ πέλαγος καὶ τὴν μεσημβρίαν ἐκκειμένη κατὰ Παφλαγονίαν καὶ Ἄμαστριν πόλιν, καλεῖται δὲ Κριοῦ μέτωπον. ἀντίκειται δ' αὐτῇ τὸ τῶν Παφλαγόνων ἀκρωτήριον ἡ Κάραμβις τὸ διαιροῦν εἰς πελάγη δύο τὸν Εὔξεινον πόντον τῷ ἑκατέρωθεν σφιγγομένῳ πορθμῷ. Διέστηκε δ' ἡ Κάραμβις τῆς μὲν τῶν Χερ-

ginta stadia faciant. Ceterum Sapra palus vel quater mille stadiorum esse dicitur : pars autem est Mæotidis occidua, magno illi ore conjuncta. Est autem palustris admodum, ac vix sutilibus potest navigari cymbis : venti enim cœnosa ista vada facile et denudant et rursum aqua implent, ut paludes istæ majoribus navigiis non sint perviæ. Habet sinus tres exiguas insulas, et juxta litus sunt brevia quædam, ac scopuli infra aquam latentes aliqui.

2. Enaviganti (*e sinu Carcinite*) ad lævam oppidum est, et alius (*l.* καὶ Καλὸς, et Calos *i. e. Pulcher*) portus Chersonesitarum. Porrectum enim meridiem versus juxta litus navigationem continuantibus extenditur magnum promontorium, portio totius Chersonesi, in quo sita est urbs Heracleotarum Ponticorum colonia, quæ ipso illo nomine vocatur Chersonesus, dissita ab ostio Tyræ, si litus navigatione legeris, stadiis quater mille et quadringentis. In ea urbe templum est Partheni sive Virginis, genii cujusdam de cujus nomine etiam promontorium, quod ante urbem est ad centum stadia, vocatur Parthenium, fanum ejus genii habens ac simulacrum. Inter urbem et promontorium portus sunt tres; sequitur Vetusta Chersonesus nunc diruta, et post hanc portus angusto introitu : ad quem potissimum sua latrocinia instituerunt Tauri, Scythica gens, confugientes in eum adoriri soliti : portus Symbolorum dicitur. Is cum alio portu, quem Ctenuntem appellant, isthmum constituit stadiorum quadraginta : is est isthmus, qui parvam Chersonesum claudit, quam magnæ Chersonesi partem esse diximus, et in se habere cognominem sibi urbem Chersonesum.

3. Fuit ea urbs initio libera : sed quum a barbaris incursaretur, coacta est in tutelam se dedere Mithridati Eupatori, qui adversus barbaros, habitantes supra isthmum usque ad Borysthenem et Adriam, bellum moliebatur : quo bello se in Romanos parabat. Itaque Mithridates ista spe ductus libenter exercitum in Chersonesum misit, simulque et Scythis bellum intulit, qui erant sub Sciluro Scilurique filio Palaco hujusque fratribus (Posidonius quinquaginta fuisse fratres asserit, Apollonides octoginta), eosque vi subegit, et Bosporo potitus est, dominium Parisade, qui tum eum tenebat, ultro concedente. Ex eo tempore in hunc usque diem Chersonesus urbs Bosporanis principibus paruit. Ctenûs æquali spatio distat a Chersoneso urbe et Symbolorum portu. Post Symbolorum portum usque ad Theodosiam urbem Taurica maritima ora porrigitur, mille circiter stadiorum longitudine, aspera et montosa, et procellosa Aquilonibus. Ante eam promontorium in mare ac versus meridiem longe prominet, Paphlagoniam spectans et Amastrin urbem : vocatur Criu metopon (*id est* Arietis frons). Huic opponitur Paphlagoniæ promontorium Carambis, quo in duas partes Euxinus pontus dividitur, freto utrimque promontoriis illis arctato. A Chersoneso urbe usque ad Carambin stadia sunt duo millia quingenta, a

ρονησιτῶν πόλεως σταδίους δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, τοῦ δὲ Κριοῦ μετώπου πολὺ ἐλάττους τὸν ἀριθμόν· συχνοὶ γοῦν τῶν διαπλευσάντων τὸν πορθμὸν ἅμα φασὶν ἰδεῖν ἀμφοτέρας ἑκατέρωθεν τὰς ἄκρας. ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ τῶν Ταύρων καὶ τὸ ὄρος ἐστὶν ὁ Τραπεζοῦς, ὁμώνυμον τῇ πόλει τῇ περὶ τὴν Τιβαρανίαν καὶ τὴν Κολχίδα· καὶ ἄλλο δ' ἐστὶν ὄρος Κιμμέριον κατὰ τὴν αὐτὴν ὀρεινήν, δυναστευσάντων ποτὲ τῶν Κιμμερίων ἐν τῷ Βοσπόρῳ· καθ' ὃ καὶ Κιμμερικὸς Βόσπορος καλεῖται τοῦ πορθμοῦ πᾶν, ὃ ἐπέχει τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος.

4. Μετὰ δὲ τὴν ὀρεινὴν τὴν λεχθεῖσαν ἡ Θεοδοσία κεῖται πόλις, πεδίον εὔγαιον ἔχουσα καὶ λιμένα ναυσὶ καὶ ἑκατὸν ἐπιτήδειον· οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσπορ̣ιανῶν καὶ Ταύρων γῆς· καὶ ἡ ἑξῆς δ' ἐστὶν εὔγαιος χώρα μέχρι Παντικαπαίου, τῆς μητροπόλεως τῶν Βοσποριανῶν, ἱδρυμένης ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος. ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ τῆς Θεοδοσίας καὶ τοῦ Παντικαπαίου στάδιοι περὶ πεντακόσιοι καὶ τριάκοντα, χώρα πᾶσα σιτοφόρος, κώμας ἔχουσα καὶ πόλιν εὐλίμενον τὸ Νυμφαῖον καλούμενον. τὸ δὲ Παντικάπαιον λόφος ἐστὶ πάντη περιοικούμενος ἐν κύκλῳ σταδίων εἴκοσι· πρὸς ἕω δ' ἔχει λιμένα καὶ νεώρια ὅσον τριάκοντα νεῶν, ἔχει δὲ καὶ ἀκρόπολιν· κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων. ἐμοναρχεῖτο δὲ πολὺν χρόνον ὑπὸ δυναστῶν τῶν περὶ Λεύκωνα καὶ Σάτυρον καὶ Παρισάδην αὕτη τε καὶ αἱ πλησιόχωροι κατοικίαι πᾶσαι αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος ἑκατέρωθεν μέχρι Παρισάδου τοῦ Μιθριδάτῃ παραδόντος τὴν ἀρχήν. ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος. Παρισάδης δὲ καὶ θεὸς νενόμισται· τούτῳ δὲ ὁμώνυμος καὶ ὁ ὕστατος, οὐχ οἷός τε ὢν ἀντέχειν πρὸς τοὺς βαρβάρους, φόρον πραττομένους μείζω τοῦ πρότερον, Μιθριδάτῃ τῷ Εὐπάτορι παρέδωκε τὴν ἀρχήν· ἐξ ἐκείνου δ' ἡ βασιλεία γεγένηται Ῥωμαίοις ὑπήκοος. τὸ μὲν οὖν πλέον αὐτῆς μέρος ἐστὶν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, μέρος δέ τι καὶ ἐπὶ τῆς Ἀσίας.

5. Τὸ δὲ στόμα τῆς Μαιώτιδος καλεῖται μὲν Κιμμερικὸς Βόσπορος, ἄρχεται δὲ ἀπὸ μείζονος πλάτους, ἀπὸ ἑβδομήκοντά που σταδίων· καθ' ὃ διαίρουσιν ἐκ τῶν περὶ Παντικάπαιον τόπων εἰς τὴν ἐγγυτάτω πόλιν τῆς Ἀσίας, τὴν Φαναγορίαν· τελευτᾷ δ' εἰς πολὺ στενώτερον πορθμόν. διαιρεῖ δ' ὁ στενωπὸς οὗτος τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, καὶ ὁ Τάναϊς ποταμός, καταντικρὺ ῥέων ἀπὸ τῶν ἄρκτων εἴς τε τὴν λίμνην καὶ τὸ στόμα αὐτῆς· δύο δ' ἔχει τὰς εἰς τὴν λίμνην ἐκβολὰς διεχούσας ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑξήκοντα. ἔστι δὲ καὶ πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ, μέγιστον τῶν βαρβάρων ἐμπόριον μετὰ τὸ Παντικάπαιον. ἐν ἀριστερᾷ δ' εἰσπλέοντι τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πολίχνιόν ἐστι Μυρμήκιον ἐν εἴκοσι σταδίοις ἀπὸ τοῦ Παντικαπαίου. τοῦ δὲ Μυρμηκίου διπλάσιον διέχει κώμη Παρθένιον, καθ' ἣν στενώτατος ὁ εἴσπλους ἐστὶν ὅσον εἴκοσι σταδίων, ἔχων ἀντικειμένην ἐν τῇ Ἀσίᾳ κώμην, Ἀχίλ-

Criumetopo multo pauciora: itaque complures eorum, qui per illud fretum navigarunt, simul se utrumque vidisse promontorium affirmant. In montanis Taurorum mons etiam est Trapezûs, cognominis urbi quæ juxta Tibaraniam est et Colchidem. Est etiam in iisdem montanis alius mons Cimmerius, a Cimmeriis, qui olim in Bosporo imperarunt, dictus, sicut etiam Cimmerius Bosporus dicitur omnis ea freti pars quæ est ad Mæotidis ostium.

4. Post montana ista urbs sita est Theodosia, campo prædita fertili, et portu vel centum navibus recipiendis apto: hic olim limes fuit ditionis Bosporianorum et Taurorum. Subsequitur regio item agri præstantis usque ad Panticapæum, principem Bosporianorum urbem, sitam ad ostium Mæotidis. Inter Theodosiam et Panticapæum stadia sunt circiter quingenta et triginta. Tota regio frumenti ferax est, habetque vicos et urbem bono portu præditam, quæ vocatur Nymphæum. Panticapæum tumulus est omni ex parte accolis refertus ambitu in orbem stadiorum viginti: versus orientem habet portum et navalia recipiendis triginta navibus; sufficientia habet et arcem. Milesii condiderunt. Diu quum hæc urbs, tum vicina omnia utrimque circa os Mæotidis oppida unius dominio paruerunt, veluti Leuconis, Satyri (*codd.* Sagauri), Parisadæ usque ad Parisadem illum qui Mithridati imperium tradidit. Appellabantur autem tyranni, quamquam plerique juste imperabant, inde a Parisade et Leucone, quorum Parisades etiam deus habitus est. Huic vero cognominis erat etiam ultimus regum, qui quum barbaris resistere non posset majus antiquo tributum exigentibus, Mithridati Eupatori imperium concessit: quo debellato, regnum in Romanorum venit potestatem. Major ejus pars in Europa, aliqua tamen etiam in Asia est portio.

5. Porro ostium Mæotidis nomen gerit Cimmerici Bospori: et majore amplitudine incipiens, septuaginta circiter stadiorum, unde a locis Panticapæo vicinis in proximam Asiæ urbem, Phanagoriam, est trajectus, in longe arctius fretum desinit. Dividit autem Europam ab Asia fretum hoc et Tanais fluvius, qui e regione ejus a septentrione in Mæotidem defertur et in ostium ejus. Duobus autem ostiis Tanais se in lacum evolvit, distantibus inter se stadia circiter sexaginta. Est etiam urbs Tanais, fluvio cognominis, maximum barbarorum secundum Panticapæum illa emporium. Naviganti in Bosporum Cimmerium ad sinistram est Myrmecium oppidum, ad viginti a Panticapæo stadia: duplo hujus intervalli a Myrmecio abest vicus Parthenium, ubi fretum est angustissimum, circiter viginti stadiorum; eique opponitur in Asia vicus, Achilleum nomine. Hinc

λειον καλουμένην. ἐντεῦθεν δ' εὐθυπλοΐα μὲν ἐπὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν κατὰ τὰς ἐκβολὰς νῆσον στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι, μικρὸν δ' ὑπερβάλλει τοῦ ἀριθμοῦ τούτου πλέοντι παρὰ τὴν Ἀσίαν· πλέον δ' ἢ τριπλάσιον ἐν ἀριστερᾷ πλέοντι μέχρι τοῦ Τανάϊδος, ἐν ᾧ παράπλῳ καὶ ὁ ἰσθμὸς ἵδρυται. οὗτος μὲν οὖν ὁ παράπλους ἔρημος πᾶς ὁ παρὰ τὴν Εὐρώπην, ὁ δ' ἐν δεξιᾷ οὐκ ἔρημος· ὁ δὲ σύμπας τῆς λίμνης κύκλος ἐνναχισχιλίων ἱστορεῖται σταδίων. ἡ δὲ μεγάλη Χερρόνησος τῇ Πελοποννήσῳ προσέοικε καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος. ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ τοῦ Βοσπόρου δυνάσται κεκακωμένην πᾶσαν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων. πρότερον δ' εἶχον ὀλίγην μὲν τὴν πρὸς τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος καὶ τῷ Παντικαπαίῳ μέχρι Θεοδοσίας τῶν Βοσπορίων τύραννοι, τὴν δὲ πλείστην μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ καὶ τοῦ κόλπου τοῦ Καρκινίτου Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος· καὶ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα πᾶσα αὕτη, σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ μέχρι Βορυσθένους, μικρὰ Σκυθία· διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐνθένδε περαιουμένων τόν τε Τύραν καὶ τὸν Ἴστρον καὶ ἐποικούντων τὴν γῆν καὶ ταύτης οὐκ ὀλίγη μικρὰ προσηγορεύθη Σκυθία, τῶν Θρᾳκῶν τὰ μὲν τῇ βίᾳ συγχωρούντων, τὰ δὲ τῇ κακίᾳ τῆς χώρας· ἑλώδης γάρ ἐστιν ἡ πολλὴ αὐτῆς.

6. Τῆς δὲ Χερρονήσου, πλὴν τῆς ὀρεινῆς τῆς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ μέχρι Θεοδοσίας, ἥ γε ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγεώς ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριακοντάχουν ἀποδίδωσι, διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. φόρον τε ἐτέλουν ὀκτωκαίδεκα μυριάδας μεδίμνων Μιθριδάτῃ, τάλαντα δ' ἀργυρίου διακόσια σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ τὴν Σινδικήν. κἀν τοῖς πρόσθεν χρόνοις ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ ἐκ τῆς λίμνης αἱ ταριχεῖαι· Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ Γεωργοὶ ἐκαλοῦντο ἰδίως διὰ τὸ τοὺς ὑπερκειμένους Νομάδας εἶναι, τρεφομένους κρέασιν ἄλλοις τε καὶ ἱππείοις, ἱππείῳ δὲ καὶ τυρῷ καὶ γάλακτι καὶ ὀξυγάλακτι (τοῦτο δὲ καὶ ὄψημά ἐστιν αὐτοῖς κατασκευασθέν πως)· διόπερ ὁ ποιητὴς ἅπαντας εἴρηκε τοὺς ταύτῃ Γαλακτοφάγους. οἱ μὲν οὖν Νομάδες πολεμισταὶ μᾶλλόν εἰσιν ἢ λῃστρικοί, πολεμοῦσι δὲ ὑπὲρ τῶν φόρων. ἐπιτρέψαντες γὰρ ἔχειν τὴν γῆν τοῖς ἐθέλουσι γεωργεῖν ἀντὶ ταύτης ἀγαπῶσι φόρους λαμβάνοντες τοὺς συντεταγμένους μετρίους τινὰς οὐκ εἰς περιουσίαν, ἀλλ' εἰς τὰ ἐφήμερα καὶ τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου· μὴ διδόντων δέ, αὐτοῖς πολεμοῦσιν. οὕτω δὲ καὶ δικαίους ἅμα καὶ ἀβίους ὁ ποιητὴς εἴρηκε τοὺς αὐτοὺς τούτους ἄνδρας· ἐπεί, τῶν γε φόρων ἀπευτακτουμένων, οὐδ' ἂν καθίσταντο εἰς πόλεμον. οὐκ ἀπευτακτοῦσι δ' οἱ δυνάμει πεποιθότες, ὥστε ἢ ἀμύνασθαι ῥᾳδίως ἐπιόντας ἢ κωλῦσαι τὴν ἔφοδον· καθάπερ Ἄσανδρον ποιῆσαί φησιν Ὑψικράτης, ἀποτειχίσαντα τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερρονήσου τὸν πρὸς τῇ Μαιώτιδι, τριακοσίων ὄντα καὶ ἑξήκοντα σταδίων, ἐπιστήσαντα πύργους καθ' ἕκαστον στάδιον δέκα.

recto cursu si quis versus Tanain naviget ad insulam, quæ inter ejus jacet ostia, stadiorum sunt duo millia ducenta; neque multo plura, si quis oram Asiæ legat: sed triplo amplius est, si quis in sinistra parte naviget ad Tanain præter litus: in qua navigatione etiam isthmus obversatur. Est autem ora hæc Europæ tota deserta, dextra hominibus est frequentata. Totum Mæotidis paludis ambitum continere novem millia stadiorum traditur. Magna autem Chersonesus Peloponneso et forma et magnitudine respondet. Bosporani reguli eam tenent, totam continentibus bellis attritam. Antea Bosporanorum tyranni parvam *obtinuerunt* regionem, quæ est ad Mæotidis fauces et Panticapæum usque ad Theodosiam: maximam usque ad isthmum et sinum Carciniten Tauri, Scythica gens: ac tota illa regio et fere quidquid extra isthmum ad Borysthenem usque est, nuncupabatur parva Scythia: ob multitudinem autem eorum qui hinc Tyram ac Istrum trajecerunt, terramque ibi sitam occuparunt, etiam hujus regionis portio non exigua nomen Scythiæ parvæ accepit, Thracibus partim, quia resistendo non erant, concedentibus, partim ob soli incommoditatem, quod majori ex parte palustre est.

6. At Chersonesi, exceptis montanis quæ juxta mare sunt ad Theodosiam usque, reliqua alia omnia plana sunt et uberis glebæ, ac præcipue frumentum copiose proferunt: nam ager ibi quocumque rastro scissus, trigecuplum reddit. Tributi nomine solvebant Mithridati centum octoginta millia medimnorum, et talenta argenti ducenta cum Asianis locis, quæ sunt juxta Sindicen. Atque ex his locis olim in Græciam frumentum deportabatur, sicut salsamenta e Mæotide: et ferunt Leuconem Theodosia misisse Atheniensibus medimnorum millia ducenta decem (*Epit.*: millia centum quinquaginta). Iidem Chersonesii peculiari nomine Agricolæ dicebantur, quod, qui supra eos habitabant, Nomades essent, qui vescerentur quum aliis carnibus tum equinis ac caseo etiam et lacte equinis, et acido lacte (quo ii utuntur etiam pro condimento, certa quadam arte parato): quare omnes qui istas inhabitarent partes, poeta Lactivoros dixit. Nomades bello magis quam latrociniis sunt dediti, bella vero gerunt propter tributa. Agros enim suos colendos iis quibus lubet concedunt, contenti pro locatione certo stipendio, eoque non ad abundantiam, sed ad necessarios quotidianæ vitæ usus temperato; non persolventibus autem bellum inferunt. Ita simul et justos et minimo viventes (Abios) eos poeta appellavit: nam arma nunquam caperent pensione sibi persoluta. Recusare vero solent persolutionem ii qui viribus suis confisi aut propulsare adventantes, aut etiam aditu arcere se posse sentiunt: id quod Asandrum fecisse scribit Hypsicrates, qui isthmum Chersonesi ad Mæotidem, trecenta sexaginta stadia longum, muro ducto munierit, denis (?) turribus in singula stadia constitutis. Sed Agricolæ, qui ibi sunt,

οἱ δὲ Γεωργοὶ ταύτῃ μὲν ἡμερώτεροί τε ἅμα καὶ πολιτικώτεροι νομίζονται εἶναι, χρηματισταὶ δ' ὄντες καὶ θαλάττης ἁπτόμενοι ληστηρίων οὐκ ἀπέχονται, οὐδὲ τῶν τοιούτων ἀδικιῶν καὶ πλεονεξιῶν.

7. Πρὸς δὲ τοῖς καταριθμηθεῖσι τόποις ἐν τῇ Χερρονήσῳ καὶ τὰ φρούρια ὑπῆρξεν, ἃ κατεσκεύασε Σκίλουρος καὶ οἱ παῖδες, οἷσπερ καὶ ὁρμητηρίοις ἐχρῶντο πρὸς τοὺς Μιθριδάτου στρατηγούς, Παλάκιόν τε καὶ Χάβον καὶ Νεάπολις· ἦν δὲ καὶ Εὐπατόριόν τι, κτίσαντος Διοφάντου, [τοῦ] Μιθριδάτῃ στρατηγοῦντος. ἔστι δ' ἄκρα διέχουσα τοῦ τῶν Χερρονησιτῶν τείχους ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους, κόλπον ποιοῦσα εὐμεγέθη, νεύοντα πρὸς τὴν πόλιν· τούτου δ' ὑπέρκειται λιμνοθάλαττα, ἁλοπήγιον ἔχουσα· ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ Κτενοῦς ἦν. ἵν' οὖν ἀντέχοιεν, οἱ βασιλικοὶ πολιορκούμενοι τῇ τε ἄκρᾳ τῇ λεχθείσῃ φρουρὰν ἐγκατέστησαν, τειχίσαντες τὸν τόπον, καὶ τὸ στόμα τοῦ κόλπου τὸ μέχρι τῆς πόλεως διέχωσαν, ὥστε πεζεύεσθαι ῥᾳδίως καὶ τρόπον τινὰ μίαν εἶναι πόλιν ἐξ ἀμφοῖν· ἐκ δὲ τούτου ῥᾷον ἀπεκρούοντο τοὺς Σκύθας. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ διατειχίσματι τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ πρὸς τῷ Κτενοῦντι προσέβαλον καὶ τὴν τάφρον ἐνέχουν καλάμῳ, τὸ μεθ' ἡμέραν γεφυρωθὲν μέρος νύκτωρ ἐνεπίμπρασαν οἱ βασιλικοὶ καὶ ἀντεῖχον τέως, ἕως ἐπεκράτησαν. καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, οὓς ἂν Ῥωμαῖοι καταστήσωσιν, ἅπαντά ἐστιν.

8. Ἴδιον δὲ τοῦ Σκυθικοῦ καὶ τοῦ Σαρματικοῦ παντὸς ἔθνους τὸ τοὺς ἵππους ἐκτέμνειν εὐπειθείας χάριν· μικροὶ μὲν γάρ εἰσιν, ὀξεῖς δὲ σφόδρα καὶ δυσπειθεῖς. θῆραι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τοῖς ἕλεσιν ἐλάφων καὶ συάγρων, ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ὀνάγρων καὶ δορκάδων. ἴδιον δέ τι καὶ τὸ ἀετὸν μὴ γίνεσθαι ἐν τοῖς τόποις τούτοις. ἔστι δὲ τῶν τετραπόδων ὁ καλούμενος κόλος, μεταξὺ ἐλάφου καὶ κριοῦ τὸ μέγεθος, λευκός, ὀξύτερος τούτων τῷ δρόμῳ, πίνων τοῖς ῥώθωσιν εἰς τὴν κεφαλήν, εἶτ' ἐντεῦθεν εἰς ἡμέρας ταμιεύων πλείους, ὥστ' ἐν τῇ ἀνύδρῳ νέμεσθαι ῥᾳδίως. τοιαύτη μὲν ἡ ἐκτὸς Ἴστρου πᾶσα, ἡ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Τανάιδος ποταμοῦ, μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάττης καὶ τῆς Μαιώτιδος.

ΚΕΦ. Ε.

Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Εὐρώπης ἡ ἐντὸς Ἴστρου καὶ τῆς κύκλῳ θαλάττης, ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ, μέχρι τοῦ Ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου, ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε Ἑλλὰς καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν ἔθνη καὶ τὰ ὑπὲρ τούτων πρὸς τὸν Ἴστρον καθήκοντα καὶ πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα θάλατταν, τήν τε Ἀδριατικὴν καὶ τὴν Ποντικήν, πρὸς μὲν τὴν Ἀδριατικὴν τὰ Ἰλλυρικά, πρὸς δὲ τὴν ἑτέραν μέχρι Προποντίδος καὶ Ἑλλησπόντου τὰ Θρᾴκια καὶ εἴ τινα τούτοις ἀναμέμικται Σκυθικὰ ἢ Κελτικά. δεῖ δ' ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι, τὰ ἐφεξῆς λέγοντας τοῖς περιοδευθεῖσι τόποις· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συνεχῆ τῇ

etsi videntur mansuetiores esse ac magis culti, lucro tamen dediti, et mare tractantes, latrociniis non abstinent, aliisque id genus injuriis et aliorum defraudationibus.

7. Præter enumerata Chersonesi loca etiam castella fuerunt, quæ Scilurus et filii ejus exstruxerant, iisque adversus Mithridatis duces belli arcibus usi sunt : Palacium, Chabum, Neapolis; fuit et Eupatorium, a Diophanto conditum, qui Mithridatis ductabat exercitum. Est nempe promontorium a Chersonesitarum muro distans stadiis fere quindecim, sinum efficiens satis magnum, qui urbem versus inclinat : supra hunc est lacus marinus, salinas habens; ibi erat etiam Ctenûs portus. Ut igitur hosti resisterent regii a Scythis obsessi, promontorio dicto præsidium imposuerunt, loco muris munito, et fauces sinus usque ad urbem aggere ingesto complanaverunt, ut facile pedestri itineri aptæ essent, et ex duabus urbibus una quodammodo fieret : hinc minore jam negotio Scythas arcuerunt. Quum autem hi et murum quo interclusus erat isthmus ad Ctenuntem, aggrederentur, et ingestis calamis fossam implerent : regii, quantum ab his interdiu quasi ponte facto stratum fuerat, noctu incenderunt, ac tantisper restiterunt, donec tandem victoriam consequerentur. Nunc sub regibus Bosporanorum, quos Romanis constituere placuerit, omnia sunt.

8. Peculiare hoc omnibus Scythicis et Sarmaticis est gentibus, quod equos castrant, ut sic habeant eos ad parendum mansuetiores : sunt enim parvi quidem, verum acres admodum et contumaces. Venationes habent in paludibus cervorum et aprorum, in campis onagrorum et caprearum. Est etiam hoc singulare, quod aquila iis in regionibus nulla exsistit. Habent autem animal quadrupes, quod ab iis Colus dicitur, magnitudine inter cervum et arietem media, album, cursu quam illa velocius, quod naribus aquam in caput haurit, ibique per dies complures reservat, ita ut facile vivat in locis aquæ expertibus. Talis ergo est universa portio Europæ extra Danubium, inter Rhenum et Tanain fluvios ad Ponticum usque mare et paludem Mæotidem.

CAP. V.

Superest ea Europæ pars quæ intra Istrum sita et in orbem ambiens mare, ab intimo sinus Adriatici incipiens usque ad Sacrum Istri ostium porrigitur : qua continetur Græcia et Macedonicæ ac Epiroticæ gentes, tum quæ supra has ad Istrum pertingunt, et ad mare utrimque alluens Adriaticum ac Ponticum : nimirum ad Adriaticum Illyricæ gentes, versus alterum usque ad Propontidem et Hellespontum Thraciæ, et si quæ eis admixtæ sunt Scythicæ aut Celticæ. Est autem initium repetendum ab Istro, ac primum ordine recensenda, quæ enarratis jam locis sunt proxima : nimirum quæ confinia sunt Italiæ, Alpibus,

Ἰταλίᾳ τε καὶ ταῖς Ἄλπεσι καὶ Γερμανοῖς καὶ Δακοῖς καὶ Γέταις. δίχα δ' ἄν τις καὶ ταῦτα διέλοι· τρόπον γάρ τινα τῷ Ἴστρῳ παράλληλά ἐστι τά τε Ἰλλυρικὰ καὶ τὰ Παιονικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, μίαν πως γραμμὴν ἀποτελοῦντα, διήκουσαν ἀπὸ τοῦ Ἀδρίου μέχρι πρὸς τὸν Πόντον· ἧς προσάρκτια μέν ἐστι μέρη τὰ μεταξὺ τοῦ Ἴστρου καὶ τῶν ὀρῶν, πρὸς νότον δ' ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ συνεχὴς βάρβαρος μέχρι τῆς ὀρεινῆς. πρὸς μὲν οὖν τῷ Πόντῳ τὸ Αἷμόν ἐστιν ὄρος, μέγιστον τῶν ταύτῃ καὶ ὑψηλότατον, μέσην πως διαιροῦν τὴν Θρᾴκην· ἀφ' οὗ φησι Πολύβιος ἀμφοτέρας καθορᾶσθαι τὰς θαλάττας, οὐκ ἀληθῆ λέγων· καὶ γὰρ τὸ διάστημα μέγα τὸ πρὸς τὸν Ἀδρίαν καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα πολλά. πρὸς δὲ τῷ Ἀδρίᾳ πᾶσα ἡ Ἀρδία σχεδόν τι, μέση δ' ἡ Παιονία, καὶ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή. ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτῆς, ἐπὶ μὲν τὰ Θρᾴκια ἡ Ῥοδόπη ὁμορεῖ, ὑψηλὸν ὄρος μετὰ τὸν Αἷμον, ἐπὶ δὲ θάτερα πρὸς ἄρκτον τὰ Ἰλλυρικά, ἥ τε τῶν Αὐταριατῶν χώρα καὶ ἡ Δαρδανική. λέγωμεν δὴ τὰ Ἰλλυρικὰ πρῶτα, συνάπτοντα τῷ τε Ἴστρῳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν, αἳ κεῖνται μεταξὺ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Γερμανίας, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς κατὰ τοὺς Οὐινδολικοὺς καὶ Ῥαιτοὺς καὶ Τοινίους.

2. Μέρος μὲν δή τι τῆς χώρας ταύτης ἠρήμωσαν οἱ Δακοὶ καταπολεμήσαντες Βοίους καὶ Ταυρίσκους, ἔθνη Κελτικὰ τὰ ὑπὸ Κριτασίρῳ, φάσκοντες εἶναι τὴν χώραν σφετέραν, καίπερ ποταμοῦ διείργοντος τοῦ Παρίσου, ῥέοντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὸν Ἴστρον κατὰ τοὺς Σκορδίσκους καλουμένους Γαλάτας· καὶ γὰρ οὗτοι τοῖς Ἰλλυρικοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἀναμὶξ ᾤκησαν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οἱ Δακοὶ κατέλυσαν, τούτοις δὲ καὶ συμμάχοις ἐχρήσαντο πολλάκις. τὸ δὲ λοιπὸν ἔχουσι Παννόνιοι μέχρι Σεγεστικῆς καὶ Ἴστρου πρὸς ἄρκτον καὶ ἕω· πρὸς δὲ τἆλλα μέρη ἐπὶ πλέον διατείνουσιν. ἡ δὲ Σεγεστικὴ πόλις ἐστὶ Παννονίων ἐν συμβολῇ ποταμῶν πλειόνων, ἁπάντων πλωτῶν, εὐφυὲς ὁρμητήριον τῷ πρὸς Δακοὺς πολέμῳ· ὑποπέπτωκε γὰρ ταῖς Ἄλπεσιν, αἳ διατείνουσι μέχρι τῶν Ἰαπόδων, Κελτικοῦ τε ἅμα καὶ Ἰλλυρικοῦ ἔθνους· ἐντεῦθεν δὲ καὶ ποταμοὶ ῥέουσι πολὺν καταφέροντες εἰς αὐτὴν τόν τε ἄλλον καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας φόρτον. εἰς γὰρ Ναύπορτον ἐξ Ἀκυληίας ὑπερθεῖσι τὴν Ὄκραν εἰσὶ στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα, εἰς ἣν αἱ ἁρμάμαξαι κατάγονται, τῶν Ταυρίσκων οὖσαν κατοικίαν· ἔνιοι δὲ πεντακοσίους φασίν. ἡ δ' Ὄκρα ταπεινότατον μέρος τῶν Ἄλπεών ἐστι τῶν διατεινουσῶν ἀπὸ τῆς Ῥαιτικῆς μέχρι Ἰαπόδων· ἐντεῦθεν δ' ἐξαίρεται τὰ ὄρη πάλιν ἐν τοῖς Ἰάποσι καὶ καλεῖται Ἄλβια. ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ Τεργέστε, κώμης Καρνικῆς, ὑπέρθεσίς ἐστι διὰ τῆς Ὄκρας εἰς ἕλος Λούγεον καλούμενον. πλησίον δὲ τοῦ Ναυπόρτου ποταμός ἐστι Κορκόρας, ὁ δεχόμενος τὰ φορτία· οὗτος μὲν οὖν εἰς τὸν Σαῦον ἐμβάλλει, ἐκεῖνος δ' εἰς τὸν Δράβον· ὁ δὲ εἰς τὸν Νόαρον κατὰ τὴν Σεγεστικήν. ἐντεῦθεν δ' ἤδη ὁ Νόαρος, πλήθει προσλαβὼν

Germanis, Dacis, Getis. Verum hæc quoque in duas partes diducere licet. Etenim quodammodo æquabiliter ubique ab Istro distantem lineam conficiunt Illyrii, Pæonii ac Thracii montes, ab Adria ad Pontum usque pertinentem : a qua versus septentrionem est quod inter montes et Istrum interjacet regionis : versus meridiem Græcia et huic contiguæ barbarorum sedes ad montes usque. Atque ad Pontum quidem pertingit Hæmus mons, maximus eorum qui in istis sunt partibus, atque celsissimus, mediam fere dividens Thraciam, ex quo Polybius utrumque mare cerni falso ait : nam et magnum est ad Adriam usque intervallum, et quæ visum impediant multa. Nam ad Adriam tota pæne est Ardia, ac media Pannonia, ipsa quoque sicuti Ardia sublimis tota. Ab altera autem ejus parte in Thracia mons est confinis Pannonibus Rhodope post Hæmum maxime altus; ab altera parte versus septentrionem Illyricum est, et Autariatarum regio ac Dardanica. Primum itaque Illyrica exponamus, quæ et Istrum et Alpes attingunt, sita inter Italiam et Germaniam, incipientia a lacu, qui apud Vindelicos est et Rhætos et Tœnios (*Helvetios?*).

2. Hujus regionis partem vastam desertamque reddiderunt Daci, debellatis Boiis et Tauriscis, Gallicis gentibus Critasiro subjectis, qui eam *sibi* vindicabant regionem, quanquam amnis distingueret Parisus (*Martus sive Margus?*), qui a montibus in Istrum defluit juxta Scordiscos Gallos. Hi enim permixti Illyriis ac Thracibus habitabant : verum illos Daci deleverunt, his sæpe etiam usi sunt sociis. Reliqua versus septentrionem et orientem tenent Pannonii usque ad Segesticam et Istrum; versum reliquas plagas magis extenduntur. Segestica vero urbs Pannoniæ est ad confluentes complurium amnium, navigabilium omnium, arx belli in Dacos opportuna : sita est enim sub Alpibus, quæ ad Iapodes usque porriguntur, gentem partim Gallicam, partim Illyricam : atque inde etiam labuntur fluvii, multas deferentes ad urbem quum alias tum Italicas merces. Nam ab Aquileia trans Ocram Nauportum usque Tauriscorum oppidum, quo vehicula devehuntur, transitus est stadiorum trecentorum quinquaginta, aut, ut aliis videtur, quingentorum. Est autem Ocra pars Alpium a Rhætis ad Iapodes porrectarum humillima : apud Iapodes rursum se attollunt montes et vocantur Albii. Similiter trajectus Ocræ est a Tergeste (Τεργέσται 2 *codd. opt.*), vico Carnico, ad paludem nomine Lugeum. Vicinus autem Nauporto fluvius est Corcoras (*nonn. codd.* Carcoras), qui merces excipit : atque hic in Savum influit, Savus in Dravum, hic in Noarum apud Segesticam. Inde Noarus au-

τὸν διὰ τῶν Ἰαπόδων ῥέοντα ἐκ τοῦ Ἀλβίου ὄρους Κόλαπιν, συμβάλλει τῷ Δανουίῳ κατὰ τοὺς Σκορδίσκους. ὁ δὲ πλοῦς τὰ πολλὰ τοῖς ποταμοῖς ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐστίν· ὁδὸς [δ'] ἀπὸ Τεργέστε ἐπὶ τὸ Δανούιον σταδίων ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων. ἐγγὺς δὲ τῆς Σεγεστικῆς ἐστι καὶ ἡ Σισκία φρούριον καὶ Σίρμιον, ἐν ὁδῷ κείμεναι τῇ εἰς Ἰταλίαν.

3. Ἔθνη δ' ἐστὶ τῶν Παννονίων Βρεῦκοι καὶ Ἀνδιζήτιοι καὶ Διτίωνες καὶ Πειροῦσται καὶ Μαζαῖοι καὶ Δαισιτιᾶται, ὧν Βάτων ἡγεμών, καὶ ἄλλα ἀσημότερα μικρά, [ἃ] διατείνει μέχρι Δαλματίας, σχεδὸν δέ τι καὶ Ἀρδιαίων, ἰόντι πρὸς νότον· ἅπασα [δ'] ἡ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου παρήκουσα ὀρεινὴ μέχρι τοῦ Ῥιζονικοῦ κόλπου καὶ τῆς Ἀρδιαίων γῆς ..... μεταξὺ πίπτουσα τῆς τε θαλάττης καὶ τῶν Παννονίων ἐθνῶν. σχεδὸν δέ τι καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν ποιητέον τῆς συνεχοῦς περιοδείας ἀναλαβοῦσι μικρὰ τῶν λεχθέντων πρότερον. ἔφαμεν δ' ἐν τῇ περιοδείᾳ τῆς Ἰταλίας Ἴστρους εἶναι πρώτους τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας, συνεχεῖς τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς Κάρνοις, καὶ διότι μέχρι Πόλας, Ἰστρικῆς πόλεως, προήγαγον οἱ νῦν ἡγεμόνες τοὺς τῆς Ἰταλίας ὅρους. οὗτοι μὲν οὖν περὶ ὀκτακοσίους σταδίους εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ. τοσοῦτοι δ' εἰσὶ καὶ ἀπὸ τῆς ἄκρας τῆς πρὸ τῶν Πολῶν ἐπὶ Ἀγκῶνα ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν Ἑνετικήν. ὁ δὲ πᾶς Ἰστρικὸς παράπλους χίλια τριακόσια.

4. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Ἰαποδικὸς παράπλους χιλίων σταδίων· ἵδρυνται γὰρ οἱ Ἰάποδες ἐπὶ τῷ Ἀλβίῳ ὄρει τελευταίῳ τῶν Ἄλπεων ὄντι, ὑψηλῷ σφόδρα, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς Παννονίους καὶ τὸν Ἴστρον καθήκοντες, τῇ δ' ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν, ἀρειμάνιοι μέν, ἐκπεπονημένοι δὲ ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ τελέως· πόλεις δ' αὐτῶν Μέτουλον, Ἀρουπῖνοι, Μονήτιον, Οὐένδων· λυπρὰ δὲ τὰ χωρία, καὶ ζειᾷ καὶ κέγχρῳ τὰ πολλὰ τρεφομένων· ὁ δ' ὁπλισμὸς Κελτικός· κατάστικτοι δ' ὁμοίως (καὶ) τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θρᾳξί. μετὰ δὲ τὸν τῶν Ἰαπόδων ὁ Λιβυρνικὸς παράπλους ἐστί, μείζων τοῦ προτέρου σταδίοις [πεντακοσίοις], ἐν δὲ τῷ παράπλῳ ποταμὸς φορτίοις ἀνάπλουν ἔχων μέχρι Δαλματέων, καὶ Σκάρδων, Λιβυρνὴ πόλις.

5. Παρ' ὅλην δ' ἣν εἶπον παραλίαν νῆσοι μὲν αἱ Ἀψυρτίδες, περὶ ἃς ἡ Μήδεια λέγεται διαφθεῖραι τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον διώκοντα αὐτήν. ἔπειτα ἡ Κυρικτικὴ κατὰ τοὺς Ἰάποδας· εἶθ' αἱ Λιβυρνίδες περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν· εἶτ' ἄλλαι νῆσοι, γνωριμώταται δ' Ἴσσα, Τραγούριον, Ἰσσέων κτίσμα, Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα, ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φάριος, καὶ ἡ τῶν Δαλματέων παραλία καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῶν Σάλων. ἔστι δὲ τῶν πολὺν χρόνον πολεμησάντων πρὸς Ῥωμαίους τὸ ἔθνος τοῦτο· κατοικίας δ' ἔσχεν ἀξιολόγους εἰς πεντήκοντα, ὧν τινας καὶ πόλεις, Σάλωνά τε καὶ Πριάμωνα καὶ Νινίαν καὶ Σινώτιον, τό τε νέον καὶ τὸ παλαιόν, ἃς ἐνέπρησεν ὁ Σεβαστός. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδήτριον ἐρυμνὸν χωρίον,

getur recepto Colapi (*al. codd.* Calapi) amne (qui ex Albio monte per Iapodas delabitur), inque Danubium apud Scordiscos exit. Navigatio in fluviis illis utplurimum est versus septentrionem. Iter vero a Tergeste ad Danubium stadiorum circiter mille ducentis. Prope Segesticam sunt etiam Siscia castellum et Sirmium, ad viam sita quæ in Italiam ducit.

3. Gentes Pannonum sunt Breuci, Andizetii, Ditiones, Pirustæ, Mazæi, Dæsitiatæ, quorum dux erat Bato, aliæque minores et obscuriores quæ usque ad Dalmatiam et fere Ardiæos, versus meridiem si quis proficiscatur, pertingunt. Omnis autem regio montana, quæ ab intimo Adriæ sinu usque ad Ardiæorum ditionem et Rizonicum sinum protenditur, [*ora est Illyrica*] interposita mari et Pannoniis. Atque hinc fere initium nobis faciendum est continuæ nostræ descriptionis, paucis modo repetitis eorum quæ supra dicta fuerunt. Docuimus enim in Italiæ descriptione, primos in Illyrici ora maritima esse Istros, conterminos Italiæ et Carnis : principesque nostros hodie Italiæ fines ad Polam usque Istriæ urbem protulisse. Hi igitur fines circiter octingenta stadia ab intimo sinu absunt : totidemque stadia sunt a promontorio, quod est ante Polas (*supra :* Polam; *plurimi codd.* : πόλεων) situm, ad Anconem, Venetica regione ad dextram relicta. Tota autem juxta oram Istriæ navigatio est stadiorum mille trecentorum.

4. Deinceps sequitur Iapodica præternavigatio mille stadiorum. Siti enim sunt Iapodes ad Albium montem, qui finis est Alpium, admodum altum : ac partim ad Pannonios et Istrum pertingunt, partim ad Adriam : bellicosa gens, sed ab Augusto Cæsare prorsus defatigata. Urbes eorum, Metulum, Arupini (*Arupinum?*), Monetium, Vendon : regio est inops : zea et milio utplurimum victitant : armatura iis Gallica : notis compuncti sunt corpora, in morem reliquorum Illyriorum et Thracum. Post Iapodum oram Liburnica succedit, longior priore stadiis [quingentis *suppl. ex Epit.*]. Est in ea ora fluvius, quo adverso subvehuntur merces usque ad Dalmatas, et Scardon urbs Liburnica.

5. Juxta totam quam explicavi oram insulæ sunt, ac primum quidem Absyrtides, ubi Medea dicitur fratrem suum Apsyrtum interfecisse, qui ipsam persequebatur; deinceps est Cyrictica (*var. lect.* Cyriactica. Cyractica. Cyrectica) prope Iapodas; sequuntur Liburnicæ, numero ad quadraginta : tum aliæ, quarum nobilissima Issa, Tragurium ab Issensibus condita, Pharus quæ olim Parus, Pariorum colonia, patria Demetrii Pharii; tum ora maritima Dalmatarum, et navale eorum Salon. Est hæc gens ex earum numero, quæ diuturnum cum Romanis bellum gesserunt : habuit oppida memoratu digna ad quinquaginta, de quibus etiam urbes nonnullæ, ut Salon, Priamon, Ninia, Sinotium novum ac vetus; ab Augusto istæ sunt combustæ. Est etiam Andetrium castellum probe

Δάλμιον δὲ μεγάλη πόλις, ἧς ἐπώνυμον τὸ ἔθνος, μικρὰν δ' ἐποίησε Νασικᾶς καὶ τὸ πεδίον μηλόβοτον διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν ἀνθρώπων. ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ μὴ χρῆσθαι νομίσμασι πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ ἴδιον, πρὸς ἄλλους δὲ τῶν βαρβάρων πολλοὺς κοινόν. Ἄδριον δὲ ὄρος ἐστί, μέσον τέμνον τὴν Δαλματικήν, τὴν μὲν ἐπιθαλάττιον, τὴν δ' ἐπὶ θάτερα. εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαόριζοι καὶ Ἀρδιαῖοι καὶ Πληραῖοι, ὧν τοῖς μὲν πλησιάζει νῆσος ἡ Μέλαινα Κόρκυρα καλουμένη καὶ πόλις, Κνιδίων κτίσμα, τοῖς δὲ Ἀρδιαίοις ἡ Φάρος, Πάρος λεγομένη πρότερον· Παρίων γάρ ἐστι κτίσμα.

6. Οὐαρδαίους δ' οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν τοὺς Ἀρδιαίους· ἀπέωσαν δ' αὐτοὺς εἰς τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς θαλάττης Ῥωμαῖοι, λυμαινομένους αὐτὴν διὰ τῶν ληστηρίων, καὶ ἠνάγκασαν γεωργεῖν. τραχεῖα δὲ χώρα καὶ λυπρὰ καὶ οὐ γεωργῶν ἀνθρώπων, ὥστ' ἐξέφθαρται τελέως, μικροῦ δὲ καὶ ἐκλέλοιπε. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι τοῖς ταύτῃ συνέβη· οἱ γὰρ πλεῖστον δυνάμενοι πρότερον τελέως ἐταπεινώθησαν καὶ ἐξέλιπον, Γαλατῶν μὲν Βόιοι καὶ Σκορδίσται, Ἰλλυριῶν δὲ Αὐταριάται καὶ Ἀρδιαῖοι καὶ Δαρδάνιοι, Θρᾳκῶν δὲ Τριβαλλοί, ὑπ' ἀλλήλων μὲν ἐξ ἀρχῆς, ὕστερον δ' ὑπὸ Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων ἐκπολεμούμενοι.

7. Μετὰ δ' οὖν τὴν τῶν Ἀρδιαίων καὶ Πληραίων παραλίαν ὁ Ῥιζαίων κόλπος ἐστὶ καὶ Ῥίζων πόλις καὶ ἄλλα πολίχνια καὶ Δρίλων ποταμός, ἀνάπλουν ἔχων πρὸς ἕω μέχρι τῆς Δαρδανικῆς, [ἣ] συνάπτει τοῖς Μακεδονικοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς Παιονικοῖς πρὸς μεσημβρίαν, καθάπερ καὶ οἱ Αὐταριάται καὶ Δασαρήτιοι, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη συνεχεῖς ἀλλήλοις ὄντες καὶ τοῖς Αὐταριάταις. τῶν δὲ Δαρδανιατῶν εἰσι καὶ οἱ Γαλάβριοι, παρ' οἷς πόλις ἀρχαία, καὶ οἱ Θουνάται· Μαίδοις, ἔθνει Θρᾳκίῳ, πρὸς ἕω συνάπτουσιν. ἄγριοι δ' ὄντες οἱ Δαρδάνιοι τελέως, ὥσθ' ὑπὸ ταῖς κοπρίαις ὀρύξαντες σπήλαια ἐνταῦθα διαίτας ποιεῖσθαι, μουσικῆς δ' ὅμως ἐπεμελήθησαν, μουσικοῖς ἀεὶ χρώμενοι καὶ αὐλοῖς καὶ τοῖς ἐντατοῖς ὀργάνοις. οὗτοι μὲν οὖν ἐν τῇ μεσογαίᾳ· μνησθησόμεθα δ' αὐτῶν καὶ ὕστερον.

8. Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος, Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται. εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς καὶ ὁ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δὲ ἑξήκοντα. τὸν δ' Ἀῶον Αἴαντα καλεῖ Ἑκαταῖος καί φησιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου, τοῦ περὶ Λάκμον, μᾶλλον δὲ τοῦ αὐτοῦ μυχοῦ, τόν τε Ἴναχον ῥεῖν εἰς Ἄργος πρὸς νότον καὶ τὸν Αἴαντα πρὸς ἑσπέραν καὶ πρὸς τὸν Ἀδρίαν. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον, πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα· ὑπ' αὐτῇ δὲ κρῆναι ῥέουσι χλιαροῦ καὶ ἀσφάλτου, καιομένης, ὡς εἰκός, τῆς βώλου

munitum : Dalmium vero magna erat urbs, unde nomen genti, sed Nasica urbem hanc exiguam fecit agrumque pecori pascuum, ob incolarum avaritiam. Proprium hoc habent Dalmatæ, quod octavo quoque anno agros denuo dividunt : nam quod nulla moneta utuntur, id respectu eorum qui hanc oram accolunt iis est peculiare, sed cum multis aliis barbaris habent commune. Porro mons, cui nomen Adrium, Dalmatiam mediam secat, ut altera ejus pars ad mare spectet, altera in diversum. Sequitur Naron amnis, et qui apud eum sunt Daorizi, Ardiæi, Pleræi : quorum his propinqua est insula Corcyra Nigra, quam vocant, cum urbe a Cnidiis condita. Ardiæis vicina est Pharus, ante Parus dicta : est enim a Pariis condita.

6. Ceterum Ardiæi a posterioribus Vardæi (*codd.* Varalii) dicti sunt. Sed hos a mari, quod latrociniis infestarent, in mediterranea abegerunt Romani, coegeruntque agriculturæ vacare. Est autem regio ea sterilis atque aspera, neque agricolis conveniens : ita ut ea gens deperierit prorsus, et tantum non funditus exstincta sit. Quod quidem ceteris quoque eo in tractu gentibus usu venit : quorum enim summa olim fuit potentia, nunc vel omnino nulli sunt, vel ad imam redacti conditionem, ut de Gallis Boii et Scordisci, de Illyricis Autariatæ et Ardiæi et Dardanii, de Thracibus Triballi : primum a se invicem attriti, deinde a Macedonibus et Romanis prorsus oppressi.

7. Post Ardiæorum et Pleræorum oram Rhizæorum (*Rhizonæorum vel Rhizonicus*) sinus et Rhizon urbs aliaque oppida et Drilo fluvius, quo adverso navigatur orientem versus ad Dardanicam, quæ attingit Macedonicas et Pæonicas gentes versus meridiem, sicut etiam Autariatæ et Dasaretii, quorum alii sunt aliis partibus sibi contigui (et Autariatis). Dardanicarum sunt etiam Galabrii, apud quos urbs est antiqua, et Thunatæ, Mædis, Thraciæ genti, orientem versus contermini. Ceterum Dardanii quamvis essent oppido agrestes, adeo ut etiam subter sterquiliniis effossas speluncas inhabitarent, musicæ tamen operam dederunt, musicis semper usi et fistulis et quæ fidibus intenduntur instrumentis. Atqui hi quidem sunt in mediterraneis, quorum postea quoque faciemus mentionem.

8. Post sinum Rhizonicum Lissus est, et Acrolissus et Epidamnus a Corcyræis condita, quæ nunc a peninsula, cui imposita est, nomen Dyrrhachii tenet. Inde Apsus fluvius, et Aous, prope quem Apollonia urbs legibus optimis temperata, condita a Corinthiis et Corcyræis, dissita a flumine stadiis decem, a mari sexaginta. Hecatæus Aoum vocat Æantem, autumatque ex eodem apud Lacmum loco, vel potius ex iisdem penetralibus Inachum ad Argos deferri versus meridiem, et Æantem ad occasum et Adriam. In Apolloniatarum finibus Nymphæum appellatur saxum quoddam ignem egerens, sub quo fontes sunt aqua tepida fluentes et bitumine, gleba haud dubie bituminosæ terræ

τῆς ἀσφαλτίτιδος· μέταλλον δ' αὐτῆς ἐστι πλησίον ἐπὶ λόφου· τὸ δὲ τμηθὲν ἐκπληροῦται πάλιν τῷ χρόνῳ, τῆς ἐγχωννυμένης εἰς τὰ ὀρύγματα γῆς μεταβαλλούσης εἰς ἄσφαλτον, ὥς φησι Ποσειδώνιος. λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη τὴν ἐν Σελευκείᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου· χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου φθείρειν τὸ θηρίον, πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης ἀναβῆναι· τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ, πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ' ἐλαίου δεῖσθαι. μετὰ δ' Ἀπολλωνίαν Βυλλιακὴ καὶ Ὠρικὸν καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτοῦ ὁ Πάνορμος καὶ τὰ Κεραύνια ὄρη, ἡ ἀρχὴ τοῦ στόματος τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου.

9. Τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι, διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα τοῦτ' ἐστίν, ὁ δ' Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης. φησὶ δὲ ὁ Θεόπομπος τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν ἥκειν ἀπὸ ἀνδρὸς ἡγησαμένου τῶν τόπων, ἐξ Ἴσσης τὸ γένος, τὸν Ἀδρίαν δὲ ποταμοῦ ἐπώνυμον γεγονέναι. στάδιοι δ' ἀπὸ τῶν Λιβυρνῶν ἐπὶ τὰ Κεραύνια μικρῷ πλείους ἢ δισχίλιοι. Θεόπομπος δὲ τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν ἓξ εἴρηκε, πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τριάκοντα· πλεονάζειν δέ μοι δοκεῖ. καὶ ἄλλα δ' οὐ πιστὰ λέγει, τό τε συντετρῆσθαι τὰ πελάγη ἀπὸ τοῦ εὑρίσκεσθαι κέραμόν τε Χῖον καὶ Θάσιον ἐν τῷ Νάρωνι, καὶ τὸ ἄμφω κατοπτεύεσθαι τὰ πελάγη ἀπό τινος ὄρους, καὶ τῶν νήσων τῶν Λιβυρνίδων † τιθείς, ὥστε κύκλον ἔχειν σταδίων καὶ πεντακοσίων, καὶ τὸ τὸν Ἴστρον ἑνὶ τῶν στομάτων εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐμβάλλειν. τοιαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἐρατοσθένους ἔνια παρακούσματά ἐστι λαοδογματικά, καθάπερ Πολύβιός φησι καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων λέγων συγγραφέων.

10. Τὸν μὲν οὖν παράπλουν ἅπαντα τὸν Ἰλλυρικὸν σφόδρα εὐλίμενον εἶναι συμβαίνει καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συνεχοῦς ἠιόνος καὶ ἐκ τῶν πλησίον νήσων, ὑπεναντίως τῷ Ἰταλικῷ τῷ ἀντικειμένῳ, ἀλιμένῳ ὄντι· ἀλεεινοὶ δὲ καὶ χρηστόκαρποι ὁμοίως· ἐλαιόφυτοι γὰρ καὶ εὐάμπελοι, πλὴν εἴ πού τι σπάνιον ἐκτετράχυνται τελέως. τοιαύτη δ' οὖσα ὠλιγωρεῖτο πρότερον ἡ Ἰλλυρικὴ παραλία, τάχα μὲν καὶ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἀρετῆς, τὸ μέντοι πλέον διὰ τὴν ἀγριότητα τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ λῃστρικὸν ἔθος. ἡ δ' ὑπερκειμένη ταύτης πᾶσα ὀρεινὴ καὶ ψυχρὰ καὶ νιφόβολός ἐστιν, ἡ δὲ προσάρκτιος καὶ μᾶλλον, ὥστε καὶ τῶν ἀμπέλων σπάνιν εἶναι καὶ ἐν ταῖς ὑψώσεσι καὶ ἐν τοῖς ἐπιπεδωτέροις. ὀροπέδια δ' ἐστὶ ταῦτα, ἃ κατέχουσιν οἱ Παννόνιοι, πρὸς νότον μὲν μέχρι Δαλματέων καὶ Ἀρδιαίων διατείνοντα, πρὸς ἄρκτον δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον τελευτῶντα, πρὸς ἕω δὲ Σκορδίσκοις συνάπτοντα· † τῇ δὲ παρὰ τὰ ὄρη τῶν Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν.

11. Αὐταριάται μὲν οὖν τὸ μέγιστον καὶ ἄριστον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνος ὑπῆρξεν, ὃ πρότερον μὲν πρὸς Ἀρδιαίους συνεχῶς ἐπολέμει περὶ ἁλῶν, ἐν μεθορίοις πηγνυμένων

ardente ibi : prope in tumulo etiam fodina est bituminis, et quidquid exscinditur, id restituitur successu temporis, terra, quæ in fossas ingeritur, in bitumen vertente, uti narrat Posidonius. Idem refert ampelitin terram bituminosam, quæ in Pieria effoditur Seleucia, remedium esse adversus vitis pediculos : illatam enim cum oleo, exstinguere vermem, priusquam a radice ad germen perveniat : sed etiam in Rhodo talem esse repertam, se magistratum ibi Prytanis gerente, quæ tamen plus olei requireret. Post Apolloniam Bylliace (*codd.* Balliace) est, et Oricum (Oræum *vel* Oreum *codd.*) ejusque navale Panormus et montes Ceraunii, initium faucium sinus Ionii et Adriatici.

9. Fauces quidem utrique sunt communes : eo autem differunt, quod primæ seu exteriori parti hujus maris nomen Ionii tribuitur, Adriæ autem interiori usque ad intimum sinus recessum : quanquam hodie etiam totum mare hoc nomen gerit. Theopompus ait prius nomen esse ortum a viro, qui istis locis imperaverit, gente Issæus : Adriæ cognomentum a flumine esse deductum. Stadia sunt a Liburnis ad Ceraunios montes paullo plura duobus millibus. Theopompus totam ab intimo sinus navigationem sex dierum esse perhibuit : terrestri autem itinere Illyricæ oræ longitudinem vel triginta esse dierum; at nimium dicere mihi videtur. Idem et alia parum credibilia profert, veluti quum maria ait cavernis seu foraminibus quibusdam in imo latentibus coire, eo argumento, quod figlina Thasia et Chia in Narone inventa sint : et quod utrumque mare e monte quodam cerni affirmat, in insularum Liburniarum [*tantam esse magnitudinem statuit*,] ut ambitum habeant stadiorum vel quingentorum : et quod Istrum uno ostiorum suorum in Adriam effluere tradit. Verum apud Eratosthenem quoque sunt hujusmodi errores nonnulli ex vulgi opinionibus concepti, uti Polybius ait quo loco de Eratosthene ceterisque scriptoribus loquitur.

10. Ceterum tota Illyrici ora oppido est commodis instructa portubus, quum ipsa, tum insulæ etiam vicinæ : quum contra Italica ora huic opposita sit importuosa. Aprica vero et bonarum frugum ferax et hæc et illa pariter; nam utraque oleis et vitibus egregia : nisi si alicubi loca prorsus aspera sunt. Et quum talis esset ora Illyrica, nihilominus olim negligebatur : fortassis, quod soli præstantia ignoraretur : potior tamen causa fuit, quod eam homines sævi et latrociniis dediti tenebant. Quæ supra hanc sita est regio, montosa est tota, frigida ac nivalis, maxime quæ ad septentrionem vergit : ita ut vites raræ sint et in editis et in planis locis. Hæ sunt Pannonum montanæ planities, versus meridiem ad Dalmatas usque et Ardiæos pertinentes, versus septentrionem ad Istrum desinentes, versus ortum Scordiscos attingentes, ** partim vero juxta montes Macedonum et Thracum.

11. Autariatæ autem maxima fuit et optima Illyriorum gens, cui quondam contra Ardiæos bellum fuit perpetuum de sale, qui in confiniis cogebatur ex aqua verno tempore

ἐξ ὕδατος ῥέοντος ὑπὸ ἄγκει τινὶ τοῦ ἔαρος· ἀρυσαμένοις γὰρ καὶ ἀποθεῖσιν ἡμέρας πέντε ἐξεπήγνυντο οἱ ἅλες. συνέκειτο δὲ παρὰ μέρος χρῆσθαι τῷ ἁλοπηγίῳ, παραβαίνοντες δὲ τὰ συγκείμενα ἐπολέμουν· καταστρεψάμενοι δέ ποτε οἱ Αὐταριάται Τριβαλλοὺς ἀπὸ Ἀγριάνων μέχρι τοῦ Ἴστρου καθήκοντας ἡμερῶν πεντεκαίδεκα ὁδὸν ἐπῆρξαν καὶ τῶν ἄλλων Θρακῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν· κατελύθησαν δ' ὑπὸ Σκορδίσκων πρότερον, ὕστερον δ' ὑπὸ Ῥωμαίων, [οἳ] καὶ τοὺς Σκορδίσκους αὐτοὺς κατεπολέμησαν πολὺν χρόνον ἰσχύσαντας.

12. Ὤκησαν δ' οὗτοι παρὰ τὸν Ἴστρον, διῃρημένοι δίχα, οἱ μὲν μεγάλοι Σκορδίσκοι καλούμενοι, οἱ δὲ μικροί, οἱ μὲν μεταξὺ δυεῖν ποταμῶν (οἰκεῖν) ἐμβαλλόντων εἰς τὸν Ἴστρον, τοῦ τε Νόαρου τοῦ παρὰ τὴν Σεγεστικὴν ῥέοντος καὶ τοῦ Μάργου (τινὲς δὲ Βάργον φασίν)· οἱ δὲ μικροὶ τούτου πέραν, συνάπτοντες Τριβαλλοῖς καὶ Μυσοῖς. εἶχον δὲ καὶ τῶν νήσων τινὰς οἱ Σκορδίσκοι· ἐπὶ τοσοῦτον δ' ηὐξήθησαν, ὥστε καὶ μέχρι τῶν Ἰλλυρικῶν καὶ τῶν Παιονικῶν καὶ Θρακίων προῆλθον ὀρῶν· κατέσχον οὖν καὶ τὰς νήσους τὰς ἐν τῷ Ἴστρῳ τὰς πλείους, ἦσαν δὲ καὶ πόλεις αὐτοῖς Ἑόρτα καὶ Καπέδουνον. μετὰ δὲ τὴν τῶν Σκορδίσκων χώραν παρὰ μὲν τὸν Ἴστρον ἡ τῶν Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν ἐστιν, ὧν ἐμνήσθημεν πρότερον, καὶ τὰ ἕλη τὰ τῆς μικρᾶς καλουμένης Σκυθίας τῆς ἐντὸς Ἴστρου· καὶ τούτων ἐμνήσθημεν. ὑπεροικοῦσι δ' οὗτοί τε καὶ Κρόβυζοι καὶ οἱ Τρωγλοδύται λεγόμενοι τῶν περὶ Κάλλατιν καὶ Τομέα καὶ Ἴστρον τόπων. εἶθ' οἱ περὶ τὸν Αἷμον καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ οἰκοῦντες μέχρι τοῦ Πόντου Κόραλλοι καὶ Βέσσοι καὶ Μαίδων τινὲς καὶ Δανθηλητῶν. πάντα μὲν οὖν ταῦτα λῃστρικώτατα ἔθνη· Βέσσοι δὲ οἵπερ τὸ πλέον τοῦ ὄρους νέμονται τοῦ Αἵμου, καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν λῃσταὶ προσαγορεύονται, καλυβῖταί τινες καὶ λυπρόβιοι, συνάπτοντες τῇ τε Ῥοδόπῃ καὶ τοῖς Παίοσι καὶ τῶν Ἰλλυριῶν τοῖς τε Αὐταριάταις καὶ τοῖς Δαρδανίοις. μεταξὺ δὲ τούτων τε καὶ τῶν Ἀρδιαίων οἱ Δασαρήτιοί εἰσι καὶ Ὑβριᾶνες καὶ ἄλλα ἄσημα ἔθνη, ἃ ἐπόρθουν οἱ Σκορδίσκοι, μέχρι ἠρήμωσαν τὴν χώραν, καὶ δρυμῶν ἀβάτων ἐφ' ἡμέρας πλείους ἐποίησαν μεστήν.

ΚΕΦ. Ϛ.

Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς μεταξὺ Ἴστρου καὶ τῶν ὀρῶν τῶν ἐφ' ἑκάτερα τῆς Παιονίας ἡ Ποντικὴ παραλία, ἡ ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου μέχρι τῆς περὶ τὸν Αἷμον ὀρεινῆς, καὶ μέχρι τοῦ στόματος τοῦ κατὰ Βυζάντιον. καθάπερ [δὲ] τὴν Ἰλλυρικὴν παραλίαν ἐπιόντες μέχρι τῶν Κεραυνίων ὀρῶν προὔβημεν ἔξω τῆς Ἰλλυρικῆς πιπτόντων ὀρεινῆς, ἐχόντων δέ τι οἰκεῖον πέρας, τὰ μεσόγαια δ' ἔθνη τούτοις ἀφωρίσμεθα, νομίζοντες σημειωδεστέρας ἔσεσθαι τὰς τοιαύτας περιγραφὰς καὶ πρὸς τὰ νῦν καὶ πρὸς τὰ ὕστερον· οὕτω κἀνταῦθα ἡ παραλία, κἂν ὑπερπίπτῃ τὴν ὀρεινὴν γραμμήν, ὅμως

ex quadam convalle defluente; haustam enim per quinque dies reponentibus sal coagulabatur: pactum vero erat ut salina ea alternis fruerentur vicibus: pactis posthabitis, bellis decernebant. Ceterum Autariatæ quum Triballos domuissent, qui ab Agrianibus usque ad Istrum quindecim dierum itineris spatium occupabant, ceteros etiam Thraces et Illyrios imperio subjecerunt: ipsi autem potentia sua exuti sunt primum a Scordiscis, deinde a Romanis, qui Scordiscos etiam debellaverunt diuturna usos potentia.

12. Habitarunt hi ad Istrum in duas divisi partes: quorum alii majores Scordisci appellantur, alii minores. Illi quidem inter duos amnes habitarunt in Istrum influentes, Noarum, qui præter Segesticam fertur, et Margum (*codd.* Martum), quem nonnulli Bargum vocant; hi vero, minores scilicet, ultra eum, confines Triballis ac Mysis. Tenuerunt et insulas quasdam Scordisci, et eo virium increverunt, ut etiam usque ad Illyriorum, Pannonum Thracumque montes (*codd.* fines) progrederentur; quin et plerasque in Istro insulas obtinuerunt; urbes eorum fuerunt Heorta et Capedunum. Post Scordiscos juxta Istrum Triballi sunt et Mysi, quorum supra fecimus mentionem: tum paludes Scythiæ minoris intra Istrum, quas ipsas quoque commemoravimus. Hi et Crobyzi et qui Troglodytæ dicuntur, locos incolunt qui sunt supra Callatim, Tomea et Istrum. Sequuntur qui ad Hæmum sedes habent, et infra eum ad Pontum usque Coralli, Bessi, Mædi quidam ac Dantheletæ. Hæ gentes omnes majorem in modum sunt latrociniis deditæ. Bessi vero majorem Hæmi partem tenentes et ab ipsis latronibus latrones appellantur, tuguria incolentes, vitam degentes duram, attingentes Rhodopen et Pannones et de Illyricis Autariatas ac Dardanios. Inter hos et Ardiæos, Dasaretii sunt, et Hybrianes (*Agrianes?*) aliæque obscuræ gentes: quas Scordisci infestaverunt, donec tandem regionem eam cultoribus vacuam redegerunt, feceruntque, ut inviæ essent silvæ per aliquot dierum itineris spatium.

CAP. VI.

Superest inter Istrum et montes ab utraque Pannoniæ parte ora Ponti maritima, a Sacro Istri ostio usque ad Hæmi montana, et ostium quod est juxta Byzantium. Quemadmodum autem Illyrici oram describentes usque ad Ceraunios montes progressi sumus, qui etsi extra Illyrici montes siti, aptum tamen terminum nobis præbent, hisque finibus gentes mediterraneas descripsimus, arbitrati hujusmodi notationes magis fore et ad præsens negotium et ad sequentia luculentas: sic nunc quoque oræ maritimæ descriptio, etsi supra lineam per montes ductam excidit, tamen in

εἰς οἰκεῖόν τι πέρας τελευτήσει τὸ τοῦ Πόντου στόμα καὶ πρὸς τὰ νῦν καὶ πρὸς τὰ ἐφεξῆς. ἔστιν οὖν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν συνεχῆ παραλίαν Ἴστρος πολίχνιον ἐν πεντακοσίοις σταδίοις, Μιλησίων κτίσμα· εἶτα Τόμις, ἕτερον πολίχνιον ἐν διακοσίοις πεντήκοντα σταδίοις· εἶτα πόλις Κάλλατις ἐν διακοσίοις ὀγδοήκοντα, Ἡρακλεωτῶν ἄποικος· εἶτ' Ἀπολλωνία ἐν χιλίοις τριακοσίοις σταδίοις, ἄποικος Μιλησίων, τὸ πλέον τοῦ κτίσματος ἱδρυμένον ἔχουσα ἐν νησίῳ τινὶ * ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐξ οὗ Μάρκος Λεύκολλος τὸν κολοσσὸν ἦρε καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ Καπετωλίῳ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, Καλάμιδος ἔργον. ἐν τῷ μεταξὺ δὲ διαστήματι τῷ ἀπὸ Καλλάτιδος εἰς Ἀπολλωνίαν Βιζώνη τέ ἐστιν, ἧς κατεπόθη πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμῶν, καὶ Κρουνοὶ καὶ Ὀδησσός, Μιλησίων ἄποικος, καὶ Ναύλοχος, Μεσημβριανῶν πολίχνιον. εἶτα τὸ Αἷμον ὄρος μέχρι τῆς δεῦρο θαλάττης διῆκον· εἶτα Μεσημβρία Μεγαρέων ἄποικος, πρότερον δὲ Μενεβρία, οἷον Μένα πόλις, τοῦ κτίσαντος Μένα καλουμένου, τῆς δὲ πόλεως βρίας καλουμένης Θρᾳκιστί· ὡς καὶ ἡ τοῦ Σήλυος πόλις Σηλυβρία προσηγόρευται, ἥ τε Αἶνος Πολτυοβρία ποτὲ ὠνομάζετο· εἶτ' Ἀγχιάλη πολίχνιον Ἀπολλωνιατῶν, καὶ αὐτὴ ἡ Ἀπολλωνία. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ παραλίᾳ ἐστὶ καὶ ἡ Τίριζις ἄκρα, χωρίον ἐρυμνόν, ᾧ ποτε καὶ Λυσίμαχος ἐχρήσατο γαζοφυλακίῳ. πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ἀπολλωνίας ἐπὶ Κυανέας στάδιοί εἰσι περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἥ τε Θυνιάς, τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώρα, * Ἀγχιάλη, καὶ αὐτὴ Ἀπολλωνιατῶν, * καὶ Φινόπολις καὶ Ἀνδριάκη, συνάπτουσαι τῷ Σαλμυδησσῷ. ἔστι δ' οὗτος ἔρημος αἰγιαλὸς καὶ λιθώδης, ἀλίμενος, ἀναπεπταμένος πολὺς πρὸς τοὺς βορέας, σταδίων ὅσον ἑπτακοσίων μέχρι Κυανέων τὸ μῆκος, πρὸς ὃν οἱ ἐκπίπτοντες ὑπὸ τῶν Ἀστῶν διαρπάζονται τῶν ὑπερκειμένων, Θρᾳκίου ἔθνους. αἱ δὲ Κυάνεαι πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου εἰσὶ δύο νησίδια, τὸ μὲν τῇ Εὐρώπῃ προσεχές, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ, πορθμῷ διειργόμενα ὅσον εἴκοσι σταδίων. τοσοῦτον δὲ διέχει καὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Βυζαντίων, καὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Χαλκηδονίων· ὅπερ ἐστὶ τοῦ στόματος τοῦ Εὐξείνου τὸ στενώτατον· προϊόντι γὰρ δέκα σταδίους ἄκρα ἐστὶ πενταστάδιον ποιοῦσα τὸν πορθμόν, εἶτα διίσταται ἐπὶ πλέον καὶ ποιεῖν ἄρχεται τὴν Προποντίδα.

2. Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἄκρας τῆς τὸ πενταστάδιον ποιούσης ἐπὶ τὸν ὑπὸ τῇ Συκῇ καλούμενον λιμένα στάδιοι πέντε καὶ τριάκοντα, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ Κέρας τὸ Βυζαντίων πέντε. ἔστι δὲ τὸ Κέρας, προσεχὲς τῷ Βυζαντίων τείχει, κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δύσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα, ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι· εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς, εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ πηλαμὺς ἁλίσκεται ῥᾳδίως διά τε τὸ πλῆθος αὐτῆς καὶ τὴν βίαν τοῦ συνελαύνοντος ῥοῦ καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων, ὥστε καὶ χερσὶν ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν. γεννᾶται μὲν οὖν τὸ ζῷον

aptum quendam terminum, Ponti ostium, exibit, sive ea spectes quæ nunc tractantur, sive quæ sequentur. Ergo a Sacro ostio in continenti ora dextram versus ad quingenta stadia Ister oppidum est, a Milesiis conditum. Deinde Tomis, aliud oppidum a priore distans stadiis ducentis quinquaginta; post stadia ducenta octoginta Callatis urbs, Heracleotarum colonia; inde stadiis mille trecentis abest Apollonia, Milesiorum colonia; urbs majore sui parte condita est in parva quadam insula, [*in qua*] fanum est Apollinis : unde M. Lucullus colossum Apollinis, opus Calamidis, sublatum in Capitolio dedicavit. Inter Callatin et Apolloniam Bizona est, cujus magna pars terræ motibus hausta est, et Cruni et Odessus, Milesiorum colonia, et Naulochus Mesembrianorum oppidum : inde Hæmus mons, ad istud usque mare pertingens. Sequitur Mesembria Megarensium colonia, ante Menebria, id est, Menæ urbs dicta, quod conditori ejus Mena esset nomen : *bria* autem vox Thracum lingua urbem significat : sicut et Selyos urbs Selybria appellatur, et Ænus aliquando Poltyobria dicta fuit. Deinceps est Anchiale Apolloniatarum oppidum, atque ipsa Apollonia. In hac ora est etiam Tirizis promontorium, castellum habens munitum, ubi aliquando suos thesauros asservavit Lysimachus. Rursum ab Apollonia ad Cyaneas stadia sunt circiter mille quingenta. Medio spatio continentur Thynias Apolloniatarum regio, et Phinopolis et Andriaca Salmydesso contiguæ. Litus hoc desertum est ac saxosum, importuosum, versus Aquilones late patens, longitudine usque ad Cyaneas stadiorum circiter septingentorum : ad quod litus qui ejiciuntur, ab Astis, Thracia gente superne accolente, spoliantur. Cyaneæ sunt duæ exiguæ insulæ ad fauces Ponti, altera Europæ, altera Asiæ adjacens, stadiorum circiter viginti freto disjunctæ. Tanto etiam intervallo distant a templo Byzantiorum et a templo Chalcedoniorum : ibi fere sunt summæ ostii Euxini Ponti angustiæ : decem enim stadia progressus ad promontorium pervenies, quod fretum quinque stadia latum efficit, deinde diducitur amplius, incipitque Propontidem efficere.

2. A promontorio itaque, quod quinque stadiorum fretum facit, ad portum, qui Sub Ficum dicitur, stadia sunt triginta quinque : inde ad Cornu Byzantiorum, stadia quinque. Est autem Cornu, Byzantio muro conjunctum, sinus versus occidentem ad sexaginta stadia penetrans, similis cornui cervino; in multos enim sinus quasi in ramos finditur, in quos incidens pelamys piscis facile capitur, quum ob copiam, tum ob vim fluctus intro compellentis, et angustiam sinuum, adeo ut etiam manibus possit comprehendi. Nascitur hoc animal in paludibus Mæotidis :

ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος, ἰσχῦσαν δὲ μικρὸν ἐκπίπτει διὰ τοῦ στόματος ἀγεληδὸν καὶ φέρεται παρὰ τὴν Ἀσιανὴν ἠιόνα μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας· ἐνταῦθα δὲ πρότερον συνίστασθαι συμβαίνει τὴν θήραν, οὐ πολλὴ δ' ἐστίν· οὐ γάρ πω τὸ προσῆκον ἔχει μέγεθος· εἰς δὲ Σινώπην προϊοῦσα ὡραιοτέρα πρός τε τὴν θήραν καὶ τὴν ταριχείαν ἐστίν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη συνάψῃ τοῖς Κυανέαις καὶ παραλλάξῃ ταύτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λευκή τις πέτρα προπίπτουσα φοβεῖ τὸ ζῷον, ὥστ' εὐθὺς εἰς τὴν περαίαν τρέπεσθαι· παραλαβὼν δ' ὁ ἐνταῦθα ῥοῦς, ἅμα καὶ τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης ἐπὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ πρὸς αὐτῷ Κέρας τετράφθαι φυσικῶς, συνελαύνεται δεῦρο καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πρόσοδον ἀξιόλογον. Χαλκηδόνιοι δ' ἐπὶ τῆς περαίας ἱδρυμένοι πλησίον οὐ μετέχουσι τῆς εὐπορίας ταύτης διὰ τὸ μὴ προσπελάζειν τοῖς λιμέσιν αὐτῶν τὴν πηλαμύδα· ᾗ δὴ καὶ τὸν Ἀπόλλω φασὶ τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Χαλκηδόνος κτίσιν χρηστηριαζομένοις προστάξαι ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπεναντίον τῶν τυφλῶν, τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς Χαλκηδονίους, ὅτι πρότερον πλεύσαντες [εἰς] τοὺς τόπους, ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν. μέχρι μὲν δὴ Βυζαντίου προήλθομεν, ἐπειδὴ πόλις ἐπιφανής, πλησιάζουσα μάλιστα τῷ στόματι, εἰς γνωριμώτερον πέρας ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὸν παράπλουν τελευτῶντα ἀπέφαινεν. ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος.

ΚΕΦ. Ζ.

Τὰ μὲν οὖν ἀφοριζόμενα ἔθνη τῷ τε Ἴστρῳ καὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰλλυρικοῖς καὶ Θρακίοις ταῦτ' ἐστίν, ὧν ἄξιον μνησθῆναι, κατέχοντα τὴν Ἀδριατικὴν παραλίαν πᾶσαν, ἀπὸ τοῦ μυχοῦ ἀρξαμένων, καὶ τὴν (κατὰ) τὰ ἀριστερὰ τοῦ Πόντου λεγομένην ἀπὸ Ἴστρου ποταμοῦ μέχρι Βυζαντίου. λοιπὰ δέ ἐστι τὰ νότια μέρη τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς καὶ ἑξῆς τὰ ὑποπίπτοντα χωρία, ἐν οἷς ἐστιν ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ προσεχὴς βάρβαρος μέχρι τῶν ὀρῶν. Ἑκαταῖος μὲν οὖν ὁ Μιλήσιος περὶ τῆς Πελοποννήσου φησίν, διότι πρὸ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν αὐτὴν βάρβαροι. σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιόν, ἀπ' αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων· Πέλοπος μὲν ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπαγομένου λαὸν εἰς τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Πελοπόννησον, Δαναοῦ δὲ ἐξ Αἰγύπτου, Δρυόπων τε καὶ Καυκώνων καὶ Πελασγῶν καὶ Λελέγων καὶ ἄλλων τοιούτων κατανειμαμένων τὰ ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τὰ ἐκτὸς δέ· τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετὰ Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον, τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα Τηρεύς, τὴν δὲ Καδμείαν οἱ μετὰ Κάδμου Φοίνικες, αὐτὴν δὲ τὴν

quumque aliquid virium cepit, grege facto erumpunt per ostium, ac juxta litus Asianum deferuntur usque ad Trapezuntem et Pharnaciam : atque ibi primum piscatio institui solet : sed ea copiosa non est, quia justam magnitudinem pelamydes nondum sunt assecutæ. Ad Sinopen usque provectæ jam et captu meliores sunt, et ad salsamentum commodiores. Postquam Cyaneas attigere, easque prætervere, a litore Chalcedonis alba quædam petra objecta ita perterret, ut illico in adversam partem se conferant : quas corripiens ibi fluctus, maxime locis natura ita factis, ut maris fluctus ad Byzantium et Cornu ejus ultro convertatur, eo compelluntur, Byzantiisque et Romano populo reditum memorabilem præbent. At Chalcedonii, qui in vicinia ab altera faucium parte habitant, hujus copiæ non fiunt participes, quod ad eorum portus pelamys non accedit. Itaque Apollinem ferunt iis, qui, condita jam Chalcedone a Megarensibus, Byzantium condiderunt, oraculum sciscitantibus mandavisse, ut e regione cæcorum urbi locum caperent : cæcorum nomine notantem Megarenses, quod, quum priores ad ista loca navigassent, omissa in ulterius litus navigatione, in quo tantæ essent opes, deteriora loca occupavissent. Atque nos quidem in describenda Ponti ora ad Byzantium usque progressi sumus, quod illustris urbs, *faucibus* Ponti proxima, notiorem finem descriptæ inde ad Istri ostio oræ præbebat. Supra Byzantium est Astorum gens, urbem habens Calyben, in qua Philippus Amyntæ filius pessimos homines collocavit.

CAP. VII.

Enumeravimus ergo gentes mentione dignas, quæ Istro et Illyricis ac Thracicis montibus circumscriptæ, Adriæ universam oram accolunt, inde a sinus intimo recessu, tum lævam quam vocant Ponti Euxini oram ab Istro usque ad Byzantium. Supersunt partes ad meridiem vergentes a dictis montibus, et quæ deinceps subjectæ sunt regiones, in quibus est Græcia et contigua ei barbarorum regio usque ad montes illos. Hecatæus quidem Milesius de Peloponneso tradit, eam ante Græcos fuisse habitatam a barbaris. At etiam tota fere Græcia antiquitus barbarorum fuit sedes, quod ex his ratiocinari licet, quæ memoriæ prodita sunt. Nam et Pelops e Phrygia secum adduxit populum in denominatam ab ipso Peloponnesum, et Danaus ex Ægypto, et Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges, aliique eorum similes intra Isthmum sita obtinuerunt, nec non ea quæ sunt extra Isthmum. Atticam enim Thraces qui cum Eumolpo venerant, possederunt; Daulidem Phocidis Tereus, Cadmeam Phœnices Cadmi comites, ipsamque

Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τέμμικες καὶ Ὕαντες· ὡς δὲ Πίνδαρός φησιν,

ἦν ὅτε σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.

καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται· Κέκροψ καὶ Κόδρος καὶ Αἶκλος καὶ Κόθος καὶ Δρύμας καὶ Κρίνακος. οἱ δὲ Θρᾷκες καὶ Ἰλλυριοὶ καὶ Ἠπειρῶται καὶ μέχρι νῦν ἐν πλευραῖς εἰσιν· ἔτι μέντοι μᾶλλον πρότερον ἢ νῦν, ὅπου γε καὶ τῆς ἐν τῷ παρόντι Ἑλλάδος ἀναντιλέκτως οὔσης τὴν πολλὴν οἱ βάρβαροι ἔχουσι, Μακεδονίαν μὲν Θρᾷκες καί τινα μέρη τῆς Θετταλίας, Ἀκαρνανίας δὲ καὶ Αἰτωλίας [τὰ] ἄνω Θεσπρωτοὶ καὶ Κασσωπαῖοι καὶ Ἀμφίλοχοι καὶ Μολοττοὶ καὶ Ἀθαμᾶνες, Ἠπειρωτικὰ ἔθνη.

2. Περὶ μὲν οὖν Πελασγῶν εἴρηται, τοὺς δὲ Λέλεγάς τινες μὲν τοὺς αὐτοὺς Καρσὶν εἰκάζουσιν, οἱ δὲ συνοίκους μόνον καὶ συστρατιώτας· διόπερ ἐν τῇ Μιλησίᾳ Λελέγων κατοικίας λέγεσθαί τινας, πολλαχοῦ δὲ τῆς Καρίας τάφους Λελέγων καὶ ἐρύματα ἔρημα, Λελέγια καλούμενα. ἥ τε Ἰωνία νῦν λεγομένη πᾶσα ὑπὸ Καρῶν ᾠκεῖτο καὶ Λελέγων· ἐκβαλόντες δὲ τούτους οἱ Ἴωνες αὐτοὶ τὴν χώραν κατέσχον, ἔτι δὲ πρότερον οἱ τὴν Τροίαν ἑλόντες ἐξήλασαν τοὺς Λέλεγας ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἴδην τόπων τῶν κατὰ Πήδασον καὶ τὸν Σατνιόεντα ποταμόν. ὅτι μὲν οὖν βάρβαροι ἦσαν οὗτοι, καὶ αὐτὸ τὸ κοινωνῆσαι τοῖς Καρσὶ νομίζοιτ' ἂν σημεῖον· ὅτι δὲ πλάνητες καὶ μετ' ἐκείνων καὶ χωρὶς καὶ ἐκ παλαιοῦ, καὶ αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι δηλοῦσιν. ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀκαρνάνων φησὶ τὸ μὲν ἔχειν αὐτῆς Κουρῆτας, τὸ δὲ προσεσπέριον Λέλεγας, εἶτα Τηλεβόας· ἐν δὲ τῇ Αἰτωλῶν τοὺς νῦν Λοκροὺς Λέλεγας καλεῖ, κατασχεῖν δὲ καὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτούς φησιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀπουντίων καὶ Μεγαρέων· ἐν δὲ τῇ Λευκαδίων καὶ αὐτόχθονά τινα Λέλεγα ὀνομάζει, τούτου δὲ θυγατριδοῦν Τηλεβόαν, τοῦ δὲ παῖδας δύο καὶ εἴκοσι Τηλεβόας, ὧν τινας οἰκῆσαι τὴν Λευκάδα. μάλιστα δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ πιστεύσειεν οὕτως περὶ αὐτῶν εἰπόντι·

ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
τούς ῥά ποτε Κρονίδης Ζεύς, ἄφθιτα μήδεα εἰδώς,
λεκτοὺς ἐκ γαίης † ἀλέους πόρε Δευκαλίωνι.

τῇ γὰρ ἐτυμολογίᾳ τὸ συλλέκτους γεγονέναι τινὰς ἐκ παλαιοῦ καὶ μιγάδας αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλελοιπέναι τὸ γένος· ἅπερ ἄν τις καὶ περὶ Καυκώνων λέγοι, νῦν οὐδαμοῦ ὄντων, πρότερον δ' ἐν πλείοσι τόποις κατῳκισμένων.

3. Πρότερον μὲν οὖν, καίπερ μικρῶν καὶ πολλῶν καὶ ἀδόξων ὄντων τῶν ἐθνῶν, ὅμως διὰ τὴν εὐανδρίαν καὶ τὸ βασιλεύεσθαι κατὰ σφᾶς οὐ πάνυ ἦν χαλεπὸν διαλαβεῖν τοὺς ὅρους αὐτῶν, νυνὶ δ' ἐρήμου τῆς πλείστης χώρας γεγενημένης καὶ τῶν κατοικιῶν, καὶ μάλιστα τῶν πόλεων ἠφανισμένων, οὐδ' εἰ δύναιτό τις ἀκριβοῦν ταῦτα, οὐδὲν ἂν ποιοίη χρήσιμον διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ τὸν ἀφανισμὸν αὐτῶν, ὃς ἐκ πολλοῦ χρόνου λαβὼν τὴν

Bœotiam Aones, Temmices et Hyantes; atque, ut ait Pindarus,

quondam sues Bœotium populum dicebant.

Quin etiam nomina quædam barbariem præ se ferunt, ut Cecrops, Codrus, Æclus, Cothus, Drymas, Crinacus (*codd.* Crinanus). Thraces vero et Illyrii et Epirotæ etiamnum Græciæ ad latera sunt: quod ipsum quondam magis fuit quam nunc: quandoquidem etiam ejus quæ hodie citra controversiam est Græcia, multas partes barbari obtinent, Macedoniam nimirum Thraces, et quasdam Thessaliæ partes: supra Acarnaniam et Ætoliam sita Thesproti, Cassopæi, Amphilochi, Molossi et Athamanes, nationes Epiroticæ.

2. Ac de Pelasgis quidem alibi diximus; Lelegas vero alii cum Caribus faciunt eosdem, alii tantum eorum cohabitatores et commilitones. Itaque in Milesiorum territorio quædam Lelegum domicilia memorantur, et multis in Cariæ locis sepulcra Lelegum ac castella deserta, quæ Lelegia vocantur. Præterea quæ nunc Ionia dicitur, universa fuit olim a Lelegibus ac Caribus habitata, quam istis pulsis Iones occupaverunt: et jam antea ii, qui Trojam ceperunt, Leleges ejecerant e locis Idæ vicinis juxta Pedasum et Satnioentem fluvium. Fuisse autem Leleges barbaros, vel eo signo potest conjici, quod Carum fuerunt socii. Porro eos vel cum Caribus, vel seorsum hinc inde fuisse vagatos, idque jam antiquitus, etiam Aristotelis Respublicæ demonstrant: nam in Acarnanum republica ait, ejus regionis partem tenuisse Curetes, partem occiduam Leleges, deinde Teleboas: in Ætolorum vero republica, eos, qui nunc Locri dicuntur, Lelegas vocat, eosdemque etiam Bœotiam obtinuisse testatur: idemque ait etiam in Opuntiorum et Megarensium republica: in Leucadiorum autem republica etiam quendam indigenam Lelegem ponit, cujus ex filia nepos fuerit Teleboas, atque hujus viginti duos filios fuisse Teleboas, ex quibus nonnulli Leucadem inhabitassent. Maxime vero Hesiodo (*fr.* 25) quispiam crediderit, sic de illis scribenti:

Certe enim Locrus Lelegiis præerat populis,
quos olim Saturnius Juppiter, æterna consilia sciens,
lectas e terra copias (ἀλέας) dederat Deucalioni.

Ipsa enim vocabuli ratio videtur mihi sub involucro hoc proponere, fuisse eos antiquitus collecticios quosdam et mixtos e variis gentibus, ac propterea nationem hanc defecisse; quod ipsum de Cauconibus etiam dicere licet, qui nunc nulli sunt, quum ante compluribus in terris habitaverint.

3. Priscis igitur temporibus quanquam exigui et multi et ignobiles populi erant, tamen quia virorum multitudine florebant, et suum quisque populus regem habebat, non adeo difficile erat terminos singulorum describere. Nunc vero quum major pars regionis sit deserta, ac cum incolis domicilia, urbes maxime, deletæ, etiam si quis ista posset accurate describere, nullum is tamen facturus esset operæ pretium, obscuratis et abolitis ipsis. Quæ sane

ἀρχὴν οὐδὲ νῦν πω πέπαυται κατὰ πολλὰ μέρη διὰ τὰς ἀποστάσεις· ἀλλ' ἐνστρατοπεδεύουσιν αὐτοῖς Ῥωμαῖοι τοῖς οἴκοις, κατασταθέντες ὑπ' αὐτῶν δυνάσται. τῶν δ' οὖν Ἠπειρωτῶν ἑβδομήκοντα πόλεις Πολύβιός φησιν ἀνατρέψαι Παῦλον μετὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Περσέως κατάλυσιν (Μολοττῶν δ' ὑπάρξαι τὰς πλείστας), πέντε δὲ καὶ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων ἐξανδραποδίσασθαι. ὅμως δ' οὖν ἐγχειρήσομεν, ἐφ' ὅσον τῇ γραφῇ τε προσήκει καὶ ἡμῖν ἐφικτόν, ἐπελθεῖν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον παραλίας· αὐτὴ δ' ἐστίν, εἰς ἣν ὁ ἔκπλους ὁ ἐκ τοῦ Ἀδρίου τελευτᾷ.

4. Ταύτης δὴ τὰ πρῶτα μέρη τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν ἐστίν. ἐκ δὲ τῆς Ἀπολλωνίας εἰς Μακεδονίαν ἡ Ἐγνατία ἐστὶν ὁδὸς πρὸς ἕω, βεβηματισμένη κατὰ μίλιον καὶ κατεστηλωμένη μέχρι Κυψέλων καὶ Ἕβρου ποταμοῦ· μιλίων [δ'] ἐστὶ πεντακοσίων τριάκοντα πέντε· λογιζομένῳ δέ, ὡς μὲν οἱ πολλοί, τὸ μίλιον ὀκταστάδιον τετρακισχίλιοι ἂν εἶεν στάδιοι καὶ ἐπ' αὐτοῖς διακόσιοι ὀγδοήκοντα, ὡς δὲ Πολύβιος, προστιθεὶς τῷ ὀκτασταδίῳ δίπλεθρον, ὅ ἐστι τρίτον σταδίου, προσθετέον ἄλλους σταδίους ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτώ, τὸ τρίτον τοῦ τῶν μιλίων ἀριθμοῦ. συμβαίνει δ' ἀπὸ ἴσου διαστήματος συμπίπτειν εἰς τὴν αὐτὴν ὁδὸν τούς τ' ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας ὁρμηθέντας καὶ τοὺς ἐξ Ἐπιδάμνου. ἡ μὲν οὖν πᾶσα Ἐγνατία καλεῖται, ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Κανδαουίας λέγεται, ὄρους Ἰλλυρικοῦ, διὰ Λυχνιδοῦ πόλεως καὶ Πυλῶνος, τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν· ἐκεῖθεν δ' ἐστὶ παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Λυγκηστῶν καὶ Ἐόρδων εἰς Ἔδεσσαν καὶ Πέλλαν μέχρι Θεσσαλονικείας· μίλια δ' ἐστί, φησὶ Πολύβιος, ταῦτα διακόσια ἑξήκοντα ἑπτά. ταύτην δὴ τὴν ὁδὸν ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἐπίδαμνον καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν τόπων ἰοῦσιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη, κλυζόμενα τῷ Σικελικῷ πελάγει, μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ ὄρη τὰ τῶν Ἰλλυριῶν, ἃ προδιήλθομεν, καὶ τὰ ἔθνη τὰ παροικοῦντα μέχρι Μακεδονίας καὶ Παιόνων. εἶτ' ἀπὸ μὲν Ἀμβρακικοῦ κόλπου τὰ νεύοντα ἐφεξῆς πρὸς ἕω, τὰ ἀντιπαρήκοντα τῇ Πελοποννήσῳ, τῆς Ἑλλάδος ἐστίν· εἶτ' ἐκπίπτει [εἰς] τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ἀπολιπόντα ἐν δεξιᾷ τὴν Πελοπόννησον ὅλην. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρχῆς τῶν Μακεδονικῶν ὀρῶν καὶ τῶν Παιονικῶν μέχρι Στρυμόνος ποταμοῦ Μακεδόνες τε οἰκοῦσι καὶ Παίονες καί τινες τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν· τὰ δὲ πέραν Στρυμόνος ἤδη μέχρι τοῦ Ποντικοῦ στόματος καὶ τοῦ Αἵμου πάντα Θρᾳκῶν ἐστι πλὴν τῆς παραλίας· αὕτη δ' ὑφ' Ἑλλήνων οἰκεῖται, τῶν μὲν ἐπὶ τῇ Προποντίδι ἱδρυμένων, τῶν δὲ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ καὶ τῷ Μέλανι κόλπῳ, τῶν δ' ἐπὶ τῷ Αἰγαίῳ. τὸ δ' Αἰγαῖον πέλαγος δύο κλύζει πλευρὰς τῆς Ἑλλάδος, τὴν μὲν πρὸς ἕω βλέπουσαν, τείνουσαν δὲ ἀπὸ Σουνίου πρὸς τὴν ἄρκτον μέχρι τοῦ Θερμαίου κόλπου καὶ Θεσσαλονικείας, Μακεδονικῆς πόλεως,

deletio quum cœperit jam pridem, ne hodie quidem finem reperit multis in locis ob defectiones : sed Romani ab incolis domini constituti, castra sua ipsis habent in domibus Certe Polybius scriptum reliquit, Paulum *Æmilium* septuaginta urbes Epirotarum evertisse, Macedonibus et Perseo domitis, quarum pleræque fuerint Molossorum : eundemque in servitutem abduxisse centum quinquaginta hominum millia. Nihilominus nos conabimur, quantum et scriptioni huic convenit, et a nobis præstari potest, singula persequi, sumpto ab ora Ionii sinus initio, quæ ibi incipit, ubi ex Adria navigatio finitur.

4. Prima hujus oræ pars est circa Epidamnum et Apolloniam. Ab Apollonia in Macedoniam Egnatia via est orientem versus directa ac per milliaria distincta, ad singula posito lapide, usque ad Cypsela et Hebrum fluvium : continet passuum millia quingenta triginta quinque. Quodsi pro mille passibus octo (ut receptum est) stadia supputes, stadia habebis quater millia ac ducenta octoginta. Sin Polybium sequare, qui octo stadiis duo jugera addit, id est trientem stadii : addenda sunt adhuc centum septuaginta octo stadia, triens numeri milliarium. Eodem autem spatio eandem in viam incidunt et qui ab Apollonia et qui a Dyrrhachio proficiscuntur. Tota hæc via Egnatia vocatur, prima vero ejus pars dicitur via ad Candaviam, Illyrici montem, eaque ducit per urbem Lychnidum et Pylonem, qui locus in hac via distinguit a Macedonia Illyricum : inde juxta Barnuntem per Heracleam, Lyncestas, Eordos ad Edessam et Pellam pergitur Thessaloniceam usque. Sunt autem hæc milliaria, ut ait Polybius, ducenta sexaginta septem. Atque hac iter facientibus ab Epidamno et Apolloniæ vicinis locis, ad dextram sunt gentes Epiroticæ, quæ Siculo alluuntur mari, usque ad sinum Ambracium : ad sinistram autem Illyrici montes, quos ante enarravimus, et gentes, quæ juxta eos habitant usque ad Macedoniam et Pæones. Porro, quæ deinceps ab Ambracio sinu orientem versus inclinant, ac juxta Peloponnesum porriguntur, Græciæ sunt, atque relicta ad dextram tota Peloponneso, in Ægæum mare desinunt. Ab initio autem Macedoniæ et Pæoniæ montium (ἐθνῶν *codd.*) usque ad Strymonem fluvium, Macedones habitant ac Pæones et quidam montanorum Thracum : quæ ulteriora jam Strymone sunt usque ad Hæmum et Ponti fauces, omnia Thracum sunt, excepta ora maritima : hanc enim Græci accolunt, ad Propontidem alii, alii ad Hellespontum et sinum Melanem, alii ad Ægæum mare. Ægæum autem mare duo alluit Græciæ latera, unum ad ortum solis spectans, quod a Sunio versus septentrionem tenditur ad Thermæum usque sinum et Thessaloniceam, Macedonicam urbem, quæ hodie præ ceteris hominum copia floret : alterum meridiei oppositum

ἢ νῦν μάλιστα τῶν ἄλλων εὐανδρεῖ, τὴν δὲ πρὸς νότον τὴν Μακεδονικὴν ἀπὸ Θεσσαλονικείας μέχρι Στρυμόνος· τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Στρυμόνος μέχρι Νέστου τῇ Μακεδονίᾳ προσνέμουσιν, ἐπειδὴ Φίλιππος ἐσπούδασε διαφερόντως περὶ ταῦτα τὰ χωρία, ὥστ' ἐξιδιώσασθαι, καὶ συνεστήσατο προσόδους μεγίστας ἐκ τῶν μετάλλων καὶ τῆς ἄλλης εὐφυΐας τῶν τόπων. ἀπὸ δὲ Σουνίου μέχρι Πελοποννήσου τὸ Μυρτῷόν ἐστι καὶ Κρητικὸν πέλαγος καὶ Λιβυκὸν σὺν τοῖς κόλποις μέχρι τοῦ Σικελικοῦ· τοῦτο δὲ καὶ τὸν Ἀμβρακικὸν καὶ Κορινθιακὸν καὶ Κρισαῖον ἐκπληροῖ κόλπον.

5. Τῶν μὲν οὖν Ἠπειρωτῶν ἔθνη φησὶν εἶναι Θεόπομπος τετταρεσκαίδεκα, τούτων δ' ἐνδοξότατα Χάονες καὶ Μολοττοὶ διὰ τὸ ἄρξαι ποτὲ πάσης τῆς Ἠπειρώτιδος πρότερον μὲν Χάονας, ὕστερον δὲ Μολοττούς, οἳ καὶ διὰ τὴν συγγένειαν τῶν βασιλέων ἐπὶ πλέον ηὐξήθησαν (τῶν γὰρ Αἰακιδῶν ἦσαν), καὶ διὰ τὸ παρὰ τούτοις εἶναι τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον, παλαιόν τε καὶ ὀνομαστὸν ὄν. Χάονες μὲν οὖν καὶ Θεσπρωτοὶ καὶ μετὰ τούτους ἐφεξῆς Κασσωπαῖοι (καὶ οὗτοι δ' εἰσὶ Θεσπρωτοί) τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου παραλίαν νέμονται, χώραν εὐδαίμονα ἔχοντες· ὁ δὲ πλοῦς ἀπὸ τῶν Χαόνων ἀρξαμένῳ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ πρὸς τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον καὶ τὸν Κορινθιακόν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὸ Αὐσόνιον πέλαγος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν Ἤπειρον, εἰσὶ χίλιοι καὶ τριακόσιοι στάδιοι ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου. ἐν τούτῳ δ' ἐστὶ τῷ διαστήματι Πάνορμός τε λιμὴν μέγας, ἐν μέσοις τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι, καὶ μετὰ ταῦτα Ὄγχησμος, λιμὴν ἄλλος, καθ' ὃν τὰ δυσμικὰ ἄκρα τῆς Κορκυραίας ἀντίκειται, καὶ πάλιν ἄλλος, Κασσιόπη, ἀφ' οὗ ἐπὶ Βρεντέσιον χίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι· οἱ δ' ἴσοι καὶ ἐπὶ Τάραντα ἀπὸ ἄλλου ἀκρωτηρίου νοτιωτέρου τῆς Κασσιόπης, ὃ καλοῦσι Φαλακρόν. μετὰ δὲ Ὄγχησμον Ποσείδιον καὶ Βουθρωτὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πηλώδους καλουμένου λιμένος, ἱδρυμένον ἐν τόπῳ χερρονησίζοντι, ἐποίκους ἔχον Ῥωμαίους, καὶ τὰ Σύβοτα. εἰσὶ δὲ νησῖδες τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ἠπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι, κατὰ δὲ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς Κορκυραίας τὴν Λευκίμμαν κείμεναι. καὶ ἄλλαι δ' ἐν τῷ παράπλῳ νησῖδες εἰσὶν οὐκ ἄξιαι μνήμης. ἔπειτα ἄκρα Χειμέριον καὶ Γλυκὺς λιμήν, εἰς ὃν ἐμβάλλει ὁ Ἀχέρων ποταμός, ῥέων ἐκ τῆς Ἀχερουσίας λίμνης καὶ δεχόμενος πλείους ποταμούς, ὥστε καὶ γλυκαίνειν τὸν κόλπον· ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Θύαμις πλησίον. ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἔφυρα, πόλις Θεσπρωτῶν· τοῦ δὲ κατὰ Βουθρωτὸν ἡ Φοινίκη. ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχέτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὄν, καὶ Ἐλάτρια καὶ Πανδοσία καὶ Βατίαι ἐν μεσογαίᾳ· καθήκει δ' αὐτῶν ἡ χώρα μέχρι τοῦ κόλπου. μετὰ δὲ Γλυκὺν λιμένα ἐφεξῆς εἰσι δύο ἄλλοι λιμένες, ὁ μὲν ἐγγυτέρω καὶ ἐλάττων Κόμαρος, ἰσθμὸν ποιῶν ἑξήκοντα σταδίων πρὸς τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον

Macedonicum, a Thessalonicea usque ad Strymonem. Quidam ea etiam, quæ a Strymone ad Nestum usque sunt, Macedoniæ attribuunt : nam Philippus plurimum in ea loca contulit operæ, ut suæ ea ditionis faceret; reditusque constituit amplissimos e metallis aliisque eorum locorum commodis. A Sunio ad Peloponnesum usque, Myrtoum est et Creticum mare et Africum cum sinubus usque ad Siculum pelagus : quod quidem et Ambracium et Corinthiacum et Crissæum implet sinus.

5. Epiroticas gentes Theopompus ait esse quattuordecim : earum nobilissimæ sunt Chaones et Molossi, propterea quod olim toti Epiro imperaverunt prius Chaones, post hos Molotti, qui et ob cognationem regum magna fecerunt incrementa (erant enim ex Æacidarum familia), et ob Dodonæum apud ipsos oraculum vetustum ac celebre. Chaones ergo et Thesproti et post hos Cassopæi, qui ipsi quoque Thesproti sunt, oram maritimam tenent, quæ a Ceraunis montibus est ad sinum usque Ambracium, regionem sane felicem. Navigatio a Chaonibus facto initio versus orientem solem ad sinum Ambracium et Corinthiacum, ad dextram Ausonio mari, ad sinistram Epiro relicta, stadiis constat mille trecentis a Ceraunis montibus usque ad os Ambracii sinus. In hoc intervallo Panormus est, portus magnus, in mediis Cerauniis montibus, et mox alius portus Onchesmus, cui occiduæ extremitates Corcyræ opponuntur; rursumque alius, Cassiope, a quo ad Brundusium stadia sunt septingenta; totidemque ad Tarentum ab alio promontorio, quod magis quam Cassiope ad austrum vergens, Phalacrum dicitur. Post Onchesmum sequitur Posidium et Buthrotum in ingressu portus Pelodis, hoc est cœnosi, situm peninsulæ forma, quod habet coloniam Romanorum. Deinde sequuntur Sybota, quæ sunt parvæ insulæ paululum ab Epiro distantes, e regione habentes orientale Corcyræ promontorium Leucimmam. Sunt etiam aliæ minutæ insulæ juxta oram istam, memoratu indignæ. Sequitur Chimerium (*i. e. Hibernum*) promontorium et Glycys (*i. e. Dulcis*) portus, in quem intrat Acheron fluvius ex Acherusia profluens palude et complura flumina excipiens, ita ut dulcis aquæ sinus fiat : prope etiam Thyamis labitur. Super hunc sinum sita est Cichyrus, quæ olim Ephyra dicta fuit, Thesprotorum urbs; super illum qui prope Buthrotum est, Phœnice. Vicinum est Cichyro oppidum Cassopæorum Buchetium (*codd.* Buchætium), paululum supra mare, tum in mediterraneis Elatria et Pandosia et Batiæ. Cassopæorum regio ad Glycyn usque sinum pertinet. Post hunc sinum alii sequuntur duo, unus propior idemque minor, Comarus nomine, qui ad sinum Ambracium et ab Augusto Cæsare conditam Nicopolin

καὶ τὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος κτίσμα, τὴν Νικόπολιν· ὁ δὲ ἀπωτέρω καὶ μείζων καὶ ἀμείνων πλησίον τοῦ στόματος τοῦ κόλπου, διέχων τῆς Νικοπόλεως ὅσον δώδεκα σταδίους.

33. Acanthus urbs in Singitico sinu maritima est, prope Xerxis fossam. Athos autem habet urbes quinque : Dium, Cleonas, Thyssum, Olophyxin, Acrothoos (Acresthoos *cod.*); postrema hæc vertici montis adjacet. Ipse Athos mons est in mammæ formam exsurgens acutissimus altissimusque; cujus in vertice qui habitant, solem orientem tribus horis ante, quam in litore appareat, conspiciunt. Est autem peninsulæ in circuitu navigatio ab Acantho urbe usque ad Stagirum, Aristotelis patriam, stadiorum quadringentorum. In ea portus est nomine Caprus et eodem nomine insula exigua; deinde sunt Strymonis ostia; post Phagres, Galepsus, Apollonia, omnes eæ urbes : tum ostium Nesti, qui Macedoniam et Thraciam dirimit, quemadmodum Philippus et Alexander, ejus filius, suis temporibus utramque diremerunt. Sunt et aliæ circa sinum Strymo-

πόλεις καὶ ἕτεραι, οἷον Μύρκινος, Ἄργιλος, Δραβῆσκος, Δάτον, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον καὶ ναυπήγια καὶ χρυσοῦ μέταλλα· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

34. Ὅτι πλεῖστα μέταλλά ἐστι χρυσοῦ ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυται, πλησίον τοῦ Παγγαίου ὄρους· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Παγγαῖον ὄρος χρύσεια καὶ ἀργύρεια ἔχει μέταλλα καὶ ἡ πέραν καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ μέχρι Παιονίας· φασὶ δὲ καὶ τοὺς τὴν Παιονίαν γῆν ἀροῦντας εὑρίσκειν χρυσοῦ τινα μόρια.

35. Ἔστι δ' ὁ Ἄθως [ὄρος] ὑψηλὸν καὶ μαστοειδές, ὥστε τοὺς ἐν ταῖς κορυφαῖς ἤδη ἀνίσχοντος ἡλίου κάμνειν ἀροῦντας, ἡνίκα ἀλεκτοροφωνίας ἀρχὴ παρὰ τοῖς τὴν ἀκτὴν οἰκοῦσίν ἐστιν. ἐν δὲ τῇ ἀκτῇ ταύτῃ Θάμυρις ὁ Θρᾷξ ἐβασίλευσε, τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων γεγονώς, ὧν καὶ Ὀρφεύς. ἐνταῦθα δὲ καὶ διῶρυξ δείκνυται ἡ περὶ τὴν Ἄκανθον, καθ' ἣν Ξέρξης τὸν Ἄθω διορύξαι λέγεται καὶ διαγαγεῖν ἐκ τοῦ Στρυμονικοῦ κόλπου διὰ τοῦ ἰσθμοῦ, δεξάμενος τὴν θάλασσαν εἰς τὴν διώρυγα. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος οὐκ οἴεται πλευσθῆναι τὴν διώρυγα ταύτην· μέχρι μὲν γὰρ δέκα σταδίων εὔγεων καὶ ὀρυκτὴν εἶναι, διορωρύχθαι δ' ἐπὶ πλάτος πλεθριαῖον, εἶθ' ὑψηλὸν εἶναι πλαταμῶνα σταδιαῖον σχεδόν τι τὸ μῆκος, ὅσον οὐχ ἐνὸν ἐκλατομηθῆναι δι' ὅ[λου] μέχρι θαλάσσης· εἰ δὲ καὶ μέχρι δεῦρο, οὔ γε καὶ κατὰ βυθοῦ, ὥστε πόρον γενέσθαι πλωτόν· ὅπου Ἀλέξαρ[χ]ον τὸν Ἀντιπάτρου πόλιν ὑποδείμασθαι τὴν Οὐρανόπολιν τριάκοντα σταδίων τὸν κύκλον ἔχουσαν. ᾤκησαν δὲ τὴν χερρόνησον ταύτην τῶν ἐκ Λήμνου Πελασγῶν τινες, εἰς πέντε διῃρημένοι πολίσματα, Κλεωνάς, Ὀλόφυξιν, Ἀκροθώους, [Δῖον, Θύσσον]. μετὰ δὲ Ἄθω ὁ Στρυμονικὸς κόλπος μέχρι Νέστου, τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἀφορίζοντος τὴν κατὰ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον Μακεδονίαν· εἰς μέντοι τἀκριβὲς ἄκρα τίς ἐστι ἡ ποιοῦσα τὸν κόλπον πρὸς τὸν Ἄθω, πόλιν ἐσχηκυῖα τὴν Ἀπολλωνίαν. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ πρώτη μετὰ τὸν Ἀκανθίων λιμένα Στάγειρα, ἔρημος, καὶ αὐτὴ τῶν Χαλκιδικῶν, Ἀριστοτέλους πατρίς, καὶ λιμὴν αὐτῆς Κάπρος καὶ νησίον ὁμώνυμον τούτῳ· εἶθ' ὁ Στρυμὼν καὶ ὁ ἀνάπλους εἰς Ἀμφίπολιν εἴκοσι σταδίων· ἔστι δ' Ἀθηναίων κτίσμα ἐν τῷ τόπῳ ἱδρυμένον τούτῳ, ὃς καλεῖται Ἐννέα ὁδοί· εἶτα Γαληψὸς καὶ Ἀπολλωνία, κατεσκαμμέναι ὑπὸ Φιλίππου.

36. Ἀπὸ Πηνειοῦ φησιν εἰς Πύδναν σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. παρὰ δὲ τὴν παραλίαν τοῦ Στρυμόνος καὶ Δατηνῶν πόλις Νεάπολις καὶ αὐτὸ τὸ Δάτον, εὔκαρπα πεδία καὶ λίμνην καὶ ποταμοὺς καὶ ναυπήγια καὶ χρυσεῖα λυσιτελῆ ἔχον, ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθίδας. ἔστι δ' ἡ χώρα ἡ πρὸς τὸ Στρυμόνος πέραν, ἡ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ καὶ τοῖς περὶ Δάτον τόποις Ὀδομάντεις καὶ Ἠδωνοὶ καὶ Βισάλται, οἵ τε αὐτόχθονες καὶ οἱ ἐκ Μακεδονίας διαβάντες, ἐν οἷς Ῥῆσος ἐβασίλευσεν. ὑπὲρ δὲ τῆς Ἀμ-

nicum urbes, velut Myrcinus, Argilus, Drabescus, Datum; quod quidem regionem habet optimam et feracissimam, navium item fabricas aurique fodinas; unde proverbium natum est: *Datum bonorum*, uti etiam *Bonorum glomi*. (*Exc. Pal.*)

34. Multa auri metalla sunt prope Crenidas, ubi nunc Philipporum urbs condita ad Pangæum montem. Atque ipse mons Pangæus aurea et argentea metalla habet, ut regio quæ est ultra citraque Strymonem fluvium usque ad Pæoniam. Aiunt etiam Pæoniæ incolas in arando auri frustula invenire. (*Exc. Pal.*)

35. Est Athos mons celsus, mammæ formam referens, ut verticis incolæ jam oriente sole in arando desudent, quando gallicinii initium est oram habitantibus. In ea ora Thamyris Thrax regnavit, eorundem vir studiorum, quorum Orpheus. Ibi etiam fossa ostenditur prope Acanthum, per quam Xerxes, Athonis isthmo perfosso, aquam sinus Strymonii receptam transmisisse fertur. Quanquam Demetrius Scepsius fossam non esse navigatam existimat. Namque ad decem quidem stadia isthmum esse humo profunda et fodiendo aptum, et perfossum plethri latitudine; tum vero sequi scopulum late patentem stadii fere longitudine, quantum non excidi penitus ad mare potuisset; sin vero etiam eo usque potuisset, non ea tamen profunditate, ut via navigabilis redderetur. Ibi Alexarchum *Antipatri* filium urbem condidisse Uranopolim, triginta stadiorum ambitu. Ceterum peninsulam hanc Pelasgorum Lemniorum quidam habitarunt, divisi in oppidula quinque: Cleonas, Olophyxin, Acrothoos, [*Dium*, *Thyssum*]. Post Athonem sinus Strymonius usque ad Nestum fluvium, quo Philippi et Alexandri Macedonia terminatur. Diligentius tamen si rem significaveris, est quoddam promontorium, quod cum Athone sinum efficit, urbemque habet Apolloniam. In sinu prima post Acanthiorum portum Stagira deserta, ipsa quoque una ex Chalcidicis urbibus, Aristotelis patria, et portus urbis Caprus insulaque ei cognominis. Tum Strymon, amne adverso ad Amphipolim usque stadiis viginti navigatus. Est Atheniensium colonia, eo loco condita, qui dicitur *Novem Viæ*. Deinde Galepsus et Apollonia, a Philippo eversæ. (*Exc. Vat.*)

36. A Peneo Pydnam, ait, stadia sunt centum (*trecenta ?*) viginti. In maritima autem Strymonis ora tum Datenorum urbs est Neapolis, tum ipsum Datum, arva habens frugifera et portum (λιμένα) et fluvios et navium fabricas et auri fodinas quæstuosas: unde proverbio ferunt *Datum bonorum*, ut *glomos bonorum*. Regionem ipsam ultra Strymonem sitam, maritimam quidem et Datenam, Odomantes tenent et Edoni Bisaltæque, partim indigenæ, partim e Macedonia transgressi, quorum rex Rhesus fuit. Intus post

φιπόλεως Βισάλται καὶ μέχρι πόλεως Ἡρακλείας, ἔχοντες αὐλῶνα εὔκαρπον, ὃν διαιρεῖ ὁ Στρυμών, ὡρμημένος ἐκ τῶν περὶ Ῥοδόπην Ἀγριάνων, οἷς παράκειται τῆς Μακεδονίας ἡ Παρορβηλία, ἐν μεσογαίᾳ ἔχουσα κατὰ τὸν αὐλῶνα τὸν ἀπὸ Εἰδομένης Καλλίπολιν, Ὀρθόπολιν, Φιλιππούπολιν, Γαρησκόν. ἐν δὲ τοῖς Βισάλταις ἀνὰ ποταμὸν ἰόντι τὸν Στρυμόνα καὶ ἡ Βέργη ἵδρυται, κώμη ἀπέχουσα Ἀμφιπόλεως περὶ διακοσίους σταδίους. ἐπὶ δὲ ἄρκτους ἰόντι ἀπὸ Ἡρακλείας καὶ τὰ στενά, δι' ὧν ὁ Στρυμὼν φέρεται, δεξιὸν ἔχοντι τὸν ποταμὸν, ἐκ μὲν τῶν εὐωνύμων ἐστὶν ἡ Παιονία καὶ τὰ περὶ τὸν Δόβηρον * καὶ τὴν Ῥοδόπην καὶ τὸν Αἷμον ὄρος, ἐν δεξιᾷ δὲ [τὰ] περὶ τὸν Αἷμον. ἐντὸς δὲ τοῦ Στρυμόνος πρὸς αὐτῷ μὲν τῷ ποταμῷ ἡ Σκοτοῦσσά ἐστι· πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ τῇ Βόλβῃ Ἀρέθουσα. καὶ δὴ καὶ μάλιστα λέγονται Μυγδόνες οἱ περὶ τὴν λίμνην. οὐ μόνον δ' ὁ Ἀξιὸς ἐκ Παιόνων ἔχει τὴν ῥύσιν, ἀλλὰ καὶ ὁ Στρυμών· ἐξ Ἀγριάνων γὰρ διὰ Μαίδων καὶ Σιντῶν εἰς τὰ μεταξὺ Βισαλτῶν καὶ Ὀδομάντων ἐκπίπτει.

37. Ὅτι ὁ Στρυμὼν ποταμὸς ἄρχεται ἐκ τῶν περὶ τὴν Ῥοδόπην Ἀγριάνων.

38. Τοὺς δὲ Παίονας οἱ μὲν ἀποίκους Φρυγῶν, οἱ δ' ἀρχηγέτας ἀποφαίνουσι, καὶ τὴν Παιονίαν μέχρι Πελαγονίας καὶ Πιερίας ἐκτετάσθαι φασί· καλεῖσθαι δὲ πρότερον Ὀρεστίαν τὴν Πελαγονίαν, τὸν δὲ Ἀστεροπαῖον, ἕνα τῶν ἐκ Παιονίας στρατευσάντων ἐπ' Ἴλιον ἡγεμόνων, οὐκ ἀπεικότως υἱὸν λέγεσθαι Πηλεγόνος, καὶ αὐτοὺς τοὺς Παίονας καλεῖσθαι Πελαγόνας.

39. Ὅτι ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἀστεροπαῖος, υἱὸς Πηλεγόνος, ἐκ Παιονίας ὢν τῆς ἐν Μακεδονίᾳ ἱστορεῖται· διὸ καὶ Πηλεγόνος υἱός· οἱ γὰρ Παίονες Πελαγόνες καλοῦντο.

40. Ἐπεὶ δὲ ὁ παιανισμὸς τῶν Θρακῶν τιτανισμὸς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεται κατὰ μίμησιν τῆς ἐν παισὶ φωνῆς, καὶ οἱ Τιτᾶνες ἐκλήθησαν Πελαγόνες.

41. Ὅτι καὶ πάλαι καὶ νῦν οἱ Παίονες φαίνονται πολλὴν τῆς νῦν Μακεδονίας κατεσχηκότες, ὡς καὶ Πέρινθον πολιορκῆσαι καὶ Κρηστωνίαν καὶ Μυγδονίδα πᾶσαν καὶ τὴν Ἀγριάνων μέχρι Παγγαίου ὑπ' αὐτοῖς γενέσθαι. τῆς δ' ἐν τῷ Στρυμονικῷ κόλπῳ παραλίας τῆς ἀπὸ [Γα]ληψοῦ μέχρι Νέστου ὑπέρκεινται οἱ [Φίλιπποι] καὶ τὰ περὶ Φιλίππους. οἱ δὲ Φίλιπποι Κρηνίδες ἐκαλοῦντο πρότερον, κατοικία μικρά· ηὐξήθη δὲ μετὰ τὴν περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἧτταν.

42. Ὅτι οἱ νῦν Φίλιπποι πόλις Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν.

43. Πρόκεινται δὲ τῆς παραλίας ταύτης δύο νῆσοι, Λῆμνος καὶ Θάσος. μετὰ δὲ τὸν εἰς [Θάσον πορθμὸν] Ἄβδηρα καὶ τὰ περὶ Ἀβδήρου μυθευόμενα. ᾤκησαν δ' αὐτὴν Βίστονες Θρᾷκες, ὧν Διομήδης ἦρχεν· οὐ μένει δ' ὁ Νέστος ἐπὶ ταὐτοῦ ῥείθρου διὰ παντός, ἀλλὰ κατακλύζει τὴν χώραν πολλάκις. εἶτα Δίκαια, πόλις ἐν † Ἰωλκῷ κειμένη καὶ λιμήν· ὑπέρκειται δὲ τούτων

Amphipolim Bisaltæ sedent usque ad urbem Heracleam (Sinticam sc.), fertilem convallem colentes, quam Strymon permeat, ortus ex Agrianibus Rhodopæ, quibus adjacet Parorbelia Macedoniæ, in mediterraneis, scilicet in convalle quæ ab Idomene initium capit, Orthopolim, Philippopolim, Garescum habens. In Bisaltis, si adverso Strymone proficisceris, Berga pagus condita est, distans ab Amphipoli stadiis circiter ducentis. Boream versus contendenti inde ab Heraclea (*Sintica*) et versus angustias per quas Strymon fertur, ita ut fluvium a dextra habeas, ad sinistram est Pæonia quæque circa Doberum sunt, ad dextram vero ea quæ sunt circa Hæmum et Rhodopen montes [*sic corrige græca*]. Intra Strymonem ad ipsum flumen Scotussa est; juxta Bolben paludem Arethusa. Paludis accolæ Mygdones potissimum vocantur. Neque solus Axius e Pæonibus cursum habet, verum etiam Strymon. Ex Agrianis enim ortus per Mædos et Sintas decurrens inter Bisaltas et Odomantes egreditur. (*Exc. Vat.*)

37. Strymon fluvius ex Agrianibus circa Rhodopen habitantibus initium habet. (*Exc. Pal.*)

38. Pæonas alii Phrygum colonos, alii conditores esse censent, Pæoniamque usque ad Pelagoniam et Pieriam pertinuisse aiunt; Pelagoniam prius vocatam Orestiam; atque Asteropæum, unum e ducibus e Pæonia Trojam profectis, haud absurde dici Pelagonis filium, ipsosque Pæones vocari Pelagones. (*Exc. Vat.*)

39. Asteropæus, Pelegonis filius, apud Homerum (*Il.* 21, 140) e Pæonia Macedoniæ fuisse fertur, unde et Pelegonis filius dictus fuerit; Pæones enim Pelagones appellabantur. (*Exc. Vat.*)

40. Thracum Pæanismus sive pæanum cantatio quum a Græcis titanismus dicatur ad imitationem usitatæ in pæanibus acclamationis, etiam Titanes vocati sunt Pelagones (*Pæones?*). (*Exc. Vat.*)

41. Olim, ut nunc, magnam hodiernæ Macedoniæ partem Pæones obtinuisse patet, ita ut Perinthum oppugnarent, et Crestoniam omnemque Mygdoniam cum terra Agrianum usque ad Pangæum sui juris facerent. Strymonii sinus litori, a Galepso ad Nestum, Philippi imminent agerque Philipporum. Philippi prius Crenides vocabantur, locus exiguus. Augebantur post Bruti Cassiique cladem. (*Exc. Vat.*)

42. Urbs, quæ nunc Philippi, Crenides olim vocabatur. (*Exc. Pal.*)

43. Huic oræ duæ insulæ prætenduntur, Lemnus et Thasus. Post Thasi fretum Abdera et quæ de Abdera fabulantur. Incolæ fuere Bistones Thraces, quibus Diomedes imperabat. Nestus eundem alveum non semper tenet, sed agrum sæpius inundat. Tum Dicæa urbs in sinu (ἐν κόλπῳ)

ἡ Βιστονὶς λίμνη κύκλον ἔχουσα ὅσον διακοσίων σταδίων. φασὶ δὲ τοῦ πεδίου κοίλου παντάπασιν ὄντος καὶ ταπεινοτέρου τῆς θαλάττης, ἱπποκρατούμενον τὸν Ἡρακλέα, ἡνίκα ἦλθεν ἐπὶ τὰς τοῦ Διομήδους ἵππους, διορύξαι τὴν ἠιόνα καὶ τὴν θάλατταν ἐπαφέντα τῷ πεδίῳ κρατῆσαι τῶν ἐναντίων. δείκνυται δὲ καὶ τὸ βασίλειον Διομήδους ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος καλούμενον [Καρ]τερὰ κώμη διὰ τὴν ἐρυμνότητα. μετὰ δὲ τὴν ἀνὰ μέσον λίμνην Ξάνθεια, Μαρώνεια καὶ Ἴσμαρος, αἱ τῶν Κικόνων πόλεις· καλεῖται δὲ νῦν Ἰσμάρα πλησίον τῆς Μαρωνείας· πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἰσμαρὶς ἐξίησι λίμνη· καλεῖται δὲ τὸ ῥεῖθρον ἡδύ....γειον· αὐτοῦ δὲ καὶ αἱ Θασίων λεγόμεναι κεφαλαί. Σαπαῖοι δ' εἰσὶν οἱ [ὑπερ]κείμενοι.

44. Ὅτι τὰ Τόπειρά [ἐστι π]ρὸς Ἀβδήροις καὶ Μαρωνείᾳ.

45. Ὅτι Σιντοί, ἔθνος Θρᾳκικόν, κατῴκει τὴν Λῆμνον νῆσον· ὅθεν Ὅμηρος Σίντιας αὐτοὺς καλεῖ, λέγων·

ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες.

46. Ὅτι μετὰ τὸν Νέστον ποταμὸν πρὸς ἀνατολὰς Ἄβδηρα πόλις, ἐπώνυμος Ἀβδήρου, ὃν οἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι ἔφαγον· εἶτα Δίκαια πόλις πλησίον, ἧς ὑπέρκειται λίμνη μεγάλη, ἡ Βιστονίς· εἶτα πόλις Μαρώνεια.

47. Ἔστι δ' ἡ Θρᾴκη σύμπασα ἐκ δυεῖν καὶ εἴκοσι ἐθνῶν συνεστῶσα· δύναται δὲ στέλλειν, καίπερ οὖ[σα περισ]σῶς ἐκπεπονημένη, μυρίους καὶ πεντακισχιλίους ἱππέας, πεζῶν δὲ καὶ εἴκοσι μυριάδας. μετὰ δὲ τὴν Μαρώνειαν Ὀρθαγορία πόλις καὶ τὰ περὶ Σέρριον, παράπλους τραχύς, καὶ τὸ τῶν Σαμοθρᾴκων πολίχνιον Τέμπυρα καὶ ἄλλο Καράκωμα, οὗ πρόκειται ἡ Σαμοθρᾴκη νῆσος καὶ Ἴμβρος οὐ πολὺ ἄποθεν ταύτης· πλέον δ' ἢ διπλάσιον ἡ Θάσος. ἀπὸ δὲ Καρακώματος Δορίσκος, ὅπου ἐμέτρησε Ξέρξης τῆς στρατιᾶς τὸ πλῆθος. Εἶθ' Ἕβρος, ἀνάπλουν ἔχων εἰς Κύψελα ἑκατὸν εἴκοσι· τῆς Μακεδονίας φησὶ τοῦτο ὅριον, ἣν ἀφείλοντο Περσέα Ῥωμαῖοι καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Ψευδοφίλιππον. Παῦλος μὲν οὖν ὁ τὸν Περσέα ἑλὼν συνάψας τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη εἰς τέτταρα μέρη διέταξε τὴν χώραν, καὶ τὸ μὲν προσένειμεν Ἀμφιπόλει, τὸ δὲ Θεσσαλονικείᾳ, τὸ δὲ Πέλλῃ, τὸ δὲ Πελαγόσι. Παροικοῦσι δὲ τὸν Ἕβρον Κορπῖλοι καὶ Βρέναι ἔτι ἀνωτέρω, εἶτ' ἔσχατοι Βέσσοι· μέχρι γὰρ δεῦρο ὁ ἀνάπλους. ἅπαντα δὲ τὰ ἔθνη λῃστρικὰ ταῦτα, μάλιστα δ' οἱ Βέσσοι, οὓς λέγει γειτονεύειν Ὀδρύσαις καὶ Σαπαίοις. Ἀστῶν δὲ βασίλειον ἦν Βιζύη. Ὀδρύσας δὲ καλοῦσιν ἔνιοι πάντας τοὺς ἀπὸ Ἕβρου καὶ Κυψέλων μέχρι Ὀδησσοῦ τῆς παραλίας ὑπεροικοῦντας, ὧν ἐβασίλευσεν Ἀμάδοκος καὶ Κερσοβλέπτης καὶ Βηρισάδης καὶ Σεύθης καὶ Κότυς.

48. Ὅτι ὁ νῦν ποταμὸς Ῥιγινία ἐν Θρᾴκῃ καλούμενος Ἐρίγων ἦν καλούμενος.

sita, et portus; iis Bistonis palus superjacet, ambitu stadiorum fere ducentorum. Ferunt autem, quum regio admodum cava sit marique humilior, Herculem, quo tempore ad abducendas equas Diomedis venerat, litore perfosso marique immisso, hostibus superiorem evasisse. Ostenditur quoque Diomedis regia, ab eventu dicta Pagus Asper ob firmitatem. Post, paludem in mediterraneis sitam Xanthia, Maronea et Ismarus, Ciconum urbes. Ismarus urbs nunc Ismara dicitur prope Maroneam. Et prope Ismaris palus egreditur. Fluentum quo exit, vocatur *Dulce* *. Ibidem Thasiorum dicta capita. Superjacent Sapæi. (*Exc. Vat.*)

44. Topira Abderis et Maroneæ vicina sunt. (*Exc. Vat.*)

45. Sinti, gens Thracia, Lemnum insulam incoluit, unde Homerus Sinties eos vocat his verbis (*Il.* 1, 594):

ubi me Sinties viri... (*Exc. Pal.*)

46. Post Nestum fluvium ad ortum Abdera, urbs Abdero cognominis, quem Diomedis equi devorarunt; haud procul inde Dicæa urbs, cui lacus ingens imminet, Bistonis. Tum urbs Maronea. (*Exc. Pal.*)

47. Thracia omnis e duabus et viginti gentibus constat, potestque, licet admodum exhausta, equitum mittere millia quindecim, peditum adeo millia ducenta. Post Maroneam Orthagoria urbs Serriique ager; ora prænavigantibus aspera; Samothracum oppidum Tempyra, et aliud Munimentum, cui insula Samothrace prætenditur, et Imbrus prope illam: Thasus duplo amplius distat. Post Munimentum illud est Doriscus, ubi Xerxes copiarum multitudinem metitus est. Hinc Hebrus, amne adverso ad Cypsela usque navigatus ad stadia centum viginti. Hunc finem esse Strabo ait ejus Macedoniæ, qua Romani Perseum privarunt et postea Pseudophilippum. Paulus quidem, Persei debellator, Macedoniæ adjectis Epirotarum gentibus, in quattuor partes regionem divisit, unam Amphipoli assignans, alteram Thessalonicæ, tertiam Pellæ, quartam Pelagonibus. Hebri accolæ Corpili sunt, paullo superius Brenæ, ultimi Bessi; namque ad hos usque adverso amne navigatur. Omnes hæ gentes sunt prædatrices, præ ceteris vero Bessi, quos Odrysis et Sapæis vicinos dicit. Astarum (*cod.* Γετῶν) caput Bizya fuit. Odrysas quidam eos omnes appellant, qui ab Hebro et Cypselis usque ad Odessam montes oræ maritimæ imminentes incolunt. Reges eorum fuerunt Amadocus, Cersobleptes, Berisades, Seuthes (*cod.* Theseus) et Cotys. (*Exc. Vat.*)

48. Thraciæ fluvius, nunc Rhiginia (Rhegina *Schol. Apoll.*) dictus, olim Erigon (Erginus *Sch. Ap.*) appellatus fuit. (*Exc. Pal.*)

49. Ὅτι τὴν Σαμοθρᾴκην Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἀδελφοὶ ᾤκουν· κεραυνωθέντος δὲ Ἰασίωνος διὰ τὴν εἰς Δήμητρα ἁμαρτίαν, ὁ Δάρδανος ἀπάρας ἐκ Σαμοθρᾴκης, ἐλθὼν ᾤκησεν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τῆς Ἴδης, τὴν πόλιν Δαρδανίαν καλέσας, καὶ ἐδίδαξε τοὺς Τρῶας τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστήρια· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Σαμοθρᾴκη Σάμος πρίν.

50. Ὅτι τοὺς ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τιμωμένους θεοὺς εἰρήκασι πολλοὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις, οὐδ' αὐτοὺς ἔχοντες λέγειν τοὺς Καβείρους, οἵ τινές εἰσι, καθάπερ τοὺς Κύρβαντας καὶ Κορύβαντας, ὡς δ' αὔτως Κουρῆτας καὶ Ἰδαίους Δακτύλους.

51. Πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου, διστόμου ὄντος, πόλις Αἶνος ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ κεῖται, κτίσμα Μιτυληναίων καὶ Κυμαίων, ἔτι δὲ πρότερον Ἀλωπεκοννησίων· εἶτ' ἄκρα Σαρπηδών· εἶθ' ἡ Χερρόνησος ἡ Θρᾳκία καλουμένη, ποιοῦσα τήν τε Προποντίδα καὶ τὸν Μέλανα κόλπον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον· ἄκρα γὰρ ἔκκειται πρὸς εὐρόνοτον, συνάπτουσα τὴν Εὐρώπην πρὸς τὴν Ἀσίαν ἑπτασταδίῳ πορθμῷ τῷ κατὰ Ἄβυδον καὶ Σηστόν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν Προποντίδα ἔχουσα, ἐν δεξιᾷ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον, καλούμενον οὕτως ἀπὸ τοῦ Μέλανος ἐκδιδόντος εἰς αὐτόν, καθάπερ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος· εἴρηκε δέ, φησίν, ὁ Ἡρόδοτος μὴ ἀνταρκέσαι τὸ ῥεῖθρον τῇ Ξέρξου στρατιᾷ τοῦτο· ἰσθμῷ δὲ κλείεται τετταράκοντα σταδίων ἡ λεχθεῖσα ἄκρα. ἐν μέσῳ μὲν οὖν τοῦ ἰσθμοῦ Λυσιμάχεια πόλις ἵδρυται ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος βασιλέως· ἑκατέρωθεν δ' ἐπὶ μὲν τῷ Μέλανι κόλπῳ Καρδία κεῖται, μεγίστη τῶν ἐν τῇ Χερρονήσῳ πόλεων, Μιλησίων καὶ Κλαζομενίων κτίσμα, ὕστερον δὲ καὶ Ἀθηναίων, ἐν δὲ τῇ Προποντίδι Πακτύη. μετὰ δὲ Καρδίαν Δράβος καὶ Λίμναι· εἶτ' Ἀλωπεκόννησος, εἰς ἣν τελευτᾷ μάλιστα ὁ Μέλας κόλπος· εἶτ' ἄκρα μεγάλη Μαζουσία· εἶτ' ἐν κόλπῳ Ἐλεοῦς, ὅπου τὸ Πρωτεσιλάειον, καθ' ὃ τὸ Σίγειον ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων ἐστίν, ἄκρα τῆς Τρωάδος· καὶ σχεδὸν τοῦτ' ἔστι τὸ νοτιώτατον ἄκρον τῆς Χερρονήσου, σταδίους μικρῷ πλείους τῶν τετρακοσίων ἀπὸ Καρδίας· καὶ οἱ λοιποὶ δ' ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ ἰσθμοῦ μικρῷ τοῦ διαστήματος τούτου πλείους περιπλέοντι.

52. Ὅτι ἡ ἐν Θρᾴκῃ Χερρόνησος τρεῖς ποιεῖ θαλάσσας· Προποντίδα ἐκ βορρᾶ, Ἑλλήσποντον ἐξ ἀνατολῶν καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἐκ νότου, ὅπου καὶ ὁ Μέλας ποταμὸς βάλλει, ὁμώνυμος τῷ κόλπῳ.

53. Ὅτι ἐν τῷ ἰσθμῷ τῆς Χερρονήσου τρεῖς πόλεις κεῖνται· πρὸς μὲν τῷ Μέλανι κόλπῳ Καρδία, πρὸς δὲ τῇ Προποντίδι Πακτύη, πρὸς δὲ τῇ μεσογαίᾳ Λυσιμαχία· μῆκος τοῦ ἰσθμοῦ στάδια τεσσαράκοντα.

54. Ὅτι ἡ πόλις ὁ Ἐλεοῦς ἀρσενικῶς λέγεται· τάχα δὲ καὶ ὁ Τραπεζοῦς.

55. Ἔστι δ' ἐν τῷ περίπλῳ τούτῳ τῷ μετὰ Ἐλεοῦντα ἡ εἰσβολὴ πρῶτον ἡ εἰς τὴν Προποντίδα διὰ τῶν στενῶν, ἥν φασιν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Ἑλλησπόντου· ἐνταῦθα

49. Samothracen Iasion et Dardanus fratres incoluerunt. Quum vero Iasion fulmine ictus periisset, ob scelus in Cererem commissum, Dardanus e Samothrace profectus ad radices Idæ montis urbem condidit quam vocavit Dardaniam, et Trojanos Samothracum mysteria docuit. Samothrace prius Samus dicta est. (*Exc. Pal.*)

50. Deos in Samothrace cultos multi eosdem esse cum Cabiris statuunt (quanquam vel ipsos ignorant Cabiros, quinam revera sint), sicut Cyrbantes et Corybantes, eodemque modo Curetes Dactylosque Idæos. (*Exc. Vat.*)

51. In Hebri ostio, quod est duplex, urbs Ænus sinui Melani adjacet, Mytilenæorum et Cumanorum colonia, jam prius vero Alopeconnesiorum. Tum Sarpedon promontorium; hinc Chersonesus, Thracica dicta, Propontidem efficiens sinumque Melanem et Hellespontum. Etenim libonotum versus quasi promontorium procurrit, quod Asiæ Europam septem stadiorum freto inter Abydum et Sigeum annectit, a sinistra habens Propontidem, a dextra sinum Melanem, sic dictum ab Melane fluvio in eum egrediente, ut Herodotus et Eudoxus. Dixitque, ait, Herodotus, copiis Xerxis non suffecisse illud fluentum. Isthmo quadraginta stadiorum clauditur promontorium modo dictum. In medio isthmi Lysimachia urbs, regi conditori cognominata. Ab altera isthmi parte, ad sinum Melanem, Cardia situm habet, maxima Chersonesi urbium, Milesiorum et Clazomeniorum colonia, post etiam Atheniensium; in Propontide Pactya. Post Cardiam Drabus et Limnæ; tum Alopeconnesus, in quam potissimum sinus Melas desinit; hinc magnum Mazusia promontorium; post in sinu Eleûs, ubi Protesilaeum, a quo quadraginta stadiis Sigeum distat, Troadis promontorium. Et hoc fere Chersonesi promontorium est maxime meridionale, a Cardia diremptum stadiis paullo plus quadringentis; sin ad alteram partem isthmi circumnavigaveris, stadia hoc intervallo paullo plura sunt. (*Exc. Vat.*)

52. Chersonesus Thraciæ tria maria efficit: Propontidem a septentrione, Hellespontum ab ortu, Melanem sinum a meridie, in quem Melas fluvius sinui cognominis egreditur. (*Exc. Pal.*)

53. In isthmo Chersonesi tres urbes sitæ sunt: ad Melanem sinum Cardia, ad Propontidem Pactya, in mediterraneis Lysimachia. Isthmi longitudo stadiorum est quadraginta. (*Exc Pal.*)

54. Eleus urbs masculino genere effertur; fortassis etiam Trapezus. (*Exc. Pal.*)

55. In periplo modo dicto, qui est post Eleuntem, primo sequitur Propontidis per angustias introitus, quod initium Hellesponti esse dicunt. Ibi Cynos Sema (*i. e. Canis se-*

δ' ἐστὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ἄκρα, οἱ δ' Ἑκάβης φασί· καὶ γὰρ δείκνυται κάμψαντι τὴν ἄκραν τάφος αὐτῆς. Εἶτα Μάδυτος καὶ Σηστιὰς ἄκρα, καθ' ἣν τὸ Ξέρξου ζεῦγμα, καὶ μετὰ ταῦτα Σηστός. ἀπὸ δὲ Ἐλεοῦντος ἐπὶ τὸ ζεῦγμα ἑκατὸν ἑβδομήκοντα· μετὰ δὲ Σηστὸν ἐπὶ Αἰγὸς ποταμοὺς διακόσιοι ὀγδοήκοντα, πολίχνην κατεσκαμμένην, ὅπου φασὶ τὸν λίθον πεσεῖν κατὰ τὰ Περσικά· εἶτα Καλλίπολις, ἀφ' ἧς εἰς Λάμψακον δίαρμα εἰς τὴν Ἀσίαν τετταράκοντα· εἶτα πολίχνιον κατεσκαμμένον Κριθωτή· εἶτα Πακτύη· εἶτα τὸ Μακρὸν τεῖχος καὶ Λευκὴ ἀκτὴ καὶ τὸ Ἱερὸν ὄρος καὶ Πέρινθος, Σαμίων κτίσμα· εἶτα Σηλυβρία. ὑπέρκειται δ' αὐτῶν Σίλτα, καὶ τὸ Ἱερὸν ὄρος τιμᾶται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἔστιν οἷον ἀκρόπολις τῆς χώρας. ἄσφαλτον δ' ἐξίησιν εἰς τὴν θάλασσαν, καθ' ὃν τόπον ἡ Προκόννησος ἐγγυτάτω τῆς γῆς ἐστι ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, τὸ [μέτ]αλλον ἔχουσα τῆς λευκῆς μαρ[μάρου] πολύ τε καὶ σπουδαῖον. μετὰ δὲ Σηλυβρίαν Ἀθύρας ἐστὶ ποταμὸς καὶ .... ουνίας· εἶτα Βυζάντιον καὶ τὰ ἐφεξῆς μέχρι Κυανέων πετρῶν.

56. Ὅτι ἐκ Περίνθου εἰς Βυζάντιόν εἰσιν ἑξακόσιοι τριάκοντα· ἀπὸ δὲ Ἕβρου καὶ Κυψέλων εἰς Βυζάντιον μέχρι Κυανέων τρισχίλιοι ἑκατόν, ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος· τὸ δὲ σύμπαν μῆκος ἀπὸ Ἰονίου κόλπου τοῦ κατὰ Ἀπολλωνίαν μέχρι Βυζαντίου ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι εἴκοσι· προστίθησι δ' ὁ Πολύβιος καὶ ἄλλους ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, τὸ τρίτον τοῦ σταδίου προσλαμβάνων ἐπὶ τοῖς ὀκτὼ τοῦ μιλίου σταδίοις. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Τρωικοῦ διακόσμου τὸ μὲν ἐκ Περίνθου μέχρι Βυζαντίου φησὶν ἑξακοσίους σταδίους, τὸ δ' ἴσον μέχρι Παρίου. τὴν δὲ Προποντίδα μήκει μὲν χιλίων καὶ τετρακοσίων ἀποφαίνει σταδίων, εἰς εὖρος δὲ πεντακοσίων. τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου τὸ στενώτατον ἑπταστάδιόν φησι, μῆκος δὲ τετρακοσίων.

57. Ὅτι Ἑλλήσποντος οὐχ ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσιν ὁ αὐτός, ἀλλὰ δόξαι περὶ αὐτοῦ λέγονται πλείους. οἱ μὲν γὰρ ὅλην τὴν Προποντίδα καλοῦσιν Ἑλλήσποντον, οἱ δὲ μέρος τῆς Προποντίδος τὸ ἐντὸς Περίνθου. οἱ δὲ προσλαμβάνουσι καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης τῆς πρὸς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἀνεῳγμένης, καὶ οὗτοι ἄλλος ἄλλα ἀποτεμνόμενος· οἱ μὲν τὸ ἀπὸ Σιγείου ἐπὶ Λάμψακον καὶ Κύζικον ἢ Πάριον ἢ Πρίαπον, ὁ δὲ προσλαμβάνων καὶ τὸ ἀπὸ Σιγρίου τῆς Λεσβίας.' οὐκ ὀκνοῦσι δέ τινες καὶ τὸ μέχρι τοῦ Μυρτῴου πελάγους ἅπαν καλεῖν Ἑλλήσποντον, εἴπερ, ὥς φησιν ἐν τοῖς ὕμνοις Πίνδαρος, οἱ μεθ' Ἡρακλέους ἐκ Τροίας πλέοντες διὰ παρθένιον Ἕλλας πορθμόν, ἐπεὶ τῷ Μυρτῴῳ συνῆψαν, εἰς Κῶν ἐπαλινδρόμησαν Ζεφύρου ἀντιπνεύσαντος. Οὕτω δὲ καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος μέχρι τοῦ Θερμαίου κόλπου καὶ τῆς κατὰ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν θαλάσσης ἅπαν ἀξιοῦσι Ἑλλήσποντον προσαγορεύειν δεῖν, μάρτυρα καὶ Ὅμηρον καλοῦντες. φησὶ γάρ·

pulcrum) promontorium : quidam Hecubæ dicunt; namque promontorium prætervecto sepulcrum ejus ostenditur. Hinc Madytus Sestique promontorium, ubi Xerxis pons; deinde Sestus. Ab Eleunte ad pontem sunt stadia centum septuaginta; post Sestum stadia ducenta octoginta ad Ægospotamos, oppidulum eversum, ubi tempore belli Persici lapidem decidisse ferunt. Tum Callipolis, unde ad Lampsacum Asiamque transitus stadiorum quadraginta; dein oppidulum eversum, Crithote; jam Pactye; post Macron Tichus (*i. e. Murus longus*), Leuce Acte (*i. e. Litus album*), Hieron Oros (*i. e. Mons sacer*), et Perinthus, Samiorum colonia; hinc Selybria. His superjacent Silta et Hieron Oros, qui mons ab indigenis colitur, et regionis quasi arx est. Asphaltum in mare emittit, ubi Proconnesus proxime a continente centum viginti stadiis distat, candidi marmoris metallum habens amplum et diligenter curatum. Post Selybriam Athyras fluvius et *Bathynias*. Hinc Byzantium et quæ sequuntur ad petras usque Cyaneas. (*Exc. Vat.*)

56. A Perintho ad Byzantium stadia sunt sexcenta triginta; ab Hebro Cypselisque ad Byzantium usque ad Cyaneas ter mille et centum, ut ait Artemidorus. Omnis autem viæ longitudo inter sinum Ionium, ubi Apollonia, et Byzantium stadiorum est septies mille trecentorum viginti; Polybius alia centum octoginta addit, tertiam stadii partem milliarii octo stadiis adjiciens. Demetrius Scepsius in libris De dispositione copiarum Trojanarum conscriptis a Perintho ad Byzantium stadia sexcenta statuit, totidemque ad Parium. Propontidi stadia longitudinis mille quadringenta, latitudinis quingenta assignat. Hellesponti vero, ubi arctissima ejus pars, latitudinem septem stadiorum esse ait, longitudinem stadiorum quingentorum. (*Exc. Vat.*)

57. Circa Hellespontum non est omnium consensus, sed plures de eo sententiæ feruntur. Alii enim totam Propontidem Hellespontum vocant, alii partem Propontidis eam quæ est intra Perinthum. Alii quædam etiam exterioris maris annectunt, ad Ægæum pelagus sinumque Melanem patentis, et hi quidem alius alia secernens; sunt enim qui oram adjiciant, quæ a Sigeo ad Lampsacum Cyzicumque vel Parium Priapumve porrigitur. Alius ea quoque addit quæ sunt inde a Sigrio Lesbi promontorio. Quid? quod nec desunt, qui omne istud mare, quod ad Myrtoum usque porrigitur, Hellespontum dicere non detrectent; siquidem, ut in hymnis Pindarus habet, Hercules cum suis e Troja per virgineum Hellæ fretum navigans, quum Myrtoum attingeret, ad Coum rejectus est, Zephyro contra spirante. Similiter omne Ægæum pelagus usque ad sinum Thermæum et mare Thessalicum Macedonicumque patens, Hellespontum dici volunt, Homeri testimonio usi. Dicit enim (*Il.* 1, 360) :

ὄψεαι, ἢν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μέμηλε,
ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας
νῆας ἐμάς.

ἐλέγχεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῶν ἐπῶν ἐκείνων·

ἥρως Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει

οὗτος δὲ τῶν Θρᾳκῶν ἡγεῖτο,

ὅσσους Ἑλλήσποντος ἀγάρροος ἐντὸς ἐέργει·

τοὺς γὰρ ἐφεξῆς τούτων ἐκτὸς ἂν καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου καθιδρυμένους ἀποφαίνοι. ἡ μὲν γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν πρότερον Ἀψυνθίδα, νῦν δὲ Κορπιλικὴν λεγομένην, ἡ δὲ τῶν Κικόνων ἐφεξῆς πρὸς δύσιν.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΟΓΔΟΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ὀγδόῳ λέγει τὰ τῆς Εὐρώπης, Μακεδονίας τὰ λειπόμενα καὶ Ἑλλάδα πᾶσαν· ἐν ᾗ καὶ ἐγχρονίζει διὰ τὸ πολύγνωστον τῆς χώρας, διακριβῶν καὶ εὐκρινῆ ποιῶν τὰ ἀδιακρίτως καὶ ἀδιορίστως ὑπὸ τῶν ποιητῶν τε καὶ ἱστορικῶν περὶ τῶν ταύτῃ πόλεων εἰρημένα, καὶ μάλιστα ἐν Καταλόγῳ τε καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως.

ΚΕΦ. Α.

Ἐπεὶ δὲ ἐπιόντες ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τῆς Εὐρώπης μερῶν, ὅσα τῇ θαλάττῃ περιέχεται τῇ ἐντὸς καὶ τῇ ἐκτός, τά τε βάρβαρα ἔθνη περιωδεύσαμεν πάντα ἐν αὐτῇ μέχρι τοῦ Τανάιδος καὶ τῆς Ἑλλάδος οὐ πολὺ μέρος τῆς Μακεδονίας, ἀποδώσομεν νυνὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἑλλαδικῆς γεωγραφίας. ἅπερ Ὅμηρος μὲν πρῶτος, ἔπειτα καὶ ἄλλοι πλείους ἐπραγματεύσαντο, οἱ μὲν ἰδίᾳ Λιμένας ἢ Περίπλους ἢ Περιόδους γῆς ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο ἐπιγράψαντες, ἐν οἷς καὶ τὰ Ἑλλαδικὰ περιέχεται, οἱ δ' ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ χωρὶς ἀποδείξαντες τὴν τῶν ἠπείρων τοπογραφίαν, καθάπερ Ἔφορός τε ἐποίησε καὶ Πολύβιος, ἄλλοι δ' εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσέλαβόν τινα καὶ τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιός τε καὶ Ἵππαρχος· τὰ μὲν οὖν τῶν ἄλλων εὐδιαίτητά ἐστι, τὰ δ' Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς, ποιητικῶς τε λέγοντος καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τὰ ἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλά. ὡς δ' οὖν δυνατὸν ἐγχειρητέον ἀρξαμένοις, ἀφ' ὧνπερ ἀπελίπομεν· ἐτελεύτα δ' ἡμῖν ὁ λόγος ἀπὸ μὲν τῆς ἑσπέρας καὶ τῶν ἄρκτων εἰς τὰ Ἠπειρωτικὰ ἔθνη καὶ τὰ τῶν Ἰλλυριῶν, ἀπὸ δὲ τῆς ἕω εἰς τὰ τῶν Μακεδόνων μέχρι Βυζαντίου. μετὰ μὲν οὖν τοὺς Ἠπειρώτας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς τῶν Ἑλλήνων Ἀκαρνᾶνές εἰσι καὶ Αἰτωλοὶ καὶ Λοκροὶ οἱ Ὀζόλαι·

Nam videbis, siquidem volueris, tibique talia cordi sint,
ipso vere Hellespontum piscosum petere
naves meas.

Convincitur vero illud ex hisce versibus (*Il.* 4, 520):

Piros (Πείρως), Imbrasi filius, qui ab Æno venerat.

Hic vero Thracum dux fuit

quoscunque Hellespontus rapide fluens intus tenet.

Qui enim hos excipiunt, eos et extra Hellespontum sitos statuerit. Est enim Ænus in Apsyntide prius dicta, nunc Corpilice; contiguus vero est Ciconum ager ad occidentem. (*Exc. Vat.*)

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

In octavo item Europam describit nempe (reliqua Macedoniæ ac) totam Græciam, cui quidem diutius immoratur ob regionis illius celebritatem, disquisitis diligenter et distinctis quæ minus accurate et discrete de ejus urbibus dicta sunt a poetis et historicis, maximeque in Navium catalogo aliisque locis quamplurimis carminum Homericorum.

CAP. I.

Jam quum sumpto initio ab occiduis Europæ partibus, quæ extero et interno mari includuntur, barbaras Europæ gentes usque ad Tanaim peragraverimus omnes atque Græciæ partem exiguam, Macedoniam (τὴν Μακεδονίαν) scilicet: nunc reliquam Græciæ descriptionem expediemus. Hanc primus omnium Homerus tractavit; post eum complures alii: et nonnulli quidem in peculiaribus libris, quos Portus vel Circumnavigationes vel Circuitus terræ vel simili modo inscripserunt, etiam Græcas res comprehenderunt; alii in communi historiæ enarratione seorsum continentis terræ partium inseruerunt demonstrationem, ut Ephorus et Polybius. Fuerunt etiam, qui tractandis rerum naturalium causis rebusque mathematicis quædam id genus adsciverunt, ut Posidonius et Hipparchus. At ceterorum quidem de scriptis facile est pronunciare: Homerica autem censoriam desiderant judicationem, quum poetice auctor loquutus sit, et non nostræ memoriæ, sed vetusta denotaverit, quorum pleraque tempus obscuravit. Tamen pro viribus nostris eorum suscipienda est nobis explicatio, orsis ab his ipsis, in quibus substitimus. Desiit autem enarratio nostra occasum versus et septentriones in gentes Epiroticas et Illyricas; orientem versus in Macedones usque ad Byzantium. Ergo post Epirotas et Illyrios in Græcia sunt Acarnanes et Ætoli et Locri Ozolæ, Phocenses præterea et

πρὸς δὲ τούτοις Φωκεῖς τε καὶ Βοιωτοί· τούτοις δ' ἀντίπορθμός ἐστιν ἡ Πελοπόννησος, ἀπολαμβάνουσα μεταξὺ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον καὶ σχηματίζουσά τε τοῦτον καὶ σχηματιζομένη ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ δὲ Μακεδονίαν Θετταλοὶ μέχρι Μαλιέων καὶ [τὰ] τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ αὐτῶν τῶν ἐντός.

2. [Τῆς] Ἑλλάδος μὲν οὖν πολλὰ ἔθνη γεγένηται, τὰ δ' ἀνωτάτω τοσαῦτα, ὅσας καὶ διαλέκτους παρειλήφαμεν τὰς Ἑλληνίδας· τούτων δ' αὐτῶν τεσσάρων οὐσῶν, τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμέν (καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοί, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι), τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι· πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ πλὴν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων καὶ τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωριέων καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται, καὶ τοὺς Δωριέας δὲ ὀλίγους ὄντας καὶ τραχυτάτην οἰκοῦντας χώραν εἰκός ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ παρατρέψαι τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενές, ὁμογενεῖς πρότερον ὄντας. τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν ἀπορθήτους μὲν εἶναι διὰ τοῦτο, καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναί φησιν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεί, μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων· τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑτεροεθνοῦς αἴτιον, ὡς εἰκός, ὑπῆρξε, καίπερ ὀλίγοις οὖσιν. οὕτω δὲ τοῦ Αἰολικοῦ πλήθους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς Ἰσθμοῦ, καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἶτ' ἐμίχθησαν, Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριέας καταγαγόντων, ὑφ' ὧν τά τε Μέγαρα ᾠκίσθη καὶ πολλαὶ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεων. οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν, Αἰολικοῦ ἔθνους· ἐλείφθη δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἧττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο (καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελέως οὖσι καὶ οὐκ ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κλῆρον, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καὶ καθ' αὑτοὺς εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον, ἄλλως τε καὶ τοῦ Αἰολικοῦ γένους οὖσι καὶ δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλῳ συγκατελθοῦσαν στρατιὰν περὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον), οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν, οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δέ τι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. τοιαῦτα μὲν οὖν τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη καὶ οὕτως, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἀφωρισμένα. λέγωμεν δὴ ἰδίᾳ λαβόντες, ὃν χρὴ τρόπον, τῇ τάξει περὶ αὐτῶν.

3. Ἔφορος μὲν οὖν ἀρχὴν εἶναι τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀκαρνανίαν φησὶν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν· ταύτην γὰρ συνάπτειν πρώτην τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ἔθνεσιν. ἀλλ' ὥσπερ οὗτος τῇ παραλίᾳ μέτρῳ χρώμενος ἐντεῦθεν ποιεῖται τὴν ἀρχήν, ἡγεμονικόν τι τὴν θάλατταν κρίνων

Bœoti. Quibus ab altera maris ora opponitur Peloponnesus sinum in medio complectens Corinthicum, cumque formans ipsa vicissimque ab eo figuram accipiens. Post Macedoniam vero Thessali sunt usque ad Malienses ceterique populi, qui extra atque etiam intra Isthmum sunt.

2. Multæ autem quum sint gentes Græciæ, præcipuæ tot sunt, quot et sermonis Græci varietates seu dialecti. Quarum quum quattuor sint, Ionicam cum antiqua Attica eandem esse dicimus (nam et Ionum nomen gesserunt prisci Attici, et inde sunt orti qui colonias in Asia incolunt Iones, ac ea utuntur lingua quam Ionicam nunc appellamus); Doricam vero dialectum initio eandem fuisse statuimus cum Æolica : omnes enim Græci qui extra Isthmum degunt, Atheniensibus, Megarensibus et Doriensibus qui circa Parnassum sunt, exceptis, etiam nunc Æolenses dicuntur, ac probabile est Dorienses quum pauci essent ac solum asperrimum colerent, eo quod aliis non permiscerentur, lingua aliisque moribus ab ejusdem gentis institutis descivisse, cujus antea pars fuerant. Quod idem Atheniensibus quoque usu venit. Qui quum agrum incolerent tenuem atque asperum, propterea a nemine oppugnatos esse, sed pro indigenis habitos Thucydides ait, eandem semper regionem tenentes, nemine eos pellente, neque ipsorum agrum affectante : hoc ipsum igitur, ut apparet, in causa fuit, cur quanquam exigua, gens tamen essent peculiaris, et suo sermone uterentur. Quum autem Æolica gens extra isthmum invaluisset, etiam qui intra isthmum erant, olim Æoles fuerunt, deinde mixti sunt, quum Iones ex Attica profecti Ægialum obtinerent, et ab Heraclidis Dorienses reducerentur, qui et Megara et multas in Peloponneso urbes condiderunt. Iones quidem mox ab Achæis expulsi sunt, Æolica gente : et reliquæ fuere in Peloponneso nationes duæ, Æolica atque Dorica. Quibus itaque minus fuit cum Doriensibus commercii (ut Arcadibus et Eleis, quorum illi prorsus montani erant, neque sub sortem venerant, hi sacri Jovi Olympio crediti, seorsum in pace diu vixerunt, prætereaque etiam generis Æolici erant et exercitum receperant qui sub reditum Heraclidarum cum Oxylo venerat), hi Æolico utebantur sermone : reliqui mixtum ex utraque dialecto sermonem usurpabant, alii magis, alii minus ad Æolicam accedentes. Ac fere etiamnum urbium aliæ aliter loquuntur : videntur autem Dorice loqui omnes, quod Dorienses potentia prævaluerunt. Tot (τοσαῦτα) igitur sunt Græcorum gentes, hocque modo eorum a nobis adumbrata distinctio. Proinde singulas ordine convenienti prosequamur.

2. Ephorus igitur initium Græciæ ab occiduis partibus Acarnaniam esse dicit; hanc enim primum Epiroticas attingere nationes. Sed quemadmodum ille oram maritimam pro mensura usurpavit, indeque initium duxit, quod existimaret ad locorum descriptionem principem esse maris

πρὸς τὰς τοπογραφίας, ἐπεὶ ἄλλως γ' ἐνεχώρει κατὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν γῆν ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι τῆς Ἑλλάδος· οὕτω καὶ ἡμῖν προσήκει ἀκολουθοῦσι τῇ φύσει τῶν τόπων σύμβουλον ποιεῖσθαι τὴν θάλασσαν. αὕτη δ' ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους προσπεσοῦσα τῇ μὲν ἀναχεῖται πρὸς τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, τῇ δ' ἀποτελεῖ χερρόνησον μεγάλην τὴν Πελοπόννησον, ἰσθμῷ στενῷ κλειομένην. ἔστι δὲ ταῦτα δύο μέγιστα συστήματα τῆς Ἑλλάδος, τό τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τὸ ἐκτὸς † Πυλῶν μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ· καὶ τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ Θετταλικόν· ἔστι δὲ καὶ μεῖζον· † καὶ ἐπιφανέστερον τὸ ἐντὸς Ἰσθμοῦ· σχεδὸν δέ τι καὶ ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ Πελοπόννησος τῆς συμπάσης Ἑλλάδος. † χωρὶς γὰρ τῆς λαμπρότητος καὶ δυνάμεως τῶν ἐνοικησάντων ἐθνῶν αὐτὴ ἡ τῶν τόπων θέσις ὑπογράφει τὴν ἡγεμονίαν ταύτην, κόλποις τε καὶ ἄκραις πολλαῖς καὶ τοῖς σημειωδεστάτοις, χερρονήσοις μεγάλαις, διαπεποικιλμένη, ὧν ἐκ διαδοχῆς ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἔχει. ἔστι δὲ πρώτη μὲν τῶν χερρονήσων ἡ Πελοπόννησος, ἰσθμῷ κλειομένη τετταράκοντα σταδίων. δευτέρα δὲ ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα, ἧς ἰσθμός ἐστιν ὁ ἐκ Παγῶν τῶν Μεγαρικῶν εἰς Νισαίαν, τὸ Μεγαρέων ἐπίνειον, ὑπερβολῇ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσιν ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν. τρίτη δ' ἡ καὶ ταύτην περιέχουσα, ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Κρισαίου κόλπου μέχρι Θερμοπυλῶν· ἡ ἐπινοουμένη εὐθεῖα γραμμὴ ὅσον πεντακοσίων ὀκτὼ σταδίων τὴν μὲν Βοιωτίαν ἅπασαν ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα, τὴν δὲ Φωκίδα τέμνουσα λοξὴν καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους. τετάρτη δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου διὰ τῆς Οἴτης καὶ τῆς Τραχινίας εἰς τὸν Μαλιακὸν κόλπον καθήκοντα ἔχουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰς Θερμοπύλας, ὅσον ὀκτακοσίων ὄντα σταδίων· πλειόνων δ' ἢ χιλίων ἄλλος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κόλπου τοῦ Ἀμβρακικοῦ διὰ Θετταλῶν καὶ Μακεδόνων εἰς τὸν Θερμαῖον διήκων μυχόν. ὑπαγορεύει δή τινα τάξιν οὐ φαύλην ἡ τῶν χερρονήσων διαδοχή· δεῖ δ' ἀπὸ τῆς ἐλαχίστης ἄρξασθαι, ἐπιφανεστάτης δέ.

operam (alioqui enim licebat a partibus Macedoniam ac Thessaliam attingentibus Græciæ initium arcessere) : sic nos quoque naturam locorum sequentes consiliarium mare facere par est. Illud igitur a pelago Siculo allabens hinc in sinum Corinthicum infunditur, hinc magnam efficit peninsulam, Peloponnesum scilicet, angusto collo continenti annexum. Sunt itaque duo Græciæ maximi complexus, id quod est intra isthmum, et quod est extra [*ad Pylas usque et deinceps*] a Pylis usque ad Penei ostia. Et hæc quidem Græciæ pars est Helladica (τὸ Ἑλλαδικόν), eaque etiam major est. [*Clarior vero*] et illustrior ea pars est quæ intra isthmum continetur, adeoque arx quodammodo totius Græciæ est Peloponnesus. [*Rursus vero Græcia quasi principatum totius tenet Europæ.*] Nam ut omittam inhabitantium gentium splendorem atque potentiam, ipse locorum positus hunc principatum ei designat. Sinubus enim et promontoriis, et, quod plurimum significationis habet, peninsulis magnis ita est variata ac distincta, ut una alteram identidem excipiat. Prima peninsula est Peloponnesus, isthmo clausa stadiorum quadraginta. Altera autem simul etiam priorem continens, cujus isthmus a Pagis Megaricis ad Nisæam, Megarensium navale, a mari ad mare transitum habet centum viginti stadiorum. Tertia hanc quoque continet, cujus isthmus ab intimo Crissæi sinus recessu ad Thermopylas est : quæ mente intelligitur recta linea est circiter quingentorum et octo stadiorum, omnem intus absumens Bœotiam, Phocidem vero et Epicnemidios per obliquum secans. Quartæ isthmus ab Ambracio sinu per Œtam et Trachiniam in Maliacum sinum per Thermopylas porrigitur octingentorum fere stadiorum longitudine. Alius est mille stadiorum longitudinem superans, ab eodem Ambracio sinu per Thessaliam et Macedoniam in Thermæi sinus recessum tendens. Hic peninsularum successus ordinem nobis præscribit minime ineptum : incipiendum autem a minima quidem, sed illustrissima.

ΚΕΦ. Β.

Ἔστι τοίνυν ἡ Πελοπόννησος ἐοικυῖα φύλλῳ πλατάνου τὸ σχῆμα, ἴση σχεδόν τι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος, ὅσον χιλίων καὶ τετρακοσίων σταδίων· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Χελωνάτα δι' Ὀλυμπίας καὶ τῆς Μεγαλοπολίτιδος ἐπὶ Ἰσθμόν· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ νότου πρὸς τὴν ἄρκτον, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἴγιον· ἡ δὲ περίμετρος μὴ κατακολπίζοντι τετρακισχιλίων σταδίων, ὡς Πολύβιος· Ἀρτεμίδωρος δὲ καὶ τετρακοσίους προστίθησι· κατακολπίζοντι δὲ πλείους τῶν ἑξακοσίων ἐπὶ τοῖς πεντακισχιλίοις. ὁ δ' Ἰσθμὸς κατὰ τὸν διολκόν, δι' οὗ τὰ πορθμεῖα ὑπερνεωλκοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν, εἴρηται ὅτι τετταράκοντα σταδίων ἐστίν.

CAP. II.

Forma Peloponnesi folio platani similis est, longitudine ac latitudine propemodum æqualibus, stadiorum circiter mille quadringentorum : scilicet ab occidente versus orientem a Chelonata per Olympiam et Megalopolitidem ad Isthmum; a meridie autem versus septentriones a Maleis per Arcadiam ad Ægium. Ambitus est, si quidem sinus non intres, quater mille stadiorum, Polybio auctore : Artemidorus quadringenta adjicit : sin vero sinus intres, quinquies mille sexcentorum et amplius. Isthmum, qua naves per sulcum quendam terra ab uno mari ad alterum traducuntur, stadiorum esse quadraginta jam dictum est (2, 1, 17).

2. Ἔχουσι δὲ τῆς χερρονήσου ταύτης τὸ μὲν ἑσπέριον μέρος Ἠλεῖοι καὶ Μεσσήνιοι, κλυζόμενοι τῷ Σικελικῷ πελάγει· προσλαμβάνουσι δὲ καὶ τῆς ἑκατέρωθεν παραλίας, ἡ μὲν Ἠλεία πρὸς ἄρκτον ἐπιστρέφουσα καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου μέχρι ἄκρας Ἀράξου, καθ' ἣν ἀντίπορθμός ἐστιν ἥ τε Ἀκαρνανία καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, Ζάκυνθος καὶ Κεφαλληνία καὶ Ἰθάκη καὶ Ἐχινάδες, ὧν ἐστι καὶ τὸ Δουλίχιον· τῆς δὲ Μεσσηνίας τὸ πλέον ἀνεῳγμένον πρὸς νότον καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος μέχρι τῶν καλουμένων Θυρίδων πλησίον Ταινάρου. ἑξῆς δὲ μετὰ μὲν τὴν Ἠλείαν ἐστὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος πρὸς ἄρκτους βλέπον καὶ τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ παρατεῖνον, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν Σικυωνίαν· ἐντεῦθεν δὲ Σικυὼν καὶ Κόρινθος ἐκδέχεται μέχρι τοῦ Ἰσθμοῦ· μετὰ δὲ τὴν Μεσσηνίαν ἡ Λακωνικὴ καὶ ἡ Ἀργεία, μέχρι τοῦ Ἰσθμοῦ καὶ αὕτη. κόλποι δ' εἰσὶν ἐνταῦθα ὅ τε Μεσσηνιακὸς καὶ ὁ Λακωνικὸς καὶ τρίτος ὁ Ἀργολικός, τέταρτος δ' ὁ Ἑρμιονικὸς καὶ Σαρωνικός. οἱ δὲ Σαλαμινιακὸν καλοῦσιν· ὧν τοὺς μὲν ἡ Λιβυκή, τοὺς δ' ἡ Κρητικὴ θάλασσα πληροῖ καὶ τὸ Μυρτῷον πέλαγος· τινὲς δὲ καὶ τὸν Σαρωνικὸν πόρον πέλαγος ὀνομάζουσι. Μέση δ' ἐστὶν ἡ Ἀρκαδία, πᾶσιν ἐπικειμένη καὶ γειτνιῶσα τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν.

3. Ὁ δὲ Κορινθιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐήνου (τινὲς δέ φασιν τοῦ Ἀχελῴου τοῦ ὁρίζοντος Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς Αἰτωλούς) καὶ τοῦ Ἀράξου. ἐνταῦθα γὰρ πρῶτον ἀξιόλογον συναγωγὴν λαμβάνουσι πρὸς ἀλλήλας αἱ ἑκατέρωθεν ἀκταί· προϊοῦσαι δὲ πλέον τελέως συμπίπτουσι κατὰ τὸ Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον, ὅσον δὴ πέντε σταδίων ἀπολείπουσαι πορθμόν. ἔστι δὲ τὸ μὲν Ῥίον τῶν Ἀχαιῶν ἀλιτενὴς ἄκρα, δρεπανοειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντὸς ἔχουσα (καὶ δὴ καὶ καλεῖται Δρέπανον), κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Αἰγίου, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα· τὸ δ' Ἀντίρριον ἐν μεθορίοις τῆς Αἰτωλίας καὶ τῆς Λοκρίδος ἵδρυται, καλοῦσι δὲ Μολύκριον Ῥίον. εἶτ' ἐντεῦθεν διίσταται πάλιν ἡ παραλία μετρίως ἑκατέρωθεν, προελθοῦσα δ' εἰς τὸν Κρισαῖον κόλπον ἐνταῦθα τελευτᾷ, κλειομένη τοῖς προσεσπερίοις τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Μεγαρικῆς τέρμοσιν. ἔχει δὲ τὴν περίμετρον ὁ Κορινθιακὸς κόλπος ἀπὸ μὲν τοῦ Εὐήνου μέχρι Ἀράξου σταδίων δισχιλίων διακοσίων τριάκοντα· εἰ δ' ἀπὸ τοῦ Ἀχελῴου, πλεονάζοι ἂν ἑκατόν που σταδίοις. ἀπὸ μέντοι Ἀχελῴου ἐπὶ τὸν Εὔηνον Ἀκαρνᾶνές εἰσιν, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον Αἰτωλοί, τὸ δὲ λοιπὸν μέχρι Ἰσθμοῦ Φωκέων ἐστὶ καὶ Βοιωτῶν καὶ τῆς Μεγαρίδος, στάδιοι χίλιοι ἑκατὸν εἴκοσι δυεῖν δέοντες· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀντιρρίου μέχρι Ἰσθμοῦ θάλαττα Ἀλκυονὶς καλεῖται, μέρος οὖσα τοῦ Κρισαίου κόλπου· ἀ[πὸ δὲ τοῦ] Ἰσθμοῦ ἐπὶ τὸν Ἄραξον τριάκοντα ἐπὶ τοῖς [χιλίοις]. ὡς μὲν δὴ τύπῳ εἰπεῖν τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη ἡ τῆς Πελοποννήσου θέσις καὶ τῆς ἀντιπόρθμου γῆς μέχρι τοῦ μυχοῦ, τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ μεταξὺ ἀμφοῖν κόλπος. εἶτα [τὰ] καθ' ἕκαστα ἐροῦμεν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας ποιησάμενοι.

2. Hujus peninsulæ partem occiduam tenent *Elei* ac Messenii, qui Siculo mari alluuntur. Sed et utrimque in alteram oram porriguntur hi. Nam Elis versus septentrionem flectitur et initium Corinthiaci sinus usque ad Araxum promontorium, cui in maris altera parte opponuntur Acarnania et ante eam sitæ insulæ Zacynthus, Cephallenia, Ithaca atque Echinades, quarum una est etiam Dulichium; Messeniæ autem major pars versus austrum patet ac mare Africum, usque ad Thyrides Tænaro *vicinas. Deinceps* post Elidem Achæorum incolit gens, septentrioni obversa, et propter Corinthiacum sinum usque ad Sicyoniam porrecta. Sequitur Sicyon et Corinthus usque ad Isthmum. Post Messeniam est Laconica, inde Argolica, usque ad Isthmum et hæc. Sinus vero ibi sunt Messeniacus, Laconicus, Argolicus tertius, quartus Hermionicus, tum Saronicus, quem alii Salaminiacum dicunt: horum alios Africum, alios Creticum et Myrtoum maria implent. Sunt qui Saronico etiam trajectus [*vel*] maris nomen tribuant (*Cf.* c. 6, 4). In medio est Arcadia, omnibus imminens et propinqua reliquis gentibus.

3. Corinthiacus sinus incipit ab Eueni ostiis (vel, ut alii volunt, ab Acheloi, qui Acarnanas ab Ætolis dividit) et Araxo. *Ibi enim primum litora ad se notabiliter invicem* inflectuntur, ac magis inde magisque coeunt, donec tandem apud Rhium et Antirrhium adeo concurrunt, ut quinque duntaxat stadiorum fretum relinquant. Rhium Achaiæ est promontorium in mare prominens, introrsum falcis in morem reflexum, unde et Drepanum (*Falx*) dicitur. Situm est Patras inter et Ægium, templo Neptuni insigne. Antirrhium in confinio Ætoliæ et Locridis jacet, diciturque Rhium Molycrium. Inde rursum litora a se invicem mediocriter diducuntur: donec in Crissæum sinum mare desinit, inclusum occiduis Bœotiæ et Megaridis finibus. Sinus Corinthiaci ambitus est ab Eueno usque ad Araxum stadiorum bis mille ducentorum triginta; sin ab Acheloo ordiare, accedent stadia circiter centum. Ab Acheloo usque ad Euenum (sunt Acarnanes), deinde ad Antirrhium Ætoli sunt; reliqua ad Isthmum usque Phocenses habent et Locri et Bœoti et Megarenses, stadia mille nonaginta octo. Mare ab Antirrhio usque ad Isthmum [*est sinus Crissæus, qui inde a Creusa urbe*] vocatur mare Alcyonium, quæ pars est Crissæi sinus. Ab Isthmo usque ad Araxum sunt stadia triginta supra *mille*. Ergo delineatus jam a nobis est qualis quantusque sit situs Peloponnesi et regionis quæ est trans sinum usque ad intimum ejus recessum, itemque qualis ipse sit sinus qui est in medio. Exinde singula enarrabimus, facto ab Elea initio.

ΚΕΦ. Γ.

Νῦν μὲν δὴ πᾶσαν Ἠλείαν ὀνομάζουσι τὴν μεταξὺ Ἀχαιῶν τε καὶ Μεσσηνίων παραλίαν, ἀνέχουσαν εἰς τὴν μεσόγαιαν τὴν πρὸς Ἀρκαδίᾳ τῇ κατὰ Φολόην καὶ Ἀζᾶνας καὶ Παρρασίους. τοῦτο δὲ τὸ παλαιὸν εἰς πλείους δυναστείας διῄρητο, εἶτ' εἰς δύο, τήν τε τῶν Ἐπειῶν καὶ τὴν ὑπὸ Νέστορι τῷ Νηλέως· καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν τῶν Ἐπειῶν ὀνομάζων πόλιν·

ἠδὲ παρ' Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί·

τὴν δ' ὑπὸ τῷ Νέστορι Πύλον, δι' ἧς τὸν Ἀλφειὸν ῥεῖν φησιν,

Ἀλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης.

Πύλον μὲν οὖν καὶ πόλιν οἶδεν ὁ ποιητής·

οἱ δὲ Πύλον, Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἷξον·

οὐ διὰ τῆς πόλεως δὲ οὐδὲ παρ' αὐτὴν ῥεῖ ὁ Ἀλφειός, ἀλλὰ παρ' αὐτὴν μὲν ἕτερος, ὃν οἱ μὲν Παμισόν, οἱ δὲ Ἄμαθον καλοῦσιν, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Πύλος Ἠμαθόεις εἰρῆσθαι οὗτος δοκεῖ, διὰ δὲ τῆς χώρας τῆς Πυλίας ὁ Ἀλφειός.

2. Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις οὔπω ἔκτιστο καθ' Ὅμηρον, ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο· ἐκαλεῖτο δὲ Κοίλη Ἦλις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ πλείστη καὶ ἀρίστη. ὀψὲ δέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν νῦν πόλιν Ἦλιν, μετὰ τὰ Περσικά, ἐκ πολλῶν δήμων. σχεδὸν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους τοὺς κατὰ Πελοπόννησον πλὴν ὀλίγων, οὓς κατέλεξεν ὁ ποιητής, οὐ πόλεις, ἀλλὰ χώρας ὀνομάζει, συστήματα δήμων ἐχούσας ἑκάστην πλείω, ἐξ ὧν ὕστερον αἱ γνωριζόμεναι πόλεις συνῳκίσθησαν, οἷον τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνῳκίσθη, Τεγέα δ' ἐξ ἐννέα, ἐκ τοσούτων δὲ καὶ Ἡραία ὑπὸ Κλεομβρότου ἢ ὑπὸ Κλεωνύμου· ὡς δ' αὔτως Αἴγιον ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη, Πάτραι δὲ ἐξ ἑπτά, Δύμη δὲ ἐξ ὀκτώ· οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη· μία τούτων προσκτισ[θεισῶν] Ἀγριάδες. (ῥεῖ δὲ διὰ τῆς πόλεως ὁ Πηνειὸς ποταμὸς παρὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῆς.) ἔπραξάν δὲ τοῦτο Ἠλεῖοι χρόνοις ὕστερον πολλοῖς τῆς εἰς αὐτοὺς μεταστάσεως τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τῷ Νέστορι.

3. Ἦν δὲ ταῦτα ἥ τε Πισᾶτις, ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος, καὶ ἡ Τριφυλία καὶ ἡ τῶν Καυκώνων. Τριφύλιοι δ' ἐκλήθησαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἀπὸ τοῦ τρία φῦλα συνεληλυθέναι, τότε τῶν ἀπ' ἀρχῆς Ἐπειῶν καὶ τὸ τῶν ἐποικησάντων ὕστερον Μινυῶν καὶ τὸ τῶν ὕστατα ἐπικρατησάντων Ἠλείων· οἱ δ' ἀντὶ τῶν Μινυῶν Ἀρκάδας φασίν, ἀμφισβητήσαντας τῆς χώρας πολλάκις, ἀφ' οὗ καὶ Ἀρκαδικὸς Πύλος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφυλιακός. Ὅμηρος δὲ ταύτην ἅπασαν τὴν χώραν μέχρι Μεσσήνης καλεῖ Πύλον ὁμωνύμως τῇ πόλει. ὅτι δὲ διώριστο ἡ Κοίλη Ἦλις ἀπὸ τῶν ὑπὸ

CAP. III.

Eleæ regionis nomine hodie tota intelligitur ora maritima quæ Achaiam inter et Messeniam est, et in mediterraneis Arcadiam ad Pholoen et Azanes et Parrhasios attingit. Antiquitus in plures fuit divisa ditiones; postmodo in duas, Epeorum scilicet et Nestoris Neleo nati : id quod Homerus quoque expressit, qui illam Epeorum Elim (Ἦλιν) nominat (*Od.* 15, 298) :

Et ad Elidem divinam, ubi dominantur Epei :

Pylum autem vocat eam, quæ subest Nestori, per quam ait fluere Alpheum (*Il.* 5, 545) :

Alphei, qui late fluit Pyliorum per terram.

Pylum sane etiam tanquam urbem novit poeta (*Od.* 3, 4) :

Illi vero Pylum, ad Nelei bene ædificatam urbem,
pervenerunt.

Verum urbem hanc neque perfluit neque alluit Alpheus : sed præterlabitur eam alius fluvius, Pamisus a quibusdam, ab aliis Amathus dictus, unde et Pylo nomen Emathois inditum videtur : per ipsam autem regionem Pyliam Alpheus manat.

fratrem ejus, qui legationis princeps erat, Delphos navigasse: et sobrinum Rhadinæ, quam deperibat, curru ad eam Corinthum ivisse, fuisseque una cum ea a tyranno interfectum, et cadavera eorum currui imposita exportari jussa, deinde autem, mutata sententia, ab eo revocata esse atque humata.

21. Ab hac Pylo et Lepreo quadringentis circiter stadiis distat Pylus Messeniæ et Coryphasium, ad mare sita castella, et Sphagia adjacens insula; ab Alpheo distantia est stadiorum septingentorum quinquaginta, a Chelonata mille triginta. Eo in intervallo Macistii Herculis templum est et Acidon fluvius; præterfluit hic Iardani sepulcrum et Chaam, quæ urbs quondam vicina fuit Lepreo, ubi et campus Æpasius est. De hac Chaa sunt qui inter Arcades et Pylios fuisse bellum dicant, quod Homerus dixit, putantque scribendum esse (*Il.* 7, 133):

O juvenis si sim, qualis celerem ad Celadontem (*Acidontem* [*vel Acidonem*)
quum Pylii simul et pugnarunt Arcades hastis
ad Chaæ (cod. Φεῖας) muros,

non vero *ad Celadontem*, neque *Phiæ* (pro *Chaæ*); nam Chaæ locum Iardani sepulcro et Arcadibus esse quam illum, propinquiorem.

22. Porro in ora Triphyliæ maritima sunt Cyparissia et Pyrgi, et Acidon ac Neda fluvii. Atque nunc quidem Triphyliam a Messenia distinguit amnis Neda rapidus e Lycæo Arcadiæ monte defluens: cujus fontem Rhea Jovem pariens lavacrorum causa dicitur aperuisse. Præterit Phigaliam [*et in mare exit ubi*] Pyrgitæ, ultimi Triphyliorum, Cyparissenses, primos Messeniorum, attingunt. Antiquitus vero alii fuerunt limites, ita ut Nestori paruerint etiam trans Nedam quædam, ut Cyparisseis et alia nonnulla ulteriora: sicut et mare Pylium Homerus extendit usque ad septem urbes, quas Agamemnon Achilli promisit (*Il.* 9, 153):

Omnes prope mare habitantur Pyli arenosi.

Hoc enim idem est ac si dixisset: *prope mare Pylium.*

23. Deinceps a Cyparisseente versus Pylum Messeniacum et Coryphasium præternaviganti occurrit Eranna (quam quidam falso opinantur quondam Pyliacæ Arenæ fuisse cognominem) *et promontorium* Platamodes, a quo ad Coryphasium et quæ nunc Pylus dicitur, stadia sunt centum (*in al. codd.* stad. 120). Est etiam parva insula (*codd.* ἔστι δὲ κενήριον) cum oppidulo cognomine, Prote. Ceterum non examinaremus fortassis tanto studio antiqua, sed contenti essemus singulis, ut nunc habent, recensendis, nisi de his a pueritia famam quandam traditam meminissemus. Quum vero de his alii alia dicant, disceptandum nobis est. Plerumque autem fidei plurimum habetur iis qui gloria, ætate atque experientia aliis præstant. Quibus omnibus quum reliquos omnes superaverit

τὰ ὑπ' ἐκείνου λεχθέντα καὶ συγκρούειν πρὸς τὰ νῦν, καθάπερ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφαμεν. περὶ μὲν οὖν τῆς Κοίλης Ἤλιδος καὶ τοῦ Βουπρασίου τὰ λεχθέντα ὑφ' Ὁμήρου προεπέσκεπται ἡμῖν.

24. Περὶ δὲ τῆς ὑπὸ τῷ Νέστορι οὕτω φησίν·

οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν
καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐΰκτιτον Αἶπυ
καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον
καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Πύλος μὲν οὖν ἐστι, περὶ ἧς ἡ ζήτησις· αὐτίκα δ' ἐπισκεψόμεθα περὶ αὐτῆς. περὶ δὲ τῆς Ἀρήνης εἴρηται· ἣν δὲ λέγει νῦν Θρύον, ἐν ἄλλοις καλεῖ Θρυόεσσαν·

ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις, αἰπεῖα κολώνη,
τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ·

Ἀλφειοῦ δὲ πόρον φησίν, ὅτι πεζῇ περατὸς εἶναι δοκεῖ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· καλεῖται δὲ νῦν Ἐπιτάλιον, τῆς Μακιστίας χωρίον· τὸ εὔκτιτον δ' Αἶπυ ἔνιοι μὲν ζητοῦσι πότερον ποτέρου ἐπίθετον, καὶ τίς ἡ πόλις, καὶ εἰ αἱ νῦν Μαργάλαι τῆς Ἀμφιδολίας· αὗται μὲν οὖν οὐ φυσικὸν ἔρυμα, ἕτερον δὲ δείκνυται φυσικὸν ἐν τῇ Μακιστίᾳ. ὁ μὲν οὖν τοῦθ' ὑπονοῶν φράζεσθαι ὄνομά φησι τῆς πόλεως τὸ Αἶπυ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος φυσικῶς, ὡς Ἕλος καὶ Αἰγιαλὸν καὶ ἄλλα πλείω· ὁ δὲ τὴν Μαργάλαν τοὔμπαλιν ἴσως. Θρύον δὲ καὶ Θρυόεσσαν τὸ Ἐπιτάλιόν φασιν, ὅτι πᾶσα μὲν αὕτη ἡ χώρα θρυώδης, μάλιστα δ' οἱ ποταμοί· ἐπὶ πλέον δὲ διαφαίνεται τοῦτο κατὰ τοὺς περατοὺς τοῦ ῥείθρου τόπους. Τάχα δέ φασι Θρύον μὲν εἰρῆσθαι τὸν πόρον, εὔκτιτον δ' Αἶπυ τὸ Ἐπιτάλιον· ἔστι γὰρ ἐρυμνὸν φύσει· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις αἰπεῖαν κολώνην λέγει·

ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις, αἰπεῖα κολώνη,
τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ, πυμάτη Πύλου ἠμαθόεντος.

25. Ὁ δὲ Κυπαρισσήεις ἐστὶ μὲν περὶ τὴν πρότερον Μακιστίαν, ἡνίκα καὶ πέραν τῆς Νέδας ἔτι ἦν Μακιστία, ἀλλ' οὐκ οἰκεῖται, ὡς οὐδὲ τὸ Μάκιστον· ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία· ὁμωνύμως μὲν οὖν, ὁμοίως δὲ νῦν κἀκείνη λέγεται Κυπαρισσία ἑνικῶς τε καὶ θηλυκῶς, ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις. καὶ Ἀμφιγένεια δὲ τῆς Μακιστίας ἐστὶ περὶ τὸν Ὑψόεντα, ὅπου τὸ τῆς Λητοῦς ἱερόν. τὸ δὲ Πτελεὸν κτίσμα μὲν γέγονε τῶν ἐκ Πτελεοῦ τοῦ Θετταλικοῦ ἐποικησάντων· λέγεται γὰρ κἀκεῖ·

Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα ἰδὲ Πτελεὸν λεχεποίην·

ἔστι δὲ δρυμῶδες χωρίον ἀοίκητον, Πτελεάσιμον καλούμενον. Ἕλος δ' οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀλφειὸν χώραν τινά φασιν, οἱ δὲ καὶ πόλιν, ὡς τὴν Λακωνικήν·

Ἕλος τ', ἔφαλον πτολίεθρον·

οἱ δὲ περὶ τὸ Ἀλώριον ἕλος, οὗ τὸ τῆς Ἠλείας Ἀρτέμιδος ἱερόν, τῆς ὑπὸ τοῖς Ἀρκάσιν· ἐκεῖνοι γὰρ ἔσχον τὴν ἱερωσύνην. Δώριον δ' οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον

Homerus, necesse est dicta ejus considerare, ac cum præsenti statu comparare, sicut paulo ante diximus. Ac de Cava quidem Elide et Buprasio verba Homeri jam ante perpendimus.

24. De Nestoris autem ditione sic loquitur idem (*Il.* 2, 591):

Qui Pylumque colebant et Arenen amœnam,
et Thryum, Alphei vadum, et bene ædificatum Æpy
et Cyparisseenta et Amphigeniam habitabant,
et Pteleum et Helos et Dorium, ubi Musæ
occurrentes Thamyrin illum privarunt cantu,
ex Œchalia venientem ab Euryto Œchalensi.

Pylus igitur est, de qua controversia, quam mox tractabimus. De Arena jam diximus. Quam autem hic Thryum vocat, alibi Thryoessam nominat (*Il.* 11, 710):

Est quædam Thryoessa urbs, arduus tumulus,
procul ad Alpheum.

Alphei autem trajectum vocat, quod ibi locorum fluvius iste pedibus potest transiri: nunc Epitalium nuncupatur, Macistiæ oppidulum. Quod ad εὔκτιτον αἶπυ attinet, quærunt nonnulli, utrum vocabulorum proprium, utrum adjectivum alterius sit (αἶπυ *enim sublime notat*), et quænam sit illa urbs, et num sint quæ nunc in Amphidolia appellantur Margalæ (*Marganæ Diodor.*). Sed Margalæ non sunt natura munitæ: verum alia naturalis munitio monstratur in Macistia. Qui hanc indicari suspicatur, is Æpy nomen urbis esse dicit, impositum a loci natura: sicut Helos (*i. e. palus*) et Ægialus (*i. e. litus*), *aliaque id* genus complura sunt propria urbium vocabula. Contra qui Margalam (*Margalas?*) intelligit, is fortasse contrarium dicit. Thryon autem et Thryoessam appellari dicunt Epitalium, quod tota ista regio, maxime amnes, alga (θρύῳ) abundant, præsertim ubi vada sunt. Fortassis etiam Thryon aiunt vocari vadum, Epitalium vero nomine bene exstructi Æpyos affici; est enim locus natura munitus: et alibi poeta Thryoessam arduum collem dicit (*Il.* 11, 710):

Est quædam Thryoessa urbs, arduus collis,
procul ad Alpheum, extrema Pyli arenosi.

25. Ceterum Cyparisseis est in prisca Macistia, quæ etiam trans Nedam porrigebatur: sed non habitatur, ut neque Macistum. Alia est Messeniæ Cyparissia, non quidem (μὲν οὔ) ejusdem prorsus nominis, sed simillimi. Nunc vero (Νῦν δὲ) etiam Macistiæ urbs Cyparissia dicitur feminino genere, numeroque singulari: fluvius autem Cyparisseis. Amphigenia etiam Macistiæ est ad Hypsuntem, ubi fanum Latonæ. Pteleon conditum fuit ab his, qui eo a Thessaliæ Pteleo coloniam deduxerunt; nam in Thessalia quoque Ptelei est mentio (*Il.* 2, 697):

Herbosam Pteleum pontoque Antrona propinquam.

Nunc locus silvestris atque inhabitatus, quem vocant Pteleasium. (?) Helos alii locum quendam circa Alpheum accipiunt, alii urbem itidem, sicut Laconica alia fuit (*Il.* 2, 584):

Helosque salo vicinum.

Alii paludem (ἕλος) intelligunt juxta Alorium, ubi fanum est Eleæ (ἑλείας, *palustris*) Dianæ, cujus sacerdotium fuit penes Arcades. Dorium sunt qui montem, sunt qui

φασίν· οὐδὲν δὲ νῦν δείκνυται· ὅμως δ' ἔνιοι τὴν νῦν Ὄλουριν ἢ Ὄλουραν ἐν τῷ καλουμένῳ Αὐλῶνι τῆς Μεσσηνίας κειμένην Δώριον λέγουσιν. αὐτοῦ δέ που καὶ ἡ Οἰχαλία ἐστὶν ἡ τοῦ Εὐρύτου, ἡ νῦν Ἀνδανία, πολίχνιον Ἀρκαδικόν, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ καὶ τῷ Εὐβοϊκῷ· ὅθεν φησὶν ὁ ποιητὴς ἐς τὸ Δώριον ἀφικόμενον Θάμυριν τὸν Θρᾷκα ὑπὸ Μουσῶν ἀφαιρεθῆναι τὴν μουσικήν.

26. Ἐκ δὴ τούτων δῆλον, ὡς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἀλφειοῦ ἡ ὑπὸ Νέστορι χώρα ἐστίν, ἣν πᾶσαν ὀνομάζει Πυλίων γῆν· οὐδαμοῦ δὲ ὁ Ἀλφειὸς οὔτε τῆς Μεσσηνίας ἐφάπτεται οὔτε τῆς Κοίλης Ἤλιδος. ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ χώρᾳ ἐστὶν ἡ πατρὶς τοῦ Νέστορος, ἥν φαμεν Τριφυλιακὸν Πύλον καὶ Ἀρκαδικὸν καὶ Λεπρεατικόν. καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲν ἄλλοι Πύλοι ἐπὶ θαλάττῃ δείκνυνται, οὗτος δὲ πλείους ἢ τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ αὐτῆς, ὅπερ καὶ ἐκ τῶν ἐπῶν δῆλον. ἐπί τε γὰρ τοὺς Τηλεμάχου ἑταίρους ἄγγελος πέμπεται πρὸς τὸ πλοῖον, καλῶν ἐπὶ ξενίαν, ὅ τε Τηλέμαχος κατὰ τὴν ἐκ Σπάρτης ἐπάνοδον τὸν Πεισίστρατον οὐκ ἐᾷ πρὸς τὴν πόλιν ἐλαύνειν, ἀλλὰ παρατρέψαντα ἐπὶ [τὴν] ναῦν σπεύδειν, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ὅρμον. ὅ τε ἀπόπλους τοῦ Τηλεμάχου οὕτως ἂν οἰκείως λέγοιτο·

βὰν δὲ παρὰ Κρουνοὺς καὶ Χαλκίδα καλλιρέεθρον.
δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί·
ἡ δὲ Φεὰς ἐπέβαλλεν, ἀγαλλομένη Διὸς οὔρῳ,
ἠδὲ παρ' Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.

μέχρι μὲν δὴ δεῦρο πρὸς τὴν ἄρκτον ὁ πλοῦς· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ πρὸς ἕω μέρος ἐπιστρέφει. παρίησι δὲ τὸν εὐθὺν πλοῦν ἡ ναῦς καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὸν εἰς Ἰθάκην διὰ τὸ τοὺς μνηστῆρας ἐκεῖ τὴν ἐνέδραν θέσθαι

ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σάμοιό τε·
ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι.

θοὰς δὲ εἴρηκε τὰς ὀξείας· τῶν Ἐχινάδων δ' εἰσὶν αὗται, πλησιάζουσαι τῇ ἀρχῇ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἀχελώου. παραλλάξας δὲ τὴν Ἰθάκην, ὥστε κατὰ νώτου γενέσθαι, κάμπτει πάλιν πρὸς τὸν οἰκεῖον δρόμον τὸν μεταξὺ τῆς Ἀκαρνανίας καὶ τῆς Ἰθάκης, καὶ κατὰ θάτερα μέρη τῆς νήσου ποιεῖται τὴν καταγωγήν, οὐ κατὰ τὸν πορθμὸν τὸν Κεφαλληνιακόν, ὃν ἐφρούρουν οἱ μνηστῆρες.

27. Εἰ γοῦν τὸν Ἠλιακὸν Πύλον εἶναί τις τὸν Νέστορος ἐπινοήσειεν, οὐκ ἂν οἰκείως λέγοιτο ἡ ἐντεῦθεν ἀναχθεῖσα ναῦς παρὰ Κρουνοὺς ἐνεχθῆναι καὶ Χαλκίδα μέχρι δύσεως, εἶτα Φεαῖς ἐπιβάλλειν νύκτωρ, καὶ τότε τὴν Ἠλείαν παραπλεῖν· οὗτοι γὰρ οἱ τόποι πρὸς νότον τῆς Ἠλείας εἰσί, πρῶται μὲν αἱ Φεαί, εἶθ' ἡ Χαλκίς, εἶθ' οἱ Κρουνοί, εἶθ' ὁ Πύλος ὁ Τριφυλιακὸς καὶ τὸ Σαμικόν. τῷ μὲν οὖν πρὸς νότον πλέοντι ἐκ τοῦ Ἠλιακοῦ Πύλου οὗτος ἂν ὁ πλοῦς εἴη· τῷ δὲ πρὸς ἄρκτον, ὅπου ἐστὶν ἡ Ἰθάκη, ταῦτα μὲν πάντα ὀπίσω λείπεται, αὐτὴ δ' ἡ Ἠλεία παραπλευστέα ἦν, καὶ πρὸ δύσεώς γε· ὁ δέ φησι μετὰ δύσιν. καὶ μὴν εἰ καὶ πάλιν ὑπόθοιτό

campum (*urbem*, πολίδιον) interpretentur : nihil hodie monstratur; nonnulli tamen Oluridem sive Oluram sitam in Aulone, quem vocant, Messeniæ, Dorium Homeri esse dicunt : circa id loci etiam Œchalia fuit Euryti, quæ nunc Andania est, Arcadicum oppidum, ejusdem cum Thessalico et Euboico nominis, unde Homerus ait Thamyrin Thracem pervenisse Dorium, et a Musis ibi arte canendi fuisse spoliatum.

26. Ex his constat, Nestoris ditionem ab utraque Alphei parte fuisse, quam universam terræ Pyliorum nomine poeta exprimit : nuspiam autem Alpheus Messeniam aut Cavam Elidem attingit. In hac enim regione est Nestoris patria quam Triphyliacum dicimus Pylum, et Arcadicum et Lepreaticum. Etenim reliqui Pyli ad mare siti monstrantur : hic vero triginta amplius supra mare stadiis; quod et versus Homeri declarant. Nam et nuncius ad navim Telemachi mittitur ad hospitium invitans ejus socios : et a Sparta revertens Telemachus Pisistratum non sinit ad urbem ire, sed averso itinere jubet ad navim properare, adeo ut non eadem ad urbem esset et navem via. Denique reditus Telemachi sic demum recte haberet (*Od.* 15, 295) :

Prætereunt Crunos, et amœnam Chalcida lymphis.
Sol cadit, et tenebris tegit omnia compita nigris.
Illa Pheas vento subit a Jove pulsa secundo,
Elida præter, ubi fortes dominantur Epei.

Eo enim usque versus septentrionem navigabat. Hinc versus ortum avertitur cursus, omissa recta et initio instituta navigatione Ithacam versus, quia ibi insidias tetenderant proci (*Od.* 4, 671. 15, 298) :

In freto Ithacæ Samique. —
Hinc rursus insulis navem immisit acutis.

Acutæ autem istæ insulæ (θοὰς ipse vocat) ex Echinadibus sunt, initio Corinthiaci sinus et Acheloi ostiis propinquæ. Ergo præterita Ithaca, ut eam a tergo (*codd.* νότου) haberet, rursum ad institutum cursum reflectit, interque Acarnaniam et Ithacam vectus, ab altera insulæ parte navem applicat : non qua fretum est Cephallenium, quod proci insidiis occuparant.

27. Igitur si quis Eleæ Pylum Nestori attribueret, non jam convenienter dictum fuisset, navem inde avectam usque ad occasum solis præter Crunos et Chalcidem delatam esse, noctu Pheas appulisse, atque deinde Eleam præternavigasse. Hæc enim loca ab Elea versus meridiem sunt sita, primum Pheæ, tum Chalcis, post Cruni, denique Pylus Triphyliæ et Samicum. Sic enim navigaret, qui ab Elea Pylo versus meridiem tenderet; at qui iret versus septentrionem, in qua parte Ithaca est sita, ei omnia forent a tergo atque sola Elea præternaviganda esset, idque ante occasum solis; quum Homerus post eum hoc factum esse dicat. Rursum si quis initium naviga-

τις τὸν Μεσσηνιακὸν Πύλον καὶ τὸ Κορυφάσιον ἀρχὴν τοῦ παρὰ Νέστορος πλοῦ, πολὺ ἂν εἴη τὸ διάστημα καὶ πλέονος χρόνου. αὐτὸ γοῦν τὸ ἐπὶ τὸν Τριφυλιακὸν Πύλον καὶ τὸ Σαμιακὸν Ποσείδιον τετρακοσίων ἐστὶ σταδίων· καὶ ὁ παράπλους [οὐ] παρὰ Κρουνοὺς καὶ Χαλκίδα καὶ Φεάν, ἀδόξων ποταμῶν ὀνόματα, μᾶλλον δὲ ὀχετῶν, ἀλλὰ παρὰ τὴν Νέδαν πρῶτον, εἶτ' Ἀκίδωνα, εἶτα τὸν Ἀλφειὸν καὶ τόπους τούτων τοὺς μεταξύ· ὕστερον δ', εἰ ἄρα, κἀκείνων ἐχρῆν μνησθῆναι· καὶ γὰρ παρ' ἐκείνοις ὑπῆρχεν ὁ πλοῦς.

28. Καὶ μὴν ἥ γε τοῦ Νέστορος διήγησις, ἣν διατίθεται πρὸς Πάτροκλον περὶ τοῦ γενομένου τοῖς Πυλίοις πρὸς Ἠλείους πολέμου, συνηγορεῖ τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐπιχειρουμένοις, ἐὰν σκοπῇ τις τὰ ἔπη. φησὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς, ὅτι πορθήσαντος Ἡρακλέους τὴν Πυλίαν, ὥστε τὴν νεότητα ἐκλειφθῆναι πᾶσαν, δώδεκα δὴ παίδων ὄντων τῷ Νηλεῖ, μόνον αὐτῷ περιγενέσθαι τὸν Νέστορα, νέον τελέως· καταφρονήσαντες δ' οἱ Ἐπειοὶ τοῦ Νηλέως διὰ γῆρας καὶ ἐρημίαν ὑπερηφάνως καὶ ὑβριστικῶς ἐχρῶντο τοῖς Πυλίοις. ἀντὶ τούτων οὖν ὁ Νέστωρ συναγαγὼν τοὺς οἰκείους, ὅσους οἷός τε ἦν, ἐπελθεῖν φησιν ἐπὶ τὴν Ἠλείαν, καὶ περιελάσαι παμπόλλην λείαν,

πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν,
τόσσα συῶν συβόσια,

τοσαῦτα δὲ καὶ αἰπόλια· ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ὑποπώλους τὰς πλείστας.

καὶ τὰ μὲν ἠλασάμεσθα Πύλον (φησὶ) Νηλήιον εἴσω,
ἐννύχιοι προτὶ ἄστυ,

ὡς μεθ' ἡμέραν μὲν τῆς λεηλασίας γενομένης καὶ τῆς τροπῆς τῶν ἐκβοηθησάντων, ὅτε κτανεῖν λέγει τὸν Ἰτυμονέα, νύκτωρ δὲ τῆς ἀφόδου γενομένης, ὥστ' ἐννυχίους πρὸς τῷ ἄστει γενέσθαι· περὶ δὲ τὴν διανομὴν καὶ θυσίαν ὄντων, οἱ Ἐπειοὶ τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, κατὰ πλῆθος ἀθροισθέντες πεζοί τε καὶ ἱππεῖς, ἀντεπεξῆλθον καὶ τὸ Θρύον ἐπὶ τῷ Ἀλφειῷ κείμενον περιεστρατοπέδευσαν. αἰσθόμενοι δ' εὐθὺς οἱ Πύλιοι βοηθεῖν ὥρμησαν· νυκτερεύσαντες δὲ περὶ τὸν Μινυήιον ποταμὸν ἐγγύθεν Ἀρήνης, ἐντεῦθεν ἔνδιοι πρὸς τὸν Ἀλφειὸν ἀφικνοῦνται· τοῦτο δ' ἐστὶ κατὰ μεσημβρίαν· θύσαντες δὲ τοῖς θεοῖς καὶ νυκτερεύσαντες ἐπὶ τῷ ποταμῷ συμβάλλουσιν εἰς μάχην εὐθὺς ἕωθεν· λαμπρᾶς δὲ τῆς τροπῆς γενομένης, οὐκ ἐπαύσαντο διώκοντές τε καὶ κτείνοντες, πρὶν Βουπρασίου ἐπέβησαν

πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη
κέκληται, ὅθεν αὖτις ἀπέτραπε λαὸν Ἀθήνη·

καὶ ὑποβάς·

αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
ἂψ ἀπὸ Βουπρασίοιο Πύλονδ' ἔχον ὠκέας ἵππους.

29. Ἐκ τούτων δὴ πῶς ἂν ἢ τὸν Ἠλιακὸν Πύλον ὑπολάβοι τις ἢ τὸν Μεσσηνιακὸν λέγεσθαι; τὸν μὲν Ἠλιακόν, ὅτι, τούτου πορθουμένου, συνεπορθεῖτο καὶ ἡ τῶν Ἐπειῶν ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους· αὕτη δ' ἐστὶν

tionis a Nestore ponat Pylum Messeniacum ac Coryphasium, majus fiet intervallum, ac plus requiret temporis. Nam vel ad Triphyliacum Pylum et Samicum ac fanum Neptuni stadia sunt quadringenta, et navigatio non fit præter Crunos, Chalcidem et Pheam (quæ sunt ignobilium nomina [*locorum et*] amnium vel potius rivorum), sed præter Nedam primum, inde Acidonem, deinde Alpheum istaque loca quæ interjacent: post demum etiam illorum, si modo tanti erat, mentionem facere debebat: nam et præter illos erat eundum.

28. Et vero narratio Nestoris, qua Patroclo refert bellum Pyliorum contra Eleos, patrocinatur nostris argumentis, si quis versus Homeri consideret. Ait enim ab Hercule Pylum fuisse vastatam, omnemque juventutem deletam, ita ut de duodecim, qui fuerant Neleo filii, solus ipse ei superfuerit admodum adolescens. Itaque Epeos, contempto ob senectutem et orbitatem Neleo, superbe et contumeliose Pyliis insultasse: se, ut has injurias defenderet, contracta suorum, quantam licuisset, manu, in Eleam impressionem fecisse, maximamque avertisse prædam (*Il.* 11, 677):

Quinquaginta armenta boum totidemque secutos
porcorumque oviumque greges,

totidemque etiam caprarum: et centum quinquaginta fulvas equas, quarum plerasque pulli sequerentur. Addit deinde (*Il.* 11, 681):

Egimus hæc nos inde Pylum Neleion intus
noctu urbem nacti,

ut ostenderet interdiu prædam abactam fuisse, fusosque qui defensum venerant, quando etiam occisum a se Itymoneum ait; noctu autem se cum suis reversum ad urbem fuisse. Porro se ac suis in prædæ divisione et sacrificiis occupatis, tertia die Epeos multitudine conducta peditum equitumque exercitum eduxisse, ac circa Thryum super Alpheum positum castra locavisse. Pylios re statim intellecta, ad profligandum hostem profectos, prope Arenam ad Minyeium flumen pernoctasse, inde sub meridiem ad Alpheum pervenisse: operatosque sacris, quum ad amnem ibi pernoctassent, prima statim luce prœlium commisisse; fusisque præclara virtute hostibus, occidendi et persequendi finem non ante fecisse, quam Buprasium pervenissent (*v.* 756)

et ad Oleniam petram et Alisii ubi tumulus
vocatur, unde retro populum avertit Minerva;

et paullo post:

verum Achivi
retro a Buprasio Pylum versus agebant veloces equos.

29. Ex his igitur quonam pacto Eliacum Pylum aut Messeniacum dici aliquis existimet? Et primum quidem quomodo Eliacum? nam hoc ab Hercule vastato, simul vastata est Epeorum ditio; hæc enim ipsa est Elea. Quonam igi-

ἡ Ἠλεία. πῶς οὖν ἤμελλον οἱ συμπεπορθημένοι καὶ ὁμόφυλοι τοιαύτην ὑπερηφανίαν καὶ ὕβριν κτήσασθαι κατὰ τῶν συναδικηθέντων; πῶς δ' ἂν τὴν οἰκείαν κατέτρεχον καὶ ἐλεηλάτουν; πῶς δ' ἂν ἅμα καὶ Αὐγέας ἦρχε τῶν αὐτῶν καὶ Νηλεύς, ἐχθροὶ ὄντες ἀλλήλων; εἴγε τῷ Νηλεῖ

χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ,
τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν,
ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον
θεύσεσθαι· τοὺς δ' αὖθι ἄναξ ἀνδρῶν Αὐγείας
κάσχεθε, τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει·

εἰ δ' ἐνταῦθα ᾤκει ὁ Νηλεύς, ἐνταῦθα καὶ ὁ Νέστωρ ὑπῆρχε. πῶς οὖν τῶν μὲν Ἠλείων καὶ Βουπρασίων

τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
νῆες ἕποντο θοαί, πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί·

εἰς τέτταρα δὲ καὶ ἡ χώρα διῄρητο, ὧν οὐδενὸς ἐπῆρχεν ὁ Νέστωρ,

οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν

καὶ τὰ ἑξῆς τὰ μέχρι Μεσσήνης; οἱ δὲ δὴ ἀντεπεξιόντες Ἐπειοὶ τοῖς Πυλίοις πῶς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἐξορμῶσι καὶ τὸ Θρύον; πῶς δ', ἐκεῖ τῆς μάχης γενομένης, τρεφθέντες ἐπὶ Βουπρασίου φεύγουσι; πάλιν δ', εἰ τὸν Μεσσηνιακὸν Πύλον ἐπόρθησεν ὁ Ἡρακλῆς, πῶς οἱ τοσοῦτον ἀφεστῶτες ὕβριζον εἰς αὐτούς, καὶ ἐν συμβολαίοις ἦσαν πολλοῖς, καὶ ταῦτ' ἀπεστέρουν χρεοκοποῦντες, ὥστε διὰ ταῦτα συμβῆναι τὸν πόλεμον; πῶς δὲ ἐπὶ τὴν λεηλασίαν ἐξιὼν Νέστωρ, τοσαύτην περιελάσας λείαν συῶν τε καὶ προβάτων, ὧν οὐδὲν ὠκυπορεῖν οὐδὲ μακροπορεῖν δύναται, πλειόνων ἢ χιλίων σταδίων ὁδὸν διήνυσεν εἰς τὴν πρὸς τῷ Κορυφασίῳ Πύλον; οἱ δὲ τρίτῳ ἤματι πάντες ἐπὶ τὴν Θρυόεσσαν καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀλφειὸν ἥκουσι, πολιορκήσοντες τὸ φρούριον· πῶς δὲ ταῦτα τὰ χωρία προσήκοντα ἦν τοῖς ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ δυναστεύουσιν, ἐχόντων Καυκώνων καὶ Τριφυλίων καὶ Πισατῶν; τὰ δὲ Γέρηνα ἢ τὴν Γερηνίαν (ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται) τάχα μὲν ἐπίτηδες ὠνόμασάν τινες· δύναται δὲ καὶ κατὰ τύχην οὕτως ὠνομάσθαι τὸ χωρίον. τὸ δ' ὅλον, τῆς Μεσσηνίας ὑπὸ Μενελάῳ τεταγμένης, ὑφ' ᾧ καὶ ἡ Λακωνικὴ ἐτέτακτο (ὡς δῆλον ἔσται καὶ ἐκ τῶν ὕστερον), καὶ τοῦ μὲν Παμισοῦ ῥέοντος διὰ ταύτης καὶ τοῦ Νέδωνος, Ἀλφειοῦ δ' οὐδαμῶς, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης, ἧς ἐπῆρχεν ὁ Νέστωρ, τίς ἂν γένοιτο πιθανὸς λόγος, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀρχὴν ἐκβιβάζων τὸν ἄνδρα, ἀφαιρούμενος δὲ τὰς συγκαταλεγείσας αὐτῷ πόλεις, πάνθ' ὑπ' ἐκείνῳ ποιῶν;

30. Λοιπὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν περὶ τῆς Ὀλυμπίας καὶ τῆς εἰς τοὺς Ἠλείους ἁπάντων μεταπτώσεως. ἔστι δ' ἐν τῇ Πισάτιδι τὸ ἱερόν, σταδίους τῆς Ἤλιδος ἐλάττους ἢ τριακοσίους διέχον· πρόκειται δ' ἄλσος ἀγριελαίων, ἐν ᾧ τὸ στάδιον· παραρρεῖ δ' ὁ Ἀλφειός, ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ῥέων εἰς τὴν Τριφυλιακὴν θάλατταν μεταξὺ δύσεως καὶ μεσημβρίας. τὴν δ' ἐπιφάνειαν

tur pacto evastati ac populares tantum superbiæ atque injuriarum in suæ calamitatis socios sibi sumpsissent? Qui suam ipsorum ditionem incursarent ac deprædarentur? Et quomodo iisdem imperassent Augeas ac Neleus, quum essent inimici? Siquidem (*sec. Il.* 11, 697) Neleo

debitum magnum debebatur in Elide divina,
quattuor in certaminibus victores equi cum ipsis curribus,
missi ad præmium; de tripode enim erant
cursu certaturi; eos autem illic rex virorum Augeas
detinuerat, dimisso auriga.

Jam ubi Neleus habitabat, ibi etiam Nestor regnabat (ἐπῆρχεν). Quomodo igitur Eleorum et Buprasiorum

quattuor duces erant, quorum quemque decem
naves sequebantur celeres, multis onustæ Epeis;

in quattuorque item partes etiam regio divisa erat; nulli tamen earum præerat Nestor, sed iis

qui Pylum habitabant et Arenen amœnam

et quæ deinceps sunt usque ad Messenen? Jam Epei adversum Pylios in bellum exeuntes, quomodo ad Alpheum et Thryum contendunt? Quomodo ibi commissa pugna pulsi ad Buprasium fugiunt? Rursum si Pylum Messeniacum Hercules vastavit, quomodo Epei, qui tanto ab hoc erant intervallo dissiti, injuriam hisce Pyliis intulerunt? Quomodo cum iis multa agitarunt commercia, et novis tabulis factis eos defraudaverunt, eaque re causam bello præbuerunt? Quomodo Nestor ad prædandum profectus, quum tanta præda ovium et porcorum potitus esset, quæ neque celeriter neque procul ire possunt animalia, iter mille stadiis longius confecit usque ad Pylum Coryphasio vicinam? Porro Epei tertio die universi ad Alpheum veniunt castellum Thryoessam oppugnaturi. Quomodo autem hæc loca fuerunt juris principum Messeniæ, quum ea obtinerent Caucones, Triphylii, Pisatæ? Nam quod attinet Gerena sive Gereniam (utrumque dicere licet), fortasse de industria aliqui sic nominarunt; quanquam etiam forte fortuna locus ille sic nominari potuit. Denique Messenia, itidem ut Laconica, Menelao subjecta (quod postea planum faciemus), et per hanc fluente Pamiso ac Nedone, Alpheo autem nequaquam, qui late per Pyliorum fluit agros, qui paruerunt Nestori: qua ratione probabili hunc virum in alienam dominationem transferemus atque urbes, quæ Nestori tribuuntur in Catalogo, adimentes, omnia Menelao subjiciemus?

30. Superest ut de Olympia dicamus, et quomodo summa rerum ad Eleos sit devoluta. In Pisæo agro templum est, stadiis non omnino trecentis ab Elide situm: ante id jacet lucus oleastris consitus, in quo est stadium. Præterfluit Alpheus ex Arcadia in mare Triphyliacum inter occasum et meridiem se effundens. Illustris vero primum facta est

ἔσχεν ἐξ ἀρχῆς μὲν διὰ τὸ μαντεῖον τοῦ Ὀλυμπίου Διός· ἐκείνου δ' ἐκλειφθέντος, οὐδὲν ἧττον συνέμεινεν ἡ δόξα τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὴν αὔξησιν, ὅσην ἴσμεν, ἔλαβε διά τε τὴν πανήγυριν καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπιακόν, στεφανίτην τε καὶ ἱερὸν νομισθέντα, μέγιστον τῶν πάντων. ἐκοσμήθη δ' ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀναθημάτων, ἅπερ ἐκ πάσης ἀνετίθετο τῆς Ἑλλάδος· ὧν ἦν καὶ ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεύς, ἀνάθημα Κυψέλου, τοῦ Κορινθίων τυράννου. μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίει Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον, τηλικοῦτον τὸ μέγεθος, ὥς, καίπερ μεγίστου ὄντος τοῦ νεώ, δοκεῖν ἀστοχῆσαι τῆς συμμετρίας τὸν τεχνίτην, καθήμενον ποιήσαντα, ἁπτόμενον δὲ σχεδόν τι τῇ κορυφῇ τῆς ὀροφῆς, ὥστ' ἔμφασιν ποιεῖν, ἐὰν ὀρθὸς γένηται διαναστάς, ἀποστεγάσειν τὸν νεών. ἀνέγραψαν δέ τινες τὰ μέτρα τοῦ ξοάνου, καὶ Καλλίμαχος ἐν ἰάμβῳ τινὶ ἐξεῖπε. πολλὰ δὲ συνέπραξε τῷ Φειδίᾳ Πάναινος ὁ ζωγράφος, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτοῦ καὶ συνεργολάβος, πρός (τε) τὴν τοῦ ξοάνου διὰ τῶν χρωμάτων κόσμησιν, καὶ μάλιστα τῆς ἐσθῆτος. δείκνυνται δὲ καὶ γραφαὶ πολλαί τε καὶ θαυμασταὶ περὶ τὸ ἱερόν, ἐκείνου ἔργα. ἀπομνημονεύουσι δὲ τοῦ Φειδίου, διότι πρὸς τὸν Πάναινον εἶπε πυνθανόμενον, πρὸς τί παράδειγμα μέλλοι ποιήσειν τὴν εἰκόνα τοῦ Διός, ὅτι πρὸς τὴν Ὁμήρου, δι' ἐπῶν ἐκτεθεῖσαν τούτων·

> ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
> ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
> κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

εἰρῆσθαι γὰρ μάλα δοκεῖ καλῶς, ἔκ τε τῶν ἄλλων καὶ τῶν ὀφρύων, ὅτι προκαλεῖται τὴν διάνοιαν ὁ ποιητὴς ἀναζωγραφεῖν μέγαν τινὰ τύπον καὶ μεγάλην δύναμιν ἀξίαν τοῦ Διός, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς Ἥρας, ἅμα φυλάττων τὸ ἐφ' ἑκατέρῳ πρέπον· ἔφη μὲν γάρ,

> σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ, ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.

τὸ δ' ἐπ' ἐκείνης συμβὰν ὅλῃ κινηθείσῃ, τοῦτ' ἐπὶ τοῦ Διὸς ἀπαντῆσαι ταῖς ὀφρύσι μόνον νεύσαντος, συμπαθούσης δέ τι καὶ τῆς κόμης· κομψῶς δ' εἴρηται καὶ τὸ ὁ τὰς τῶν θεῶν εἰκόνας ἢ μόνος ἰδὼν ἢ μόνος δείξας. ἄξιοι δὲ μάλιστα τὴν αἰτίαν ἔχειν τῆς περὶ τὸ Ὀλυμπίασιν ἱερὸν μεγαλοπρεπείας τε καὶ τιμῆς Ἠλεῖοι. κατὰ μὲν γὰρ τὰ Τρωικὰ καὶ ἔτι πρὸ τούτων οὐκ ηὐτύχουν, ὑπό τε τῶν Πυλίων ταπεινωθέντες καὶ ὑφ' Ἡρακλέους ὕστερον, ἡνίκα Αὐγέας ὁ βασιλεύων αὐτῶν κατελύθη. σημεῖον δέ· εἰς γὰρ τὴν Τροίαν ἐκεῖνοι μὲν τετταράκοντα ναῦς ἔστειλαν, Πύλιοι δὲ καὶ Νέστωρ ἐνενήκοντα. ὕστερον δέ, μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, συνέβη τἀναντία. Αἰτωλοὶ γὰρ συγκατελθόντες τοῖς Ἡρακλείδαις μετὰ Ὀξύλου καὶ συνοικήσαντες Ἐπειοῖς κατὰ συγγένειαν παλαιὰν ηὔξησαν τὴν Κοίλην Ἦλιν καὶ τῆς τε Πισάτιδος ἀφείλοντο πολλήν, καὶ Ὀλυμπία ὑπ' ἐκείνοις ἐγένετο· καὶ δὴ καὶ ὁ ἀγὼν εὕρεμά ἐστιν ἐκείνων ὁ Ὀλυμπιακός, καὶ τὰς Ὀλυμ-

Olympia oraculis, quæ ibi Olympius edebat Jupiter : quæ postquam desierunt, nihilominus tamen sua templo mansit gloria, et ad id, quod novimus, incrementi pervenit propter solennem conventum et Olympicum certamen, coronarium illud et pro sacro habitum omniumque maximum. Ornatum autem est templum donariis ex universa Græcia ibi dedicatis. Inter hæc erat etiam Jupiter aureus malleo ductus, donum Cypseli Corinthiorum tyranni. Maximum vero in his fuit eburneum Jovis simulacrum, quod Phidias Charmidæ filius Atheniensis ex ebore fecit tantæ magnitudinis, ut, quanquam templum est maximum, tamen non videatur artifex justam proportionis rationem habuisse; quod sedentem finxit, ita ut vertice culmen propemodum tangat, et speciem præbeat, eum, si surgeret seque erigeret, tectum templi disjecturum esse. Mensuram hujus simulacri quum alii descripserunt, tum iambico quodam carmine Callimachus. Magnum adjumentum attulit Phidiæ Panænus (*plurimi codd.* Πάνδεινος *v.* Πάνδαινος) pictor, consobrinus ejus et in opere illo socius, ad coloribus ornandum tum ipsum simulacrum tum maxime ejus amictum. Multæ etiam picturæ eæque admiratione dignæ circa illud templum demonstrantur, ipsius opera. Memoriæ proditum est Phidiam a Panæno interrogatum, quodnam exemplar imitari in imagine Jovis exprimenda statuisset, respondisse, id, quod Homericis his versibus esset propositum (*Il.* 1, 528) :

> Dixit, cæruleisque superciliis Superûm rex
> annuit, ambrosiosque æterno in vertice crines
> concussit, nutuque almum tremefecit Olympum.

Hæc præclare dicta esse apparet ex illis maxime quæ sunt de superciliis; ac provocat iis poeta ut cogitatione depingamus grandem quandam speciem et magnam Joveque dignam potentiam : sicut et de Junone fecit, utrobique servato decoro; ait enim (*Il.* 8, 199) :

> Movit se in solio, et longum concussit Olympum.

Nam quod sui totius motu Juno effecit, id ipsum Jupiter ponitur consecutus solo superciliorum motu, cæsarie etiam simul affecta. Scite etiam dictum est de Homero, solum hunc deorum formas aut vidisse aut ostendisse. Ceterum Eleis maxime accepta est ferenda Olympici templi et magnificentia et dignitas. Nam tempore belli Trojani, atque etiam ante, non floruerunt, attriti quum a Pyliis, tum ab Hercule, quo is tempore Augeam eorum regem evertit. Cujus rei hoc est documentum, quod ad Trojam Elei naves quadraginta miserunt, Pylii autem et Nestor nonaginta. Sed posterioribus temporibus, a reditu nimirum Heraclidarum, contrarium evenit. Ætoli enim, qui cum Heraclidis duce Oxylo redierant, quum se ob vetustam generis propinquitatem Epeis conjunxissent, Cavam Elidem auxerunt, magnamque Pisatidis partem sui juris, ipsamque etiam Olympiam fecerunt. Quin et certamen Olympicum isti instituerunt, et Olympiades primas celebraverunt. Omit-

πιάδας τὰς πρώτας ἐκεῖνοι συνετέλουν. ἐᾶσαι γὰρ δεῖ τὰ παλαιὰ καὶ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ ἱεροῦ καὶ περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος, τῶν μὲν ἕνα τῶν Ἰδαίων δακτύλων Ἡρακλέα λεγόντων ἀρχηγέτην τούτων, τῶν δὲ τὸν Ἀλκμήνης καὶ Διός, ὃν καὶ ἀγωνίσασθαι πρῶτον καὶ νικῆσαι· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται, καὶ οὐ πάνυ πιστεύεται. ἐγγυτέρω δὲ πίστεως, ὅτι μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον Ἠλεῖος, τὴν προστασίαν εἶχον τοῦ τε ἱεροῦ καὶ τοῦ ἀγῶνος Ἠλεῖοι. κατὰ δὲ τὰ Τρωικὰ ἢ οὐκ ἦν ἀγὼν στεφανίτης ἢ οὐκ ἔνδοξος, οὔθ' οὗτος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν νῦν ἐνδόξων· οὔτε μέμνηται τούτων Ὅμηρος οὐδενός, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν ἐπιταφίων. καίτοι δοκεῖ τισι τοῦ Ὀλυμπιακοῦ μεμνῆσθαι, ὅταν φῇ τὸν Αὐγέαν ἀποστερῆσαι τέσσαρας ἀθλοφόρους ἵππους, ἐλθόντας μετ' ἄεθλα· φασὶ δὲ τοὺς Πισάτας μὴ μετασχεῖν τοῦ Τρωικοῦ πολέμου, ἱεροὺς νομισθέντας τοῦ Διός. ἀλλ' οὔθ' ἡ Πισᾶτις ὑπὸ Αὐγέᾳ τόθ' ὑπῆρχεν, ἐν ᾗ ἐστι καὶ ἡ Ὀλυμπία, ἀλλ' ἡ Ἠλεία μόνον· οὔτ' ἐν Ἠλείᾳ συνετελέσθη ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν οὐδ' ἅπαξ, ἀλλ' ἀεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ὁ δὲ νῦν παρατεθεὶς ἐν Ἤλιδι φαίνεται γενόμενος, ἐν ᾗ καὶ τὸ χρέος ὠφείλετο·

καὶ γὰρ τῷ χρεῖος [μέγ'] ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ,
τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι.

καὶ οὗτος μὲν οὐ στεφανίτης (περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι), ἐκεῖνος δέ. μετὰ [δὲ] τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα οἱ Πισᾶται τὴν οἰκείαν ἀπολαβόντες αὐτοὶ συνετέλουν, τὸν ἀγῶνα ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντα· χρόνοις δ' ὕστερον μεταπεσούσης πάλιν τῆς Πισάτιδος εἰς τοὺς Ἠλείους, μετέπεσεν εἰς αὐτοὺς πάλιν καὶ ἡ ἀγωνοθεσία. συνέπραξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὴν ἐσχάτην κατάλυσιν τῶν Μεσσηνίων συμμαχήσασιν αὐτοῖς τἀναντία τῶν Νέστορος ἀπογόνων καὶ τῶν Ἀρκάδων, συμπολεμησάντων τοῖς Μεσσηνίοις· καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε συνέπραξαν, ὥστε τὴν χώραν ἅπασαν τὴν μέχρι Μεσσήνης Ἠλείαν ῥηθῆναι καὶ διαμεῖναι μέχρι νῦν, Πισατῶν δὲ καὶ Τριφυλίων καὶ Καυκώνων μηδ' ὄνομα λειφθῆναι. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Πύλον τὸν ἠμαθόεντα εἰς τὸ Λέπρεον συνῴκισαν, χαριζόμενοι τοῖς Λεπρεάταις κρατήσασι πολέμῳ, καὶ ἄλλας πολλὰς τῶν κατοικιῶν κατέσπασαν, ὅσας θ' ἑώρων αὐτοπραγεῖν ἐθελούσας, καὶ φόρους ἐπράξαντο.

31. Διωνομάσθη δὲ (πλεῖστον) ἡ Πισᾶτις τὸ μὲν πρῶτον διὰ τοὺς ἡγεμόνας δυνηθέντας πλεῖστον, Οἰνόμαόν τε καὶ Πέλοπα, τὸν ἐκεῖνον διαδεξάμενον, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ πολλοὺς γενομένους· καὶ ὁ Σαλμωνεὺς δ' ἐνταῦθα βασιλεῦσαι λέγεται· εἰς γοῦν ὀκτὼ πόλεις μεριζομένης τῆς Πισάτιδος, μία τούτων λέγεται καὶ ἡ Σαλμώνη. διὰ ταῦτά τε δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ὀλυμπίασι διατεθρύληται σφόδρα ἡ χώρα. δεῖ δὲ τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν ἀκούειν οὕτως, ὡς μὴ ὁμολογουμένων σφόδρα· οἱ γὰρ νεώτεροι πολλὰ † καὶ νομί-

tenda sunt enim vetusta, quæ et de auctore templi et de institutione certaminis feruntur : aliis auctorem horum facientibus Herculem unum de Idæis dactylis, aliis Herculem Jovis et Alcmenæ filium, qui et certaverit primus, et vicerit : nam talia solent et varie dici, et non admodum credi. Vero propius est, usque ad vigesimam sextam a prima Olympiadem, in qua cursu vicit Corœbus Eleus, quum templo tum certamini præfuisse Eleos. Tempore belli Trojani hoc aut nondum fuit certamen coronarium, aut non nobile neque hoc neque aliud eorum quæ magni sunt hodie nominis; neque horum Homerus, sed aliorum quorundam funebrium mentionem facit. Non desunt quidem, qui Olympici certaminis putent ab Homero factam mentionem, quando ait Augeam intervertisse quattuor equos, qui e certaminibus præmia reportassent, eoque nomine missi essent : dicantque Pisæos propterea non interfuisse bello Trojano, quod Jovi sacri haberentur. Sed neque Pisæorum ager (in quo est Olympia) isto tempore sub Augea fuit, Eleæ solius dominium possidente : et ne semel quidem in Elea certamen Olympicum fuit celebratum, sed semper Olympiæ. Et cujus meminit Homerus, id in Elide fuisse apparet, ubi etiam debitum debebatur (*Il.* 11, 677) :

etenim illi debitum magnum debebatur in Elide divina,
quattuor præmia ferentes equi.

Neque in hoc corona victori dabatur (nam de tripode erant cursu decertaturi), at in illo. Post vigesimam sextam Olympiadem autem Pisatæ, recuperata sua actione, ipsi certamen illud procurarunt, quum viderent florere gloria. Posterioribus autem temporibus, quum Pisatis rursus ad Eleos rediisset, ad eosdem et certaminis illius rediit procuratio : Lacedæmonii quoque post ultimam Messeniorum destructionem Eleos adjuverunt, quod opem ipsis contra Messenios tulerant, diverso a Nestoris posteritate et Arcadibus instituto, qui Messenios in bello adjutarant; et quidem eo usque Spartani Eleos juverunt, ut omnis quæ ad Messenen usque est ditio, Elea appellata sit, idque nomen hodieque obtineat, Pisatarum vero, Cauconum et Triphyliorum ne nomina quidem supersint. Quin et ipsum Pylum illum arenosum cum Lepreo in unam civitatem conflarunt, gratificantes Lepreatis, qui belli non fuerant participes (οὐ κοινωνήσασι τοῦ πολέμου *Pletho*) : aliaque multa oppida deleverunt, et quæ videbant proprio ductu rempublicam velle administrare, eis imposuerunt tributa.

31. Pisatarum famæ celebritas primum originem duxit a principibus ipsorum, qui potentissimi fuerunt, Œnomaus et successor ejus Pelops, hujusque multi filii; Salmoneus quoque ibi regnasse dicitur : certe quum Pisatis regio in octo distribuatur civitates, una de his Salmone appellatur. Hæc igitur et templum Olympicum nomen regioni amplissimum pepererunt. Ceterum veteres historiæ non ita sunt audiendæ quasi communi omnium consensu probarentur : nam recentiores multa innovant (καινίζουσιν?),

ζουσιν, ὥστε καὶ τἀναντία λέγειν, οἷον τὸν μὲν Αὐγέαν τῆς Πισάτιδος ἄρξαι, τὸν δ' Οἰνόμαον καὶ τὸν Σαλμωνέα τῆς Ἠλείας· ἔνιοι δ' εἰς ταὐτὸ συνάγουσι τὰ ἔθνη. δεῖ δὲ τοῖς ὁμολογουμένοις ὡς ἐπὶ πολὺ ἀκολουθεῖν, ἐπεὶ οὐδὲ τοὔνομα τὴν Πισᾶτιν ἐτυμολογοῦσιν ὁμοίως· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Πίσης ὁμωνύμου τῇ κρήνῃ πόλεως, τὴν δὲ κρήνην Πίσαν εἰρῆσθαι, οἷον πίστραν, ὅπερ ἐστὶ ποτίστρα· τὴν δὲ πόλιν ἱδρυμένην ἐφ' ὕψους δεικνύουσι μεταξὺ δυεῖν ὀρῶν, Ὄσσης καὶ Ὀλύμπου, ὁμωνύμων τοῖς ἐν Θετταλίᾳ. τινὲς δὲ πόλιν μὲν οὐδεμίαν γεγονέναι Πίσαν φασίν· εἶναι γὰρ ἂν μίαν τῶν ὀκτώ· κρήνην δὲ μόνην, ἣν νῦν καλεῖσθαι Βίσαν, Κικυσίου πλησίον, πόλεως μεγίστης τῶν ὀκτώ· Στησίχορον δὲ καλεῖν πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην, ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον Μάκαρος πόλιν, Εὐριπίδης δ' ἐν Ἴωνι·

Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις·

καὶ ἐν Ῥαδαμάνθυι·

οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα πρόσχωρον πόλιν·

Σοφοκλῆς δ' ἐν Μυσοῖς·

Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλῄζεται, ξένε,
πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

32. Ἡ δὲ Σαλμώνη πλησίον ἐστὶ τῆς ὁμωνύμου κρήνης, ἐξ ἧς ῥεῖ ὁ Ἐνιπεύς· ἐμβάλλει δ' εἰς τὸν Ἀλφειόν, καλεῖται δὲ νῦν Βαρνίχιος· τούτου δ' ἐρασθῆναι τὴν Τυρώ φασιν,

ἣ ποταμοῦ ἠράσσατ' Ἐνιπῆος θείοιο.

ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς τὸν Σαλμωνέα, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησί· τὸν δ' ἐν τῇ Θετταλίᾳ Ἐνισέα γράφουσιν, ὃς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος ῥέων δέχεται τὸν Ἀπιδανὸν κατενεχθέντα ἐκ Φαρσάλου. ἐγγὺς δὲ τῆς Σαλμώνης Ἡράκλεια, καὶ αὕτη μία τῶν ὀκτώ, διέχουσα περὶ τεσσαράκοντα σταδίους τῆς Ὀλυμπίας, κειμένη δὲ παρὰ τὸν Κυθήριον ποταμόν, οὗ τὸ τῶν Ἰωνιάδων νυμφῶν ἱερόν, τῶν πεπιστευμένων θεραπεύειν νόσους τοῖς ὕδασι. παρὰ δὲ τὴν Ὀλυμπίαν ἐστὶ καὶ ἡ Ἄρπινα, καὶ αὕτη τῶν ὀκτώ, δι' ἧς ῥεῖ ποταμὸς Παρθενίας, ὡς εἰς Φηραίαν ἰόντων· ἡ δὲ Φηραία ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας· * ὑπέρκειται δὲ τῆς Δυμαίας καὶ Βουπρασίου καὶ Ἤλιδος· ἅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον τῇ Πισάτιδι. * αὐτοῦ δ' ἔστι καὶ τὸ Κικύσιον τῶν ὀκτὼ καὶ τὸ Δυσπόντιον κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν ἐν πεδίῳ κείμενον· ἐξελείφθη δέ, καὶ ἀπῆραν οἱ πλείους εἰς Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν· καὶ ἡ Φολόη δ' ὑπέρκειται τῆς Ὀλυμπίας ἐγγυτάτω, ὄρος Ἀρκαδικόν, ὥστε τὰς ὑπωρείας τῆς Πισάτιδος εἶναι. καὶ πᾶσα δ' ἡ Πισᾶτις καὶ τῆς Τριφυλίας τὰ πλεῖστα ὁμορεῖ τῇ Ἀρκαδίᾳ· διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ἀρκαδικὰ εἶναι δοκεῖ τὰ πλεῖστα τῶν Πυλιακῶν ἐν Καταλόγῳ φραζομένων χωρίων· οὐ μέντοι φασὶν οἱ ἔμπειροι· τὸν γὰρ Ἐρύμανθον εἶναι τὸν ὁρίζοντα

adeo ut etiam contraria dicant, verbi gratia Augeam Pisatidi imperasse, Œnomaum vero et Salmoneum Eleæ: nonnulli autem gentes eas in unam conflant. Oportet itaque ea sequi, quæ majori ex parte in confesso sunt. Ne nomen quidem Pisatidis omnes ab eadem origine arcessunt. Alii enim deducunt a Pisa urbe, quæ nomen hoc cum fonte habeat commune: et Pisam fontem dictum esse quasi πίστραν, id est ποτίστραν (*potum suggerentem*), aiunt: urbem vero in loco edito sitam ostendunt inter duos montes, Ossam et Olympum, cognomines montibus Thessalicis. Quidam fuisse negant ullam urbem Pisam: nam debuisse ex octo istis unam esse: fontem dumtaxat fuisse, quæ nunc Bisa dicatur, propinqua Cicysio, maximæ octo illarum urbium. Stesichorum autem regionem quæ Pisa diceretur, πόλις vocabulo notare, quomodo poeta (*Il.* 24, 544) Lesbum appellat Macaris urbem: et Euripides Ione (294) dicit:

Propinqua Athenis urbs Eubœa cernitur;

ac in Rhadamantho:

Urbem propinquam Eubœæ qui tenent solum;

ac in Mysis Sophocles:

Asiæ ista tota regio nomen obtinet,
Sed Mysia urbs Mysorum patria dicitur.

32. Salmone autem vicina est fonti cognomini, ex quo Enipeus profluit, qui in Alpheum exit [et hodie Barnichius nominatur (*gloss. ut vid.*,]. Hujus fluvii amore captam fuisse Tyronem aiunt (*Od.* 11, 238):

Quæ fluvium flagrans adamavit Enipea divum;

ibi enim regnasse patrem ejus Salmoneum, quod etiam Euripides in Æolo testatur. [[Thessaliæ vero fluvium Heliseum scribunt, qui ab Othrye delabens, recipit a Pharsalo decurrentem Apidanum.]] Prope Salmonen Heraclea est, una et ipsa de octo Pisatidis urbibus, quadraginta circiter stadiis ab Olympia distans, sita ad Cytherium fluvium, ubi est sacellum nympharum Ioniadum, quas credebant aquis morbos depellere. Juxta Olympiam est etiam Arpina (*codd.* ἔπινα), et ipsa in octo urbium numero, per quam labitur Parthenias fluvius, qua itur ad Pheræam, Arcadiæ urbem. [Sita est supra Dymæam, Buprasium et Elidem, quæ regiones sunt versus septentrionem a Pisatide. *Glossa inepta.*] Ibi est etiam Cicysium, item una ex octo urbibus, et Dyspontium ad viam quæ Elide Olympiam ducit, in planitie situm; verum deserta urbs est, ejusque incolæ plerique Epidamnum et Apolloniam commigraverunt. Proxime super Olympiam Pholoe jacet, mons Arcadicus, cujus imi procursus in Pisatide sunt regione. Omnino enim et Pisatis tota et Triphyliæ pleræque partes Arcadiam confinio attingunt. Quæ etiam causa est, cur eorum locorum, quæ Homerus in Catalogo Pyliæ regioni adscribit, pleraque videantur esse Arcadiæ; tametsi periti hoc negant, qui Arcadiam Erymantho (*codd.* Amaryntho) fluvio finiri

τὴν Ἀρκαδίαν, τῶν εἰς Ἀλφειὸν ἐμπιπτόντων ποταμῶν, ἔξω δ' ἐκείνου τὰ χωρία ἱδρῦσθαι ταῦτα.

33. Ἔφορος δέ φησιν Αἰτωλὸν ἐκπεσόντα ὑπὸ Σαλμωνέως, τοῦ βασιλέως Ἐπειῶν τε καὶ Πισατῶν, ἐκ τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὀνομάσαι τε ἀφ' αὑτοῦ τὴν χώραν καὶ συνοικίσαι τὰς αὐτόθι πόλεις· τούτου δ' ἀπόγονον ὑπάρξαντα Ὄξυλον φίλον τοῖς περὶ Τήμενον Ἡρακλείδαις ἡγήσασθαί τε τὴν ὁδὸν κατιοῦσιν εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ μερίσαι τὴν πολεμίαν αὐτοῖς χώραν καὶ τἄλλα ὑποθέσθαι τὰ περὶ τὴν κατάκτησιν τῆς χώρας, ἀντὶ δὲ τούτων λαβεῖν χάριν τὴν εἰς τὴν Ἠλείαν κάθοδον, προγονικὴν οὖσαν, κατελθεῖν δὲ ἀθροίσαντα στρατιὰν ἐκ τῆς Αἰτωλίας ἐπὶ τοὺς κατέχοντας Ἐπειοὺς τὴν Ἦλιν· ἀπαντησάντων δὲ τῶν Ἐπειῶν μεθ' ὅπλων, ἐπειδὴ ἀντίπαλοι ἦσαν αἱ δυνάμεις, εἰς μονομαχίαν προελθεῖν κατὰ ἔθος τι παλαιὸν τῶν Ἑλλήνων Πυραίχμην Αἰτωλὸν Δέγμενόν τ' Ἐπειόν, τὸν μὲν Δέγμενον μετὰ τόξου ψιλόν, ὡς περιεσόμενον ῥᾳδίως ὁπλίτου διὰ τῆς ἑκηβολίας, τὸν δὲ μετὰ σφενδόνης καὶ πήρας λίθων, ἐπειδὴ κατέμαθε τὸν δόλον· τυχεῖν δὲ νεωστὶ ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν εὑρημένον τὸ τῆς σφενδόνης εἶδος· μακροβολωτέρας δ' οὔσης τῆς σφενδόνης, πεσεῖν τὸν Δέγμενον, καὶ κατασχεῖν τοὺς Αἰτωλοὺς τὴν γῆν, ἐκβαλόντας τοὺς Ἐπειούς· παραλαβεῖν δὲ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ὀλυμπίασιν, ἣν εἶχον οἱ Ἀχαιοί· διὰ δὲ τὴν τοῦ Ὀξύλου φιλίαν πρὸς τοὺς Ἡρακλείδας συνομολογηθῆναι ῥᾳδίως ἐκ πάντων μεθ' ὅρκου τὴν Ἠλείαν ἱερὰν εἶναι τοῦ Διός, τὸν δ' ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην μεθ' ὅπλων ἐναγῆ εἶναι, ὡς δ' αὔτως ἐναγῆ καὶ τὸν μὴ ἐπαμύνοντα εἰς δύναμιν· ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς κτίσαντας τὴν Ἠλείων πόλιν ὕστερον ἀτείχιστον ἐᾶσαι, καὶ τοὺς δι' αὐτῆς τῆς χώρας ἰόντας στρατοπέδῳ, τὰ ὅπλα παραδόντας, ἀπολαμβάνειν μετὰ τὴν ἐκ τῶν ὅρων ἔκβασιν· Ἴφιτόν τε θεῖναι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα, ἱερῶν ὄντων τῶν Ἠλείων. ἐκ δὴ τῶν τοιούτων αὔξησιν λαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ ἄλλων πολεμούντων ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους, μόνοις ὑπάρξαι πολλὴν εἰρήνην, οὐχ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξένοις, ὥστε καὶ εὐανδρῆσαι μάλιστα πάντων παρὰ τοῦτο. Φείδωνα δὲ τὸν Ἀργεῖον, δέκατον μὲν ὄντα ἀπὸ Τημένου, δυνάμει δ' ὑπερβεβλημένον τοὺς κατ' αὐτόν, ἀφ' ἧς τήν τε λῆξιν ὅλην ἀνέλαβε τὴν Τημένου διεσπασμένην εἰς πλείω μέρη, καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ Φειδώνια καλούμενα καὶ σταθμοὺς καὶ νόμισμα κεχαραγμένον τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν, πρὸς τούτοις ἐπιθέσθαι καὶ ταῖς ὑφ' Ἡρακλέους αἱρεθείσαις πόλεσι, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἀξιοῦν τιθέναι αὐτόν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ὀλυμπικόν· καὶ δὴ βιασάμενον ἐπελθόντα θεῖναι αὐτόν, οὔτε τῶν Ἠλείων ἐχόντων ὅπλα, ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην, τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ· οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι διὰ τοῦτο καὶ ἀρξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς· συμπράττειν δὲ καὶ Λακεδαιμονίους, εἴτε φθονήσαντας

aiunt, uno ex iis qui in Alpheum illabuntur; loca autem ista extra Erymanthum esse sita.

33. Ephorus vero ait Ætolum a Salmoneo Epeorum atque Pisatarum rege ex Elea ejectum in Ætoliam abiisse, eique hoc a se nomen fecisse, et quæ ibi sunt urbes condidisse. Ab hoc genus duxisse Oxylum, amicitia junctum Temeno Heraclidæ ejusque sociis : his illum revertentibus in Peloponnesum itineris ductorem fuisse, et hostium agros distribuisse, aliaque subjecisse consilia ad potiundum ea regione pertinentia. Pro hac ei opera gratiam relatam esse reditum in Eleam, majorum suorum jure ad se pertinentem. Rediisse ergo contracto adversum Epeos Elidem tunc tenentes exercitu Ætolorum. Quumque armati occurrissent Epei, et par esset utrique exercitui robur : vetusta quadam Græcorum consuetudine ad singulare certamen progressos esse Pyræchmam Ætolum et Degmenum Epeum; hunc solo instructum arcu, quod eminus sagittis se facile victoriam a gravis armaturæ adversario speraret reportaturum; illum funda marsupioque lapidum pleno (recens tum bono casu invento ab Ætolis fundæ usu), ubi dolum animadvertisset. Quia vero fundæ longius, quam arcus perferantur, jactum cecidisse Degmenum, et expulsis Epeis Ætolos eam obtinuisse regionem. Eosdemque templi etiam Olympici suscepisse procurationem quæ antea fuisset penes Achæos (*Epeos?*). Et propter Oxyli cum Heraclidis amicitiam nullo negotio impetratum ab universis esse, ut jurejurando interposito profiterentur Eleorum ditionem Jovi esse sacram : qui eam armata vi incesseret, nefarium habendum; eodemque loco, qui id scelus non pro virili ulcisceretur. Unde consecutum esse, ut, qui urbem Elidem postea conderent, nullis eam cingerent muris : et qui exercitu per Eleam irent, arma Eleis traderent, egressique eorum fines reciperent : Iphitumque Olympicum certamen instituisse, consecratis ad hunc modum Eleis. Ista in causa fuisse, cur Elei crescerent. Reliquis enim continenter in se bella gerentibus, solis Eleis perpetuam fuisse pacem; neque ipsis modo, sed et eorum hospitibus; quare etiam hominum copia præ omnibus excelluisse. Phidonem vero Argivum, decimum a Temeno et omnibus suæ tempestatis principibus potentia præstantem (qua usum et totam Temeni successionem in plures divulsam partes ad se recepisse, et mensuras invenisse, quæ Phidoniæ dicantur, atque pondera, et monetam quum aliam tum argenteam procudisse), etiam urbes, quas quondam Hercules ceperat, adortum esse sibique hoc vindicasse, ut ea ipse certamina procuraret, quæ ab Hercule essent instituta : de quorum numero esset etiam Olympicum. Et quidem in Olympiam profectum vi obtinuisse, ut certamini præesset, quum nulla Eleis ad propulsandum arma essent, in diuturna versatis pace, et reliqui imperio ejus parerent. Neque vero Eleos hanc certaminis procurationem in tabulas retulisse, sed propter illa armis paratis defendere sese cœpisse, usos ad hoc auxilio Lacedæmoniorum, sive quod hi Eleorum feli-

τῇ διὰ τὴν εἰρήνην εὐτυχίᾳ, εἴτε καὶ συνεργοὺς ἕξειν νομίσαντας πρὸς τὸ καταλῦσαι τὸν Φείδωνα, ἀφῃρημένον αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν τῶν Πελοποννησίων, [ἣν ἐκεῖ]νοι προεκέκτηντο· καὶ δὴ καὶ συγκαταλῦσαι τὸν Φείδωνα· τοὺς δὲ συγκατασκευάσαι τοῖς Ἠλείοις τήν τε Πισᾶτιν καὶ τὴν Τριφυλίαν. ὁ δὲ παράπλους ἅπας ὁ τῆς νῦν Ἠλείας μὴ κατακολπίζοντι χιλίων ὁμοῦ καὶ διακοσίων ἐστὶ σταδίων. ταῦτα μὲν περὶ τῆς Ἠλείας.

ΚΕΦ. Δ.

Ἡ δὲ Μεσσηνία συνεχής ἐστι τῇ Ἠλείᾳ, περινεύουσα τὸ πλέον ἐπὶ τὸν νότον καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. αὕτη δ' ἐπὶ μὲν τῶν Τρωικῶν ὑπὸ Μενελάῳ ἐτέτακτο, μέρος οὖσα τῆς Λακωνικῆς, ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα Μεσσήνη· τὴν δὲ νῦν ὀνομαζομένην πόλιν Μεσσήνην, ἧς ἀκρόπολις ἡ Ἰθώμη ὑπῆρξεν, οὔπω συνέβαινεν ἐκτίσθαι· μετὰ δὲ τὴν Μενελάου τελευτήν, ἐξασθενησάντων τῶν διαδεξαμένων τὴν Λακωνικήν, οἱ Νηλεῖδαι τῆς Μεσσηνίας ἐπῆρχον. καὶ δὴ κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τότε γενηθέντα μερισμὸν τῆς χώρας ἦν Μέλανθος βασιλεὺς τῶν Μεσσηνίων καθ' αὑτοὺς τασσομένων, πρότερον δ' ὑπήκοοι ἦσαν τοῦ Μενελάου. σημεῖον δέ· ἐκ γὰρ τοῦ Μεσσηνιακοῦ κόλπου καὶ τοῦ συνεχοῦς Ἀσιναίου λεγομένου ἀπὸ τῆς Μεσσηνιακῆς Ἀσίνης αἱ ἑπτὰ ἦσαν πόλεις, ἃς ὑπέσχετο δώσειν ὁ Ἀγαμέμνων τῷ Ἀχιλλεῖ,

> Καρδαμύλην Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν
> Φηράς τε ζαθέας ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμον
> καλήν τ' Αἴπειαν καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν,

οὐκ ἂν τάς γε μὴ προσηκούσας μήτ' αὐτῷ μήτε τῷ ἀδελφῷ ὑποσχόμενος. ἐκ δὲ τῶν Φηρῶν καὶ συστρατεύσαντας τῷ Μενελάῳ δηλοῖ ὁ ποιητής, τὸν δὲ..... καὶ συγκαταλέγει τῷ Λακωνικῷ καταλόγῳ, ἱδ[ρυμένον] ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ κόλπῳ. ἔστι δ' ἡ Μεσσήνη μετὰ Τριφυλίαν· κοινὴ δ' ἐστὶν ἀμφοῖν ἄκρα, μεθ' ἣν τὸ Κορυφάσιον καὶ ἡ Κυπαρισσία· ὑπέρκειται δ' ὄρος ἐν ἑπτὰ σταδίοις τὸ Αἰγαλέον τούτου τε καὶ τῆς θαλάττης.

2. Ἡ μὲν οὖν παλαιὰ Πύλος ἡ Μεσσηνιακὴ ὑπὸ τῷ Αἰγαλέῳ πόλις ἦν, κατεσπασμένης δὲ ταύτης ἐπὶ τῷ Κορυφασίῳ τινὲς αὐτῶν ᾤκησαν· προσέκτισαν δ' αὐτὴν Ἀθηναῖοι τὸ δεύτερον ἐπὶ Σικελίαν πλέοντες μετ' Εὐρυμέδοντος καὶ Στρατοκλέους, ἐπιτείχισμα τοῖς Λακεδαιμονίοις. αὐτοῦ δ' ἐστὶ καὶ ἡ Κυπαρισσία ἡ Μεσσηνιακὴ καὶ ἡ........ καὶ ἡ προσκειμένη πλησίον τοῦ Πύλου Σφαγία νῆσος, ἡ δ' αὐτὴ καὶ Σφακτηρία λεγομένη, περὶ ἣν ἀπέβαλον ζωγρίᾳ Λακεδαιμόνιοι τριακοσίους ἐξ ἑαυτῶν ἄνδρας ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθέντας. κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην (αἱ) τῶν Κυπαρισσίων πελάγιαι πρόκεινται δύο νῆσοι προσαγορευόμεναι Στροφάδες, τετρακοσίους ἀπέχουσαι μάλιστά πως τῆς ἠπείρου σταδίους ἐν τῷ Λιβυκῷ καὶ μεσημβρινῷ πελάγει. φησὶ δὲ Θουκυδίδης ναύσταθμον ὑπάρ-

citati a pace profectæ inviderent, sive eorum subsidio se Phidonem sperarent dejecturos, qui ipsis pristinum in Peloponnesios principatum ademisset. Ac revera Eleos cum Lacedæmoniis Phidonem evertisse, illos vero Eleis ad obtinendam Pisatidem ac Triphyliam adjumento fuisse. Prænavigatio totius, quæ nunc est, Eleæ, si quis sinus non intret, stadiorum est mille ducentorum. Hactenus de Elea.

CAP. IV.

Continuo post Eleam est Messenia, majore sui parte ad austrum vergens ac mare Libycum. Hæc Trojani belli tempore Menelao paruit, quum esset pars Laconicæ : nomen regioni fuit Messene : quæ enim nunc dicitur urbs Messene, cujus arx fuit Ithoma, tum nondum fuerat in Laconica condita. Post obitum Menelai, quum, qui in Laconica successerant, vires amisissent, in Nelidarum potestatem venit Messenia. Et vero sub reditum Heraclidarum et, quæ tum facta est, ditionum distributionem, Messeniorum rex fuit Melanthus, peculiare regnum habentium, quum olim fuissent subditi Menelao. Cujus rei argumentum est, quod ad Messeniacum sinum et eum, qui est contiguus et a Messeniæ Asina Asinæus dicitur, septem urbes sitæ fuerunt illæ, quas se Achilli daturum Agamemnon promisit (*Il.* 9. 150) :

> Cardamylen, Enopenque, herbosæ mœniaque Hiræ,
> divinas Pherasque, sitam inter prata Antheam,
> pulcramque Æpean, et palmite Pedason aptam.

Neque enim promitteret, quæ neque ipsius essent, neque fratris. Præterea Pheræos cum Menelao in bellum exiisse poeta (*Il.* 2, 582) declarat, atque [*Œtylum?*] in Laconico recensu commemorat, urbem in Messeniaco sinu sitam. Est autem Messene post Triphyliam ; ambabus commune est promontorium, post quod *Cyparissia, tum Coryphasium;* superjacet mons, Ægaleum nomine, septem inde et a mari distans stadiis.

2. Antiqua igitur Pylus Messeniaca sub Ægaleo sita urbs erat : qua diruta Pyliorum nonnulli sub Coryphasio sedes posuerunt. Occuparunt autem Athenienses secundo in Siciliam navigantes, Eurymedonte duce et Stratocle (*anno Stratoclis archontis?*), ut esset adversus Spartanos munitio. Ibi est etiam Cyparissia Messeniaca, et [*Prote insula?*] et proxime Pylo adjacens Sphagia insula, quæ etiam Sphacteria vocatur. Ad eam Lacedæmonii trecentos e suis viros amiserunt ab Atheniensibus expugnatos captosque. Ad hanc maris oram Cyparissiorum sitæ sunt duæ insulæ, quæ Strophades dicuntur, in mari Africo et meridiano, quadringentis fere a continente stadiis. Pylum hanc Messeniis

ξαι τῶν Μεσσηνίων ταύτην τὴν Πύλον· διέχει δὲ Σπάρτης τετρακοσίους.

3. Ἑξῆς δ' ἐστὶ Μεθώνη· ταύτην δ' εἶναί φασι τὴν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Πήδασον προσαγορευομένην μίαν τῶν ἑπτά, ὧν ὑπέσχετο τῷ Ἀχιλλεῖ ὁ Ἀγαμέμνων· ἐνταῦθα Ἀγρίππας τὸν τῶν Μαυρουσίων βασιλέα τῆς Ἀντωνίου στάσεως ὄντα Βόγον κατὰ τὸν πόλεμον τὸν Ἀκτιακὸν διέφθειρε, λαβὼν ἐξ ἐπίπλου τὸ χωρίον.

4. Τῇ δὲ Μεθώνῃ συνεχής ἐστιν ὁ Ἀκρίτας, ἀρχὴ τοῦ Μεσσηνιακοῦ κόλπου· καλοῦσι δ' αὐτὸν καὶ Ἀσιναῖον ἀπὸ Ἀσίνης, πολίχνης πρώτης ἐν τῷ κόλπῳ, ὁμωνύμου τῇ Ἑρμιονικῇ. αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀρχὴ πρὸς δύσιν τοῦ κόλπου ἐστί, πρὸς ἕω δὲ αἱ καλούμεναι Θυρίδες, ὅμοροι τῇ νῦν Λακωνικῇ τῇ κατὰ Κιναίθιον καὶ Ταίναρον. μεταξὺ δὲ ἀπὸ τῶν Θυρίδων ἀρξαμένοις Οἴτυλός ἐστι· καλεῖται δ' ὑπό τινων Βαίτυλος· εἶτα Λεῦκτρον, τῶν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ Λεύκτρων ἄποικος, εἶτ' ἐπὶ πέτρας ἐρυμνῆς ἵδρυται Καρδαμύλη, εἶτα Φηραί, ὅμορος Θουρίᾳ καὶ Γερήνοις, ἀφ' οὗ τόπου Γερήνιον τὸν Νέστορα κληθῆναί φασι διὰ τὸ ἐνταῦθα σωθῆναι αὐτόν, ὡς προειρήκαμεν. δείκνυται δ' ἐν τῇ Γερηνίᾳ Τρικκαίου ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ, ἀφίδρυμα τοῦ ἐν τῇ Θετταλικῇ Τρίκκῃ. οἰκίσαι δὲ λέγεται Πέλοψ τό τε Λεῦκτρον καὶ Χαράδραν καὶ Θαλάμους, τοὺς νῦν Βοιωτοὺς καλουμένους, τὴν ἀδελφὴν Νιόβην ἐκδοὺς Ἀμφίονι καὶ ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀγόμενός τινας. παρὰ δὲ Φηρὰς Νέδων ἐκβάλλει, ῥέων διὰ τῆς Λακωνικῆς, ἕτερος ὢν τῆς Νέδας· ἔχει δ' ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀθηνᾶς Νεδουσίας· καὶ ἐν Ποιαέσσῃ δ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς Νεδουσίας ἱερόν, ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος, ἐξ οὗ φασιν οἰκίσαι Τήλεκλον Ποιάεσσαν καὶ Ἐχειὰς καὶ Τράγιον.

5. Τῶν δὲ προταθεισῶν ἑπτὰ πόλεων τῷ Ἀχιλλεῖ περὶ μὲν Καρδαμύλης καὶ Φηρῶν εἰρήκαμεν καὶ Πηδάσου. Ἐνόπην δὲ οἱ μὲν τὰ Πέλλανά φασιν, οἱ δὲ τόπον τινὰ περὶ Καρδαμύλην, οἱ δὲ τὴν Γερηνίαν· τὴν δὲ Ἱρὴν κατὰ τὸ ὄρος δεικνύουσι τὸ κατὰ τὴν Μεγαλόπολιν τῆς Ἀρκαδίας ὡς ἐπὶ τὴν Ἀνδανίαν ἰόντων, ἣν ἔφαμεν Οἰχαλίαν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκλῆσθαι, οἱ δὲ τὴν νῦν Μεσόλαν οὕτω καλεῖσθαί φασι, καθήκουσαν εἰς τὸν μεταξὺ κόλπον τοῦ Ταϋγέτου καὶ τῆς Μεσσηνίας. ἡ δ' Αἴπεια νῦν Θουρία καλεῖται, ἣν ἔφαμεν ὅμορον Φαραῖς· ἵδρυται δ' ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. ἀπὸ δὲ τῆς Θουρίας καὶ ὁ Θουριάτης κόλπος, ἐν ᾧ πόλις μία ἦν, Ῥίον τοὔνομα, ἀπεναντίον Ταινάρου. Ἄνθειαν δὲ οἱ μὲν αὐτὴν τὴν Θουρίαν φασίν, Αἴπειαν δὲ τὴν Μεθώνην· οἱ δὲ τὴν μεταξὺ Ἀσίνην, τῶν Μεσσηνίων πόλεων οἰκειότατα βαθύλειμον λεχθεῖσαν, ἧς πρὸς θαλάττῃ πόλις Κορώνη· καὶ ταύτην δέ τινες Πήδασον λεχθῆναί φασιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ.

πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλός,

Καρδαμύλη μὲν ἐπ' αὐτῇ, Φαραὶ δ' ἀπὸ πέντε σταδίων, ὕφορμον ἔχουσα θερινόν, αἱ δ' ἄλλαι ἀνωμάλοις κέχρηνται τοῖς ἀπὸ θαλάττης διαστήμασι.

fuisse navium stationem Thucydides refert. A Sparta stadiis distat quadringentis.

3. Deinceps est Methone : hanc aiunt ab Homero Pedasum dictam esse, unam de septem urbibus Achilli ab Agamemnone promissis. Ibi Agrippa in bello Actiaco, urbe navium appulsu potitus, Bocchum Maurusiorum regem, qui Antonii partes sequebatur, interfecit.

4. Continuus est Methonæ Acritas, initium Messeniaci sinus, qui et Asinæus dicitur ab Asine, quod primum est in eo sinu oppidum, ejusdem cum Hermionica Asine nominis. Hoc sinus initium est versus occasum : versus ortum autem Thyrides, quæ dicuntur, confines ei, quæ nunc est Laconicæ juxta Cinæthium et Tænarum. In medio, si a Thyridibus initium sumas, Œtylus (*codd.* ὁ πύλος) est, quem nonnulli Bætylum (*Bitylum*) vocant : inde Leuctrum, Bœotiæ Leuctrorum colonia : post Cardamyla in saxo natura munito sita : inde Pheræ, Thuriæ confines et Gerenis, a quo loco Nestorem aiunt Gerenii nomen habere, quod sit ibi, ut diximus, servatus. In Gerenia fanum Æsculapii Triccæi monstratur, positum imitatione ejus quod est Triccæ in Thessalia. Dicitur autem Pelops condidisse Leuctrum et Charadram et Thalamos, qui nunc Bœoti appellantur, quum sororem Nioben Amphioni in matrimonium collocaret, et ex Bœotia quosdam accivisset. Apud Pheras Nedo fluvius in mare exit, lapsus per Laconicam, diversus a Neda amne : habet autem nobile templum Nedusiæ Minervæ : sed et Pœaessa habet Minervæ Nedusiæ templum, nomen habens a Nedonte loco quodam, ex quo aiunt Teleclum colonis frequentasse Pœaessam, Echeas et Tragium.

5. Quod ad septem illas Achilli oblatas urbes attinet, de Cardamyla, Pheris ac Pedaso dictum est. Enopen esse putant alii Pellana, alii locum quendam Cardamylæ vicinum, alii Gereniam. Hiram ostendunt ad montem qui prope Megalopolim Arcadiæ est, si viam feceris versus Andaniam, quam Œchaliam a poeta dici monuimus : alii eam, quæ nunc Messola est, ab Homero Hiram dictam volunt, quæ pertingit ad sinum, qui est inter Taygetum et Messeniam. Æpea nunc Thuria vocatur, quam finitimam Pharis diximus : sita est in colle sublimi, unde etiam nomen habet. A Thuria etiam sinus Thuriates denominatur, in quo unica fuit urbs Rhium, Tænaro opposita. Antheam porro sunt qui ipsam Thuriam intelligant, et Æpeæ nomine Methonam : alii Asinam inter Methonam et Thuriam sitam, ex Messeniacis urbibus omnibus appositissime dictam pratis herbosam, prope quam ad mare sita Corone urbs : quam ipsam Pedasum a poeta dici, sunt qui existiment.

Omnes vero prope mare :

nam Cardamyla mari imminet; Pharæ ab eo quinque stadiis distant, habentque stationem navium æstivam; reliquæ inæqualibus a mari absunt spatiis.

6. Πλησίον δὲ τῆς Κορώνης κατὰ μέσον πως τὸν κόλπον ὁ Παμισὸς ποταμὸς ἐκβάλλει, ταύτην μὲν ἐν δεξιᾷ ἔχων καὶ τὰς ἑξῆς, ὧν εἰσιν ἔσχαται πρὸς δύσιν Πύλος καὶ Κυπαρισσία· μέση δὲ τούτων Ἔρανα (ἣν οὐκ εὖ τινες Ἀρήνην...... νενομίκασι πρότερον), Θουρίαν δὲ καὶ Φαρὰς ἐν ἀ[ριστερᾷ]. μέγιστος δ' ἐστὶ ποταμῶν τῶν ἐντὸς Ἰσθμοῦ, καίπερ οὐ πλείους ἢ ἑκατὸν σταδίους ἐκ τῶν πηγῶν ῥυεὶς δαψιλὴς τῷ ὕδατι διὰ τοῦ Μεσσηνιακοῦ πεδίου καὶ τῆς Μακαρίας καλουμένης· ἀφέστηκέ τε τῆς νῦν Μεσσηνίων πόλεως ὁ ποταμὸς σταδίους (διακοσίους καὶ) πεντήκοντα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Παμισὸς χαραδρώδης, μικρός, περὶ Λεῦκτρον ῥέων τὸ Λακωνικόν, περὶ οὗ κρίσιν ἔσχον Μεσσήνιοι πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπὶ Φιλίππου· † τὸν δὲ Παμισόν, ὃν Ἄμαθόν τινες ὠνόμασαν, ὡς προειρήκαμεν.

7. Ἔφορος δὲ τὸν Κρεσφόντην, ἐπειδὴ εἷλε Μεσσήνην, διελεῖν φησιν εἰς πέντε πόλεις αὐτήν, ὥστε Στενύκλαρον μὲν ἐν τῷ μέσῳ τῆς χ[ώρας ταύτης] κειμένην ἀποδεῖξαι βασίλειον αὑτῷ......... βασιλείας πέμψαι Πύλον καὶ Ῥίον η.......... Ὑαμεῖτιν ποιήσαντα ἰσονόμους πάντας τοῖς Δωριεῦσι τοὺς Μεσσηνίους· ἀγανακτούντων δὲ τῶν Δωριέων, μεταγνόντα μόνον τὸν Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν, εἰς τοῦτον δὲ καὶ τοὺς Δωριέας συναγαγεῖν πάντας.

8. Ἡ δὲ Μεσσηνίων πόλις ἔοικε Κορίνθῳ· ὑπέρκειται γὰρ τῆς πόλεως ἑκατέρας ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον, τείχει κοινῷ περιειλημμένον, ὥστ' ἀκροπόλει χρῆσθαι, τὸ μὲν καλούμενον Ἰθώμη, τὸ δὲ Ἀκροκόρινθος· ὥστ' οἰκείως δοκεῖ Δημήτριος ὁ Φάριος πρὸς Φίλιππον εἰπεῖν τὸν Δημητρίου, παρακελευόμενος τούτων ἔχεσθαι τῶν πόλεων ἀμφοῖν ἐπιθυμοῦντα τῆς Πελοποννήσου· † τῶν κεράτων γὰρ ἀμφοῖν, ἔφη, καθέξεις τὴν βοῦν, κέρατα μὲν λέγων τὴν Ἰθώμην καὶ τὸν Ἀκροκόρινθον, βοῦν δὲ τὴν Πελοπόννησον. καὶ δὴ διὰ τὴν εὐκαιρίαν ταύτην ἀμφήριστοι γεγόνασιν αἱ πόλεις αὗται. Κόρινθον μὲν οὖν κατέσκαψαν [Ῥωμαῖοι] καὶ ἀνέστησαν πάλιν· Μεσσήνην δὲ ἀνεῖλον μὲν Λακεδαιμόνιοι, πάλιν δ' ἀνέλαβον Θηβαῖοι καὶ μετὰ ταῦτα Φίλιππος Ἀμύντου· αἱ δ' ἀκροπόλεις ἀοίκητοι διέμειναν.

9. Τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἐφ' ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ἐστὶ τῆς τε Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας, ὅπου κοινὴν συνετέλουν πανήγυριν καὶ θυσίαν ἀμφότεροι· μετὰ δὲ τὴν ὕβριν οὐ διδόντων δίκας τῶν Μεσσηνίων, συστῆναί φασι τὸν πόλεμον. ἀπὸ δὲ τῶν Λιμνῶν τούτων καὶ τὸ ἐν τῇ Σπάρτῃ Λιμναῖον εἴρηται τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν.

10. Πλεονάκις δ' ἐπολέμησαν διὰ τὰς ἀποστάσεις τῶν Μεσσηνίων. τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησι Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι· τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ † Ἠλείους καὶ Πισάτας ἀπέστησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριστοκράτην τὸν

6. Prope Coronam ad medium ferme sinum ostia sunt Pamisi amnis, ad dextram habentis Coronam et quæ deinceps versum occasum sunt urbes, quarum ultimæ Pylus et Cyparissia, media Erana, quam nonnulli prius Arenam *vocatam* fuisse non recte sunt opinati : Thuriam vero et Pharas ad sinistram. Hic fluviorum, qui intra Isthmum sunt, maximus est, quanquam a fontibus non ultra centum stadia profluat aquæ copiosus per planitiem Messeniacam et eam quæ Macaria dicitur : abest ab hodierna Messene stadiis quinquaginta. Est et alius amnis Pamisus exiguus et rapidus juxta Leuctrum Laconicæ labens ; de quo Messenii cum Lacedæmoniis Philippo judice litigaverunt. Denique Pamisi nomen a nonnullis etiam Amatho fluvio tribui supra diximus.

7. Ephorus narrat Cresphontem, Messena potitum, eam in quinque civitates divisisse, ita ut Stenyclarum sitam in medio regionis regiam sibi designaverit : [*in reliquas quattuor*] reges (βασιλέας) misisse, Pylum scilicet et Rhium [*et Mesolam et*] Hyamitin, et effecisse ut omnes Messenii ejusdem cum Doriensibus juris essent. Quod vero quum indigne ferrent Dorienses, mutato eum consilio solam Stenyclarum urbem esse decrevisse, in hanc vero etiam Dorienses omnes collegisse.

8. Ceterum Messeniorum urbs Corinthi similis est : utrique enim harum urbium mons imminet excelsus et præruptus, communi contentus muro, arcisque usum præstans, Ithoma Messenæ, Acrocorinthus Corintho. Itaque accommodate videtur Demetrius Pharius (*codd.* Phalereus) *Philippo Demetrii* filio dixisse cui suadebat, ut utramque urbem teneret, siquidem Peloponnesum suam facere cuperet : « Quippe utroque cornu potitus (κρατήσας), inquit, bovem detinebis », cornua dicens Ithomam et Acrocorinthum, bovem vero Peloponnesum. Ac sane ob situs opportunitatem urbes istæ multis præbuerunt causam certaminibus. Corinthum quidem diruerunt et instauravere deinde Romani ; Messenam autem everterunt Lacedæmonii, renovaverunt Thebani, ac postea temporis Philippus Amyntæ filius ; sed arces inhabitantium vacuæ permanserunt.

9. Fanum in Limnis (*i. e.* in paludibus) Dianæ consecratum, in quo Messenii putantur violasse virgines, quæ ad sacrificium eo se contulerant, in confinio est Laconicæ et Messeniæ : et uterque ibi populus solebat solemnem conventum ac sacrificium frequentare : quum autem Messenii de illata injuria non satisfacerent, bellum aiunt coortum. Ab his Limnis etiam Limnææ Dianæ templo, quod est Lacedæmone, nomen factum est.

10. Sæpe autem gesserunt bellum Spartani propter defectiones Messeniorum. Primo hos subactos a Lacedæmoniis ait in suis poematis Tyrtæus avorum tempestate. Secundo, quando, adscitis in societatem Argivis et Eleis (*Arcadibus*) ac Pisatis, rebellaverunt, Arcadibus ducem eis præbentibus Aristocratem Orchomeni regem, Pisatis

Ὀρχομενοῦ βασιλέα παρεχομένων στρατηγόν, Πισατῶν δὲ Πανταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος· ἡνίκα φησὶν αὐτὸς στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις... ... καὶ γὰρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν·

αὐτὸς γὰρ Κρονίων, καλλιστεφάνου πόσις Ἥρης,
Ζεὺς Ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν·
οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἠνεμόεντα,
εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

ὥστ' ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα, ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον, καὶ Καλλισθένει καὶ ἄλλοις πλείοσι τοῖς εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν ἀφικέσθαι, δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμόν, ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Τυρταίου ὁ δεύτερος ὑπῆρξε πόλεμος· τρίτον δὲ καὶ τέταρτον συστῆναί φασιν, ἐν ᾧ κατελύθησαν οἱ Μεσσήνιοι. ὁ δὲ πᾶς παράπλους ὁ Μεσσηνιακὸς στάδιοι ὀκτακόσιοί που κατακολπίζοντι.

11. Ἀλλὰ γὰρ εἰς πλείω λόγον τοῦ μετρίου πρόιμεν, ἀκολουθοῦντες τῷ πλήθει τῶν ἱστορουμένων περὶ χώρας ἐκλελειμμένης τῆς πλείστης· ὅπου γε καὶ ἡ Λακωνικὴ λιπανδρεῖ, κρινομένη πρὸς τὴν παλαιὰν εὐανδρίαν. ἔξω γὰρ τῆς Σπάρτης αἱ λοιπαὶ πολίχναι τινές εἰσι περὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν· τὸ δὲ παλαιὸν ἑκατόμπολίν φασιν αὐτὴν καλεῖσθαι, καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο θύεσθαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος.

Pantaleontem Omphalionis filium : quo quidem tempore se ait belli ducem Lacedæmoniis fuisse [*Erineo profectum*, ἐξ Ἐρινεοῦ ἐλθών); hinc enim se in Peloponnesum venisse in elegia dicit, quam Eunomiam (i. e. Bonam legum constitutionem) inscribunt :

Ipse Heraclidis tribuit nam Juppiter urbem
hanc, qui Junonis conjugio fruitur :
quiscum ventosam nos linquentes Erineium
in Peloponnesi venimus ampla sola.

Proinde aut his versibus elegis auctoritas deroganda est, aut fides non habenda Philochoro, qui Tyrtæum Atheniensem vel Aphidnæum dicit, et Callistheni aliisque compluribus qui produnt Athenis eum venisse Lacedæmoniorum rogatu, oraculo jussorum ducem ab Atheniensibus sumere. Igitur secundum bellum fuit Tyrtæi ætate. Tertium etiam quartumque ferunt commissa, quibus deleti sunt Messenii. Prænavigatio totius Messeniacæ oræ, si quis sinus intret, est stadiorum circiter octingentorum.

11. At enim in uberiorem quam par est narrationem prolabimur, seducti multitudine eorum quæ narrantur de regione majore sui parte deserta : quandoquidem ipsa etiam Laconica, si pristinam incolarum frequentiam comparaveris, viris jam destituitur. Dempta enim Lacedæmone, oppida ejus supersunt ad triginta numero, quum antiquitus centum urbium regionem dictam fuisse perhibeant, ideoque centum bobus quotannis eos sacrificasse.

ΚΕΦ. Ε.

Ἔστι δ' οὖν μετὰ τὸν Μεσσηνιακὸν κόλπον ὁ Λακωνικὸς μεταξὺ Ταινάρου καὶ Μαλεῶν, ἐκκλίνων μικρὸν ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς ἕω· διέχουσι δὲ σταδίους ἑκατὸν τριάκοντα αἱ Θυρίδες τοῦ Ταινάρου ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ οὖσαι κόλπῳ, ῥοώδης κρημνός. τούτων δ' ὑπέρκειται τὸ Ταΰγετον· ἔστι δ' ὄρος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὑψηλόν τε καὶ ὄρθιον, συνάπτον κατὰ τὰ προσάρκτια μέρη ταῖς Ἀρκαδικαῖς ὑπωρείαις· ὥστε καταλείπεσθαι μεταξὺ αὐλῶνα, καθ' ὃν ἡ Μεσσηνία συνεχής ἐστι τῇ Λακωνικῇ. ὑποπέπτωκε δὲ τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ καὶ Ἀμύκλαι, οὗ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν, καὶ ἡ Φᾶρις. ἔστι μὲν οὖν ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, καίπερ ἀπολαμβάνον ὄρη μεταξύ· ἀλλ' οὐδέν γε μέρος αὐτοῦ λιμνάζει, τὸ δὲ παλαιὸν ἐλίμναζε τὸ προάστειον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ Λίμνας, καὶ τὸ τοῦ Διονύσου ἱερὸν ἐν Λίμναις ἐφ' ὑγροῦ βεβηκὸς ἐτύγχανε· νῦν δ' ἐπὶ ξηροῦ τὴν ἵδρυσιν ἔχει. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τῆς παραλίας τὸ μὲν Ταίναρον ἀκτή ἐστιν ἐκκειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ποσειδῶνος ἐν ἄλσει ἱδρυμένον· πλησίον δ' ἐστὶν ἄντρον, δι' οὗ τὸν Κέρβερον ἀναχθῆναι μυθεύουσιν ὑφ' Ἡρακλέους ἐξ ᾅδου. ἐντεῦθεν δ' εἰς μὲν Φυκοῦντα ἄκραν τῆς Κυρηναίας πρὸς νότον δίαρμά ἐστι σταδίων τρισχιλίων· εἰς δὲ Πάχυνον πρὸς δύσιν, τὸ τῆς Σικελίας ἀκρωτήριον, τετρακισχιλίων ἑξακοσίων, τινὲς δὲ τετρακισχιλίων φασίν· εἰς δὲ

CAP. V.

Jam post Messeniacum sinum Laconicus sequitur inter Tænarum et Maleas, a meridie versus ortum parumper declinans. Thyrides, quod est in Messeniaco sinu præcipitium fluctibus obnoxium, a Tænaro distant stadiis centum triginta. Supra situs est mons Taygetus, non longe a mari ad lineam in sublime porrectus, et versus septentrionem attingens Arcadicorum montium radices : ita ut convallis in medio relinquatur, ubi Messenia Laconicam attingit. Infra Taygetum in mediterraneis Sparta jacet, et Amyclæ, ubi templum est Apollinis, ac Pharis. Solum urbis est in loco concaviore aliquantulum, quanquam colles etiam includit : nulla tamen ejus pars nunc stagnat, stagnabat olim vero suburbium, indeque id appellabant Limnas : et Limnæi Bacchi templum in loco humido stabat, nunc item in sicco situm. In oræ maritimæ sinu Tænarum est, promontorium in mare porrectum, quod continet Neptuni fanum in luco situm : prope est antrum, per quod Cerberum ex inferis ab Hercule extractum fabulantur. Inde ad Phycuntem, Cyrenaicæ regionis promontorium, trajectus est versus meridiem ter mille stadiorum : ad Pachynum, Siciliæ promontorium, versus occasum, quater mille sexcentorum, vel, ut nonnulli statuunt, quater mille stadiorum est : ad Maleas

Μαλέας πρὸς ἕω ἑξακοσίων ἑβδομήκοντα κατακολπίζοντι· εἰς δὲ Ὄνου γνάθον, ταπεινὴν χερρόνησον ἐνδοτέρω τῶν Μαλεῶν, πεντακοσίων εἴκοσι (πρόκειται δὲ κατὰ τούτου Κύθηρα ἐν τετταράκοντα σταδίοις, νῆσος εὐλίμενος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον, ἣν ἔσχεν Εὐρυκλῆς ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας, ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμών· περίκειται δὲ νησίδια πλείω, τὰ μὲν ἐγγύς, τὰ δὲ καὶ μικρὸν ἀπωτέρω)· εἰς δὲ Κώρυκον, ἄκραν τῆς Κρήτης, ἐγγυτάτω πλοῦς ἐστι σταδίων † διακοσίων πεντήκοντα.

2. Μετὰ δὲ Ταίναρον πλέοντι ἐπὶ τὴν Ὄνου γνάθον καὶ Μαλέας Ἀμαθοῦς ἐστι πόλις· εἶτ' Ἀσίνη καὶ Γύθιον, τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον, ἐν διακοσίοις καὶ τετταράκοντα σταδίοις ἱδρυμένον· ἔχει δ', ὥς φασι, τὸ ναύσταθμον ὀρυκτόν· εἶθ' ὁ Εὐρώτας ἐκδίδωσι μεταξὺ Γυθίου καὶ Ἀκραίων· τέως μὲν οὖν ὁ πλοῦς ἐστι παρ' αἰγιαλὸν ὅσον διακοσίων καὶ τετταράκοντα σταδίων· εἶθ' ἑλῶδες ὑπέρκειται χωρίον καὶ κώμη Ἕλος· πρότερον δ' ἦν πόλις, καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν·

> οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον Ἕλος τ', ἔφαλον πτολίεθρον·

κτίσμα δ' Ἑλίου φασὶ τοῦ Περσέως. ἔστι δὲ καὶ πεδίον καλούμενον Λεύκη· εἶτα πόλις ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένη Κυπαρισσία, λιμένα ἔχουσα· εἶτα ἡ Ὄνου γνάθος, λιμένα ἔχουσα· εἶτα Βοία πόλις· εἶτα Μαλέαι· στάδιοι δ' εἰς αὐτὰς ἀπὸ τῆς Ὄνου γνάθου πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἔστι δὲ καὶ Ἀσωπὸς πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ.

3. Τῶν δ' ὑφ' Ὁμήρου καταλεγομένων τὴν μὲν Μέσσην οὐδαμοῦ δείκνυσθαί φασι· Μεσσόαν δ' οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος, [ἀλλὰ] τῆς Σπάρτης, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον κατὰ τὸν [Θόρνα]κα. ἔνιοι δὲ κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην· εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς· παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποιητοῦ τῷ κρῖ καὶ δῶ καὶ μάψ, καὶ ἔτι·

> ἥρως δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος,

ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων· Ἡσιόδου δέ, ὅτι τὸ βριθὺ καὶ βριαρὸν βρῖ λέγει· Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥάδιον, ῥά· Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν λῖ· Συρακὼ δὲ τὰς Συρακούσας· παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δέ,

> μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ,

ἡ ὄψις· καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ·

> Δήμητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ·

καὶ τὸ ἄλφιτον ἄλφι· Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν ἧλον λέγει ἧλ· παρὰ Φιλήτᾳ δέ·

> δμωίδες εἰς ταλάρους λευκὸν ἄγουσιν ἔρι,

[τὸ ἔριον]·

> εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδά,

τὰ πηδάλια Ἄρατός φησι· Δωδὼ δὲ τὴν Δωδώνην Σιμμίας. τῶν δ' ἄλλων τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κατωνομασμένων τὰ μὲν ἀνήρηται, τῶν δ' ἴχνη λείπεται, τὰ δὲ μετωνόμασται, καθάπερ αἱ Αὐγειαὶ Αἰγαιαί·...... γὰρ

in orientem, si sinus quis intret, sexcentorum septuaginta; ad Onugnathum (*id est* Asini maxillam), peninsulam humilem intra Maleas sitam, quingentorum viginti (ante Onugnathum sita est Cythera, intervallo quadraginta stadiorum, insula bono portu instructa, urbemque habens cognominem, quam privatim possedit Eurycles, nostra ætate Lacedæmoniorum princeps; circumjacent autem complures exiguæ insulæ, aliæ viciniores, aliæ paulo remotiores); ad Corycum vero, Cretæ promontorium, a Tænaro brevissimus est cursus stadiorum ducentorum (*septingentorum*) quinquaginta.

2. Post Tænarum naviganti versus *Onugnathum et Maleas*, Amathus (*Psamathus*) urbs occurrit; inde Asine et Spartæ navale Gythium ducentorum quadraginta stadiorum intervallo situm: ejus stationem navium fodiendo paratam aiunt. Deinceps Eurotæ ostium est inter Gythium et Acræa (Ἀκταίων *codd.*). Atque huc quidem usque præter litus navigatur spatio ducentorum quadraginta fere stadiorum. Postea superjacet locus palustris, et Helos, nunc pagus, urbs quondam, sicut et Homerus expressit (*Il.* 2, 284):

> Qui Amyclas tenuere, et Helos maritimam urbem.

Conditam aiunt ab Helio Persei filio. Est et campus, qui Leuce dicitur. Deinde urbs in peninsula sita, Cyparissia, portum habens. Sequitur Onugnathus, portu prædita: inde urbs Bœa, tum Maleæ, ab Onugnatho stadiis dissita centum quinquaginta. Est etiam Asopus urbs in Laconica.

3. Quas autem Homerus Laconicæ urbes recenset, ex his negant Messam usquam posse monstrari: Messoam vero non regionis esse partem aiunt, sed ipsius Spartæ urbis, sicuti Limnæum quoque *Thornaci* ex adverso. Quibusdam Messe amputato fine posita videtur pro Messene: quam ipsam quoque fuisse partem Laconicæ docuimus. [[Adducunt autem exemplorum loco Homerica illa: κρῖ, δῶ et μάψ (*pro* κριθή, δῶμα, μαψίδιον): et illud (*Il.* 19, 392):

> Automedon heros atque Alcimus

pro *Alcimedon*; et ex Hesiodo βρῖ pro βριαρόν vel βριθύ positum: sicut et apud Sophoclem et Ionem ῥά pro ῥᾴδιον; apud Epicharmum λῖ pro λίαν, et Συρακώ pro Συράκουσαι; apud Empedoclem ὄψ pro ὄψις

> una fit utriusque ὄψ, *i. e.* species;

et apud Antimachum:

> Cereris Eleusiniæ sacra ὄψ, *i. e.* vultus.

Porro ἄλφι pro ἄλφιτον (*farina*). Euphorion vero etiam ἧλ dicit pro ἧλος (*clavus*). Apud Philetam item:

> ancillæ in calathos albam ducunt lanam, ἔρι,

pro ἔριον. Similiter:

> versus ventum τὰ πηδά, gubernacla,

Aratus dicit pro τὰ πηδάλια: Dodo pro Dodona Simmias.]] Reliquarum urbium, quas poeta nominavit, quædam exstinctæ sunt, aliarum vestigia supersunt, nonnullarum nomina sunt mutata, ut Augeæ mutatæ sunt in Ægæas:

ἐν τῇ Λοκρίδι οὐδ' ὅλως περίεισι. τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν, καὶ Σοφοκλῆς λέγει που·

νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον,
νὴ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

4. Φησὶ δ' Ἔφορος τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Προκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη καὶ πολίσαι τὴν χώραν· μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων, τὰς Ἀμύκλας, ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν ἀπελθεῖν ὑπόσπονδον μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν· τὴν δὲ Σπάρτην βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας πέμψαι βασιλέας, ἐπιτρέψαντας δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν· χρῆσθαι δὲ Λαῒ μὲν να[υστάθμῳ διὰ τὸ εὔ]λίμενον, Αἴγυι δὲ πρὸς τοὺς πολέ[μίους ὁρμητηρίῳ καὶ] γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ, Φαραίᾳ δ[ὲ ὡς ταμείῳ], ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἀσφάλειαν ἐχούσῃ· τ............ ὑπακούοντας δ' ἅπαντας τοὺς περιοίκους Σπαρτιατῶν ὅμως ἰσονόμους εἶναι, μετέχοντας καὶ πολιτείας καὶ ἀρχείων· (καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας·) Ἆγιν δὲ τὸν Εὐρυσθένους ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν καὶ συντελεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ· τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὑπακοῦσαι, τοὺς δ' Ἑλείους, τοὺς ἔχοντας τὸ Ἕλος, ποιησαμένους ἀπόστασιν κατὰ κράτος ἁλῶναι πολέμῳ καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τακτοῖς τισιν, ὥστε τὸν ἔχοντα μήτ' ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους· τοῦτον δὲ λεχθῆναι τὸν πρὸς τοὺς Εἵλωτας πόλεμον. σχεδὸν δέ τι καὶ τὴν εἱλωτείαν τὴν ὕστερον συμμείνασαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας οἱ περὶ Ἆγιν εἰσὶν οἱ καταδείξαντες· τρόπον γάρ τινα δημοσίους δούλους εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι τούτους, κατοικίας τινὰς αὐτοῖς ἀποδείξαντες καὶ λειτουργίας ἰδίας.

5. Περὶ δὲ τῆς Λακώνων πολιτείας καὶ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῖς μεταβολῶν τὰ μὲν πολλὰ παρείη τις ἂν διὰ τὸ γνώριμον, τινῶν δ' ἄξιον ἴσως μνησθῆναι. Ἀχαιοὺς γὰρ τοὺς Φθιώτας φασὶ συγκατελθόντας Πέλοπι εἰς τὴν Πελοπόννησον οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν, τοσοῦτον δ' ἀρετῇ διενεγκεῖν, ὥστε τὴν Πελοπόννησον, ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων Ἄργος λεγομένην, τότε Ἀχαϊκὸν Ἄργος λεχθῆναι, καὶ οὐ μόνον γε τὴν Πελοπόννησον, ἀλλὰ καὶ ἰδίως τὴν Λακωνικὴν οὕτω προσαγορευθῆναι· τὸ γοῦν τοῦ ποιητοῦ,

ποῦ Μενέλαος ἔην;
ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιικοῦ;

δέχονταί τινες οὕτως· ἦ οὐκ ἦν ἐν τῇ Λακωνικῇ; κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, Φιλονόμου προδόντος τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μετανέστησαν ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰώνων, τὴν καὶ νῦν Ἀχαΐαν καλουμένην· ἐροῦμεν δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἀχαϊκοῖς. οἱ δὲ κατασχόντες τὴν Λακωνικὴν (καὶ) κατ' ἀρχὰς μὲν ἐσωφρόνουν, ἐπεὶ δ' οὖν Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέ-

[*Augeæ*] enim in Locride prorsus perierunt, Lan autem Dioscuri expugnasse aliquando dicuntur, unde et Lapersæ (id est qui Lan exciderunt) dicti sunt, et alicubi Sophocles sic loquitur :

Per et Lapersas, Eurotamque tertium,
et qui coluntur Argis et Spartæ deos.

4. Ephorus tradit Heraclidas Laconica potitos, Eurysthenem et Proclem, regionem in sex partes divisisse et urbibus frequentasse, atque harum partium unam, scilicet Amyclas, exemptam dedisse ei qui Laconicam ipsis prodiderat persuaseratque eam tunc obtinenti, ut certis pactis firmatis cum Achæis in Ioniam discederet; Spartam sibi pro regia destinasse : in reliquas urbes dimisisse reges, quibus permitterent, ut quosvis peregrinos inquilinorum loco reciperent, motos penuria hominum incolentium : usos autem fuisse Lae pro na[*vium statione, quod commodum*] portum haberet, Ægye vero [*propugnaculo*] contra ho[*stes; hostibus*] enim confinem fuisse circumhabitantibus; Pharæa [*autem pro ærario*], ab iis qui extra essent securitatem habente. ** Circumhabitantes vero omnes quamquam parerent Spartiatis, ejusdem tamen cum illis fuisse juris, quippe civitatis munerumque publicorum participes. Verum ab Agide Eurysthenis filio id juris eis ademptum; jussosque fuisse Lacedæmoniis tributum solvere. Ac reliquos quidem obtemperasse, Heleos vero, qui Helos tenerent (nominari autem Helotes), quum defecissent, debellatos ac servituti addictos fuisse certis quibusdam conditionibus, ut talem servum neque libertate donare liceret domino, neque extra fines vendere. Ei bello nomen fuit bellum contra Helotas. Omnino illum fere Helotum statum, qui deinceps perduravit usque ad id tempus, quo rerum potiti sunt Romani, Agis instituit : quos Lacedæmonii publicos quodammodo servos habuerunt, domicilia iis designantes peculiaria, et operas injungentes certas.

5. Enimvero de Laconum republica et quæ eis obtigerunt mutationes, pleraque, utpote nota, omitti possunt, quorumdam tamen videtur faciunda mentio. Achæos enim Phthiotas aiunt cum Pelope in Peloponnesum profectos, Laconicam inhabitasse : hos virtute ita excelluisse, ut Peloponnesus, quæ ab antiquo jam tempore Argos appellabatur, ab iis Argos Achaicum denominaretur, neque Peloponnesus modo, sed et peculiariter Laconica id nominis gereret : itaque illud poetæ (*Od.* 3, 249. 251) :

Ubi Menelaus erat?
An non in Argo erat Achaico?

sic interpretantur : An non erat in Laconica? Sub reditum vero Heraclidarum, quum Philonomus Doriensibus Laconicam prodidisset, inde in Ionum ditionem migraverunt, quæ etiam nunc Achaja vocatur : de quibus in Achaicarum rerum expositione dicemus. At qui Laconicam occupaverant, initio quidem moderate se gerebant : sed ubi Lycurgo

τρεψαν, τοσοῦτον ὑπερεβάλοντο τοὺς ἄλλους, ὥστε μόνοι τῶν Ἑλλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἐπῆρξαν, διετέλεσάν τε ἄρχοντες τῶν Ἑλλήνων, ἕως ἀφείλοντο αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν Θηβαῖοι, καὶ μετ' ἐκείνους εὐθὺς Μακεδόνες. οὐ μὴν τελέως γε οὐδὲ τούτοις εἶξαν, ἀλλὰ φυλάττοντες τὴν αὐτονομίαν ἔριν εἶχον περὶ πρωτείων ἀεὶ πρός τε τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καὶ πρὸς τοὺς τῶν Μακεδόνων βασιλέας· καταλυθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ μέν τινα προσέκρουσαν τοῖς πεμπομένοις ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, τυραννούμενοι τότε καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς· ἀναλαβόντες δὲ σφᾶς ἐτιμήθησαν διαφερόντως καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. νεωστὶ δ' Εὐρυκλῆς αὐτοὺς ἐτάραξε, δόξας ἀποχρήσασθαι τῇ Καίσαρος φιλίᾳ πέρα τοῦ μετρίου πρὸς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν, ἐπαύσατο δ' ἡ ἀρχὴ ταχέως, ἐκείνου μὲν παραχωρήσαντος εἰς τὸ χρεών, τοῦ δ' υἱοῦ τὴν φιλίαν ἀπεστραμμένου τὴν τοιαύτην πᾶσαν· συνέβη δὲ καὶ τοὺς Ἐλευθερολάκωνας λαβεῖν τινα τάξιν πολιτείας, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις προσέθεντο πρῶτοι οἱ περίοικοι, τυραννουμένης τῆς Σπάρτης, οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ Εἵλωτες. Ἑλλάνικος μὲν οὖν Εὐρυσθένη καὶ Προκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν, Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ, φήσας Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνατιθέναι· μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρῦσθαι καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος, ἐκείνοις δέ, καίπερ οἰκισταῖς γενομένοις, μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι, ὥστε τοὺς ἀπ' αὐτῶν τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, τοὺς δὲ Προκλείδας καλεῖσθαι, ἀ[λλὰ τοὺς μὲν] Ἀγίδας ἀπὸ Ἄγιδος τοῦ Εὐρυσθένους, τοὺς δ' [Εὐρυπωντίδας ἀ]πὸ Εὐρυπῶντος τοῦ Προκλέους· τοὺς μὲν [γὰρ δυναστεῦ]σαι δικαίως, τοὺς δέ, δεξαμένους ἐπ[ήλυδας ἀνθρώ]πους, δι' ἐκείνων δυναστεῦσαι· ὅθε[ν οὐδ' ἀρχηγέτας] νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοτα[ι οἰκισταῖς. Παυ]σανίαν τε τῶν Εὐρυπωντιδῶν, ἐκπεσόν[τα.......... τῆς] οἰκείας, ἐν τῇ φυγῇ συντάξαι λόγ[ον κατὰ τοῦ Λυκούρ]γου, νόμων ὄντος τῆς ἐκβαλλούση[ς αὐτὸν αἰτίου, καὶ] τοὺς χρησμοὺς λέγειν τοὺς δοθέντα[ς αὐτῷ περὶ τῶν] πλείστων.

6. Περὶ δὲ τῆς φύσεως τῶν τόπων καὶ τούτων καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον, λέγοντος Εὐριπίδου· τὴν γὰρ Λακωνικήν φησιν ἔχειν

> πολὺν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον·
> κοίλη γάρ, ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε
> δυσείσβολός τε πολεμίοις·

τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν

> καλλίκαρπον
> κατάρρυτόν τε μυρίοισι νάμασι,
> καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην,
> οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον,
> οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν·

καὶ ὑποβὰς τῶν πάλων φησίν, ὧν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τῆς χώρας ἐποιήσαντο, τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

> γαίης Λακαίνης κύριον, φαύλου χθονός·

rempublicam constituendam permiserunt, tanto exinde post se alios reliquerunt intervallo, ut soli Græcorum terra marique imperium obtinerent, principatumque Græcorum continenter gererent, donec a Thebanis ac paullo post a Macedonibus eriperetur. Neque tamen his usquequaque submiserunt sese: sed suarum legum usum sibi servantes, de principatu et cum reliquis Græcis et cum Macedonum regibus semper contendebant. Hos vero quum Romani subegissent, offenderunt quidem parvis quibusdam in rebus Spartani missos a Romanis legatos, quippe sub tyrannis et statu reipublicæ pravo degentes: verum ubi pristinam reipublicæ formam instauravere, in eximio habiti sunt honore, libertatemque retinuerunt, præter socias operas nihil quicquam Romanis pendentes. Nuper quidem aliquid turbæ apud eos excitavit Eurycles, quum in iis gubernandis videretur amicitia Cæsaris ultra modum abuti: sed is tumultus (ἡ ταραχὴ) mox consedit, Eurycle vita defuncto, et filio ejus omnem id genus amicitiam aversante. Sed et Eleutherolacones (id est, liberi Lacones) quandam reipublicæ constitutionem adepti sunt, quum, Sparta tyrannis serviente, primi vicini, quum ceteri tum Helotes, Romanis se applicassent. Hellanicus quidem Eurysthenem et Proclem auctores facit reipublicæ Spartanæ; Ephorus autem increpans ait, eum, præterita Lycurgi mentione, facta ipsius alienis adscripsisse: nam soli Lycurgo templum esse dicatum, et quotannis sacrificari: illis, quamvis Spartam condidissent, ne hoc quidem consessum esse, ut posteri illius Eurysthenidæ, hujus autem Proclidæ nuncuparentur; [*sed illos*] Agidas ab Agide Eurysthenis filio, hos vero [*Eurypontidas*] ab Euryponte Proclis filio nominatos esse. [*Nam*] Agidem et Eurypontem [*imperasse*] juste, illos autem receptorum ab iis [*advenarum*] hominum operâ imperium obtinuisse: propterea eos non haberi civitatis auctores, quamquam omnibus id honoris deferri soleret [*conditoribus*]. Pausaniam porro, quum excidisset..... patria, in exilio composuisse [*orationem contra Lycurgum,*] quippe qui legum esset ejicientis [*ipsum auctor, atque*] oracula afferre quæ data [*ei essent de*] plurimis.

6. De natura autem horum locorum et Messeniacorum ea sunt accipienda quæ Euripides (fr. 452) dicit. Laconicam enim ait habere:

> multum quidem arvum, sed ad colendum haud facile.
> nam cava est, cincta montibus et aspera
> difficilisque accessu hostibus.

Messeniam vero dicit

> bonæ frugis feracem,
> irrigatamque innumeris laticibus,
> et bobus oviumque gregibus pascendis aptissimam,
> nec in hibernis flatibus peralgidam,
> nec rursus quadrigis solis calidam nimis.

Et paullo inferius sortium earum, quibus de dividenda regione Heraclidæ usi sunt, priorem fuisse dicit

> terræ Lacænæ dominam, vilis regionis;

τὸν δὲ δεύτερον τῆς Μεσσήνης,

> ἀρετὴν ἐχούσης μείζον' ἢ λόγῳ φράσαι.

οἵαν καὶ ὁ Τυρταῖος φράζει. τὴν δὲ Λακωνικὴν καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν, αὐτοῦ φήσαντος,

> Παμισὸν εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον,

οὐ συγχωρητέον, ὃς διὰ μέσης ῥεῖ τῆς Μεσσηνίας, οὐδαμοῦ τῆς νῦν Λακωνικῆς ἁπτόμενος. οὐχ εὖ δὲ οὐδ' ὅτι, τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττιαίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν πρόσω ναυτίλοισιν εἶναι. ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

> πρόσω*δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις, ἡ Διὸς
> γείτων, κάθηται.

εἴτε γὰρ τὴν νῦν Ἠλείαν βούλεται λέγειν, ἥτις [ὁμο]ρεῖ τῇ Μεσσηνίᾳ, ταύτης οὐ προσάπτεται ὁ Παμι[σός], ὥσπερ γε [οὐδὲ] τῆς Λακωνικῆς· εἴρηται γὰρ ὅτι διὰ μέ[σης ῥ]εῖ τῆς Μεσσηνίας· εἴτε τὴν παλαιὰν τὴν Κοίλην [καλουμέ]νην, πολὺ μᾶλλον ἐκπίπτει τῆς ἀληθείας· διαβάν[τι γὰρ τ]ὸν Παμισὸν ἔστι πολλὴ τῆς Μεσσηνίας, εἶθ' ἡ τῶν . . . . . ὧν ἅπασα καὶ † Μεσαίων, ἣν Τριφυλίαν ἐκάλουν, [εἶθ' ἡ Πι]σᾶτις καὶ ἡ Ὀλυμπία, εἶτα μετὰ τριακοσί[ους σταδίους] ἡ Ἦλις.

7. Γραφόντων δὲ τῶν μὲν Λακεδαίμονα κητώεσσαν, τῶν δὲ καιετάεσσαν, ζητοῦσι, τὴν κητώεσσαν τίνα δέχεσθαι χρή, εἴτε ἀπὸ τῶν κητῶν, εἴτε μεγάλην, ὅπερ δοκεῖ πιθανώτερον εἶναι· τήν τε καιετάεσσαν οἱ μὲν καλαμινθώδη δέχονται, οἱ δέ, ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν σεισμῶν ῥωχμοὶ καιετοὶ λέγονται, καὶ ὁ καιέτας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν τὸ παρὰ Λακεδαιμονίοις, σπήλαιόν τι· ἔνιοι δὲ κώους μᾶλλον τὰ τοιαῦτα κοιλώματα λέγεσθαί φασιν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ

> φηρσὶν ὀρεσκῴοισιν.

εὔσειστος δ' ἡ Λακωνική· καὶ δὴ τοῦ Ταϋγέτου κορυφάς τινας ἀπορραγῆναί τινες μνημονεύουσιν. εἰσὶ δὲ λατομίαι λίθου πολυτελοῦς τοῦ μὲν Ταιναρίου ἐν Ταινάρῳ παλαιαί, νεωστὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ταϋγέτῳ μέταλλον ἀνέῳξάν τινες εὐμέγεθες, χορηγὸν ἔχοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων πολυτέλειαν.

8. Ὅτι δὲ Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται καὶ ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος (λέγω δὲ χώραν σὺν τῇ Μεσσηνίᾳ)· περὶ μ[ὲν δὴ τῶν] τόξων ὅταν λέγῃ·

> καλά, τά οἱ ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυχήσας
> Ἴφιτος Εὐρυτίδης·

εἶτ' ἐπενέγκῃ·

> τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν
> οἴκῳ ἐν Ὀρτιλόχοιο·

(τῆς Φηρῆς) τὴν χώραν λέγει, ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ Μεσσηνία· οὐ διήνεγκεν οὖν αὐτῷ καὶ οὕτως εἰπεῖν·

> ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυχήσας,

καὶ

> τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην·

alteram autem Messenæ

> virtutem habentis majorem quam verbis exprimas.

Qualem fuisse Tyrtæus quoque dicit. Quodsi vero Laconicam et Messeniam idem Euripides dicit disterminare

> Pamisum in mare irruentem,

concedi hoc nequit, quum Pamisus per mediam feratur Messeniam, neque usquam quæ nunc vocatur Laconicam attingat. Neque illud recte, quod Messeniam, quæ non minus quam Laconica ad mare pertinet, *nautis eminus* esse dicit. Neque Elidem bene definit:

> ultra flumen (*Pamisum* sc.) progresso Elis, Jovi
> vicina, sita est.

Sive enim de ea loquitur Elea, quæ hodie sic dicitur Messeniæ confinis, non magis illam tangit Pamisus, quam Laconicam, labens (ut diximus) per mediam Messeniam; sive Elidem antiquam intelligit, quæ Cava cognominatur, adhuc longius a vero aberrat: nam Pamiso transmisso, sequitur magna pars Messeniæ, tam *Lepreatarum* (?) omnis ditio et *Macistiorum* (?), quam Triphyliam vocabant; deinde Pisatis et Olympia; hinc post trecenta demum stadia Elis.

7. Jam quum apud Homerum (*Il.* 2, 581. *Od.* 4, 1) Lacedæmonis epitheton alii κητώεσσαν, alii καιετάεσσαν legant: quæritur, unde κητώεσσα dicatur, a cetisne, an vero, quod est probabilius, a magnitudine: alterum illud, καιετάεσσαν, alii calaminthosam interpretantur, alii cavernosam, quod rupturæ, quas terræ motus efficiunt, cæeti dicantur: unde et apud Lacedæmonios Cæetas antrum quoddam, quo pro carcere utebantur: quamquam has cavernas alii malunt Coos dici Græce, unde illud Homeri (*Il.* 1, 268):

> belluis montanos inhabitantibus specus (ὀρεσκῴοισιν).

Est autem Laconica terræ motibus obnoxia: et memorant quidam, Taygeti vertices aliquos hoc modo abruptos. Sunt vero lapicidinæ veteres marmoris pretiosi, Tænarii in Tænaro, nuper autem etiam in Taygeto sectura ingens a quibusdam aperta est, Romanorum magnificentia sumptus suppeditante.

8. Porro Lacedæmonis voce et urbem notari et regionem (nimirum Laconicam adjuncta Messenia), etiam Homerus ostendit, qui quum de arcu Ulyssis dicit (*Od.* 21, 13):

> dona (δῶρα), quæ ei hospes Lacedæmone dedit obvius factus
> Iphitus Eurytides;

deinde subjicit:

> Illi in Messene ibi in ædibus occurrerunt
> Ortilochi;

regionem indicat, cujus pars erat etiam Messenia: nullo igitur discrimine dixit:

> hospes Lacedæmone dedit obvius factus,

et

> hi duo in Messene sibi occurrerunt.

ὅτι γὰρ αἱ Φηραί εἰσιν ὁ τοῦ Ὀρτιλόχου οἶκος, δῆλον·

> ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
> υἱέος Ὀρτιλόχοιο,

ὅ τε Τηλέμαχος καὶ ὁ Πεισίστρατος· αἱ δὲ Φηραὶ τῆς Μεσσηνίας εἰσίν. ὅταν δ' ἐκ τῶν Φηρῶν ὁρμηθέντας τοὺς περὶ Τηλέμαχον πανημερίους φῇ σείειν ζυγόν, εἶτ' εἴπῃ,

> δύσετό τ' ἠέλιος,
> οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν·
> πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔλων Μενελάου,

τὴν πόλιν δεῖ δέχεσθαι· εἰ δὲ μή, ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Λακεδαίμονα φανεῖται λέγων τὴν ἄφιξιν· ἄλλως τε οὐ πιθανόν, μὴ ἐν Σπάρτῃ τὴν οἴκησιν εἶναι τοῦ Μενελάου, [οὐδέ], μὴ οὔσης ἐκεῖ, τὸν Τηλέμαχον λέγειν·

> εἶμι γὰρ ἐς Σπάρτην τε καὶ εἰς Πύλον.

δοκεῖ . . . . . πίπτειν τούτῳ τὸ τοῖς τῆς χώρας ἐπιθέτοις αὐ. . . . . . εἰ μὴ νὴ Δία ποιητικῇ τις τοῦτο συγχωρήσει ἐξο[υσίᾳ] . . . τιον γὰρ τὴν Μεσσήνην μετὰ τῆς Λακωνικῆ[ς ἢ Πύλου] τῆς ὑπὸ τῷ Νέστορι, μηδὲ δὴ καθ' αὑτὴν τάτ[τεσθαι ἐν τῷ] Καταλόγῳ, μηδὲ κοινωνοῦσαν τῆς στρα[τείας].

Pheras enim fuisse Ortilochi domum liquet ex hisce (*Od.* 3, 488):

> Pheras autem venerunt Dioclis ad domum,
> Ortilocho nati,

nimirum Telemachus et Pisistratus: sunt autem Pheræ in Messenia. Quodsi autem Telemachum cum socio a Pheris profectum toto die jugales incitasse ait, et deinde subjicit (*Od.* 3, 487. 4, 1):

> occiditque sol,
> hi vero pervenerunt in cavam Lacedæmonem cavernosam,
> ad ædes autem agebant Menelai:

urbs Lacedæmon intelligi debet. Alias enim videbitur narrare Homerus, quomodo Lacedæmone Lacedæmonem venerint: alioqui probabile non est, Menelaum non habitavisse Spartæ: neque, si alibi habitasset ille, diceret Telemachus (*Od.* 2, 359):

> Nam Spartam ibo Pylumque.

Videtur etiam cum his congruere (συμπίπτειν), quod iis epithetis quibus regionem indicare solet, [*illo loco non utitur Homerus*]: nisi hercle poeticæ hoc aliquis tribui velit licentiæ. [*Porro Messeniam tum partem fuisse Laconiæ liquet. Ineptum*] enim foret Messeniam [*neque*] una cum Laconia vel cum Pylo quæ sub Nestore erat, neque pro se separatim poni in Copiarum recensu, [*quasi*] non fuisset socia expeditionis.

ΚΕΦ. Ϛ.

Μετὰ δὲ Μαλέας ὁ Ἀργολικὸς ἐκδέχεται κόλπος καὶ ὁ Ἑρμιονικός· ὁ μὲν μέχρι τοῦ Σκυλλαίου πλέοντι ὡς πρὸς ἕω βλέπων καὶ πρὸς τὰς Κυκλάδας, ὁ δὲ ἑωθινώτερος τούτου μέχρι πρὸς Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν. τὰ μὲν δὴ πρῶτα τοῦ Ἀργολικοῦ Λάκωνες ἔχουσι, τὰ δὲ λοιπὰ Ἀργεῖοι· ἐν οἷς ἐστι τῶν μὲν Λακώνων τὸ Δήλιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ὁμώνυμον τῷ Βοιωτιακῷ, καὶ Μινώα φρούριον, ὁμώνυμος καὶ αὕτη τῇ Μεγαρικῇ, καὶ ἡ λιμηρὰ Ἐπίδαυρος, ὡς Ἀρτεμίδωρός φησιν. Ἀπολλόδωρος δὲ Κυθήρων πλησίον ἱστορεῖ ταύτην, εὐλίμενον δὲ οὖσαν βραχέως καὶ ἐπιτετμημένως λιμηρὰν εἰρῆσθαι, ὡς ἂν λιμενηράν, μεταβεβληκέναι δὲ τοὔνομα. ἔστι δὲ τραχὺς ὁ παράπλους εὐθὺς ἀπὸ Μαλεῶν ἀρξάμενος μέχρι πολλοῦ ὁ Λακωνικός, ἔχει δ' ὅμως ὑφόρμους καὶ λιμένας. ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶ παραλία εὐλίμενος, νησίδιά τε πολλὰ πρόκειται αὐτῆς οὐκ ἄξια μνήμης.

2. Τῶν δ' Ἀργείων αἵ τε Πρασιαὶ καὶ τὸ Τημένιον, ἐν ᾧ τέθαπται Τήμενος, καὶ ἔτι πρότερον τὸ χωρίον, δι' οὗ ῥεῖ ποταμὸς ἡ Λέρνη καλουμένη, ὁμώνυμος τῇ λίμνῃ, ἐν ᾗ μεμύθευται τὰ περὶ τὴν Ὕδραν. τὸ δὲ Τημένιον ἀπέχει τοῦ Ἄργους ἓξ καὶ εἴκοσι σταδίους ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἄργους εἰς τὸ Ἡραῖον τεσσαράκοντα, ἔνθεν δὲ εἰς Μυκήνας δέκα. μετὰ δὲ τὸ Τημένιον ἡ Ναυπλία, τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον· τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι. ἀπὸ τούτου δὲ πεπλάσθαι φασὶ τὸν Ναύπλιον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ παρὰ τοῖς νεωτέροις· οὐ γὰρ Ὅμηρον ἀμνημονῆσαι ἂν τούτων, τοῦ μὲν Παλαμήδους τοσαύτην

CAP. VI.

Post Maleas Argolicus sequitur sinus et Hermionicus: quorum ille usque ad Scyllæum pertinet versus ortum et Cycladas spectans, hic magis adhuc in orientem vergens usque ad Æginam et Epidauriam. Primas Argolici sinus partes Lacones, reliquas Argivi tenent. In iis est Delium Laconum, Apollinis templum, ejusdem cum Bœotico nominis; et Minoa castellum, cui cum Megarica itidem Minoa nomen est commune: item Epidaurus cognomento Limera, si Artemidorum sequimur: nam Apollodorus Cytheris vicinam facit, aitque ob portus (Limen is Græce dicitur) commoditatem Limeneram, ac conciso Limeram fuisse cognominatam, postea nomen mutasse. Litus Laconiæ statim a Maleis per magnam partem asperum est: navium tamen receptus habet ac portus. Reliqua ora bonos habet portus, et ante eam sitæ sunt multæ exiguæ insulæ, memoratu indignæ.

2. Argivorum sunt Prasiæ, et Temenium, ubi sepultus est Temenus: et prior eo locus, per quem fluit Lerna fluvius paludi cognominis, Hydræ fabula celebri. A Temenio Argos usque supra mare sunt stadia viginti sex, ab Argis Heræum stadia quadraginta, atque hinc Mycenas decem. Post Temenium sequitur Nauplia Argivorum navale, sic dictum quod navibus frequentatur. Hujus Naupliæ occasione confictum putant a recentioribus Nauplium et ejus filios: neque enim eos Homerum fuisse silentio præteriturum, si et Palamedes tanta sapientia pruden-

σοφίαν καὶ σύνεσιν ἐπιδεδειγμένου, δολοφονηθέντος δὲ ἀδίκως, τοῦ δὲ Ναυπλίου τοσοῦτον ἀπεργασαμένου φθόρον ἀνθρώπων περὶ τὸν Καφηρέα. ἡ δὲ γενεαλογία πρὸς τῷ μυθώδει καὶ τοῖς χρόνοις διημάρτηται· δεδόσθω γὰρ Ποσειδῶνος εἶναι, Ἀμυμώνης δὲ πῶς τὸν κατὰ τὰ Τρωικὰ ἔτι ζῶντα; ἐφεξῆς δὲ τῇ Ναυπλίᾳ τὰ σπήλαια καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς οἰκοδομητοὶ λαβύρινθοι, Κυκλώπεια δ' ὀνομάζουσιν.

3. Εἶτ' ἄλλα χωρία, καὶ ἐφεξῆς ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος· καὶ [γὰρ τοῦτον Ὁμ]ήρου τάξαντος ὑπὸ τῇ Ἀργείᾳ καὶ ἡμῖν οὐ. . . . . φηνεν ὁ μερισμὸς τῆς περιοδείας οὗτος. ἄρχεται δ' ἀπὸ Ἀσίνης πολίχνης· εἶθ' Ἑρμιόνη καὶ Τροιζήν· ἐν παράπλῳ δὲ πρόκειται καὶ Καλαυρία νῆσος, κύκλον ἔχουσα τριάκοντα σταδίων, πορθμῷ δὲ τετρασταδίῳ διεστῶσα τῆς ἠπείρου.

4. Εἶθ' ὁ Σαρωνικὸς κόλπος· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν, οἱ δὲ πόρον, καθ' ὃ καὶ πέλαγος λέγεται Σαρωνικόν· καλεῖται δὲ πᾶς ὁ συνάπτων πόρος ἀπὸ τῆς Ἑρμιονικῆς καὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσθμὸν θαλάττης τῷ τε Μυρτῴῳ πελάγει καὶ τῷ Κρητικῷ. τοῦ δὲ Σαρωνικοῦ Ἐπίδαυρός τέ ἐστι καὶ ἡ προκειμένη νῆσος Αἴγινα· εἶτα Κεγχρεαί, τὸ τῶν Κορινθίων ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη ναύσταθμον· εἶτα λιμὴν Σχοινοῦς πλεύσαντι τεσσαράκοντα καὶ πέντε σταδίους· ἀπὸ δὲ Μαλεῶν τοὺς πάντας περὶ χιλίους καὶ ὀκτακοσίους. κατὰ δὲ τὸν Σχοινοῦντα ὁ δίολκος, τὸ στενώτατον τοῦ Ἰσθμοῦ, περὶ ὃν τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερόν· ἀλλὰ νῦν τὰ μὲν ὑπερκείσθω· ἔξω γάρ ἐστι τῆς Ἀργείας. ἀναλαβόντες δ' ἐφοδεύσωμεν πάλιν τὰ κατὰ τὴν Ἀργείαν.

5. Καὶ πρῶτον ποσαχῶς λέγεται παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ Ἄργος καὶ καθ' αὑτὸ καὶ μετὰ τοῦ ἐπιθέτου, Ἀχαϊκὸν Ἄργος καλοῦντος ἢ Ἴασον ἢ ἵππιον ἢ Πελασγικὸν ἢ ἱππόβοτον. καὶ γὰρ ἡ πόλις Ἄργος λέγεται·

Ἄργος τε Σπάρτη τε·
οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε.

καὶ ἡ Πελοπόννησος,

ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ·

οὐ γὰρ ἡ πόλις γε ἦν οἶκος αὐτοῦ· καὶ ὅλη ἡ Ἑλλάς· Ἀργείους γοῦν καλεῖ πάντας, καθάπερ καὶ Δαναοὺς καὶ Ἀχαιούς. τὴν γοῦν ὁμωνυμίαν τοῖς ἐπιθέτοις διαστέλλεται, τὴν μὲν Θετταλίαν Πελασγικὸν Ἄργος καλῶν,

νῦν αὖ τούς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον·

τὴν δὲ Πελοπόννησον,

εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαιικόν·
ἢ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιικοῦ;

σημαίνων ἐνταῦθα, ὅτι καὶ Ἀχαιοὶ ἰδίως ὠνομάζοντο οἱ Πελοποννήσιοι κατ' ἄλλην σημασίαν. Ἴασόν τε Ἄργος τὴν Πελοπόννησον λέγει·

εἰ πάντες γ' ἐσίδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί

τὴν Πηνελόπην, ὅτι πλείους ἂν λάβοι μνηστῆρας· οὐ

tiaque floruisset, ac injusto judicio fuisset necatus, et Nauplius apud Caphareum tantam hominum edidisset stragem : sed et generis origo, præterquam quod fabulosa est, in rationem temporum offendit : ut enim detur fuisse Neptuni filium, Amymones qui potuit, vivens adhuc belli Trojani tempore? Deinceps a Nauplia specus sunt, et in iis ædificati labyrinthi, quæ Cyclopia dicuntur.

3. Sequuntur alia loca, et deinde sinus Hermionicus : nam quum hunc quoque Argiæ tribuat Homerus, divisio circuitus ejus videbatur nobis non negligenda (οὐ παροπτέος ἐνέφηνεν). Initium sinus est ab oppido Asine : inde Hermione sequitur, tum Trœzen : in ora legenda occurrit insula Calauria, triginta stadiorum ambitu; a continente dividitur freto quattuor stadiorum.

4. Hinc Saronicus sequitur sinus, quem alii pontum, alii trajectum vocant; unde et mare dicitur Saronicum. Sic autem dicitur trajectus, qui a mari Hermionico et eo quod circa Isthmum est, contingit Myrtoum ac Creticum mare. Ad sinum Saronicum Epidaurus est, et ante eam sita Ægina insula : inde Cenchreæ, Corinthiorum versus orientem navale : hinc Schœnus portus porro naviganti stadia quadraginta quinque. A Malea universa navigatio hucusque est stadiorum circiter mille octingentorum. Apud Schœnuntem angustissima est Isthmi pars, qua naves per terram ex uno mari in alterum traducuntur : atque ibi est Neptuni Isthmii fanum : verum id, quia extra Argiam est, in præsentia omittamus, et repetita Argiæ descriptione singula peragremus.

5. Primo autem id dispiciamus, quam vario modo apud Homerum dicatur Argos, et per se et addito adjectivo, ut quum Argos dicit Achaicum, Iasum, Hippium, Hippobotum, id est equis pascuum, Pelasgicum. Nam et urbs Argos dicitur :

Argos Spartaque (*Il.* 4, 52);
Quique Argos tenebant et Tirynthem (*Il.* 2, 559),

et Peloponnesus :

ædibus in nostris in Argo (*Il.* 1, 30);

(non enim urbs domus ejus fuit); et tota Græcia; nam omnes Græcos Argivos vocat, ut et Danaos et Achæos. Igitur cognominia hæc epithetorum adjectione distinguit : ut quum Thessaliam Pelasgicum appellat Argos (*Il.* 2, 681):

Hinc vero istos quotquot Pelasgicum Argos habitabant;

Peloponnesum autem *Argos Achaicum* (*Il.* 9, 141. *Od.* 3, 251):

Quodsi Argos pervenerimus Achaicum. —
An non in Argo erat Achaico?

indicans ibi Achæorum etiam nomine peculiariter appellari Peloponnesi incolas significatione diversa. Porro Iasum Argos Peloponnesum vocat (*Od.* 18, 245):

Si omnes viderent per Iasum Argos Achivi,

Penelopen scilicet, quæ tunc plures etiam procos habitura

γὰρ τοὺς ἐξ ὅλης τῆς Ἑλλάδος εἰκός, ἀλλὰ τοὺς ἐγγύς. ἱππόβοτον δὲ καὶ ἵππιον κοινῶς εἴρηκε.

6. Περὶ δὲ τῆς Ἑλλάδος καὶ Ἑλλήνων καὶ Πανελλήνων ἀντιλέγεται. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὸν ποιητὴν μηδαμοῦ βαρβάρους εἰπεῖν φησι διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω τὸ ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ μόνους τοὺς ἐν Θετταλίᾳ καλεῖσθαί φησιν Ἕλληνας·

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες.

Ἡσίοδον μέντοι καὶ Ἀρχίλοχον ἤδη εἰδέναι καὶ Ἕλληνας λεγομένους τοὺς σύμπαντας καὶ Πανέλληνας, τὸν μὲν περὶ τῶν Προιτίδων λέγοντα, ὡς Πανέλληνες ἐμνήστευον αὐτάς, τὸν δὲ

ὡς Πανελλήνων ὀϊζὺς ἐς Θάσον συνέδραμεν.

ἄλλοι δ' ἀντιτιθέασιν, ὅτι καὶ βαρβάρους εἴρηκεν, εἰπών γε βαρβαροφώνους τοὺς Κᾶρας, καὶ Ἕλληνας τοὺς πάντας·

ἀνδρός, τοῦ κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος·

καὶ πάλιν·

εἰ δ' ἐθέλῃς [τραφθῆναι] ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος.

7. Ἡ μὲν οὖν πόλις ἡ τῶν Ἀργείων ἐν χωρίοις ἐπιπέδοις ἵδρυται τὸ πλέον, ἄκραν δ' ἔχει τὴν καλουμένην Λάρισαν, λόφον εὐερκῆ μετρίως, ἔχοντα ἱερὸν Διός· ῥεῖ δ' αὐτῆς πλησίον ὁ Ἴναχος, χαραδρώδης ποταμός, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου τοῦ κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρους τῆς Ἀρκαδίας. περὶ δὲ τῶν μυθευομένων πηγῶν εἴρηται, διότι πλάσματα ποιητῶν ἐστί· πλάσμα δὲ καὶ Ἄργος ἄνυδρον,

θεοὶ δ' αὖ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον,

τῆς τε χώρας κοίλης οὔσης καὶ ποταμοῖς διαρρεομένης καὶ ἕλη καὶ λίμνας παρεχομένης, καὶ τῆς πόλεως εὐπορουμένης ὕδασι φρεάτων πολλῶν καὶ ἐπιπολαίων. αἰτιῶνται δὴ τῆς ἀπάτης τὸ

καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην.

τοῦτο δ' ἤτοι ἀντὶ τοῦ πολυπόθητον κεῖται, ἢ χωρὶς τοῦ δ πολυίψιον, ὡς

πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε

φησὶ Σοφοκλῆς· τὸ γὰρ προϊάψαι καὶ ἰάψαι καὶ ἴψασθαι φθοράν τινα καὶ βλάβην σημαίνει·

νῦν μὲν πειρᾶται, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν·
κατὰ χρόα καλὸν ἰάψῃ·
Ἄϊδι προΐαψεν.

ἄλλως τε οὐ τὴν πόλιν λέγει τὸ Ἄργος (οὐ γὰρ ἐκεῖσε ἔμελλεν ἀφίξεσθαι), ἀλλὰ τὴν Πελοπόννησον, οὐ δήπου καὶ ταύτην διψηρὰν οὖσαν. καὶ σὺν τῷ δ δὲ ὑπερβατῶς δέχονται [τινες] κατὰ συναλοιφὴν μετὰ τοῦ συνδέσμου τοῦ δέ· ἵν' ᾖ οὕτως,

καί κεν ἐλέγχιστος πολὺ δ' ἴψιον Ἄργος ἱκοίμην,

[ἤγουν πολυί]ψιον Ἄργοσδε ἱκοίμην ἀντὶ τοῦ εἰς Ἄργος.

esset: nam omnes ex universa Græcia hoc loco dici non est verisimile, sed propinquos solummodo. Hippobotum vero et Hippium (*i. e. equos alens et equestre*) communiter dixit.

6. De Hellade autem et Hellenibus ac Panhellenibus controversia est. Nam Thucydides (1, 3) dicit, Homerum barbaros nullibi nominasse, quia tum Hellenes quoque nondum uno omnes vocabulo notarentur, quo barbaris opponeretur. Et Apollodorus solos eos, qui in Thessalia erant, Hellenes appellari ab Homero ait (*Il.* 2, 684):

Myrmidones vocabantur et Hellenes.

Hesiodum tamen et Archilochum jam scivisse, eam vocem etiam de universis Græcis usurpari, quorum alter de Prœtidibus dixerit, universos Hellenes earum conjugia ambiisse; alter vero:

Quasi Panhellenum miseria in Thasum confluxit.

Alii opponunt et barbaros ab Homero dici, quippe qui Cares barbare loquentes appellaverit, et Hellenes ab eo totius Græciæ incolas vocari (*Od.* 1, 344):

viri, cujus gloria lata est per Helladem et medium Argos;

et iterum (*Od.* 15, 80):

sin velis divertere per Helladem et medium Argos.

7. Urbs Argos majore sui parte sita est locis planis; arcem habet Larisam, collem mediocriter munitum, in quo est Jovis templum. Prope urbem fluit Inachus, torrens impetuosus, cujus fontes sunt in Lyrcio monte (Arcadico in Cynuria regione). Ante (6, 2, 4) docuimus figmenta esse poetarum quæ de commenticiis ejus fontibus narrantur. Figmentum etiam est illud Argos aquis carens:

⟦Lymphæ at participes Argos superi posuerunt⟧

nam et regio in cavo est situ, et fluminibus irrigatur, et lacus habet ac paludes, et aquæ copia urbi est puteis frequentibus et aquam in superficie habentibus: causam vero erroris afferunt illud (*Il.* 4, 171):

et summa notatus ignominia in πολυδίψιον (siticulosum) Argos venirem.

At πολυδίψιον ibi aut magnopere desideratum significat, aut ponitur pro πολυίψιον absque litera δ, i. e. multis damnis affectum, sicut

multas clades passa domus hæc Pelopidarum

Sophocles (*El.* 10) ait. Nam verba προϊάψαι et ἰάψαι et ἴψασθαι (*codd.* ἰάψασθαι) perniciei et damni significationem habent [Sic Homerus (*Il.* 2, 193):]

Nunc quidem tentat, mox vero damno afficiet, ἴψεται, filios Achivorum;
Ne cutem pulcram lædat, ἰάψῃ (*Od.* 2, 376);
Orco prodidit, προΐαψεν (*Il.* 1, 3).

Præterea Homerus non urbem Argos dicit (non illuc enim Agamemnon rediturus erat), sed Peloponnesum, quæ et ipsa minime siticulosa est. Sed etiam cum litera δ illud πολυδίψιον ita interpretantur, ut δ sit pro particula conjunctiva δέ (*ad, versus*), quæ transposita cum hoc vocabulo coaluerit. Igitur scribendum foret:

et ignominia notatus πολὺ δ' ἴψιον Ἄργος venirem,

i. e. πολυίψιον Ἄργοσδε pro εἰς Ἄργος.

8. Εἷς μὲν δὴ Ἴναχός ἐστιν ὁ διαρρέων τὴν Ἀργείαν· ἄλλος δὲ ποταμὸς Ἐρασῖνος ἐν τῇ Ἀργείᾳ ἐστίν· οὗτος δὲ τὰς ἀρχὰς ἐκ Στυμφάλου τῆς Ἀρκαδίας λαμβάνει καὶ τῆς ἐκεῖ λίμνης τῆς καλουμένης Στυμφαλίδος, ἐν ᾗ τὰς ὄρνις μυθολογοῦσι τὰς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τοξεύμασι καὶ τυμπάνοις ἐξελαθείσας, [ἃς] καὶ αὐτὰς καλοῦσι Στυμφαλίδας· δύντα δ' ὑπὸ γῆς φασὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἐκπίπτειν εἰς τὴν Ἀργείαν καὶ ποιεῖν ἐπίρρυτον τὸ πεδίον· τὸν δ' Ἐρασῖνον καλοῦσι καὶ Ἀρσῖνον. ῥεῖ δὲ καὶ ἄλλος ὁμώνυμος ἐκ τῆς Ἀρκαδίας εἰς τὸν κατὰ Βοῦραν αἰγιαλόν· ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ Ἐρετρικός, καὶ ὁ ἐν τῇ Ἀττικῇ κατὰ Βραυρῶνα. δείκνυται δὲ καὶ Ἀμυμώνη τις κρήνη κατὰ Λέρνην. ἡ δὲ Λέρνη λίμνη τῆς Ἀργείας ἐστὶ καὶ τῆς Μυκηναίας, ἐν ᾗ τὴν Ὕδραν ἱστοροῦσι· διὰ δὲ τοὺς γινομένους καθαρμοὺς ἐν αὐτῇ παροιμία τις ἐξέπεσε, Λέρνη κακῶν. τὴν μὲν οὖν χώραν συγχωροῦσιν εὐυδρεῖν, αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ [μὲν] κεῖσθαι, φρεάτων δ' εὐπορεῖν, ἃ ταῖς Δαναΐσιν ἀνάπτουσιν, ὡς ἐκείνων ἐξευρουσῶν· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἔπος εἰπεῖν τοῦτο·

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δανααὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον·

τῶν δὲ φρεάτων τέτταρα καὶ ἱερὰ ἀποδειχθῆναι καὶ τιμᾶσθαι διαφερόντως, ἐν εὐπορίᾳ ὑδάτων ἀπορίαν εἰσάγοντες.

9. Τὴν δὲ ἀκρόπολιν τῶν Ἀργείων οἰκίσαι λέγεται Δαναός, ὃς τοσοῦτον τοὺς πρὸ αὐτοῦ δυναστεύοντας ἐν τοῖς τόποις ὑπερβαλέσθαι δοκεῖ, ὥστε κατ' Εὐριπίδην

Πελασγιώτας ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

ἔστι δὲ καὶ τάφος αὐτοῦ κατὰ μέσην τὴν τῶν Ἀργείων ἀγοράν· καλεῖται δὲ Πάλινθος. οἶμαι δ' ὅτι καὶ Πελασγιώτας καὶ Δαναούς, ὥσπερ καὶ Ἀργείους, ἡ δόξα τῆς πόλεως ταύτης ἀπ' αὐτῆς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καλεῖσθαι παρεσκεύασεν· οὕτω δὲ καὶ Ἰασίδας καὶ Ἴασον Ἄργος καὶ Ἀπίαν καὶ Ἀπιδόνας οἱ νεώτεροί φασιν· Ὅμηρος δ' Ἀπιδόνας μὲν οὐ λέγει, ἀπίαν δὲ τὴν πόρρω μᾶλλον. ὅτι δ' Ἄργος τὴν Πελοπόννησον λέγει, προσλαβεῖν ἔστι καὶ τάδε,

Ἀργείη δ' Ἑλένη·

καὶ

ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος.

καὶ

μέσον Ἄργος.

καὶ

πολλῇσιν νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν.

Ἄργος δὲ καὶ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, παρ' Ὁμήρῳ δ' οὐδ' ἅπαξ· μάλιστα δ' οἴονται Μακεδονικὸν καὶ Θετταλικὸν εἶναι.

10. Τῶν δ' ἀπογόνων τοῦ Δαναοῦ διαδεξαμένων τὴν ἐν Ἄργει δυναστείαν, ἐπιμιχθέντων δὲ τούτοις τῶν Ἀμυθαονιδῶν, ὡρμημένων ἐκ τῆς Πισάτιδος καὶ τῆς Τριφυλίας, οὐκ ἂν θαυμάσειέ τις, εἰ συγγενεῖς ὄντες

8. Enimvero amnium Argiam perfluentium unus est Inachus. Alius Argiæ fluvius est Erasinus : is oritur e Stymphalo Arcadiæ et Stymphalide, quæ ibi est, palude, ubi aves fuisse fabulantur ab Hercule sagittis et tympanis expulsas, quas ipsas quoque Stymphalides vocant. Hunc fluvium ferunt infra terram sese abdere, et in Argia erumpere, planitiemque eam rigare; appellant eum etiam Arsinum. Fluit etiam alius Erasinus ex Arcadia ad litus Buræ vicinum : alius est Eretricus, et alius in Attica ad Brauronem. Monstratur etiam Amymone fons prope Lernam. Lerna autem palus est Argivi et Mycenæi agri, in qua Hydram fabulantur fuisse; ob lustrationes autem in ea factas proverbium exstitit, Lerna malorum. Ceterum regionem quidem aquæ esse divitem concedunt, ipsam vero urbem in loco aquæ experte sitam dicunt, puteorum tamen copia instructam, quorum Danai filiabus acceptam ferunt inventionem : atque hinc esse versum natum aiunt :

Expers Argos aquæ lymphis Danaæ ditarunt.

Quin et de puteis his quattuor esse consecratos ac summo honore cultos. Hi ergo aquarum inopiam eo introducunt, ubi summa earum est copia.

9. Arcem Argivorum condidisse perhibetur Danaus, qui tantum præstitisse iis, qui ante ipsum istis in locis principatum gesserant, videtur, ut, quod est apud Euripidem,

Pelasgiotas nuncupatos antea
Danaos vocari jusserit per Græciam.

Est et sepulcrum ejus in medio foro Argivo, ac dicitur Palinthus. Existimo autem, hujus urbis gloriam in causa fuisse, ut etiam reliqui Græci ab ea Pelasgiotæ, Danai et Argivi nominarentur. Sic et Iasidas, Iasum Argos, Apiam et Apidones recentiores dicunt. Homerus Apidonas non nominat; apiam autem, remotiorem regionem dicit. Sed vocabulo Argos Peloponnesum ab eo indicari, his quoque testimoniis additis manifestum est (*Il.* 6, 623):

Argivamque Helenam,

et (*Il.* 6, 152):

Urbs quædam est Ephyre in penetralibus Argi;

et (*Od.* 1, 344)

medium Argos,

et (*Il.* 2, 108):

Ut multis insulis et omni Argo imperaret.

Junioribus vox Argos etiam campum significat, Homero ne semel quidem : videtur autem Macedoniæ potissimum ac Thessalicæ hoc esse linguæ.

10. Jam quum posteri Danao in Argivo regno succederent, iisque permiscerentur Amythaonidæ profecti e Pisatide et Triphylia : mirum videri non debet, si cognati

οὕτω διείλοντο τὴν χώραν εἰς δύο βασιλείας τὸ πρῶτον, ὥστε τὰς ἡγεμονίδας οὔσας ἐν αὐταῖς δύο πόλεις ἀποδειχθῆναι πλησίον ἀλλήλων ἱδρυμένας, ἐν ἐλάττοσιν ἢ πεντήκοντα σταδίοις, τό τε Ἄργος καὶ τὰς Μυκήνας, καὶ τὸ Ἡραῖον εἶναι κοινὸν ἱερὸν ἀμφοῖν τὸ πρὸς ταῖς Μυκήναις, ἐν ᾧ τὰ Πολυκλείτου ξόανα, τῇ μὲν τέχνῃ κάλλιστα τῶν πάντων, πολυτελείᾳ δὲ καὶ μεγέθει τῶν Φειδίου λειπόμενα. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν τὸ Ἄργος ἐπεκράτει μᾶλλον, εἶθ' αἱ Μυκῆναι, μείζονα ἐπίδοσιν λαβοῦσαι διὰ τὴν τῶν Πελοπιδῶν εἰς αὐτὰς μεθίδρυσιν· περιστάντων γὰρ εἰς τοὺς Ἀτρέως παῖδας ἁπάντων, Ἀγαμέμνων ὢν πρεσβύτερος, παραλαβὼν τὴν ἐξουσίαν, ἅμα τύχῃ τε καὶ ἀρετῇ πρὸς τοῖς οὖσι πολλὴν προσεκτήσατο τῆς χώρας· καὶ δὴ καὶ τὴν Λακωνικὴν τῇ Μυκηναίᾳ προσέθηκε. Μενέλαος μὲν δὴ τὴν Λακωνικὴν ἔσχε, Μυκήνας δὲ καὶ τὰ μέχρι Κορίνθου καὶ Σικυῶνος καὶ τῆς Ἰώνων μὲν τότε καὶ Αἰγιαλέων καλουμένης, Ἀχαιῶν δὲ ὕστερον, Ἀγαμέμνων παρέλαβε. μετὰ δὲ τὰ Τρωικὰ τῆς Ἀγαμέμνονος ἀρχῆς καταλυθείσης, ταπεινωθῆναι Μυκήνας, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον. κατασχόντες γὰρ οὗτοι τὴν Πελοπόννησον ἐξέβαλον τοὺς πρότερον κρατοῦντας, ὥσθ' οἱ τὸ Ἄργος ἔχοντες εἶχον καὶ τὰς Μυκήνας συντελούσας εἰς ἕν· χρόνοις δ' ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὥστε νῦν μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως. ὅπου δὲ Μυκῆναι τοιαῦτα πεπόνθασιν, οὐ δεῖ θαυμάζειν, οὐδ' εἴ τινες τῶν ὑπὸ τῷ Ἄργει καταλεγομένων ἀφανεῖς νῦν εἰσιν. ὁ μὲν δὴ Κατάλογος ἔχει οὕτως·

οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν
Ἑρμιόνην τ' Ἀσίνην τε, [βαθὺ]ν κατὰ κόλπον ἐχούσας,
Τροιζῆν' Ἠιόνας τε καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,
οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν Μάσητά τε, κοῦροι Ἀχαιῶν.

τούτων δὲ περὶ μὲν τοῦ Ἄργους εἴρηται, περὶ δὲ τῶν ἄλλων λεκτέον.

11. Τῇ μὲν οὖν Τίρυνθι ὁρμητηρίῳ χρήσασθαι δοκεῖ Προῖτος καὶ τειχίσαι διὰ Κυκλώπων, οὓς ἑπτὰ μὲν εἶναι, καλεῖσθαι δὲ γαστερόχειρας, τρεφομένους ἐκ τῆς τέχνης, ἥκειν δὲ μεταπέμπτους ἐκ Λυκίας· καὶ ἴσως τὰ σπήλαια τὰ περὶ τὴν Ναυπλίαν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἔργα τούτων ἐπώνυμά ἐστιν. ἡ δὲ ἀκρόπολις Λίκυμνα ἐπώνυμος Λικυμνίου, διέχει δὲ τῆς Ναυπλίας περὶ δώδεκα σταδίους· ἔρημος δ' ἐστὶ κἀκείνη καὶ ἡ πλησίον Μιδέα, ἑτέρα οὖσα τῆς Βοιωτικῆς· ἐκείνη γάρ ἐστι Μίδεα, ὡς πρόνοια, αὕτη δὲ Μιδέα, ὡς Τεγέα· ταύτῃ δ' ὅμορος Πρόσυμνα, [καὶ] αὕτη ἱερὸν ἔχουσα Ἥρας· ἠρήμωσαν δὲ τὰς πλείστας οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας. οἱ δ' οἰκήτορες οἱ μὲν ἐκ [τῆς] Τίρυνθος ἀπῆλθον εἰς Ἐπίδαυρον, οἱ δὲ ἐ[κ τῆς Μιδέας] εἰς τοὺς Ἁλιεῖς καλουμένους, οἱ δ' ἐκ τῆς Ἀ[σίνης (ἔστιν] αὕτη κώμη τῆς Ἀργείας πλησίον Ναυπλ[ίας) ὑπὸ Λα]κεδαιμονίων εἰς τὴν Μεσσηνίαν μετῳκίσθ[ησαν]... καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ Ἀργολικῇ Ἀσίνη πολίχ[νη]. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, φησὶν ὁ Θεόπομπος, πολλὴν κατα-

ita initio ditionem in duo diviserint regna, ut duæ urbes, quæ regnorum sedes forent, invicem minus quinquaginta stadiis distarent, Argos videlicet ac Mycenæ, Heræumque (id est Junonium) ad Mycenas situm commune ambobus regibus esset templum : in quo templo erant simulacra Polycleti arte omnium præstantissima, sed sumptu ac magnitudine operibus Phidiæ inferiora. Principio Argos prævalebat, postmodo Mycenæ ampliora nactæ incrementa per commigrantes in illas Pelopidas. Quum enim omnia ad Atrei filios essent devoluta, Agamemnon natu major potestatem adeptus, fortuna virtuteque usus magnam regionis partem suo adjecit patrimonio, et Mycenæo regno etiam Argolicam adjunxit. Sed Laconicam quidem Menelaus tenuit; Mycenas autem, et quidquid usque ad Corinthum et Sicyonem est regionis, et quæ tunc Ionum atque Ægialiensium, posterioribus temporibus Achæorum dicta est, Agamemnon possedit. Post bellum vero Trojanum regno Agamemnonis exstincto, Mycenæ decreverunt, maxime post Heraclidârum reditum. Hi enim occupata Peloponneso ejecerunt pristinos dominos : atque ita, qui Argis potiti erant, Mycenas quoque tenebant in unum conjunctas. Aliquanto post tempore Mycenæ ab Argivis sunt dirutæ, ut jam ejus urbis ne vestigium quidem supersit. Neque mirari debes, Mycenis hoc evenisse, aut si qui alii eorum, qui sub Argis ab Homero recensentur, nostra ætate nulli sunt. In Catalogo quidem sic scribitur (*Il.* 2, 559) :

Argos qui tenuere, et qui Tirynthia claustra,
Hermionenque, Asinenque, sinus qua stringitur altus
Eionas, Trœzenem, vitiferamque Epidaurum,
Æginam et Maseta, bonorum examen Achivûm.

Dictum est de Argis : etiam de reliquis jam verba facienda.

11. Receptaculi atque arcis loco Tirynthem habuisse videtur Prœtus, operâque Cyclopum munivisse : quos aiunt numero fuisse septem, Chirogasteres (*Manuventres*) appellatos, quod sua arte victum sibi quærerent : venisse autem accitos e Lycia : ac fieri potuit ut, quæ apud Naupliam sunt speluncæ et opera in iis, nomina ab his Cyclopibus habeant. Arx est Licymna, Licymnii de nomine : distat a Nauplia duodecim circiter stadiis. Verum et illa deserta est, et quæ in propinquo est Midea distinguenda a Bœotica. Illa enim est Μίδεα (*vel potius* Μίδεια), accentum in antepenultima habens, ut πρόνοια; Argiva autem pronuntiatur Μιδέα, sicut Τεγέα. Prope regio est Prosymna, quæ ipsa quoque templum habet Junonis. Plerasque earum Argivi ob rebellionem habitatoribus nudarunt. Incolarum alii Tirynthe Epidaurum abierunt, alii *ex Midea* ad eos, qui Halieis (*id est, Piscatores*) vocantur : alii ab *Asine* (*qui et ipse vicus est Argivæ, propinquus Naupliæ*) a Lacedæmoniis in Messeniam sunt deportati, ubi altera est Asine, ejusdem cum Argolico nominis oppidum. Etenim Lacedæmonii, ut ait Theopompus, ampla di-

κτησάμενοι τῆς ἀλλοτρίας εἰς ταύτην κατῴκιζον, οὓς ἂν ὑποδέξαιντο τῶν φυγόντων ἐπ' αὐτο[ύς· καὶ οἱ] ἐκ τῆς Ναυπλίας ἐκεῖσε ἀνεχώρησαν.

12. Ἑρμιόνη δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων· ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύληται τὴν εἰς Ἅδου κατάβασιν σύντομον εἶναι· διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκροῖς ναῦλον.

13. Δρυόπων δ' οἰκητήριόν φασι καὶ τὴν Ἀσίνην, εἴτ' ἐκ τῶν περὶ Σπερχειὸν τόπων ὄντας αὐτοὺς Δρύοπος τοῦ Ἀρκάδος κατοικίσαντος ἐνταῦθα, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, εἴθ' Ἡρακλέους ἐκ τῆς περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωρίδος ἐξελάσαντος αὐτούς. Τὸ δὲ Σκύλλαιον τὸ ἐν Ἑρμιόνῃ ὠνομάσθαι φασὶν ἀπὸ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρός, ἣν ἐξ ἔρωτος προδοῦσαν Μίνῳ τὴν Νισαίαν καταποντωθῆναί φασιν ὑπ' αὐτοῦ, δεῦρο δ' ἐκκυμανθεῖσαν ταφῆς τυχεῖν. Ἠιόνες δὲ κώμη τις ἦν, ἣν ἐρημώσαντες Μυκηναῖοι ναύσταθμον ἐποίησαν, ἀφαν[ισθεῖσα δ' ὕστερον] οὐδὲ ναύσταθμόν ἐστιν.

14. Τροιζὴν δὲ ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ἀφ' οὗ καὶ Ποσειδωνία ποτὲ ἐλέγετο, ὑπέρκειται δὲ τῆς θαλάττης εἰς πεντεκαίδεκα σταδίους, οὐδ' αὐτὴ ἄσημος πόλις. πρόκειται δὲ τοῦ λιμένος αὐτῆς, Πώγωνος τοὔνομα, Καλαυρία νησίδιον ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχον τὸν κύκλον· ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν, καί φασι τὸν θεὸν τοῦτον ἀλλάξασθαι πρὸς μὲν Λητὼ τὴν Καλαυρίαν ἀντιδόντα Δῆλον, πρὸς Ἀπόλλωνα δὲ Ταίναρον ἀντιδόντα Πυθώ. Ἔφορος δὲ καὶ τὸν χρησμὸν λέγει·

ἶσόν τοι Δῆλόν τε Καλαύρειάν τε νέμεσθαι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα.

ἦν δὲ καὶ Ἀμφικτυονία τις περὶ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἑπτὰ πόλεων, αἳ μετεῖχον τῆς θυσίας· ἦσαν δὲ Ἑρμιών, Ἐπίδαυρος, Αἴγινα, Ἀθῆναι, Πρασιεῖς, Ναυπλιεῖς, Ὀρχομενὸς ὁ Μινύειος· ὑπὲρ μὲν οὖν Ναυπλιέων Ἀργεῖοι συνετέλουν, ὑπὲρ Πρασιέων δὲ Λακεδαιμόνιοι. οὕτω δ' ἐπεκράτησεν ἡ τιμὴ τοῦ θεοῦ τούτου παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὥστε καὶ Μακεδόνες δυναστεύοντες ἤδη μέχρι δεῦρο ἐφύλαττόν πως τὴν ἀσυλίαν, καὶ τοὺς ἱκέτας ἀποσπᾶν ᾐδοῦντο τοὺς εἰς Καλαυρίαν καταφυγόντας· ὅπου γε οὐδὲ Δημοσθένη ἐθάρρησεν Ἀρχίας βιάσασθαι στρατιώτας ἔχων, ᾧ προσετέτακτο ὑπὸ Ἀντιπάτρου ζῶντα ἀγαγεῖν κἀκεῖνον καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων ὃν ἂν εὕρῃ τῶν ἐν ταῖς αἰτίαις ὄντων ταῖς παραπλησίοις, ἀλλὰ πείθειν ἐπειρᾶτο· οὐ μὴν ἔπεισέ γε, ἀλλ' ἔφθη φαρμάκῳ παραλύσας ἑαυτὸν τοῦ ζῆν· Τροιζὴν δὲ καὶ Πιτθεύς, οἱ Πέλοπος, ὁρμηθέντες ἐκ τῆς Πισάτιδος, ὁ μὲν τὴν πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν, ὁ δὲ Πιτθεὺς ἐβασίλευσεν, ἐκεῖνον διαδεξάμενος. Ἄνθης δ' ὁ προκατέχων πλεύσας Ἁλικαρνασὸν ἔκτισεν· ἐροῦμεν δ' ἐν τοῖς Καρικοῖς [τὰ κατὰ τοῦτ]ον καὶ τοῖς Τρωικοῖς.

15. Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας, ὥσπερ καὶ Ἑρ-

tione potiti, quam aliis eripuissent, in ea collocaverunt, quos ad se confugientes reciperent : eoque etiam Nauplienses recesserunt.

12. Hermione una est de non obscuris urbibus, cujus oram maritimam incolunt, qui, quod e mari quæstum faciunt, Halieis sive piscatores dicuntur. Brevis ad inferos descensus esse dicitur apud Hermionenses : itaque ibi mortuorum oribus portorium non imponitur.

13. Porro Asinen quoque [et Hermionen *add. Strabo ap. Eustath.*] Dryopum fuisse domicilium perhibent : sive eos (quod Aristoteles ait) Dryops Arcas eo transtulit, quum ante circa Spercheum habitarent : sive ab Hercule fuerunt e Doride, quæ juxta Parnassum est, ejecti. Jam Scyllæum, quod est Hermionæ vicinum, nomen habere aiunt a Scylla Nisi filia : quam a Minoe, cui amore capta Nisæam prodidisset, in mare demersam, fluctibusque eo ejectam sepulturæ compotem factam ferunt. Eiones (*vox* litus *significat*) pagus fuit, quem hominibus viduatum Mycenæi navale sibi fecerunt : [*postea deletus*] ne navale quidem jam est.

14. Trœzen Neptuno sacra est, unde et Posidonia (*id est* Neptunia) olim dicta fuit : urbs non ignobilis, a mari ad quindecim stadia distans. Ante portum ejus, cui Pogoni (*id est* barbæ) nomen, jacet Calauria, insula parva, circulo triginta circiter stadiorum contenta : ibi fuit asylum Neptuni; feruntque deum hunc permutatione contracta Calauriam pro Delo recepisse a Latona, ab Apolline pro Pytho Tænarum. Et oraculum quoque refert Ephorus :

Par ratio est Delive Calauriæve tenendæ ;
Pythia idem tibi sit, quod in auras Tænarus altus.

Fuit et Amphictyonum conventus quidam ad hoc templum, civitatum septem : quarum nomina Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Prasiæ, Nauplia, Orchomenus Minyeius : ac pro Nauplia contribuebant Argivi, pro Prasiis Lacedæmonii. Adeo autem veneratio istius dei apud Græcos invaluit, ut et Macedones, Græcia in suam redacta potestatem, adhuc jus asyli illæsum servaverint, ac qui supplices in Calauriam confugissent, inde avellere sint veriti : quando Archias etiam armata stipatus manu Demostheni vim ibi inferre non fuit ausus, quum ei ab Antipatro injunctum esset, ut et hunc et alios qui simili in crimine essent, oratores vivos sibi adduceret : sed verbis eum ex asylo abstrahere frustra est conatus, quum hausto veneno se vita exsolvere Demosthenes occupasset. Ceterum Trœzen et Pittheus Pelopis filii e Pisatide profecti sunt : quorum ille urbem sibi cognominem reliquit, hic ei succedens ibi regnavit. Anthes vero, qui antea ista loca obtinuerat, navibus avectus Halicarnassum condidit : [*de quo*] in Cariæ et Trojæ rebus exponemus.

15. Epidaurus ante Epitaurus (*potius* Epicarus?) dicta fuit : Aristoteles enim et hanc et Hermionen ait Cares te-

μιόνα· τῶν δὲ Ἡρακλειδῶν κατελθόντων, Ἴωνας αὐτοῖς συνοικῆσαι τοὺς ἐκ τῆς Ἀττικῆς τετραπόλεως συνεπομένους εἰς Ἄργος. καὶ αὕτη δ' οὐκ ἄσημος ἡ πόλις, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Ἀσκληπιοῦ θεραπεύειν νόσους παντοδαπὰς πεπιστευμένου, καὶ τὸ ἱερὸν πλῆρες ἔχοντος ἀεὶ τῶν τε καμνόντων καὶ τῶν ἀνακειμένων πινάκων, ἐν οἷς ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ θεραπεῖαι, καθάπερ ἐν Κῷ τε καὶ Τρίκκῃ. κεῖται δ' ἡ πόλις ἐν μυχῷ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου, τὸν περίπλουν ἔχουσα σταδίων πεντεκαίδεκα, βλέπουσα πρὸς ἀνατολὰς θερινάς· περικλείεται δ' ὄρεσιν ὑψηλοῖς μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν, ὥστ' ἐρυμνὴ κατεσκεύασται φυσικῶς πανταχόθεν. μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνὸν Μέθανα καὶ χερρόνησος ὁμώνυμος τούτῳ· παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρεται ὁμωνύμως τῇ Μακεδονικῇ, ἐν ᾗ Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν πολιορκῶν· διόπερ οἴεταί τινας ἐξαπατηθέντας ὁ Σκήψιος Δημήτριος τὴν ἐν τῇ Τροιζῆνι Μεθώνην ὑπονοεῖν, καθ' ἧς ἀράσασθαι λέγεται τοὺς ὑπ' Ἀγαμέμνονος πεμφθέντας ναυτολόγους, μηδέποτε παύσασθαι [τοῦ] τειχοδομεῖν, οὐ τούτων, ἀλλὰ τῶν Μακεδόνων ἀνανευσάντων, ὥς φησι Θεόπομπος· τούτους δ' οὐκ εἰκός, ἐγγὺς ὄντας, ἀπειθῆσαι.

16. Αἴγινα δ' ἔστι μὲν καὶ τόπος τις τῆς Ἐπιδαυρίας, ἔστι δὲ καὶ νῆσος πρὸ τῆς ἠπείρου ταύτης, ἣν ἐν τοῖς ἀρτίως παρατεθεῖσιν ἔπεσι βούλεται φράζειν ὁ ποιητής· διὸ καὶ γράφουσί τινες

νῆσόν τ' Αἴγιναν,

ἀντὶ τοῦ

οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν,

διαστελλόμενοι τὴν ὁμωνυμίαν. ὅτι μὲν οὖν τῶν σφόδρα γνωρίμων ἐστὶν ἡ νῆσος, τί δεῖ λέγειν; ἐντεῦθεν γὰρ Αἰακός τε λέγεται καὶ οἱ ὑπ' αὐτόν. αὕτη δ' ἐστὶν ἡ καὶ θαλαττοκρατήσασά ποτε καὶ περὶ πρωτείων ἀμφισβητήσασα πρὸς Ἀθηναίους ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ κατὰ τὰ Περσικά. λέγεται δὲ σταδίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὁ κύκλος τῆς νήσου, πόλιν δ' ὁμώνυμον ἔχει τετραμμένην πρὸς Λίβα· περιέχουσι δ' αὐτὴν ἥ τε Ἀττικὴ καὶ ἡ Μεγαρὶς καὶ τῆς Πελοποννήσου τὰ μέχρι Ἐπιδαύρου, σχεδόν τι ἑκατὸν σταδίους ἑκάστη διέχουσα· τὸ δὲ ἑωθινὸν μέρος καὶ τὸ νότιον πελάγει κλύζεται τῷ τε Μυρτῴῳ καὶ τῷ Κρητικῷ· νησίδια δὲ περίκειται πολλὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ, Βέλβινα δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. ἡ δὲ χώρα αὐτῆς κατὰ βάθους μὲν γεώδης ἐστί, πετρώδης δ' ἐπιπολῆς, καὶ μάλιστα ἡ πεδιάς· διόπερ ψιλὴ πᾶσά ἐστι, κριθοφόρος δὲ ἱκανῶς. Μυρμιδόνας δὲ κληθῆναί φασιν, *οὐχ ὡς ὁ μῦθος*, τοὺς Αἰγινήτας, ὅτι λοιμοῦ μεγάλου συμπεσόντος οἱ μύρμηκες ἄνθρωποι γένοιντο κατ' εὐχὴν Αἰακοῦ, ἀλλ' ὅτι μυρμήκων τρόπον ὀρύττοντες τὴν γῆν ἐπιφέροιεν ἐπὶ τὰς πέτρας, ὥστ' ἔχειν γεωργεῖν, ἐν δὲ τοῖς ὀρύγμασιν οἰκεῖν φειδόμενοι πλίνθων. ὠνομάζετο

nuisse: reversis autem Heraclidis, Iones se iis socios ejus habitandæ adjecisse, qui ex Attica tetrapoli Heraclidas in Argos comitati fuerant. Hæc quoque urbs obscura non est: maxime propter Æsculapium, qui ibi claret, crediturque omnis generis morbos depellere, semperque templum refertum habet ægrotantibus, ac tabellis dedicaticiis, in quibus quo modo quisque sanatus sit, consignatum exstat, sicut et in Co et Triccæ. Sita est Epidaurus in intimo secessu sinus Saronici, quindecim stadiorum prætervectione navali, æstivo ortui opposita: ad mare usque montibus altis includitur, ut natura locus undiquaque sit probe munitus. Trœzenem inter ac Epidaurum locus fuit munitus Methana, ejusdemque nominis peninsula: apud Thucydidem quidam codices Methonem habent, cognominem Macedonicæ, in cujus obsidione oculus fuit Philippo excisus. Itaque Demetrius Scepsius opinatur quosdam deceptos intelligere Methonem Trœzeni vicinam eam, cui imprecatos ferunt nautarum legendorum gratia ab Agamemnone missos, ne unquam finem facerent muros ædificandi: quum non hi, sed Macedones militiam detrectarint, ut ait Theopompus; alteros enim ita in vicinia sitos probabile non erat recusaturos.

16. Ægina et locus est Epidauriæ, et insula ante continentem istam, quam in paullo ante (§ 10) adductis versibus intelligi voluit Homerus. Itaque nonnulli ambiguitatis discernendæ gratia scribunt,

Insulamque Æginam,

pro:

quique tenebant Æginam.

Ceterum ex nobilissimis hanc esse insulam, quid opus est dicere? Hæc enim Æaci patria fuit et ejus subditorum: hæc est quæ et maris aliquando imperium obtinuit, et bello Persico in navali certamine ad Salaminem peracto de palma cum Atheniensibus contendit. Circulus quo ambitur insula, stadiorum dicitur centum octoginta. Urbem habet cognominem, sitam versus Africum. Circumjacent eam Attica et Megaris et Peloponnesi partes, quæ usque ad Epidaurum porriguntur, singula centum fere stadiorum intervallo remota. Orientale et austrinum latera Myrtoo ac Cretico mari alluuntur. Exiguæ insulæ circumjacent versus continentem multæ, Belbina autem versus altum. Ager in profundo glebosus est, in superficie saxosus, maxime in plano: itaque totum illud solum nudum est, satis tamen hordei ferax. Myrmidones vero appellantur Æginetæ, sicuti traditur, non quod (velut fabulæ jactant) magna oborta peste formicæ, Æaco votis id impetrante, in hominum naturam sint mutatæ: sed quod formicarum in morem terram fodientes in saxa effossam conjicerent, ut agriculturam exercere possent; et quod in fossis habitarent parcentes lateribus coctis. Insula hæc antiquitus Œnone

δ' Οἰνώνη πάλαι ὁμωνύμως δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς, τῷ τε πρὸς Ἐλευθεραῖς

(Οἰνώνη
σύγχορτα ναίειν πεδία ταῖς δ' Ἐλευθεραῖς),

καὶ μιᾷ τῶν ἐκ τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα, καθ' ἧς ἡ παροιμία· Οἰνώνη τὴν χαράδραν. ἐπῴκησαν δ' αὐτὴν Ἀργεῖοι καὶ Κρῆτες καὶ Ἐπιδαύριοι καὶ Δωριεῖς, ὕστερον δὲ κατεκληρούχησαν τὴν νῆσον Ἀθηναῖοι· ἀφελόμενοι δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Ἀθηναίους τὴν νῆσον ἀπέδοσαν τοῖς ἀρχαίοις οἰκήτορσιν. ἀποίκους δ' ἔστειλαν Αἰγινῆται εἴς τε Κυδωνίαν τὴν ἐν Κρήτῃ καὶ εἰς Ὀμβρικούς. Ἔφορος δ' ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπόριον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς, ἀφ' οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναίαν ἐμπολὴν λέγεσθαι.

17. Ὁ δὲ ποιητὴς ἔνια μὲν χωρία λέγει συνεχῶς, ὥσπερ καὶ κεῖται·

οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα,
οἵ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε
Ἑρμιόνην τ' Ἀσίνην τε,
Τροιζῆν' Ἠιόνας τε·

ἄλλοτε δ', οὐχ ὡς ἔστι τῇ τάξει,

Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε,
Θέσπειαν Γραῖάν τε·

τά τ' ἐν ἠπείρῳ ταῖς νήσοις συμφράζει,

οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον,
καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο·

τὰ γὰρ Κροκύλεια ἐν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν. οὕτω δὲ καὶ νῦν τῇ Αἰγίνῃ τὸν Μάσητα συνῆψεν, ὄντα τῆς Ἀργολικῆς ἠπείρου. Θυρέας δὲ Ὅμηρος μὲν οὐκ ὠνόμασεν, οἱ δ' ἄλλοι θρυλοῦσι· περὶ ὧν Ἀργείοις καὶ Λακεδαιμονίοις συνέστη ἀγών, τριακοσίοις πρὸς τριακοσίους· ἐνίκων δὲ Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Ὀθρυάδα· εἶναι δέ φησι τὸ χωρίον τοῦτο Θουκυδίδης ἐν τῇ Κυνουρίᾳ κατὰ τὴν μεθορίαν τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Λακωνικῆς. εἰσὶ δὲ καὶ Ὑσίαι, τόπος γνώριμος τῆς Ἀργολικῆς, καὶ Κεγχρεαί, αἳ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος διὰ τοῦ Παρθενίου ὄρους καὶ τοῦ Κρεοπώλου. Ὅμηρος δ' αὐτὰς οὐκ οἶδεν, οὐδὲ τὸ † Λυκούργιον, οὐδ' Ὀρνεάς· κῶμαι δ' εἰσὶ τῆς Ἀργείας, ἡ μὲν ὁμώνυμος τῷ ὄρει τῷ......, αἱ δὲ ταῖς Ὀρνεαῖς ταῖς μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος ἱδρυμέναις.

17. Τῶν [δὴ] κατὰ Πελοπόννησον πόλεων ἐνδοξόταται γεγόνασι καὶ μέχρι νῦν εἰσιν Ἄργος τε Σπάρτη τε, διὰ δὲ τὸ πολυθρύλητον ἥκιστα δεῖ μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· τὰ γὰρ ὑπὸ πάντων εἰρημένα λέγειν δόξομεν. τὸ παλαιὸν μὲν οὖν ηὐδοκίμει τὸ Ἄργος μᾶλλον, ὕστερον δὲ καὶ μέχρι παντὸς ὑπερεβάλλοντο Λακεδαιμόνιοι καὶ διετέλεσαν τὴν αὐτονομίαν φυλάττοντες, πλὴν εἴ τί που μικρὸν προσπταίειν αὐτοὺς συνέβαινεν. Ἀργεῖοι δὲ Πύρρον μὲν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ τείχους ἔπεσε, γραϊδίου τινός, ὡς ἔοικε, κεραμίδα ἀφέν-

fuit nominata, nomine communi (?) cum duobus Atticæ pagis : quorum alter ad Eleutheras fuit (unde illud

Œnonæ [*at* Œnoæ *loco nomen est*]
Eleutherisque (τ') agros tenere proximos),

alter unus ex tetrapoli Marathonia, in quem est proverbium : « Œnone (*deb.* Œnoe) torrentis alveum. » Incoluerunt hanc insulam Argivi, Cretenses, Epidaurii, Dorienses : postea temporis Athenienses sorte colonis suis eam diviserunt; Lacedæmonii autem eam Atheniensibus ademptam pristinis reddiderunt incolis. Colonos miserunt Æginetæ et in Cydoniam Cretæ et in Umbricos. Ephorus in Ægina primo argentum a Phidone cusum fuisse scribit : nam fuisse insulam emporium, insulanis ob terræ sterilitatem in mari negotiantibus : unde merces parvi momenti dici mercaturam Ægineticam.

17. Homerus autem nonnulla quidem loca recenset continenter eodem ordine, quo sita sunt, ut in his (*Il.* 2, 496. 559):

Quique Hyriam coluere, atque Aulida,
Argos qui tenuere, et qui Tirynthem
Hermionenque, Asinenque,
Trœzenem Eionasque;

alibi vero ordinem situs negligit, ut (*Il.* 2, 497):

Schœnumque Scolumque,
Thespiam Græamque;

et una cum insulis ea enumerat, quæ sunt in continente (*Il.* 2, 632):

Qui tenuere Ithacam,
et queis sedes Crocylea :

nam Crocylea sunt in Acarnania. Eodem modo hic cum Ægina Masetem conjunxit, qui in Argolica situs est continente. Thyreas autem Homerus non nominavit, de quibus apud alios trito sermone traditur trecentos Argivos cum totidem Lacedæmoniis pugna decrevisse, ac victoriam Spartanis strategemate Othryadæ fuisse partam. Sitam esse ait Thucydides (2, 27. 4, 56) in Cynuria, ad confinia Argiæ et Laconicæ. Sunt etiam Hysiæ, locus Argolicæ nobilis, et Cenchreæ sitæ in via, quæ Tegea Argos ducit per montem Parthenium et Creopolum (*var. lect. Creepolum, Crespolum*). Homerus ista loca non novit, [[sicut neque Lycurgium (*Lyrceum*, Λύρκειον?), neque Orneas, pagos Argiæ : quorum ille idem cum [*Lyrceo*] monte gerit nomen, hic cum Orneis inter Corinthum et Sicyonem sitis. *Hæc interpolatoris esse videntur.*]]

18. Sed omnium, quæ in Peloponneso sunt, urbium illustrissimæ fuerunt suntque etiamnum Argos ac Sparta : ut propter earum celebritatem vulgatam non sit nobis prolixior de iis sermo instituendus, ne ab omnibus dicta repetere videamur. Antiquitus quidem fama Argos superabat : sed postea Spartani per omne tempus superiores fuerunt, libertatem suam perpetuo servantes, nisi quod exiguis quibusdam in rebus offenderunt. Argivi Pyrrhum sane non admiserunt, sed is ante muros cecidit, conjecta in

τος ἄνωθεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν, ὑπ' ἄλλοις δ' ἐγένοντο βασιλεῦσι· μετασχόντες δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν συστήματος σὺν ἐκείνοις εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον, καὶ νῦν συνέστηκεν ἡ πόλις, δευτερεύουσα τῇ τάξει μετὰ τὴν Σπάρτην.

19. Ἑξῆς δὲ λέγωμεν περὶ τῶν ὑπὸ Μυκήναις καὶ τῷ Ἀγαμέμνονι τεταγμένων τόπων ἐν τῷ Καταλόγῳ τῶν νεῶν· ἔχει δ' οὕτω τὰ ἔπη·

> οἳ δὲ Μυκήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
> ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς,
> Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην [τ' ἐρατεινὴν]
> καὶ Σικυῶν', ὅθ' [ἄρ'] Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν,
> οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν
> Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο
> Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.

αἱ μὲν οὖν Μυκῆναι νῦν οὐκέτ' εἰσίν, ἔκτισε δ' αὐτὰς Περσεύς, διεδέξατο δὲ Σθένελος, εἶτ' Εὐρυσθεύς· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ τοῦ Ἄργους ἦρξαν. Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τρικορύθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν ὑπὸ ἁμαξιτόν· καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή. αἱ δὲ Μυκῆναι μετέπεσον εἰς τοὺς Πελοπίδας, ὁρμηθέντας ἐκ τῆς Πισάτιδος, εἶτ' εἰς τοὺς Ἡρακλείδας, καὶ τὸ Ἄργος ἔχοντας. μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον καὶ τὴν χώραν διενείμαντο. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσιν, Εὐριπίδης δέ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τοτὲ μὲν Μυκήνας καλῶν, τοτὲ δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ. Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν καὶ τετειχισμένου καλῶς, ὥστ' οἰκείως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ἐϋκτιμένας Κλεωνάς. ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθευόμενα, καὶ ἡ Βέμβινα κώμη· διέχουσι δ' αἱ Κλεωναὶ τοῦ μὲν Ἄργους σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι, Κορίνθου δὲ ὀγδοήκοντα. καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀκροκορίνθου κατωπτεύσαμεν τὸ κτίσμα.

20. Ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον, ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ κείμενος καὶ δυεῖν λιμένων κύριος, ὧν ὁ μὲν τῆς Ἀσίας, ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστι, καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ τὰς ἑκατέρωθεν ἀμοιβὰς τῶν φορτίων πρὸς ἀλλήλους τοῖς τοσοῦτον ἀφεστῶσιν. ἦν δ' ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τὸ παλαιόν, οὕτω καὶ τὰ πελάγη, καὶ μάλιστα τὸ ὑπὲρ Μαλεῶν διὰ τὰς ἀντιπνοίας· ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται·

> Μαλέας δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

ἀγαπητὸν οὖν ἑκατέροις ἦν τοῖς τε ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ

caput ejus a vetula quadam, ut videtur, tegula : sub aliis tamen regibus fuerunt : deinde quum Achaici fœderis socii essent, una cum eo in Romanorum venerunt potestatem : atque etiamnum constat urbs, secunda a Lacedæmone dignitate.

19. Deinceps jam dicamus de iis locis, quæ Mycenis et Agamemnoni subdita in Recensione navium his versibus memorantur (*Il.* 2, 569) :

> Tum qui turrigeris sedes tenuere Mycenis,
> quique amplam coluere Corinthum, altasque Cleonas,
> Orneasque, et Aræthyreæ qui mœnia amœnæ,
> et Sicyonem, erat Adrasti quæ regia primum,
> quique Hyperesiam, qui sublimem Gonoessam,
> et qui Pellenen, quique Ægion incoluerunt,
> litus et Ægiali totum, spatiosam Helicenque.

Mycenæ quidem hodie non supersunt. Condidit autem eam urbem Perseus : ei Sthenelus, huic Eurystheus successit : iidem Argis quoque imperabant. Eurystheus ad Marathonem facta adversus Herculis filios et Iolaum expeditione, quibus auxilio Athenienses venerunt, in pugna fertur cecidisse, corpusque ejus in Gargetto esse sepultum, caput ab Iolao præcisum seorsum humatum Tricorythi (*codd.* Corinthi) juxta fontem Macariam (*codd.* Acariam), sub via qua currus incedunt : locoque nomen est Eurysthei caput. Ceterum Mycenæ transierunt in potestatem Pelopidarum ex Pisatide profectorum ; deinde Heraclidarum, qui etiam Argos obtinebant. Post navalem autem pugnam Salaminiam Argivi cumque his *Cleonæi et Tegeatæ* illato bello Mycenas funditus deleverunt, agrumque inter se partiti sunt. Ceterum Argos et Mycenas ob vicinitatem poetæ tragici veluti unam promiscue appellant, et Euripides in una eademque fabula eandem modo Argos, modo Mycenas appellat, ut in Iphigenia (*Iph. Taur.* 508 *sqq.*) et Oreste (98. 101. 1246). Cleonæ urbs est sita in via quæ Argis Corinthum ducit, in tumulo domiciliis undiquaque cincto, et pulchre muris cincto : ut videatur Homerus apposite eas bene conditas appellasse. Ibi et Nemea inter Cleonas ac Phliuntem sita est, et lucus in quo Nemea Argivi pro more celebrant, fabulanturque fuisse Nemeæum illum leonem, et Bembina (*codd.* Belbina) vicus. Cleonæ ab Argis absunt stadia centum viginti, a Corintho octoginta. Nos quoque de Acrocorintho urbem prospeximus.

20. Corinthus autem locuples dicitur ob emporium; in Isthmo situs est, et portus duos habet, unum Italiæ, alterum Asiæ obversum : quo fit ut tanto a se intervallo dissiti facile inter se invicem commutare ibi merces possint. Porro sicut antiquitus navigatu difficile fuit fretum Siculum, ita et hæc maria, præsertim quod super Maleas est, propter adversos ventorum flatus : unde et proverbio dicitur,

> Flectens Maleas obliviscere res domesticas.

Itaque et Asianis et Italis mercatoribus per fuit gratum

ἐκ τῆς Ἀσίας ἐμπόροις ἀφεῖσι τὸν ἐπὶ Μαλέας πλοῦν, εἰς Κόρινθον κατάγεσθαι τὸν φόρτον· αὐτόθι καὶ πεζῇ τε τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῶν εἰσαγομένων ἔπιπτε τὰ τέλη τοῖς τὰ κλεῖθρα ἔχουσι. διέμεινε δὲ τοῦτο καὶ εἰς ὕστερον μέχρι παντός, τοῖς δ' ὕστερον καὶ πλείω προσεγίνετο πλεονεκτήματα· καὶ γὰρ ὁ Ἰσθμικὸς ἀγὼν ἐκεῖ συντελούμενος ὄχλους ἐπήγετο. καὶ οἱ Βακχιάδαι τυραννήσαντες, πλούσιοι καὶ πολλοὶ καὶ γένος λαμπροί, διακόσια ἔτη σχεδόν τι κατέσχον τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ ἐμπόριον ἀδεῶς ἐκαρπώσαντο· τούτους δὲ Κύψελος καταλύσας αὐτὸς ἐτυράννησε, καὶ μέχρι τριγονίας ὁ οἶκος αὐτοῦ συνέμεινε· τοῦ δὲ περὶ τὸν οἶκον τοῦτον πλούτου μαρτύριον τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου, σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς εὐμεγέθης. Δημάρατός τε, εἷς τῶν ἐν Κορίνθῳ δυναστευσάντων, φεύγων τὰς ἐκεῖ στάσεις, τοσοῦτον ἠνέγκατο πλοῦτον οἴκοθεν εἰς τὴν Τυρρηνίαν, ὥστε αὐτὸς μὲν ἦρξε τῆς δεξαμένης αὐτὸν πόλεως· ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων κατέστη βασιλεύς. τό τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ διὰ ταύτας οὖν πολυωχλεῖτο ἡ πόλις καὶ ἐπλουτίζετο· οἱ γὰρ ναύκληροι ῥᾳδίως ἐξανηλίσκοντο, καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροιμία φησίν·

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς.

καὶ δὴ καὶ μνημονεύεταί τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν, ὅτι οὐ φιλεργὸς εἴη οὐδ' ἐρίων ἅπτοιτο, εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ.

21. Τὴν δὲ τοποθεσίαν τῆς πόλεως, ἐξ ὧν Ἱερώνυμός τε εἴρηκε καὶ Εὔδοξος καὶ ἄλλοι, καὶ αὐτοὶ δὲ εἴδομεν, νεωστὶ ἀναληφθείσης ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, τοιάνδε εἶναι συμβαίνει. ὄρος ὑψηλὸν ὅσον τριῶν ἥμισυ σταδίων ἔχον τὴν κάθετον, τὴν δ' ἀνάβασιν καὶ τριάκοντα σταδίων, εἰς ὀξεῖαν τελευτᾷ κορυφήν· καλεῖται δὲ Ἀκροκόρινθος, οὗ τὸ μὲν πρὸς ἄρκτον μέρος ἐστὶ τὸ μάλιστα ὄρθιον, ὑφ' ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἐπὶ τραπεζώδους ἐπιπέδου χωρίου πρὸς αὐτῇ τῇ ῥίζῃ τοῦ Ἀκροκορίνθου. αὐτῆς μὲν οὖν τῆς πόλεως ὁ κύκλος καὶ τεσσαράκοντα σταδίων ὑπῆρχεν· ἐτετείχιστο δ' ὅσον τῆς πόλεως γυμνὸν ἦν τοῦ ὄρους· συμπεριείληπτο δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος, ᾗ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι, καὶ ἡμῖν ἀναβαίνουσιν ἦν δῆλα τὰ ἐρείπια τῆς σχοινίας· ὥσθ' ἡ πᾶσα περίμετρος ἐγίνετο περὶ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων. ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων μερῶν ἧττον ὄρθιόν ἐστι τὸ ὄρος, ἀνατέταται μέντοι [καὶ] ἐνθένδε ἱκανῶς, καὶ περίοπτόν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν κορυφὴ ναΐδιον ἔχει Ἀφροδίτης, ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ τήν τε Πειρήνην εἶναι συμβαίνει κρήνην, ἔκρυσιν μὲν οὐκ ἔχουσαν, μεστὴν δ' ἀεὶ διαυγοῦς καὶ ποτίμου ὕδατος. φασὶ δὲ καὶ ἐνθένδε καὶ ἐξ ἄλλων ὑπονόμων τινῶν φλεβίων συνθλίβεσθαι τὴν πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους κρήνην, ἐκρέουσαν εἰς τὴν πόλιν, ὥσθ' ἱκανῶς ἀπ' αὐτῆς ὑδρεύ-

omissa circum (περὶ) Maleas navigatione merces Corinthum deportare. Ibidem etiam eorum quæ terra (καὶ πεζῇ δὲ) in Peloponnesum importabantur aut inde exportabantur, vectigalia percipere iis contigit qui claustra obtinebant. Permansitque hoc integrum etiam ad posteritatem : imo inferioribus temporibus plura accesserunt commoda, quod Isthmicum certamen ibi solitum frequentari magnam hominum turbam adducebat. Itaque Bacchiadæ Corinthum tyrannide possidentes multi ac locupletes ac genere splendidi, ducentos fere annos tyrannidem obtinuerunt, fructusque emporii tuto perceperunt. Hos Cypselus dejecit, tyrannidemque occupatam ad tertium heredem propagavit. Cujus familiæ quantæ fuerint divitiæ, intelligi potest ex eo, quod Cypselus Olympiæ donarium dedicavit auream malleo ductam prægrandemque (*Jovis*) statuam. Et Demaratus, unus ex iis qui Corinthi sunt dominati, fugiens seditiones ibi ortas, tantum secum in Etruriam intulit divitiarum, ut et ipse dominus urbis, quæ eum receperat, factus sit, et filius ejus etiam Romanorum rex creatus. Et fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut plures quam mille haberet sacrorum famulas meretrices, quas deæ viri mulieresque dedicarant. Itaque ob has quoque magna hominum multitudo ea in urbe et divitiæ fuerunt. Naucleri enim facile sua prodigebant; unde adagio locus :

Non est Corinthum adire cuivis integrum.

Et quidem memoratur cujusdam meretricis dictum, quæ mulieri exprobranti ei, quod opus non faceret, neque lanam tractaret, responderit : « Attamen talis qualis sum tres jam ἱστοὺς (*quæ vox et* telas *et* malos navis, *i. e. hoc loco* naucleros, *significat*) tam brevi tempore confeci. »

21. Situs urbis, ut ex Hieronymi, Eudoxi aliorumque scriptis collegimus, atque ipsi, urbe nuper a Romanis instaurata, vidimus, talis est. Mons celsus, cujus perpendiculum trium fere stadiorum et dimidii, adscensus autem vel triginta est stadiorum, in verticem desinit acutum; vocatur Acrocorinthus : maxime præceps est ea pars quæ septentrionem spectat : sub ea ad ipsam radicem Acrocorinthi urbs jacet in planitie quæ mensæ figuram refert. Ipsius urbis circulus vel quadraginta stadia æquabat, muroque erat munita urbs, quantum ejus monte non defendebatur; in eaque circumvallatione ipse etiam Acrocorinthus mons comprehensus erat, quatenus muro muniri poterat; nobis quoque adscendentibus rudera antiqui murorum tractus apparuerunt : ita ut universus ambitus fuerit ad octoginta quinque stadia. Reliquis in partibus minus præceps est mons, assurgit tamen in justam altitudinem, et longe conspicuus est. In summo vertice fanum habet Veneris. Sub ipso vertice autem fons est Pirene, effluxu carens, semperque plenus aquæ pellucidæ ac potabilis : inde autem et ex aliis quibusdam per cuniculos sparsis venulis ferunt elici fontem, qui ad radicem montis in urbem effluit, aquatio-

εσθαι. ἔστι δὲ καὶ φρεάτων εὐπορία κατὰ τὴν πόλιν, λέγουσι δὲ καὶ κατὰ τὸν Ἀκροκόρινθον· οὐ μὴν ἡμεῖς γε εἴδομεν. τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως·

> ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ'
> Ἀκροκόρινθον,
> ἱερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας,

τὸ περίκλυστον ἤτοι κατὰ βάθους δεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι δι' αὐτοῦ, ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν, καὶ καταρρυτον ποιεῖν τὸ ὄρος. ἐνταῦθα δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου, πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τοῦ Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργοτομίαν· τὸν δ' αὐτόν φασι καὶ τὴν Ἵππου κρήνην ἀναβαλεῖν ἐν τῷ Ἑλικῶνι, πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποπεσοῦσαν πέτραν. ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεποιημένου διασῶζον ἐρείπια οὐκ ὀλίγα. ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς πρὸς ἄρκτον μὲν ἀφορᾶται ὅ τε Παρνασσὸς καὶ ὁ Ἑλικών, ὄρη ὑψηλὰ καὶ νιφόβολα, καὶ ὁ Κρισαῖος κόλπος ὑποπεπτωκὼς ἀμφοτέροις, περιεχόμενος ὑπὸ τῆς Φωκίδος καὶ τῆς Βοιωτίδος καὶ τῆς Μεγαρίδος καὶ τῆς ἀντιπόρθμου τῇ Φωκίδι Κορινθίας καὶ Σικυωνίας· πρὸς ἑσπέραν δὲ..... ὑπέρκειται δὲ τούτων ἁπάντων τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, διατείνοντα μέχρι Βοιωτίας καὶ Κιθαιρῶνος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀπὸ τῆς παρὰ ταύτας ὁδοῦ πρὸς τὴν Ἀττικήν.

22. Ἀρχὴ δὲ τῆς παραλίας ἑκατέρας, τῆς μὲν τὸ Λέχαιον, τῆς δὲ Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμήν, ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους· τούτῳ μὲν οὖν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας, πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ. τὸ δὲ Λέχαιον ὑποπέπτωκε τῇ πόλει κατοικίαν ἔχον οὐ πολλήν· σκέλη δὲ καθείλκυσται σταδίων περὶ δώδεκα ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ τῆς περὶ τὸ Λέχαιον. ἐντεῦθεν δὲ παρεκτείνουσα ἡ ἠιὼν μέχρι Παγῶν τῆς Μεγαρίδος κλύζεται μὲν ὑπὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου· κοίλη δ' ἐστί, καὶ ποιεῖ τὸν δίολκον πρὸς τὴν ἑτέραν ἠιόνα τὴν κατὰ Σχοινοῦντα πλησίον ὄντα τῶν Κεγχρεῶν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τὸ παλαιόν, καὶ αἱ Ὀλμιαί, τὸ ποιοῦν ἀκρωτήριον τὸν κόλπον, ἐν ᾧ ἥ τε Οἰνόη καὶ Παγαί, τὸ μὲν τῶν Μεγαρέων φρούριον, ἡ δὲ Οἰνόη τῶν Κορινθίων. ἀπὸ [δὲ] τῶν Κεγχρεῶν ὁ Σχοινοῦς, καθ' ὃν τὸ στενὸν τοῦ διόλκου· ἔπειθ' ἡ Κρομμυωνία. πρόκειται δὲ τῆς ἠιόνος ταύτης ὅ τε Σαρωνικὸς κόλπος καὶ ὁ Ἐλευσινιακός, τρόπον τινὰ ὁ αὐτὸς ὤν, συνεχὴς τῷ Ἑρμιονικῷ. ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερὸν ἄλσει πιτυώδει συνηρεφές, ὅπου τὸν ἀγῶνα τῶν Ἰσθμίων Κορίνθιοι συνετέλουν. ἡ δὲ Κρομμυὼν ἐστι κώμη τῆς Κορινθίας, πρότερον δὲ τῆς Μεγαρίδος, ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασί, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα τοῦτον παραδιδόασι τὴν τῆς ὑὸς ταύτης ἐξαίρεσιν. καὶ ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη τῆς Κορινθίας,

nique oppidanorum sufficit. Est vero etiam puteorum copia in urbe: aiunt etiam in Acrocorintho esse, quod nos quidem non vidimus. Quodsi Euripides dixit,

> Venio irriguum linquens
> Acrocorinthum,
> sacrum collem, urbem Veneris:

vox *irriguum* intelligenda est de profundo, quum et puteos habeat, et per cuniculos ejus penetret liquor: aut putandum antiquitus exundasse Pirenam et montem irrigasse. Ibi Pegasum, quum biberet, captum aiunt esse a Bellerophonte, volucrem equum, qui ex collo Medusæ, quum Gorgo amputaretur, exstiterit: idem etiam Hippocrenen (*i. e.* Equi fontem) in Helicone elicuisse fertur, icto ungula, quod suberat pedibus, saxo. Sub Pirena Sisypheum est, templi alicujus aut regiæ ex albo lapide exstructæ retinens haud pauca rudera. E vertice Acrocorinthi versus septentrionem cernuntur Parnassus et Helicon, montes alti ac nivales, tum sinus Crisæus ambobus subjectus, inclusus Phocide, Bœotia ac Megaride nec non opposita Phocidi trans sinum Corinthia ac Sicyonia; versus occasum autem ***. Super hæc omnia siti sunt montes Onei (*quasi* Asininos *diceres*), qui a saxis Scironiis et a (καὶ ἀπὸ) via quæ juxta hæc ad Atticam est, protenduntur usque ad Bœotiam et Cithæronem.

22. Oræ autem maritimæ a Corintho utriusque initia sunt, alterius Lechæum, alterius Cenchreæ vicus et portus, ab urbe distans ad septuaginta stadia: quo portu utuntur ad negotiationes Asianas, Lechæo ad Italicas. Lechæum sub urbe jacet, non admodum frequens domiciliis: ab utraque parte viæ, quæ a Corintho Lechæum (ἐπὶ τὸ Λ.) pertingit, deducti sunt crurum instar muri ad stadia circiter duodecim. Hinc porrectum litus usque ad Pagas Megaridis, alluitur sinu Corinthiaco: sed introrsum flectitur, ita ut ad oppositum litus, quod est ad Schœnuntem Cenchreis vicinum, per terram traduci naves possint. Inter Lechæum et Pagas antiquitus oraculum fuit Junonis Acrææ; ibidem sunt Olmiæ promontorium, quod sinum conficit, in quo Œnoa est Corinthiorum, et Pagæ Megarensium oppidum. A Cenchreis vero Schœnûs sequitur, ubi Isthmus navibus terra traducendis est arctissimus; inde Crommyonia. Ante hoc litus siti sunt sinus Saronicus et Eleusinius, qui idem est quodammodo, contiguus Hermionico. In Isthmo etiam templum Neptuni est, luco pinuum opacum, ubi Corinthii certamen Isthmium solebant celebrare. Crommyon pagus est agri Corinthii, olim Megarici: ubi fabulantur suem fuisse Crommyoniam, matrem apri Calydonii, cujus suis cædes inter certamina Thesei numeratur. Est et Tenea Corinthii agri pagus, ibique

ἐν ᾗ τοῦ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν· λέγεται δὲ καὶ Ἀρχίᾳ, τῷ στείλαντι τὴν εἰς Συρακούσας ἀποικίαν, τοὺς πλείστους τῶν ἐποίκων ἐντεῦθεν συνεπακολουθῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα εὐθηνεῖν μάλιστα τῶν ἄλλων τὴν κατοικίαν ταύτην, τὰ δ' ὕστατα καὶ καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι, προσθέσθαι τε τοῖς Ῥωμαίοις, ἀποστάντας Κορινθίων καὶ κατασκαφείσης τῆς πόλεως συμμεῖναι. φέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ὁ δοθείς τινι τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐρωτῶντι, εἰ λώιον εἴη μετοικεῖν εἰς Κόρινθον·

εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης·

ὅπερ κατ' ἄγνοιάν τινες παρατρέπουσιν, ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης. λέγεται δ' ἐνταῦθα ἐκθρέψαι Πόλυβος τὸν Οἰδίπουν. δοκεῖ δὲ καὶ συγγένειά τις εἶναι Τενεδίοις πρὸς τούτους ἀπὸ Τέννου τοῦ Κύκνου, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης· καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος δὲ τιμὴ παρ' ἀμφοτέροις ὁμοία οὖσα δίδωσιν οὐ μικρὰ σημεῖα.

23. Κορίνθιοι δ' ὑπὸ Φιλίππῳ ὄντες ἐκείνῳ τε συνεφιλονείκησαν, καὶ ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους ὑπεροπτικῶς εἶχον, ὥστε τινὲς καὶ τῶν πρέσβεων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν ἐθάρρησαν καταντλῆσαι βόρβορον. ἀντὶ τούτων μὲν οὖν καὶ ἄλλων, ὧν ἐξήμαρτον, ἔτισαν δίκας αὐτίκα· πεμφθείσης γὰρ ἀξιολόγου στρατιᾶς, αὐτή τε κατέσκαπτο ὑπὸ Λευκίου Μομμίου, καὶ τἆλλα μέχρι Μακεδονίας ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο, ἐν ἄλλοις ἄλλων πεμπομένων στρατηγῶν· τὴν δὲ χώραν ἔσχον Σικυώνιοι τὴν πλείστην τῆς Κορινθίας. Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτου μέρει λέγων προστίθησι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα καὶ τὰ ἀναθήματα. φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐρριμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων. ὀνομάζει δ' αὐτῶν Ἀριστείδου γραφὴν τοῦ Διονύσου, ἐφ' οὗ τινες εἰρῆσθαί φασι τὸ οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῷ τῆς Δηιανείρας χιτῶνι. τοῦτον μὲν οὖν οὐχ ἑωράκαμεν ἡμεῖς, τὸν δὲ Διόνυσον ἀνακείμενον ἐν τῷ Δημητρείῳ τῷ ἐν Ῥώμῃ κάλλιστον ἔργον ἑωρῶμεν· ἐμπρησθέντος δὲ τοῦ νεώ, συνηφανίσθη καὶ ἡ γραφὴ νεωστί. σχεδὸν δέ τι καὶ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων τῶν ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα καὶ ἄριστα ἐντεῦθεν ἀφῖχθαι· τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἔσχον. μεγαλόφρων γὰρ ὢν μᾶλλον ἢ φιλότεχνος ὁ Μόμμιος, ὥς φασι, μετεδίδου ῥᾳδίως τοῖς δεηθεῖσι. Λεύκολλος δὲ κατασκευάσας τὸ τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν καὶ στοάν τινα χρῆσιν ᾐτήσατο ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος, ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων· οὐκ ἀπέδωκε δέ, ἀλλ' ἀνέθηκε, κελεύσας αἴρειν, εἰ βούλεται· πρᾴως δ' ἤνεγκεν ἐκεῖνος, οὐ φροντίσας οὐδέν, ὥστ' ηὐδοκίμει τοῦ ἀναθέντος μᾶλλον. πολὺν δὲ χρόνον ἐρήμη μείνασα ἡ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἐποίκους πέμψαντος τοῦ ἀπελευθερικοῦ γένους πλείστους· οἳ τὰ ἐρείπια κινοῦντες καὶ τοὺς τάφους συνανασκάπτοντες εὕρισκον ὀστρακί-

Apollinis Teneatæ templum. Feruntque Archiam, qui Syracusas coloniam deduxit, plerosque inde secutos comites : istumque pagum postea temporis præ aliis floruisse, et ad extremum peculiarem constituisse sibi rempublicam, ac a Corinthiis ad Romanos defecisse, Corinthoque excisæ superfuisse. Et fertur cuidam Asiatico, quum sciscitaretur oraculum an migrare Corinthum expediret, responsum fuisse :

Fortunata Corinthus : ego autem sim Teneates.

Ultimam vocem quidam per inscitiam in Tegeates mutarunt. Ibi narrant fuisse a Polybo educatum Œdipum. Videtur etiam cognatio quædam cum Teneatis esse Tenediorum a Tenne Cycni filio, ut Aristoteles tradidit : magnumque ejus rei argumentum Apollinis cultus apud utrosque similis præbet.

23. Corinthii porro quum Philippo parerent, non illius modo contendendi studio acti conatus adjuverunt, sed et pro se privatim ita Romanos despexerunt, ut quidam in legatos eorum domum suam prætereuntes ausi sint cœnum defundere : pro quo peccato aliisque flagitiis mox pœnas dederunt : misso enim a Romanis justo exercitu, Corinthus a L. Mummio est eversa, et reliqua usque ad Macedoniam omnia in potestatem Romanorum venerunt, aliis in alias partes missis ducibus : agri autem Corinthii maximam partem obtinuerunt Sicyonii. Polybius, quæ in excidio Corinthi evenerunt, narrando deplorans, militarem contemptum artis operum ac donariorum inter alia commemorat. Ait enim, se præsentem vidisse tabulas in solum projectas, ac milites super iis talis ludentes : nominatque earum Bacchum ab Aristide pictum; de quo nonnulli dictum illud putant, Nihil ad Bacchum : et Herculem Dejaniræ tunica excruciatum. Hanc quidem picturam ego non vidi; Bacchum autem illum Romæ in Cereris templo dedicatum videbamus, opus pulcherrimum : quæ pictura nuper una cum templo conflagravit incendio. Sed reliquorum etiam donariorum, quæ Romæ sunt, plurima et præstantissima Corintho allata sunt; quædam etiam circùm vicinæ urbes adeptæ sunt : nam Mummius, homo (ut traditur) generosus potius quam artium amans, facile petentibus ea largiebatur. Et Lucullus quum Bonæ Fortunæ templum porticumque adornaret quandam, Mummium rogavit, ut tabulas, quas haberet, sibi utendas daret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus se a dedicatione redditurum : at nôn reddidit, sed deæ consecravit, jubens Mummium auferre eas, si liberet. Quod quum Mummius æquo animo ferret, neque jacturam tabularum factam quicquam curaret, majorem dedicatore laudem tulit. Sed Corinthus quum diu deserta jacuisset, instaurata est a Divo Cæsare propter loci opportunitatem, missis eo in coloniam libertinis plurimis. Hi quum rudera cepissent moliri, simulque sepulcra effodissent, testacea opera (τορ-

νων τορευμάτων πλήθη, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα· θαυμάζοντες δὲ τὴν κατασκευήν, οὐδένα τάφον ἀσκευώρητον εἴασαν, ὥστε εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ Νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν Ῥώμην· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα, καὶ μάλιστα τὰ ὀστράκινα. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἐτιμήθη σφόδρα ὁμοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς Κορινθιουργέσιν, εἶτ' ἐπαύσαντο τῆς σπουδῆς, ἐκλιπόντων τῶν ὀστράκων, καὶ οὐδὲ κατορθουμένων τῶν πλείστων. ἡ μὲν δὴ πόλις ἡ τῶν Κορινθίων μεγάλη τε καὶ πλουσία διὰ παντὸς ὑπῆρξεν, ἀνδρῶν τε ηὐπόρησεν ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικὰ καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς· μάλιστα γὰρ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν Σικυῶνι ηὐξήθη γραφική τε καὶ πλαστικὴ καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία. χώραν δ' ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν, ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι, καὶ παροιμιάζονται·

Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται.

24. Ὀρνεαὶ δ' εἰσὶν ἐπώνυμοι τῷ παραρρέοντι ποταμῷ, νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον δ' οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον, ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν· κεῖνται δ' ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ Σικυωνίων, τὴν δὲ χώραν ἔσχον Ἀργεῖοι. Ἀραιθυρέα δ' ἐστὶν ἡ νῦν Φλιασία καλουμένη, πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ πρὸς ὄρει Κηλώσσῃ· οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν πρὸ τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἐκάλεσαν Φλιοῦντα· τῆς δὲ Κηλώσσης μέρος ὁ Καρνεάτης, ὅθεν λαμβάνει τὴν ἀρχὴν Ἀσωπὸς ὁ παραρρέων τὴν Σικυωνίαν καὶ ποιῶν τὴν Ἀσωπίαν χώραν, μέρος οὖσαν τῆς Σικυωνίας. ἔστι δ' Ἀσωπὸς καὶ ὁ παρὰ Θήβας ῥέων καὶ Πλαταιὰς καὶ Τανάγραν, ἄλλος δ' ἐστὶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ παρὰ κώμην ῥέων, ἣν Παρασωπίους ὀνομάζουσι, τέταρτος δ' ὁ ἐν Πάρῳ. Κεῖται δ' ὁ Φλιοῦς ἐν μέσῳ Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν καὶ Στυμφάλου, κύκλῳ περιεχόμενος· τιμᾶται δ' ἐν Φλιοῦντι καὶ Σικυῶνι τὸ τῆς Δίας ἱερόν· καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Ἥβην.

25. Τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν, ἔτι δὲ πρότερον Αἰγιαλούς· ἀνῴκισθαι δ' αὐτὴν ἀπὸ θαλάττης ὅσον εἴκοσι σταδίοις, οἱ δὲ δώδεκά φασιν, ἐπὶ λόφον ἐρυμνὸν Δήμητρος· τὸ δὲ παλαιὸν κτίσμα ἐπίνειόν ἐστιν ἔχον λιμένα. ὁρίζει δὲ τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα. ἐτυραννήθη δὲ πλεῖστον χρόνον, ἀλλ' ἀεὶ τοὺς τυράννους ἐπιεικεῖς ἄνδρας ἔσχεν, Ἄρατον δ' ἐπιφανέστατον, ὃς καὶ τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε, καὶ Ἀχαιῶν ἦρξε, παρ' ἑκόντων λαβὼν τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ σύστημα ηὔξησε, προσθεὶς αὐτῷ τήν τε πατρίδα καὶ τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἐγγύς. Ὑπερησίην δὲ καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις, ἃς ὁ ποιητὴς λέγει, καὶ τὸν Αἰγιαλὸν τῶν Ἀχαιῶν ἤδη συμβέβηκεν εἶναι μέχρι Δύμης καὶ τῶν ὅρων τῆς Ἠλείας.

νευμάτων?) plurima, atque etiam ærea multa invenerunt: quorum admirati artificium, nullum sepulcrum non effoderunt, magnaque id genus rerum copia potiti, iisque magno divenditis, Romam impleverunt Necrocorinthiis: sic enim appellabant quæ e sepulcris erant ablata opera, maxime testacea: quæ quum initio in magno pretio, neque æreis Corinthiis operibus haberentur viliora, tandem studium iis impendi desitum est, quum deficerent testæ, et pleræque earum quæ adhuc reperirentur minus bene elaborata essent. Fuit itaque Corinthus urbs magna, semperque dives, copiamque tulit virorum et ad res civiles tractandas idoneorum, et ad artificia exercenda. Nam maxime Corinthi ac Sicyone pingendi ac fingendi ceteræque omnes id genus artes auctæ sunt. Solum habuit non admodum gleba terræ felix, sed obliquum et asperum: unde vulgo superciliosa Corinthus dicta fuit; ac proverbio jactatur,

Corinthus supercilia atque cavitates habet.

24. Orneæ nomen habent idem cum fluvio prætereunte, hodie desertæ, bene olim frequentatæ: ibi erat honoratum templum Priapi: quare Euphronius (*Euphorio?*) Priapeiorum scriptor deum istum appellat Orneatam. Sitæ fuerunt supra campum Sicyoniorum, sed agrum Argivi possederunt. Aræthyrea est quæ nunc dicitur Phliasia: urbs fuit regioni cognominis ad montem Celossam; postea migratum inde est, et triginta ultra stadiis urbs condita, quam appellaverunt Phliuntem. Pars porro Celossæ est Carneates, unde nascitur Asopus, qui præter Sicyoniam labens (*præter Sicyonem labens*, aut *Sicyoniam permeans*), Asopiam regionem, Sicyoniæ portionem, distinguit. Alius est Asopus, qui Thebas, Platæas, ac Tanagram præterfluit: alius item Heracleæ Trachiniæ præter pagum fluens, cujus incolæ Parasopii dicuntur: quartus in Paro est Asopus. Phlius jacet in medio Sicyoniæ, Argiæ, Cleonarum ac Stymphali, circulo inclusa. Colitur Phliunte ac Sicyone templum Diæ: sic enim Heben seu Juventatem nominant.

25. Sicyon prius Mecone fuit dicta, et prius adhuc Ægiali: denuo ædificavit (ἀνῴκισε) eam viginti fere vel, secundum alios, duodecim a mari stadiis in colle munito natura Demetrius (Δημήτριος) *Poliorcetes*. Vetus structura nunc navale est cum portu. Sicyoniam et Corinthiam Nemea fluvius discernit. Plurimum temporis sub tyrannis fuit Sicyon; sed semper tyrannis usa est viris moderatis: quorum illustrissimus Aratus urbem libertate donavit, idemque Achæi corporis imperator fuit, ultro imperium deferentis, idque auxit adjecta sua patria et aliis vicinis urbibus. Hyperesiam ceterasque deinceps urbes, quas recenset Homerus, et Ægialum (*id est litus*), Achæorum jam contingit esse usque ad Dymen et Eleæ fines.

ΚΕΦ. Ζ.

Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν, ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες, ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν παλαιὸν Αἰγιάλεια, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Αἰγιαλεῖς, ὕστερον δ' ἀπ' ἐκείνων Ἰωνία, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. φασὶ δὲ Δευκαλίωνος μὲν Ἕλληνα εἶναι, τοῦτον δὲ περὶ τὴν Φθίαν τῶν μεταξὺ Πηνειοῦ καὶ Ἀσωποῦ δυναστεύοντα τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν παίδων παραδοῦναι τὴν ἀρχήν, τοὺς δ' ἄλλους ἔξω διαπέμψαι, ζητήσοντας ἵδρυσιν ἕκαστον αὑτῷ· ὧν Δῶρος μὲν τοὺς περὶ Παρνασσὸν Δωριέας συνοικίσας κατέλιπεν ἐπωνύμους αὑτοῦ, Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. Τῶν δὲ τούτου παίδων Ἀχαιὸς μὲν φόνον ἀκούσιον πράξας ἔφυγεν εἰς Λακεδαίμονα, καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς ἐκεῖ κληθῆναι παρεσκεύασεν, Ἴων δὲ τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέτταρας βίους· τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας· τοιαῦτα δὲ πλείω διατάξας τὴν χώραν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν. Οὕτω δὲ πολυανδρῆσαι τὴν χώραν τότε συνέπεσε, ὥστε καὶ ἀποικίαν τῶν Ἰώνων ἔστειλαν εἰς Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν χώραν, ἣν κατέσχον, ἐπώνυμον ἑαυτῶν ἐποίησαν Ἰωνίαν ἀντ' Αἰγιάλου κληθεῖσαν, οἵ τε ἄνδρες ἀντὶ Αἰγιαλέων Ἴωνες προσηγορεύθησαν, εἰς δώδεκα πόλεις μερισθέντες. μετὰ δὲ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ὑπ' Ἀχαιῶν ἐξελαθέντες ἐπανῆλθον πάλιν εἰς Ἀθήνας· ἐκεῖθεν δὲ μετὰ τῶν Κοδριδῶν ἔστειλαν τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἔκτισαν δὲ δώδεκα πόλεις ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρίας καὶ τῆς Λυδίας, εἰς τοσαῦτα μέρη διελόντες σφᾶς, ὅσα καὶ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ κατεῖχον. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ Φθιῶται μὲν ἦσαν τὸ γένος, ᾤκησαν δ' ἐν Λακεδαίμονι, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν ἐπικρατησάντων, ἀναληφθέντες ὑπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παιδός, ὡς προειρήκαμεν, τοῖς Ἴωσιν ἐπέθεντο, καὶ γενόμενοι κρείττους τοὺς μὲν ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ κατέσχον τὴν γῆν, καὶ διεφύλαξαν τὸν αὐτὸν τῆς χώρας μερισμόν, ὅνπερ καὶ παρέλαβον. οὕτω δ' ἴσχυσαν, ὥστε τὴν ἄλλην Πελοπόννησον ἐχόντων τῶν Ἡρακλειδῶν, ὧν ἀπέστησαν, ἀντεῖχον ὅμως πρὸς ἅπαντας, Ἀχαΐαν ὀνομάσαντες τὴν χώραν. Ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ μέχρι Ὠγύγου βασιλευόμενοι διετέλουν· εἶτα δημοκρατηθέντες τοσοῦτον ηὐδοκίμησαν περὶ τὰς πολιτείας, ὥστε τοὺς Ἰταλιώτας μετὰ τὴν στάσιν τὴν πρὸς τοὺς Πυθαγορείους τὰ πλεῖστα τῶν νομίμων μετενέγκασθαι παρὰ τούτων συνέβη· μετὰ δὲ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι τούτοις τὴν δίαιταν περὶ τῶν ἀντιλεγομένων ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας· ὕστερον δ' ὑπὸ Μακεδόνων λυθείσης τῆς κοινωνίας, ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν κατὰ μικρόν· ἦρξαν δὲ

CAP. VII

Regionem istam antiquitus Iones possederunt, genere Athenienses : et nominabatur priscis temporibus Ægialea, incolæ Ægialenses; postea ab illis Ionia dicta est, sicut et Attica, ab Ione Xuthi filio. Traditum est Hellenem fuisse Deucalionis filium : eum regioni circa Phthiam imperasse inter Peneum et Asopum, ac imperium filiorum natu maximo reliquisse, reliquos emisisse extra patriam, ut sibi quisque sedes quærerent. Ex his Dorus iis, qui circa Parnassum habitabant, in civitatem compositis, a se nomen Doriensium reliquit; Xuthus, ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolim Atticæ, Œnoam, Marathonem, Probalinthum et Tricorythum. De hujus filiis Achæus, homicidio per imprudentiam perpetrato, in Laconicam perfugit, et effecit ut, qui ibi habitabant, Achæi dicerentur : Ion autem, devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tantam est consecutus gloriam, ut eum suæ reipublicæ præficerent Athenienses. Hic primum in quattuor tribus multitudinem, deinde in totidem vivendi genera divisit, nimirum Agricolas, Opifices, Sacerdotes, Custodes : atque his et pluribus aliis constitutis, regioni a se nomen factum reliquit. Verum eo tempore tantam ea in regione multitudinem hominum exstare contigit, ut Athenienses Ionum coloniam in Peloponnesum emiserint, nomenque regioni ab ea occupatæ a se fecerint, quæ jam pro Ægialea diceretur Ionia, et incolæ in duodecim divisi partes porro non Ægialenses vocarentur, sed Iones. Sed post Heraclidarum reditum pulsi ab Achæis, redierunt Athenas, atque inde cum Codridis Ionicam coloniam in Asiam deduxerunt : condiderunt autem duodecim urbes in maritima Cariæ et Lydiæ ora, divisi in totidem partes quot in Peloponneso ante obtinuerant. Achæi origine erant Phthiotæ, ac in Lacedæmone habitabant : sed quum Heraclidæ dominatione potiti essent, a Tisameno Orestis filio assumpti, Ionas, uti jam dictum est, adorti, victoriaque sunt potiti; hisque ejectis regionem ipsi occuparunt, retenta ea, quam ibi invenerant, divisione. Et eo usque creverunt, ut, quum Heraclidæ, a quibus ipsi desciverant, reliquam obtinerent Peloponnesum, tamen ipsi contra universos sese tutarentur, et regioni nomen Achaiæ inderent. Inde a Tisameno ad Ogygum usque reges habuerunt suos; deinde populari in republica usi potestate, tantum ex ejus administratione laudis sunt assecuti, ut Italici post coortam inter eos et Pythagoreos seditionem, pleraque jura ab Achæis hisce transsumpserint. Et post Leuctricam pugnam Achæis Thebani arbitrium commiserunt de mutuis urbium controversiis. Postea quum societatem eorum Macedones dissolvissent, paulatim sese recollegerunt. Ac primum quidem,

Πύρρου στρατεύσαντος εἰς Ἰταλίαν τέτταρες συνοῦσαι πόλεις, ὧν ἦσαν Πάτραι καὶ Δύμη· εἶτα προσελάμβανόν τινας τῶν δώδεκα πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης, τῆς μὲν οὐ συνελθούσης, τῆς δ' ἀφανισθείσης ὑπὸ κύματος.

2. Ἐξαρθὲν γὰρ ὑπὸ σεισμοῦ τὸ πέλαγος κατέκλυσε καὶ αὐτὴν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος, ὃ καὶ νῦν ἔτι τιμῶσιν Ἴωνες, καὶ θύουσιν ἐκεῖ τὰ Πανιώνια. μέμνηται δ', ὡς ὑπονοοῦσί τινες, ταύτης τῆς θυσίας Ὅμηρος, ὅταν φῇ·

> αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος
> ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.

τεκμαίρονταί τε νεώτερον εἶναι τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας τὸν ποιητήν, μεμνημένον γε τῆς Πανιωνικῆς θυσίας, ἣν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συντελοῦσιν Ἴωνες τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ οἱ Πριηνεῖς ἐξ Ἑλίκης εἶναι λέγονται, καὶ δὴ πρὸς τὴν θυσίαν ταύτην καθιστᾶσιν ἄνδρα νέον Πριηνέα τὸν τῶν ἱερῶν ἐπιμελησόμενον. τεκμηριοῦνται δ' ἔτι μᾶλλον τὸ προκείμενον ἐκ τῶν περὶ τοῦ ταύρου πεφρασμένων· τότε γὰρ νομίζουσι καλλιερεῖν περὶ τὴν θυσίαν ταύτην Ἴωνες, ὅταν θυόμενος ὁ ταῦρος μυκήσηται. οἱ δ' ἀντιλέγοντες μεταφέρουσιν εἰς τὴν Ἑλίκην τὰ λεχθέντα τεκμήρια περὶ τοῦ ταύρου καὶ τῆς θυσίας, ὡς ἐκεῖ νενομισμένων τούτων καὶ τοῦ ποιητοῦ παραβάλλοντος τὰ ἐκεῖ συντελούμενα. κατεκλύσθη δ' ἡ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν φησι τὸν τόπον, καὶ τοὺς πορθμέας λέγειν, ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκει Ποσειδῶν χάλκεος, ἔχων ἱππόκαμπον ἐν τῇ χειρί, κίνδυνον φέροντα τοῖς δικτυεῦσιν. Ἡρακλείδης δέ φησι κατ' αὐτὸν γενέσθαι τὸ πάθος νύκτωρ, δώδεκα σταδίους διεχούσης τῆς πόλεως ἀπὸ θαλάσσης, καὶ τούτου τοῦ χωρίου παντὸς σὺν τῇ πόλει καλυφθέντος, δισχιλίους δὲ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πεμφθέντας ἀνελέσθαι μὲν τοὺς νεκροὺς μὴ δύνασθαι, τοῖς δ' ὁμόροις νεῖμαι τὴν χώραν· συμβῆναι δὲ τὸ πάθος κατὰ μῆνιν Ποσειδῶνος· τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἑλίκης ἐκπεσόντας Ἴωνας αἰτεῖν πέμψαντας παρὰ τῶν Ἑλικέων μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος, εἰ δὲ μή, τοῦ γε ἱεροῦ τὴν ἀφίδρυσιν· οὐ δόντων δέ, πέμψαι πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν· τῶν δὲ ψηφισαμένων, οὐδ' ὡς ὑπακοῦσαι· τῷ δ' ἑξῆς χειμῶνι συμβῆναι τὸ πάθος, τοὺς δ' Ἀχαιοὺς ὕστερον δοῦναι τὴν ἀφίδρυσιν τοῖς Ἴωσιν. Ἡσίοδος δὲ καὶ ἄλλης Ἑλίκης μέμνηται Θετταλικῆς.

3. Εἴκοσι μὲν δὴ ἔτη διετέλεσαν γραμματέα κοινὸν ἔχοντες καὶ στρατηγοὺς δύο κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Ἀχαιοί, καὶ κοινοβούλιον εἰς ἕνα τόπον συνήγετο αὐτοῖς, ἐκαλεῖτο δὲ † Ἀρνάριον, ἐν ᾧ τὰ κοινὰ ἐχρημάτιζον καὶ οὗτοι καὶ Ἴωνες πρότερον· εἶτα ἔδοξεν ἕνα χειροτονεῖσθαι στρατηγόν. Ἄρατος δὲ στρατηγήσας ἀφείλετο Ἀντίγονον τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν πατρίδα· προσελάβετο δὲ

quo tempore Pyrrhus in Italiam expeditionem fecit, quattuor in societatem coierunt (συνιοῦσαι) urbes, e quibus erant Dyme et Patræ : tum complures (*reliquas*) de duodecim istis urbibus ad se receperunt, Oleno atque Helice exceptis : quarum illa se noluit adjungere, hæc undis est deleta.

2. Nam terræ motu elatum mare et urbem obruit, et templum Neptuni Heliconii, quod etiamnum venerantur Iones, ibique Panionia sacrificant. Sunt qui hujus sacrificii facere mentionem putent Homerum his versibus (*Il.* 20, 403) :

> Ille autem animam exhalabat et mugiebat, ut quum
> taurus mugit qui trahitur ad Heliconium regem.

Conjecturaque colligunt, posteriorem deductione Ionicæ coloniæ fuisse poetam, utpote qui Panionici sacrificii faciat mentionem, quod in agro Prienensi Iones Neptuno Heliconio conficiunt; nam ipsi etiam Prienenses Helice oriundi esse perhibentur, atque sacrificio isti rex sacrorum creatur juvenis Prienensis. Augetque iis conjecturæ fidem id quod de tauro dicitur : tum enim se perlitare eo sacrificio Iones putant, quum taurus inter operandum mugit. Qui impugnant, illud de tauro ac de sacrificio argumentum ad Helicen transferunt : ibi ista ita fuisse statuta, indeque petitam a poeta comparationem dicentes. Undis Helice absorpta est biennio ante pugnam Leuctricam. Eratosthenes se locum ipse vidisse affirmat, ac nautas dixisse, eo in trajectu stare Neptunum æreum rectum, manu hippocampum tenentem, periculosum piscatoribus. Heraclides sua ætate ait eam accidisse calamitatem noctu, urbe duodecim stadiis a mari dissita, et loco eo toto cum ipsa urbe aquis obruto : bis millia hominum ab Achæis missa, cadavera quidem recuperare non potuisse, finitimis vero agrum divisisse. Accidisse hanc iis cladem ob iram Neptuni. Nam Iones, qui Helice exciderant, missis legatis petiisse ab Helicensibus præcipue quidem simulacrum Neptuni, sin vero id non impetrarent, saltem imaginem templi : quumque nihil obtinerent, idem a tota republica Achæorum petivisse. Quæ quum petitionem eorum decreto suo probavisset, Helicenses ne sic quidem obsecutos esse ; insequenti autem hieme calamitatem illam iis accidisse : Achæos vero postmodo Ionibus templi formam tradidisse. Hesiodus etiam alius meminit Helices Thessalicæ.

3. Enimvero Achæi per viginti [*quinque*] continenter annos communem habuere scribam, et duos quotannis prætores, senatusque eorum communis unum in locum coibat, qui locus Homarium (Ὁμάριον *vel* Ἀμάριον) dicebatur, ubi publicis de negotiis deliberabant, sicut et Iones ante : postea placuit unico uti prætore. Quem magistratum quum gereret Aratus, Antigono Acrocorinthum ademit, Corinthumque, sicut et patriam suam, Achæis

καὶ Μεγαρέας· καὶ τὰς παρ' ἑκάστοις τυραννίδας καταλύων Ἀχαιοὺς ἐποίει τοὺς ἐλευθερωθέντας·....... τὴν δὲ Πελοπόννησον ἠλευθέρωσε τῶν τυραννίδων, ὥστε καὶ Ἄργος καὶ Ἑρμιὼν καὶ Φλιοῦς καὶ Μεγάλη πόλις, ἡ μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ, προσετέθη τοῖς Ἀχαιοῖς, ὅτε δὴ καὶ πλεῖστον ηὔξηντο. Ἦν δ' ὁ καιρός, ἡνίκα Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους ἐκ τῆς Σικελίας ἐκβαλόντες ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Πάδον Γαλάτας. μέχρι δὲ τῆς Φιλοποίμενος στρατηγίας συμμείναντες ἱκανῶς οἱ Ἀχαιοὶ διελύθησαν κατ' ὀλίγον, ἤδη Ῥωμαίων ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἑκάστοις χρωμένων, ἀλλὰ τοὺς μὲν συνέχειν, τοὺς δὲ καταλύειν βουλομένων. εἶτα λέγει αἰτίαν τοῦ ἐμπλατύνεσθαι τοῖς περὶ Ἀχαιῶν λόγοις τὸ ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθέντας, ὡς καὶ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι, μὴ ἀξίως γνωρίζεσθαι.

4. Ἡ δὲ τάξις τῶν τόπων, οὓς κατῴκουν εἰς δώδεκα μέρη διῃρημένοι, τοιαύτη τίς ἐστι· μετὰ Σικυῶνα Πελλήνη κεῖται· εἶτα Αἴγειρα δευτέρα· τρίτη Αἰγαί, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα· τετάρτη Βοῦρα· μετ' αὐτὴν Ἑλίκη, εἰς ἣν καταπεφεύγεισαν Ἴωνες, μάχῃ κρατηθέντες ὑπ' Ἀχαιῶν, καὶ τὸ τελευταῖον ἐξέπεσον ἐνθένδε· μετὰ δὲ Ἑλίκην Αἴγιον καὶ Ῥύπες καὶ Πατρεῖς καὶ Φαρεῖς· εἶτ' Ὤλενος, παρ' ὃν [Πεῖρος] ποταμὸς μέγας (Μέλας). εἶτα Δύμη καὶ Τριταιεῖς. Οἱ μὲν οὖν Ἴωνες κωμηδὸν ᾤκουν, οἱ δ' Ἀχαιοὶ πόλεις ἔκτισαν, ὧν εἰς τινας ὕστερον συνῴκισαν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μερίδων ἐνίας, καθάπερ τὰς Αἰγὰς εἰς Αἴγειραν (Αἰγαῖοι δ' ἐλέγοντο οἱ ἐνοικοῦντες), Ὤλενον δὲ εἰς Δύμην. δείκνυται δ' ἴχνη μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης τοῦ παλαιοῦ τῶν Ὠλενίων κτίσματος· αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἱερὸν ἐπίσημον, [ὃ] Δύμης μὲν ἀπέχει τεσσαράκοντα σταδίους, Πατρῶν δὲ ὀγδοήκοντα. ὁμώνυμοι δ' εἰσὶ ταῖς μὲν Αἰγαῖς ταύταις αἱ ἐν Εὐβοίᾳ, τῷ δὲ Ὠλένῳ τὸ ἐν Αἰτωλίᾳ κτίσμα, καὶ αὐτὸ ἴχνη σῷζον μόνον. ὁ δὲ ποιητὴς τοῦ μὲν ἐν Ἀχαΐᾳ Ὠλένου οὐ μέμνηται, ὥσπερ οὐδ' ἄλλων πλειόνων τῶν περὶ τὸν Αἰγιαλὸν οἰκούντων, ἀλλὰ κοινότερον λέγει·

Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.

τοῦ δ' Αἰτωλικοῦ μέμνηται, ὅταν φῇ·

[οἳ] Πλεῦρων' ἐνέμοντο καὶ Ὤλενον.

τὰς δ' Αἰγὰς ἀμφοτέρας λέγει, τὴν μὲν Ἀχαϊκήν,

οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι·

ὅταν δὲ φῇ·

Αἰγάς, ἔνθα τέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης·
ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων·

βέλτιον δέχεσθαι τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀφ' ὧν εἰκὸς καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον λεχθῆναι· ἐκεῖ δὲ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἡ πραγματεία πεποίηται ἡ περὶ τὸν Τρωικὸν πόλεμον. Πρὸς δὲ ταῖς Ἀχαϊκαῖς Αἰγαῖς ὁ Κρᾶθις ῥεῖ ποταμός, ἐκ δυεῖν ποταμῶν αὐξόμενος, ἀπὸ τοῦ κίρνα-

adjecit; adjunxit etiam Megarenses, et per urbes destructis tyrannidibus, liberatos Achaico inseruit corpori; ** Peloponnesum enim tyrannis liberavit, ita ut Achæis se conjungerent Argos, Hermion, Phlius et maxima Arcadiæ urbium Megalopolis : eoque tempore maxima fecit incrementa fœdus Achaicum. Fuit hoc ea tempestate, qua Romani ejectis e Sicilia Carthaginiensibus expeditionem fecerunt in Gallos circa Padum degentes. Sed Achæorum corpus usque ad Philopœmenis præturam quum bene cohæsisset, paulatim inde dissipatum est, Romanis jam tota Græcia potitis, neque eodem omnes modo tractantibus, quum alias respublicas conservare, alias disjicere studerent. [[Addit deinde Strabo causam, cur latius de Achæis sibi disserendum putaverit : nimirum quod, qui eo potentiæ gloriæque pervenerint ut etiam Lacedæmoniis antecellerent, non satis digne innotuerint.]]

4. Ordo locorum quos Achæi habitabant in duodecim partes divisi, hic est. Post Sicyonem Pellene est sita, deinde secunda Ægira, tertia Ægæ, quæ templum habent Neptuni; quarta Bura; post hanc est Helice, quo Iones confugerunt pugna ab Achæis victi, indeque tandem sunt ejecti : post Helicen Ægium, Rhypes, Patrenses, Pharenses : tum Olenus, et ad eam [*Pirus*] fluvius magnus : post Dyme et Tritæenses. Ac Iones quidem per vicos habitaverunt; Achæi urbes condiderunt, in quarum quasdam postmodo traduxerunt aliarum partium incolas : sicut Ægæ Ægiram sunt translatæ (cives Ægæi appellabantur) et Olenus Dymam. Inter Patras ac Dymen vestigia monstrantur antiquæ Oleniorum habitationis : ibidemque nobile Æsculapii templum, Dyma quadraginta, Patris octoginta stadiis distans. Harum Ægarum cognomines sunt in Eubœa Ægæ : et idem cum Oleno nomen gessit in Ætolia conditum oppidum, cujus item rudera tantum supersunt. Homerus Achaici Oleni non meminit, sicut et aliorum ad Ægialum sive litus hoc habitantium; sed communi hoc omnes dicto complectitur (*Il.* 2, 576):

Litus et Ægiali totum, spatiosam Helicenque.

Ætolici autem Oleni mentionem facit hisce (*Il.* 2, 639) :

Qui Pleuronem habuere, atque Olenum.

Ægas ambas refert : Achaicam urbem hisce (*Il.* 8, 203) :

Qui tibi dona Helicenque et ad Ægas munera portant.

Quum vero dicit (*Il.* 13, 21. 34) :

Ægas, qua stagni domus illi condita in imo est;
Hic Neptunus equos statuit :

præstat Euboicas intelligere, a quibus probabile est etiam Ægæum mare fuisse appellatum : atque ibi fingitur rem gessisse bello Trojano Neptunus. Ad Achaicas porro Ægas fluvius est Crathis, qui ex duobus fluminibus auctus, a

σθαι τὴν ὀνομασίαν ἔχων· ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐν Ἰταλίᾳ Κρᾶθις.

5. Ἑκάστη δὲ τῶν δώδεκα μερίδων ἐκ δήμων συνειστήκει ἑπτὰ καὶ ὀκτώ· τοσοῦτον εὐανδρεῖν τὴν χώραν συνέβαινεν. ἔστι δ' ἡ Πελλήνη στάδια ἑξήκοντα τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη, φρούριον ἐρυμνόν. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι· κεῖται δὲ μεταξὺ Αἰγίου καὶ Πελλήνης· τὰ δὲ Πέλλανα ἕτερα τούτων ἐστί, Λακωνικὸν χωρίον, ὡς πρὸς τὴν Μεγαλοπολῖτιν νεῦον. Αἴγειρα δὲ ἐπὶ βουνοῦ κεῖται. Βοῦρα δ' ὑπέρκειται τῆς θαλάττης ἐν τετταράκοντά πως σταδίοις, ἣν ὑπὸ σεισμοῦ καταποθῆναι συνέβη. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνταῦθα κρήνης Συβάριδος τὸν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμὸν ὀνομασθῆναί φασιν. ἡ δ' Αἰγὰ (καὶ γὰρ οὕτω λέγουσι τὰς Αἰγὰς) νῦν μὲν οὐκ οἰκεῖται, τὴν δὲ πόλιν ἔχουσιν Αἰγιεῖς. Αἴγιον δὲ ἱκανῶς οἰκεῖται· ἱστοροῦσι δ' ἐνταῦθα τὸν Δία ὑπ' αἰγὸς ἀνατραφῆναι, καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος·

αἶξ ἱερή, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν·

ἐπιλέγει δὲ καὶ ὅτι

Ὠλενίην δέ μιν αἶγα Διὸς καλέουσ' ὑποφῆται·

δηλῶν τὸν τόπον, διότι πλησίον Ὠλένη. αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Κερύνεια, ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς ἱδρυμένη. Αἰγιέων δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα καὶ Ἑλίκη καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄλσος τὸ † Αἰνάριον, ὅπου συνῄεσαν οἱ Ἀχαιοὶ βουλευσόμενοι περὶ τῶν κοινῶν. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Αἰγιέων ὁ Σελινοῦς ποταμός, ὁμώνυμος τῷ τε ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τὸ Ἀρτεμίσιον ῥέοντι, καὶ τῷ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ τῷ παρραρέοντι τὸ χωρίον, ὅ φησιν ὠνήσασθαι τῇ Ἀρτέμιδι Ξενοφῶν κατὰ χρησμόν· ἄλλος δὲ Σελινοῦς ὁ παρὰ τοῖς Ὑβλαίοις Μεγαρεῦσιν, οὓς ἀνέστησαν Καρχηδόνιοι. τῶν δὲ λοιπῶν πόλεων τῶν Ἀχαϊκῶν εἴτε μερίδων Ῥύπες μὲν οὐκ οἰκοῦνται, τὴν δὲ χώραν Ῥυπίδα καλουμένην ἔσχον Αἰγιεῖς καὶ Φαριεῖς· καὶ Αἰσχύλος δὲ λέγει που·

Βοῦράν θ' ἱερὰν καὶ κεραυνίας Ῥύπας.

ἐκ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος, ὁ Κρότωνος οἰκιστής· τῆς δὲ Ῥυπίδος καὶ τὸ Λεῦκτρον ἦν, δῆμος τῶν Ῥυπῶν. μετὰ δὲ τούτους Πάτραι, πόλις ἀξιόλογος· μεταξὺ δὲ τὸ Ῥίον † καὶ τὸ Ἀντίρριον, ἀπέχον Πατρῶν στάδια τεσσαράκοντα. Ῥωμαῖοι δὲ νεωστὶ μετὰ τὴν Ἀκτιακὴν νίκην ἵδρυσαν αὐτόθι τῆς στρατιᾶς μέρος ἀξιόλογον, καὶ διαφερόντως εὐανδρεῖ νῦν, ἀποικία Ῥωμαίων οὖσα· ἔχει δὲ ὕφορμον μέτριον. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Δύμη, πόλις ἀλίμενος, πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Στρατός· διαιρεῖ δ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας κατὰ Βουπράσιον ὁ Λάρισος ποταμός, ῥέων ἐξ ὄρους· τοῦτο δ' οἱ μὲν Σκόλλιν καλοῦσιν, Ὅμηρος δὲ πέτρην Ὠλενίην. τοῦ δ' Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτὸ μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν·

mixtione (κραθῆναι) nomen habet. Ab hoc fluvio etiam Italiæ Crathis appellatus est.

5. Quævis autem Achaicarum duodecim portionum pagis constitit septem vel etiam octo : adeo contigit abundare viris eam regionem. Pellene stadiis a mari sexaginta distat, castellum munitum. Est et pagus Pellene inter Ægium et Pellenen, unde nomen Pellenicis chlænis, quas etiam in certaminibus præmii loco proponebant. Pellana autem, Laconicæ locus ab his diversus, ad Megalopolitidem vergunt. Ægira in colle est sita. Bura supra mare ad quadraginta circiter stadia; quam terræ motu absorberi contigit : a Sybaride fonte, qui ibi est, Sybarin Italiæ fluvium denominatum aiunt. Porro Æga (nam sic quoque Ægas appellant) nunc quidem non habitatur; agrum (χώραν) autem habent Ægienses. Ægium incolis satis frequentatur. Ibi narrant Jovem fuisse a capra nutritum, ut et Aratus dicit (*Phæn.* 163) :

Sacra capella, suo quæ dicitur ubere summum
Nutrivisse Jovem;

addens vero etiam :

Oleniam Jovis hanc vates dixere capellam :

quibus significat id prope Olenum (Ὠλένου) evenisse. Est ibi etiam Cerynia (*codd.* Ceraunia) sublimi in petra condita. Et hæc Ægiensium sunt, et Helice et Homarium (Ὁμάριον), Jovis lucus, Achæorum destinatus comitiis. Ægium urbem perfluit amnis Selinus, ejusdem nominis cum Selinunte, qui Ephesi præter Dianæ templum labitur; et cum alio, qui in ea, quæ nunc est, Elide præterit locum, quem Xenophon (*Anab.* 5, 3, 8) dicit se oraculo monitum Dianæ emisse : est et alius Selinus apud Hyblæos Megarenses, quos Carthaginienses expulerunt. Quod ad reliquas sive urbes sive portiones Achaiæ attinet, Rhypes non habitantur : regionem, cui Rhypidi nomen, Ægienses ac Pharenses (Φαρεῖς) tenebant. Et Æschylus alicubi hæc habet :

Sacramque Buran et Ceraunias Rhypes.

Fuit hæc Myscelli patria, qui Crotonem condidit. Sed et Leuctrum pagus fuit Rhypidis, ad urbem Rhypas pertinens. Postea sequuntur Patræ, urbs memorabilis. Intercedunt Rhium (et Antirrhium), Patris distans stadia quadraginta. Romani nuper post Actiacam victoriam eo in coloniam deduxerunt magnam partem exercitus, et nunc Romanorum colonia facta valde copiâ virorum floret; habet mediocrem navium stationem. Deinceps Dyme est, sic dicta, quod ultima est versus occidentem, urbs portu carens. Hanc antea Stratum nominatam, ab Elea dividit apud Buprasium Larisus amnis e monte profluens, quem alii Scollin, Homerus Oleniam petram appellat. Jam quum Dymen Antimachus dixerit Cauconidem, quidam cognomen hoc ei impositum censuerunt propter Caucones, qui (uti supra ostendimus) eo usque pertinuerint; alii a fluvio quodam

οἱ δ' ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δ' Ἰνάχειον, Τροία δὲ Σιμουντίς. δέδεκται δ' οἰκήτορας καὶ ἡ Δύμη μικρὸν πρὸ ἡμῶν, ἀνθρώπους μιγάδας, οὓς ἀπὸ τοῦ πειρατικοῦ πλήθους περιλιπεῖς ἔσχε Πομπήιος, καταλύσας τὰ λῃστήρια καὶ ἱδρύσας τοὺς μὲν ἐν Σόλοις τοῖς Κιλικίοις, τοὺς δ' ἄλλοθι καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα. ἡ δὲ Φάρα συνορεῖ μὲν τῇ Δυμαίᾳ, καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἐκ ταύτης τῆς Φάρας Φαριεῖς, οἱ δ' ἐκ τῆς Μεσσηνιακῆς Φαρᾶται· ἔστι δ' ἐν τῇ Φαραϊκῇ Δίρκη κρήνη, ὁμώνυμος τῇ ἐν Θήβαις. ἡ δ' Ὤλενός ἐστι μὲν ἔρημος, κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης· ἔχουσι δὲ Δυμαῖοι τὴν χώραν. εἶτ' Ἄραξος, τὸ ἀκρωτήριον τῆς Ἠλείας, ἀπὸ Ἰσθμοῦ στάδιοι χίλιοι.

ΚΕΦ. Η.

Ἀρκαδία δ' ἐστὶν ἐν μέσῳ μὲν τῆς Πελοποννήσου, πλείστην δὲ χώραν ὀρεινὴν ἀποτέμνεται. μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ Κυλλήνη· τὴν γοῦν κάθετον οἱ μὲν εἴκοσι σταδίων φασίν, οἱ δ' ὅσον πεντεκαίδεκα. δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη τῶν Ἑλλήνων εἶναι τὰ Ἀρκαδικά, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. διὰ δὲ τὴν τῆς χώρας παντελῆ κάκωσιν οὐκ ἂν προσήκοι μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· αἵ τε γὰρ πόλεις ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων ἠφανίσθησαν, ἔνδοξοι γενόμεναι πρότερον, τήν τε χώραν οἱ γεωργήσαντες ἐκλελοίπασιν ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων, ἐξ ὧν εἰς τὴν προσαγορευθεῖσαν Μεγάλην πόλιν αἱ πλεῖσται συνῳκίσθησαν. νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγάλη πόλις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε, καὶ

ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις·

βοσκήμασι δ' εἰσὶ νομαὶ δαψιλεῖς, καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις τοῖς ἱπποβάτοις· ἔστι δὲ καὶ τὸ γένος τῶν ἵππων ἄριστον τὸ Ἀρκαδικόν, καθάπερ καὶ τὸ Ἀργολικὸν καὶ τὸ Ἐπιδαύριον. καὶ ἡ τῶν Αἰτωλῶν δὲ καὶ Ἀκαρνάνων ἐρημία πρὸς ἱπποτροφίαν εὐφυὴς γέγονεν, οὐχ ἧττον τῆς Θετταλίας.

2. Μαντίνειαν μὲν οὖν ἐποίησεν ἔνδοξον Ἐπαμεινώνδας, τῇ δευτέρᾳ νικήσας μάχῃ Λακεδαιμονίους, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς ἐτελεύτα· καὶ αὐτὴ δὲ καὶ Ὀρχομενὸς καὶ Ἡραία καὶ Κλείτωρ καὶ Φενεὸς καὶ Στύμφαλος καὶ Μαίναλος καὶ Μεθύδριον καὶ Καφυεῖς καὶ Κύναιθα ἢ οὐκέτ' εἰσίν, ἢ μόλις αὐτῶν ἴχνη φαίνεται καὶ σημεῖα. Τεγέα δ' ἔτι μετρίως συμμένει, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀλέας Ἀθηνᾶς· τιμᾶται δ' ἐπὶ μικρὸν καὶ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν κατὰ τὸ Λύκαιον......... ὄρος. τῶν δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων

Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην

εὑρεῖν τε χαλεπόν, καὶ εὑροῦσιν οὐδὲν ὄφελος διὰ τὴν ἐρημίαν.

3. Ὄρη δ' ἐπιφανῆ πρὸς τῇ Κυλλήνῃ Φολόη τε καὶ Λύκαιον καὶ Μαίναλος καὶ τὸ Παρθένιον καλούμενον, καθῆκον ἐπὶ τὴν Ἀργείαν ἀπὸ τῆς Τεγεάτιδος.

Caucone tractum nomen putant, quomodo Thebæ dicuntur Dircææ et Asopides, Argos Inachium, Troja Simuntis. Paullo ante nostram ætatem convenæ homines Dymen habitatum sunt missi, reliquiæ piratarum, quos Pompeius exciderat, quorumque alios Solis Ciliciæ, alios alibi, quosdam etiam Dymæ collocavit. Phara Dymæ est contermina; ejus incolæ Pharenses (Φαρεῖς) dicuntur, dum Messenicæ Pharæ cives vocantur Pharatæ. Est apud Pharenses fons Dirce, Thebano cognominis. Olenus deserta nunc est; sita fuit inter Patras ac Dymen; agrum Dymæi possident. Sequitur Araxus Eleæ promontorium, mille [*triginta*] ab Isthmo stadiis dissitum.

CAP. VIII.

Arcadia in medio est Peloponnesi, plurimamque montosam regionem absumit. Maximus ejus mons est Cyllene, cujus perpendiculum alii viginti, alii quindecim fere stadiorum esse dicunt. Videntur autem Arcadicæ gentes esse vetustissimæ Græcarum, Azanes inquam, Parrhasii et aliæ similes. Ceterum quum prorsus vastata sit hæc regio, prolixius de ea disserere nihil attinet. Nam et urbes continentibus bellis deletæ sunt, quarum aliquando viguerat fama, et agros coloni deseruerunt jam inde ab eo tempore, quo in Megalopolin quam vocant (*i. e. Magnam urbem*), pleræque urbes fuerunt contractæ. Nunc quidem ipsa etiam Megalopolis illud Comici implevit: nam

Est solitudo magna nunc Megalopolis;

at pascua sunt ibi pecori larga, maxime equis et asinis admissariis. Quare equorum Arcadicorum genus optimum est, sicut et Argolicorum et Epidauricorum. Similiter etiam Ætoliæ et Acarnaniæ vastitas ad educandos equos commoda est non minus quam Thessalia.

2. Mantineam quidem Epaminondas nobilitavit, victis ibi Lacedæmoniis altero prœlio, quo ipse etiam occubuit. Verum hæc quoque sicuti Orchomenus, Heræa, Clitor, Pheneus, Stymphalus, Mænalus, Methydrium, Caphyenses ac Cynætha, aut interciderunt, aut vix vestigia earum et indicia apparent. Tegea adhuc mediocriter constat, ac templum Minervæ Aleæ (*codd.* Alææ): honoratur aliquatenus etiam Jovis Lycæi fanum ad montem * Lycæum. Quas vero Homerus refert (*Il.* 2, 606):

Rhipen ac Stratiam et ventosæ mœnia Enispæ,

eas neque facile, neque ulla cum utilitate inveneris, quum sint desertæ.

3. Montes præter Cyllenen insignes sunt Pholoe, Lycæum, Mænalus et Parthenium quod vocant a Tegeatide regione versus Argiam porrectum.

4. Περὶ δὲ τοῦ Ἀλφειοῦ καὶ τοῦ Εὐρώτα τὸ συμβεβηκὸς παράδοξον εἴρηται καὶ τὸ περὶ Ἐρασῖνον τὸν ἐνδιδόντα ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης εἰς τὴν Ἀργείαν νυνί, πρότερον δ' οὐκ ἔχοντα ἔκρυσιν, τῶν βερέθρων, ἃ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα, τυφλῶν ὄντων καὶ μὴ δεχομένων ἀπέρασιν, ὥστε τὴν τῶν Στυμφαλίων πόλιν νῦν μὲν καὶ πεντήκοντα διέχειν σταδίους ἀπὸ τῆς λίμνης, τότε δ' ἐπ' αὐτῆς κεῖσθαι. τἀναντία δ' ὁ Λάδων ἔπαθε, τοῦ ῥεύματος ἐπισχεθέντος ποτὲ διὰ τὴν ἔμφραξιν τῶν πηγῶν· συμπεσόντα γὰρ τὰ περὶ Φενεὸν βέρεθρα ὑπὸ σεισμοῦ, δι' ὧν ἦν ἡ φορά, μονὴν ἐποίησε τοῦ ῥεύματος μέχρι τῶν κατὰ βάθους φλεβῶν τῆς πηγῆς. καὶ οἱ μὲν οὕτω λέγουσιν· Ἐρατοσθένης δέ φησι περὶ Φενεὸν μὲν τὸν Ἀνίαν καλούμενον ποταμὸν λιμνάζειν τὰ πρὸ τῆς πόλεως, καταδύεσθαι δ' εἴς τινας ἠθμούς, οὓς καλεῖσθαι ζέρεθρα· τούτων δ' ἐμφραχθέντων, ἔσθ' ὅτε ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὰ πεδία, πάλιν δ' ἀναστομουμένων ἄθρουν ἐκ τῶν πεδίων ἐκπεσὸν εἰς τὸν Λάδωνα καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἐμβάλλειν, ὥστε καὶ τῆς Ὀλυμπίας κλυσθῆναί ποτε τὴν περὶ τὸ ἱερὸν γῆν, τὴν δὲ λίμνην συσταλῆναι· τὸν Ἐρασῖνον δὲ παρὰ Στύμφαλον ῥέοντα, ὑποδύντα ὑπὸ τὸ ὄρος, ἐν τῇ Ἀργείᾳ πάλιν ἀναφανῆναι· διὸ δὴ καὶ Ἰφικράτη, πολιορκοῦντα τὸν Στύμφαλον καὶ μηδὲν περαίνοντα, ἐπιχειρῆσαι τὴν κατάδυσιν ἀποφράξαι, σπόγγους πορισάμενον πολλούς, παύσασθαι δὲ διοσημίας γενομένης. περὶ Φενεὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ, λιβάδιον ὀλεθρίου ὕδατος νομιζόμενον ἱερόν. τοσαῦτα καὶ περὶ Ἀρκαδίας εἰρήσθω.

5. Πολυβίου δ' εἰρηκότος τὸ ἀπὸ Μαλεῶν ἐπὶ τὰς ἄρκτους μέχρι τοῦ Ἴστρου διάστημα περὶ μυρίους σταδίους, εὐθύνει τοῦτο ὁ Ἀρτεμίδωρος οὐκ ἀτόπως, ἐπὶ μὲν Αἴγιον χιλίους καὶ [τετρακοσ]ίους εἶναι λέγων ἐκ Μαλεῶν ὁδόν, ἐνθένδε εἰς [Κίρραν πλοῦν] διακοσίων, ἐνθένδε διὰ Ἡρακλείας [εἰς Θαυμακοὺς] πεντακοσίων ὁδόν, εἶτα εἰς Λάρισαν [καὶ τὸν Πηνειὸν] τριακοσίων τετταράκοντα, εἶτα διὰ [τῶν Τεμπῶν ἐπὶ τὰς Πη]νειοῦ ἐκβολὰς διακοσίων τετταράκον[τα, εἶτα εἰς τὴν Θεσσα]λονίκειαν ἑξακοσίων ἑξήκοντα, ἐντεῦ[θεν ἐπ' Ἴστρον δι' Εἰδομ]ένης καὶ Στόβων καὶ Δαρδανίων τρισχι[λίους καὶ διακοσίο]υς· κατ' ἐκεῖνον δὴ συμβαίνει τὸ ἐκ [τοῦ Ἴστρου ἐπὶ τὰς Μαλ]έας ἑξακισχιλίων πεντακοσίων. αἴτιον δὲ τούτου, τὸ μὴ τὴν σύντομον καταμετρεῖν, ἀλλὰ τὴν τυχοῦσαν, ἣν ἐπορεύθη τῶν στρατηγῶν τις. οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως καὶ τοὺς οἰκιστὰς προσθεῖναι τῶν τὴν Πελοπόννησον οἰκούντων, οὓς εἶπεν Ἔφορος, τοὺς μετὰ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον· Κορίνθου μὲν Ἀλήτην, Σικυῶνος δὲ Φάλκην, Ἀχαΐας δὲ Τισαμενόν, Ἤλιδος δ' Ὄξυλον, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντην, Λακεδαίμονος δ' Εὐρυσθένη καὶ Προκλῆ, Ἄργους δὲ Τήμενον κ[αὶ Κισσόν, τῶν δὲ] περὶ τὴν Ἀκτὴν Ἀγραῖον καὶ Δηιφόντην.

4. De Alpheo et Eurota, quæ mirabilia narrantur, supra retulimus, sicuti illud de Erasino, qui e Stymphalide ortus in Argiam nunc exit, quum olim effluxio interclusa esset, obturatis ejus profundis voraginibus sive berethris, quæ Zerethra Arcades nuncupant : unde factum est ut Stymphalus urbs nunc etiam vel quinquaginta a palude distet stadiis, quum ante ad ipsum sita esset paludis marginem. Diversum plane est quod Ladoni amni accidit : fluxus interceptus fuit aliquando ob scaturiginis obstructos meatus. Quum enim berethra apud Pheneum terræ motu in sese concidissent, per quæ amnis ferebatur, interceperunt fluxum usque ad venas, quæ in imo scaturiginis erant. Ac nonnulli quidem narrant uti modo dixi; Eratosthenes autem tradit, apud Pheneum Aniam (*Aroanium*?) flumen stagnis effusis vicina urbi loca obtegere; terram vero subire per cola (codd. ἰσθμοὺς) quædam quæ dicantur Zerethra; his autem obturatis, interdum aquas in campos eluviem facere; rursum apertis, aquam e campis confertim dilapsam in Ladonem et Alpheum influere, ita ut et Olympiæ terra, quæ circa templum est, aliquando fuerit aquis inundata, palus autem facta arctior. Porro Erasinum præter Stymphalum labentem subire montem et in Argia rursum erumpere : ideoque Iphicratem, quum in obsidione Stymphali nihil proficeret, multis paratis spongiis conatum fuisse prohibere eam infra terram fluminis demersionem : sed cœpto destitisse, signo divinitus oblato. Propter Pheneum est etiam ea quæ Stygis dicitur aqua, stillicidium aquæ perniciosæ, quam sacram habent. Tantum de Arcadia dictum esto.

5. Polybium a Maleis versus septentrionem ad Istrum usque intervallum circiter decies mille stadiorum numerantem, non inepte corrigit Artemidorus; etenim a Maleis usque ad Ægium mille et quadringentorum stadiorum iter esse ait; hinc ad [*Cirrham navigationem stadiorum*] ducentorum; hinc per Heracleam [*usque ad Thaumacos*] stadiorum quingentorum iter; deinde ad Larissam [*et Peneum fluvium stadiorum*] trecentorum quadraginta; tum per [*Tempe ad Pe*]nei exitum, ducentorum quadraginta; [*tum ad Thessa*]loniceam, sexcentorum sexaginta; hinc [*ad Istrum per Idom*]enam et Stobos et Dardanios, ter mille [*et ducentorum*]. Secundum Artemidorum igitur intervallum [*ab Istro ad Mal*]eas foret stadiorum sex millium quingentorum. Causam errori præbuit, quod non brevissimum interstitium Polybius fuit dimensus, sed annotavit qualiscumque itineris a copiarum ductore aliquo facti quantitatem. Fortassis haud absurde ex Ephoro eos commemoravero hic, qui conditores civitatum fuerunt in Peloponneso post reditum Heraclidarum. Ii fuerunt, Corinthi Aletes, Sicyonis Phalces, Achaiæ Tisamenus, Elidis Oxylus, Messenæ Cresphontes, Lacedæmonis Eurysthenes ac Procles, Argorum Temenus [*et Cissus*], Actæ regionis Agræus (*codd.* Ægæus) et Deiphontes.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἐννάτῳ [τὰ] περὶ τῆς Ἑλλάδος, Ἀθηνῶν μάλιστα πανηγυρικὴν ἔκφρασιν, καὶ Βοιωτίαν καὶ Θετταλίαν μετὰ τῆς παραλίας ταύτης.

ΚΕΦ. Α.

Περιωδευκόσι δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην τῶν συντιθεισῶν τὴν Ἑλλάδα χερρονήσων, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὰς συνεχεῖς ἐπελθεῖν. ἦν δὲ δευτέρα μὲν ἡ προστιθεῖσα τῇ Πελοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα· τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τῆς Φωκίδος τι μέρος καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν, † ὥστε τὸν Κρομμυῶν[α Μεγαρέων] εἶναι, καὶ μὴ Κορινθίων· περὶ τούτων οὖν [λεκτέον νῦν]. Φησὶ δ' Εὔδοξος, εἴ τις νοήσειεν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ Σούνιον, τὸ τῆς Ἀττικῆς ἄκρον, καὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη τεταμένην εὐθεῖαν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἀπολείψειν τὴν Πελοπόννησον ὅλην πρὸς νότον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄρκτον τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν συνεχῆ παραλίαν μέχρι τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ τῆς Μεγαρίδος καὶ συμπάσης τῆς Ἀττικῆς· νομίζει δ' οὐδ' ἂν κ[οιλαίνεσθαι σφόδρα] τὴν ἠιόνα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι [τοῦ Ἰσθμοῦ, ὥστε μεγάλην] ἔχειν ἐπιστροφήν, εἰ μὴ προσῆν τῇ [ἠιόνι ταύτῃ καὶ] τὰ συνεχῆ τῷ Ἰσθμῷ χωρία τὰ [τεινόμενα ἐπὶ τὸν κόλπον] Ἑρμιονικὸν καὶ τὴν Ἀκτήν· ὡς δ' αὔ[τως τὴν ἠιόνα ἀπὸ τῶν Κεραυν]ίων ἐπὶ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἔχειν τινὰ τοσαύ[την ἐπιστρο]φήν, ὥστε κοιλαίνεσθαι κολποειδῶς καθ' αὑ[τήν, ὅπου τὸ] Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον συναγόμενα εἰς στενὸν [ποιεῖται τὴν] ἔμφασιν ταύτην· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ [Κρίσσαν καὶ] τὸν μυχόν, εἰς ἃ καταλήγειν συμβαίνει τὴν [Κρισσαίαν] θάλατταν.

2. Οὕτω δ' εἰρηκότος Εὐδόξου, μαθηματικοῦ ἀνδρὸς καὶ σχημάτων ἐμπείρου καὶ κλιμάτων καὶ τοὺς τόπους τούτους εἰδότος, δεῖ νοεῖν τήνδε τὴν πλευρὰν τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγαρίδι τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Ἰσθμοῦ κοίλην μέν, ἀλλ' ἐπὶ μικρόν. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ κατὰ μέσην που τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν ὁ Πειραιεύς, τὸ τῶν Ἀθηνῶν ἐπίνειον. Διέχει γὰρ τοῦ μὲν Σχοινοῦντος τοῦ κατὰ τὸν Ἰσθμὸν περὶ τριακοσίους πεντήκοντα σταδίους, τοῦ δὲ Σουνίου τριάκοντα καὶ τριακοσίους· [τόσ]ον πώς ἐστι διάστημα καὶ τὸ ἐπὶ Πηγὰς ἀπὸ τοῦ Πει[ραιῶς], ὅσονπερ καὶ ἐπὶ Σχοινοῦντα· δέκα δ' ὅμως στα[δίοις] πλεονάζειν φασί. κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον πρὸς ἄρκτον μὲν ὁ πλοῦς, ἐκκλίνων [δὲ] πρὸς δύσιν.

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Nono libro *complectitur* descriptionem Helladis, Athenarum maxime, quas laudibus evehit; tum Bœotiæ et Thessaliæ cum ejus ora maritima.

CAP. I.

Perfunctis nobis descriptione Peloponnesi, quam primam eamque minimam earum peninsularum, quæ Græciam conficiunt, esse diximus, deinceps etiam reliquæ persequendæ sunt. Secundam ergo eam facimus, quæ Peloponneso Megaridem adjungit: tertiam, quæ huic Atticam apponit Bœotiamque et Phocidis quandam partem ac Locrorum Epicnemidiorum, [ita ut Megarensium sit Crommyon, non Corinthiorum. *Hæc ponenda erant post verba* Megaridem adjungit]. De his itaque nunc dicendum. Eudoxus tradit, si quis a montibus Cerauniis lineam imaginetur ad Sunium, Atticæ promontorium, in directum ductam versus orientem, eam a dextro latere versus meridiem totam Peloponnesum separaturam, a sinistro versus septentriones oram maritimam a Ceranniis montibus continuam usque ad Crissæum sinum et Megaridem et Atticam universam. Existimatque litus, quod a Sunio est usque ad Isthmum non [*magnopere curvum fore*], nec magnum habiturum fuisse flexum, nisi [*ad litus hoc*] pertinerent [*etiam*] continua Isthmo loca, quæ [*tendunt versus sinum*] Hermionicum et Actam. Eodem modo [*litus, quod est a Ceranniis*] versus Corinthiacum sinum, habere quendam ejusmodi flexum, ita ut in sinum curvetur, [*ubi*] Rhium et Antirrhium in arctum conducta talem figuram [*efficiant*]; eodem modo etiam litus circa [*Crissam*] et intimum recessum, in quem desinit mare [*Crissæum*].

2. Hæc quum Eudoxus tradiderit, mathematicus homo, et figurarum inclinationisque locorum peritus, ac qui loca ea perlustraverit, imaginari oportet latus Atticæ cum Megaride a Sunio usque ad Isthmum cavum quidem esse, sed leviter (codd. ἐπίμικτον). Est ibi in medio ferme dictæ lineæ Piræeus Atheniensium navale, distans a Schœnunte, qui est ad Isthmum, ad trecenta quinquaginta stadia, a Sunio trecenta triginta; ac tantum circiter intervallum est etiam ad Pagas (Παγὰς) a Piræeo, quantum ad Schœnuntem: decem tamen stadiis excedere aiunt. Ubi Sunium flexeris, versus septentrionem navigatio est, paullulum ad occidentem deflectens.

3. Ἀκτὴ δ' ἐστὶν ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτ' εἰς τὴν μεσόγαιαν πλατύνεται, μηνοειδῆ δ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστροφὴν λαμβάνει πρὸς Ὠρωπὸν τῆς Βοιωτίας, τὸ κυρτὸν ἔχουσαν πρὸς θαλάττῃ· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ δεύτερον πλευρὸν ἑῷον τῆς Ἀττικῆς. τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιόν ἐστι πλευρόν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος, ἡ Ἀττικὴ ὀρεινή, πολυώνυμός τις, διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς· ὥσθ', ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν, ἰσθμὸν γίνεσθαι τὴν Βοιωτίαν, ἀμφιθάλαττον οὖσαν, τῆς τρίτης χερρονήσου τῆς λεχθείσης, ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ, τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν. διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ἀκτήν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρονομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἀλιτενὲς καὶ στενόν, μήκει δ' ἀξιολόγῳ κεχρημένον, προπεπτωκὸς μέχρι Σουνίου. Ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλα[βόντες τὰς πλευρὰς ἐκ π]αραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἀπελίπομεν.

4. Μετὰ δὴ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολείπουσαι πρὸς θαλάττῃ· ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ Ἰσθμοῦ· οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδός, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν· ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου, τῶν ληιζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινήν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα σκαιὸν τὸν Ἀργέστην Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρα πρόκειται Μινώα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα. ἡ δὲ Νισαία ἐπίνειόν ἐστιν τῶν Μεγάρων, δεκαοκτὼ σταδίους τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἑκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινώα.

5. Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν Ἴωνες εἶχον τὴν χώραν ταύτην, οἵπερ καὶ τὴν Ἀττικήν, οὔπω τῶν Μεγάρων ἐκτισμένων· διόπερ οὐδ' ὁ ποιητὴς μέμνηται τῶν τόπων τούτων ἰδίως, ἀλλ' Ἀθηναίους καλῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀττικῇ πάντας, συμπεριείληφε καὶ τούτους τῷ κοινῷ ὀνόματι, Ἀθηναίους νομίζων· ὡς ὅταν φῇ ἐν τῷ Καταλόγῳ·

οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,

δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς νῦν Μεγαρέας, ὡς καὶ τούτους μετασχόντας τῆς στρατείας. σημεῖον δέ· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο, καὶ ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ·

ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες,

τοὺς Ἀθηναίους λέγει· ταύτης δ' ἦν μερὶς καὶ ἡ Μεγαρίς.

6. Καὶ δὴ καὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵ τε Πελοποννήσιοι καὶ Ἴωνες, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνο-

3. Ceterum [*Attica*] acte est bimaris, *primum angusta*, deinde versus mediterranea dilatatur; nihilo minus vero lunæ formam imitatur flexu versus Oropum Bœotiæ, convexa parte mari obversa. Hoc est alterum orientale Atticæ latus. Reliquum est septentrionem spectans latus Atticæ ab Oropio agro pertinens occasum versus usque ad Megaridem, Attica montana, et multis affecta nominibus, quæ Bœotiam ab Attica dirimit. Itaque, sicuti supra dixi, Bœotia isthmus fit tertiæ earum, quæ commemoratæ sunt, peninsulæ, utrimque mari alluta, intusque coercet partes ad Peloponnesum sitas, Megaridem atque Atticam. Eamque ob causam aiunt antiquitus Actam et Acticam fuisse appellatam, quæ nunc Attica dicitur, quod maxima ejus pars subjacet montibus, ad mare vergens et angusta et in haud mediocrem longitudinem porrecta usque ad Sunium. Hæc ergo *latera* explicabimus, *ab ea* rursus ora *incipientes*, a qua eramus digressi.

4. Post Crommyonem ergo supra Atticam sitæ sunt Scironides petræ, præter quas juxta mare non patet transitus: supra ipsas autem via est, ab Isthmo Megara et in Atticam ducens: adeo autem prope ad petras accedit via, ut multis etiam locis præcipitia propter eam sint ob montem supra situm, qui invius est et altus. Ibi ferunt Scironem, et qui a pinuum curvatione Pityocamptes dictus fuit, consedisse, montanamque regionem latrociniis infestam habuisse: quos Theseus interfecit. Ab summis his saxis a sinistra flantem procellasque cientem Argesten Athenienses Scironem dicunt. Post Scironides petras excurrit promontorium Minoa, quod Nisææ portum conficit. Est autem Nisæa Megarensium navale, distans ab urbe stadiis duodeviginti, et longo utrimque muro ei connexum: idque ipsum etiam Minoa appellabatur.

5. Antiquitus hanc regionem Iones habitabant, ut et Atticam, nondum conditis Megaris. Ideoque Homerus horum locorum mentionem seorsum non facit, sed quum Athenienses vocat omnes Atticæ incolas, communi hoc nomine hos quoque complectitur atque Athenienses esse censet: adeo ut quum in Catalogo ait (*Il.* 2, 546) :

Quique urbem pulchræ tenuerunt molis Athenas :

intelligendi sint etiam qui nunc Megarenses dicuntur, una ipsi quoque tum ad bellum profecti. Cujus rei signum est, quod Attica priscis temporibus dicta fuit Ionia et Ias, et Homerus quum ait (*Il.* 13, 685),

Illic Bœotique et Iaones,

Athenienses significat. Hujus autem Ioniæ pars erat etiam Megaris.

6. Et quidem Peloponnesii et Iones, quum multum de finibus disceptassent, in quibus et Crommyonia fuit, convenerunt aliquando, et in loco de communi sententia

μολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν Ἰσθμόν, ἐπιγραφὴν ἔχουσαν ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους,

τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία·

ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς Μέγαρα,

τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

οἵ τε δὴ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες, πολλὰ διαφωνοῦντες, τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, οἵ γε λόγου ἄξιοι, διότι τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου καὶ Πάλλαντος καὶ τετάρτου Νίσου, καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νίσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ Ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησι τὴν ἀρχήν, Ἄνδρων δὲ μέχρι Ἐλευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου. τὴν δ' εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν· φησὶ δ' ὁ Αἰγεύς, ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀ[πελθεῖ]ν εἰς ἀκτάς, τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας·...... α Λύκῳ

τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων,
Νίσῳ δὲ τὴν ὅμαυλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς, τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
εἴληχε Πάλλας.

ὅτι μὲν οὖν ἡ Μεγαρὶς τῆς Ἀττικῆς μέρος ἦν, τούτοις χρῶνται τεκμηρίοις.

7. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωριέων ἐκπεσεῖν τῆς οἰκείας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικήν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος· οὗτος δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν τῶν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δέ, ὅτι Κόδρος τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευε τότε ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν· ἡττηθέντες δὲ μάχῃ τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν· ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν στήλην τὴν ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας καὶ τοὺς Πελοποννησίους.

8. Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις, συμμένει δ' ὅμως μέχρι νῦν. ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων, ἄνδρα Σωκρατικόν, Μεγαρέα τὸ γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον οἱ Ἠλειακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικόν, ὧν ἦν καὶ Πύρρων, Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετρικοί. ἔστι δ' ἡ χώρα τῶν Μεγαρέων παράλυπρος, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐπέχει τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, ῥάχις τις μηκυνομένη

constituto columnam posuerunt apud ipsum Isthmum: quæ in parte Peloponnesum spectante habebat hanc inscriptionem:

Hæc jam Peloponnesus sunt, non Ionia;

in parte autem Megaris obversa,

Hæc non Peloponnesus jam sunt, sed Ionia.

Et qui Atthida seu res Atticas scripserunt, quanquam in multis dissentiunt, in eo tamen omnes, qui quidem alicujus sunt nominis, consentiunt, quod, quum Pandionidæ fuissent quattuor, Ægeus, Lycus, Pallas et Nisus, Atticaque divisa fuisset in quattuor portiones, Nisus Megaridem sorte obtinuerit Nisæamque condiderit. Philochorus ab Isthmo ad Pythium usque regnum ejus pertigisse scribit; Andro vero usque ad Eleusinem et campum Thriasium. Jam quum divisionem illam in quattuor partes factam alii aliter exponant, sufficiant nobis versus ea de re Sophoclis, apud quem sic loquitur Ægeus: Me pater jussit discedere ad Litus, primariam hujus terræ mihi partem assignans, deinde (δεύτερα?) Lyco

oppositum Eubœæ lateri hortum tribuens;
Niso autem vicinam eximit terram
Scironis oræ; quod regionis ad meridiem est,
asper hic et gigantas educans
Pallas sortitus est.

His ergo argumentis docent Megaridem Atticæ fuisse partem.

7. Post Heraclidarum reditum et regionis partitionem usu venit, ut multi ab iis et Doriensibus una cum iis reversis, suis sedibus pulsi in Atticam migrarent: e quibus fuit etiam Melanthus, Messenæ rex: qui quum singulari pugna Xanthum vicisset Bœotorum regem, ultro ab Atheniensibus rex est creatus. Quum autem exsulum frequentia faceret ut copia virorum floreret Attica, metuentes sibi Heraclidæ, instigantibus eos maxime Corinthiis et Messeniis, illis ob vicinitatem, his, quod tum Codrus Melanthi filius regnum Atticæ tenebat, bellum Atticæ intulerunt: sed prœlio victi ex Attica quidem profligati sunt, Megaricam tamen occupaverunt, et Megaris urbe condita, incolas ex Ionibus fecerunt Dorienses: aboleverunt etiam columnam, quæ Ionum et Peloponnesiorum ditionem disterminabat.

8. Urbs Megarensium, quanquam multas est passa mutationes, tamen etiamnum durat. Habuit aliquando etiam scholam philosophorum, qui Megarici dicebantur, successores Euclidis Socratici, patria Megarensis, quomodo Phædoni Eleo Eleaci successerunt, ipsi quoque Socratico; de quibus etiam Pyrrho fuit: et Menedemo Eretriensi Eretriaci. Est autem regio Megarensium subaspera, sicut et Attica: et majorem ejus partem occupant Onei montes (quasi Asininos diceres), dorsum e Scironiis saxis porrectum ver-

μὲν ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα, διείργουσα δὲ τὴν κατὰ Νίσαιαν θάλατταν ἀπὸ τῆς κατ[ὰ τὰς Παγὰς], Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης.

9. Πρόκειται δ' ἀπὸ Νισαίας πλέοντι εἰς τὴν Ἀττικὴν πέντε νησία. εἶτα Σαλαμὶς ἑβδομήκοντά που σταδίων οὖσα τὸ μῆκος, οἱ δ' ὀγδοήκοντά φασιν· ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν, τὴν μὲν ἀρχαίαν ἔρημον πρὸς Αἴγιναν τετραμμένην καὶ πρὸς νότον, καθάπερ καὶ Αἰσχύλος εἴρηκεν,

Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς·

τὴν δὲ νῦν ἐν κόλπῳ κειμένην ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικήν. Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ Σκιρὰς καὶ Κυχρεία ἀπό τινων ἡρώων, ἀφ' οὗ μὲν Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ ἐπὶ Σκίρῳ ἱεροποιία τις καὶ ὁ μὴν ὁ Σκιροφοριών· ἀφ' οὗ δὲ καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρυλόχου, λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον. ὠνομάσθη δὲ καὶ Πιτυοῦσσα ἀπὸ τοῦ φυτοῦ· ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε διά τε τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μάλιστα δι' Αἴαντα τὸν Τελαμώνιον, καὶ διὰ τὸ περὶ τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχηθῆναι Ξέρξην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καὶ φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. συναπέλαυσαν δὲ καὶ Αἰγινῆται τῆς περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον δόξης, γείτονές τε ὄντες καὶ ναυτικὸν ἀξιόλογον παρασχόμενοι. Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμός, ὁ νῦν Βωκαλία καλούμενος.

10. Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον, τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παρεγγράψαντα ἐν τῷ Νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς τοῦτο,

στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. οὐ παραδέχονται δὲ τοῦθ' οἱ κριτικοὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐπῶν ἀντιμαρτυρεῖν αὐτοῖς. Διὰ τί γὰρ ναυλοχῶν ἔσχατος φαίνεται ὁ Αἴας, οὐ μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ Θετταλῶν;

ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου·

καὶ ἐν τῇ Ἐπιπωλήσει ὁ Ἀγαμέμνων

εὗρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλή[ξιππον
ἑστα]ότ', ἀμφὶ δ' Ἀθηναῖοι, μήστωρες ἀϋτῆς.
αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς,
πὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες.

ἐπὶ δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τοὺς Σαλαμινίους πάλιν,

ἦλθε δ' ἐπ' Αἰάντεσσι·

sus Bœotiam et Cithæronem, et mare quod ad Nisæam est, distinguens ab eo quod [*ad Pagas est*] et Alcyonium dicitur.

9. Naviganti a Nisæa versus Atticam quinque exiguæ insulæ occurrunt. Inde est Salamis, longitudine septuaginta fere, aut, ut alii volunt, octoginta stadiorum; urbem habet cognominem : et prisca quidem deserta est, Æginæ et austro obversa, sicut etiam Æschylus dixit :

Ægina versus Austri flatus est sita ;

nova autem in sinu sita est in loco peninsulam referente et Atticam fere attingente. Antiquitus alia habuit nomina : dicebatur enim Sciras et Cychrea a quibusdam heroibus : unde et Minerva Sciras dicitur et Scira locus Atticæ et ad Scirum sacrificium quoddam et mensis Scirophorion : hinc etiam Cychrides serpens, quem alitum a Cychreo Hesiodus ait ab Eurylocho (*codd.* Eurycle) expulsum esse, quum insulam infestaret, receptumque Eleusine a Cerere in locum administri. Pityussa etiam a pinu, quæ Græcis est *pitys*, dicta fuit. Claruit autem insula hæc quum propter reges ejus (ἐπάρξαντας) Æacidas, præsertim Ajacem Telamonis filium, tum quod ad eam insulam victus navali prœlio a Græcis Xerxes fuga domum contendit. Ceterum Æginetæ quoque in partem gloriæ eo prœlio partæ venerunt, quum vicini essent et memorabilem præbuissent classem. Amnis est insulæ Bocarus, [qui nunc Bocalia appellatur.]

10. Nunc Athenienses possident insulam; quondam cum Megarensibus de ea contenderunt : feruntque Pisistratum aut (ut alii volunt) Solonem, quum in Navium catalogo post versum hunc (*Il.* 2, 557) :

A Salamine aderat cum bis sex navibus Ajax,

regio] cum Ætolia et quibusdam aliis in medio sitis locis Doricæ tetrapolis, juxta Locridem utramque et [*Parnassum*] et Dorienses reliquos. Supra hos jam sunt [*Thessali*] et Ætolorum pars septentrionalis et Acarnanes et nonnullæ ex Epiroticis et Macedonicis gentibus. Oportet vero, id quod supra jam monuimus, regionum harum situm ita cogitatione efformare, ut sint quasi fasciæ quædam parallelæ ab occasu versus septentriones extentæ. Parnassus totus sacer est, habetque specus et alia loca, quæ religiose honorantur atque coluntur : de quibus notissimum est ac pulcherrimum Corycium antrum Nympharum, ejusdem cum Cilicio nominis. Latus Parnassi occiduum Locri Ozolæ tenent, et Dorienses quidam, atque Ætoli juxta Coracem montem Ætolicum : quod vero ortum respicit, Phocenses ac major pars Doriensium, qui Tetrapolin tenent quodammodo Parnasso adjacentem, sed versus ortum tamen partibus suis exuberantem. Latera ergo secundum longitudinem dictarum regionum fasciarumque singularum [*parallela*] sunt omnia; quorum alterum latus septentrionale, alterum [*meridionale*] est; reliqua autem duo latera, occidentale scilicet et orientale, non sunt [*parellela; neque*] enim ora maritima Crisæi sinus usque ad Actium, neque ora maris juxta Eubœam usque ad [*Thessaloniceam*], in quas oras [*desinunt hi*] populi, inter se parallelæ sunt; sed istarum regionum figuræ ita sunt concipiendæ, quasi in triangulo aliquo complures sint juxta [*basim ductæ*] lineæ : nam quas sic absumseris [*figuræ*] parallelæ erunt, quatenus secundum longitudinem latera æqualiter inter se distant, [*non item vero latera secundum latitudinem.*] Hæc ergo rudis est delineatio totius regionis, quæ in sequentibus peragranda nobis restat : nunc singula persequamur, sumpto a Phocide exordio.

2. Hujus urbes nobilissimæ sunt duæ, Delphi et Elatea : Delphi ob templum Apollinis Pythii et oraculum, quod vetustum esse apparet, siquidem Agamemnonem poeta inde petivisse responsum dicit : nam introducitur citharœdus canens (*Od.* 8, 75)

> rixam Ulyssis ac Pelidæ Achillis (Πηλείδεω Ἀχιλῆος),
> ut quondam contenderunt. — Rex autem virorum Agamemno] gaudebat animo.
> Sic enim ei vaticinans prædixerat Phœbus Apollo
> in Pytho.

Hoc ergo Delphos nobilitat; Elateam autem, quod omnium in istis partibus urbium maxima est et opportunissima, quippe sita in ipsis faucibus : ut, qui ea potiatur, aditus in Phocidem ac Bœotiam in sua habeat potestate. Primum enim sunt Œtæi montes, deinde Locrensium ac Phocensium, non ubique pervii exercitibus e Thessalia irrumpentibus, sed transitus habent arctos et suis inclusos terminis, quos adjacentes urbes custodiunt : quas qui ceperit, etiam

τὰς παρόδους. ἐπεὶ δ' ἡ τοῦ ἱεροῦ ἐπιφάνεια τοῦ ἐν Δελφοῖς ἔχει πρεσβεῖον, καὶ ἅμα ἡ θέσις τῶν χωρίων ἀρχὴν ὑπαγορεύει φυσικήν (ταῦτα γάρ ἐστι τὰ ἑσπεριώτατα μέρη τῆς Φωκίδος), ἐντεῦθεν ἀρκτέον.

3. Εἴρηται δ', ὅτι καὶ ὁ Παρνασσὸς ἐπὶ τῶν ἑσπερίων ὅρων ἵδρυται τῆς Φωκίδος. τούτου δὴ τὸ μὲν πρὸς δύσιν πλευρὸν οἱ Λοκροὶ κατέχουσιν οἱ Ὀζόλαι, τὸ δὲ νότιον οἱ Δελφοί, πετρῶδες χωρίον, θεατροειδές, κατὰ κορυφὴν ἔχον τὸ μαντεῖον καὶ τὴν πόλιν, σταδίων ἑκκαίδεκα κύκλον πληροῦσαν. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς ἡ Λυκώρεια, ἐφ' οὗ τόπου πρότερον ἵδρυντο οἱ Δελφοὶ ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ· νῦν δ' ἐπ' αὐτῷ οἰκοῦσι περὶ τὴν κρήνην τὴν Κασταλίαν. πρόκειται δὲ τῆς πόλεως ἡ Κίρφις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους, ὄρος ἀπότομον, νάπην ἀπολιπὸν μεταξύ, δι' ἧς ὁ Πλεῖστος διαρρεῖ ποταμός. ὑποπέπτωκε δὲ τῇ Κίρφι πόλις ἀρχαία Κίρρα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων· ἵδρυται δ' ἀπαντικρὺ Σικυῶνος. πρόκειται δὲ τῆς Κίρρας τὸ Κρισαῖον πεδίον εὔδαιμον. πάλιν γὰρ ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις, Κρῖσα, ἀφ' ἧς ὁ κόλπος Κρισαῖος· εἶτα Ἀντίκυρα, ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλούς, καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν· γίνεσθαι γάρ τι σησαμοειδὲς φάρμακον ἐν τῇ Φωκικῇ, μεθ' οὗ σκευάζεσθαι τὸν Οἰταῖον ἐλλέβορον.

4. Αὕτη μὲν οὖν συμμένει, ἡ δὲ Κίρρα καὶ ἡ Κρῖσα κατεσπάσθησαν, ἡ μὲν [πρότερον ὑπὸ Κρισαίων, αὐτὴ δ' ἡ Κρῖσα] ὕστερον ὑπ' Εὐρυλόχου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν Κρισαῖον πόλεμον· εὐτυχήσαντες γὰρ οἱ Κρισαῖοι διὰ τὰ ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Ἰταλίας τέλη, πικρῶς ἐτελώνουν τοὺς ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀφικνουμένους καὶ παρὰ τὰ προστάγματα τῶν Ἀμφικτυόνων. τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς Ἀμφισσεῦσι συνέβη· Λοκρῶν δ' εἰσὶν οὗτοι τῶν Ὀζολῶν. ἐπελθόντες γὰρ καὶ οὗτοι τήν τε Κρῖσαν ἀνέλαβον, καὶ τὸ πεδίον τὸ ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων ἀνιερωθὲν αὖθις κατεγεώργουν, καὶ χείρους ἦσαν περὶ τοὺς ξένους τῶν πάλαι Κρισαίων. καὶ τούτους οὖν ἐτιμωρήσαντο οἱ Ἀμφικτύονες, καὶ τῷ θεῷ τὴν χώραν ἀπέδοσαν. ὠλιγώρηται δ' ἱκανῶς καὶ τὸ ἱερόν, πρότερον δ' ὑπερβαλλόντως [ἐτιμᾶτο]· δηλοῦσι δ' οἵ τε θησαυροί, οὓς καὶ δῆμοι καὶ δυνάσται κατεσκεύασαν, εἰς οὓς καὶ χρήματα ἀνετίθεντο καθιερωμένα καὶ ἔργα τῶν ἀρίστων δημιουργῶν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ Πυθικὸς καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἱστορουμένων χρησμῶν.

5. Φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθους, οὐ μάλα εὐρύστομον, ἀναφέρεσθαι δ' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν, ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα· ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας τῷ ἱερῷ. πρώτην δὲ Φημονόην γενέσθαι φασὶ Πυθίαν, κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν

transitus occupaverit. Quoniam vero Delphici templi gloria principatum obtinet, simulque ipse situs initium naturæ conveniens suggerit (hæ enim sunt partes Phocidis ultimæ versus occasum), inde incipiemus.

3. Diximus in occidua Phocidis parte situm esse Parnassum. Hujus ergo montis occiduum latus Locri tenent Ozolæ, austrinum Delphi, locum saxosum, theatri forma, in cujus vertice fanum est et urbs ambitu stadia sedecim implens. Supra eam sita est Lycorea, quo in loco antiquitus Delphi supra templum incolebant: nunc ad ipsum degunt templum circa fontem Castaliam. Ante urbem jacet Cirphis versus meridiem, mons præruptus, saltumque in medio relinquens, per quem Plistus amnis fluit. Subjacet Cirphi urbs antiqua Cirrha, sita ad mare e regione Sicyonis; unde adscensus Delphos est stadiorum circiter octoginta. Ante Cirrham situs est Crisæus campus felix: nam sequitur inde alia urbs, Crisa, unde Crisæo sinui nomen. Deinde Anticyra, ejusdem nominis cum ea, quæ ad Œtam est in sinu Maliaco. In Maliaca Anticyra ferunt optimum helleborum nasci, in Phocensi autem melius apparari, ideoque multos ad hanc purgandi sanitatisque causa proficisci: nasci enim in Phocide medicamentum quoddam sesami simile, quo Œtæus temperetur helleborus.

4. Anticyra adhuc durat, Cirrha autem et Crisa deletæ sunt: Cirrha [*prius a Crisæis*, *Crisa ipsa*] deinde ab Eurylocho Thessalo tempore belli Crisæi. Quum enim Crisæi ob portoria e Sicilia et Italia aucti essent opibus, acerbius vectigalia exigebant ab iis, qui ad oraculum proficiscebantur, idque injussu Amphictyonum. Idem Amphissensibus usu venit, qui de corpore sunt Locrorum Ozolarum. Nam hi quoque quum irruptione facta Crisam instaurassent, campum ab Amphictyonibus consecratum rursus culturæ subjecerunt, hospitibusque se inhumaniores quam erat factum a Crisæis, exhibuerunt. Itaque Amphictyones de his quoque pœnas sumserunt, agrumque deo reddiderunt. Nunc quidem vel templum Delphicum negligitur fere, antiquitus autem maximopere [*fuisse cultum*], quum thesauri demonstrant a populis et principibus apparati, in quos consecratæ pecuniæ reponebantur et opera artificum præstantissimorum, tum Pythicum certamen et multitudo celebratorum oraculorum.

5. Oraculum ipsum aiunt esse cavam profunde specum, ostio non admodum lato: ex ea spiritum efferri furoris divini efficacem: supra orificium tripodem situm sublimem, quo conscenso Pythiam, ubi spiritum exceperit, carmine solutaque oratione sortes pronunciare: porro poetas esse quosdam fani administros, qui prosa oratione edita in versus numerosque redigant. Primæ Pythiæ nomen perhibent Phemonoen: aiuntque et vati et urbi nomen factum

οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι, ἐκτετάσθαι δὲ τὴν πρώτην συλλαβήν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου καὶ ἀκαμάτου καὶ διακόνου. ἡ μὲν οὖν ἐπίνοια αὕτη τῆς τε τῶν πόλεων κτίσεως καὶ τῆς τῶν κοινῶν ἱερῶν ἐκτιμήσεως. καὶ γὰρ κατὰ πόλεις συνῄεσαν καὶ κατὰ ἔθνος, φυσικῶς κοινωνικοὶ ὄντες, καὶ ἅμα τῆς παρ' ἀλλήλων χρείας χάριν, καὶ εἰς τὰ ἱερὰ τὰ κοινὰ ἀπήντων διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας, ἑορτὰς καὶ πανηγύρεις συντελοῦντες. φιλικὸν γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον, ἀπὸ τῶν ὁμοτραπέζων ἀρξάμενον καὶ ὁμοσπόνδων καὶ ὁμοροφίων. ὅσῳ δὲ πλεῖον καὶ ἐκ πλειόνων ἐπεδήμει, τοσῷδε μεῖζον καὶ τὸ ὄφελος ἐνομίζετο.

6. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πλεῖον τιμὴ τῷ ἱερῷ τούτῳ διὰ τὸ χρηστήριον συνέβη, δόξαντι ἀψευδεστάτῳ τῶν πάντων ὑπάρξαι, προσέλαβε δέ τι καὶ ἡ θέσις τοῦ τόπου. τῆς γὰρ Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πώς ἐστι τῆς συμπάσης, τῆς τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός, ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλόν, προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὅν φησι Πίνδαρος, ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ ἀετοὶ οἱ ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Διός, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, οἱ δὲ κόρακάς φασι. δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου.

7. Τοιαύτης δὲ τῆς εὐκαιρίας οὔσης τῆς περὶ τοὺς Δελφούς, συνῄεσάν τε ῥᾳδίως ἐκεῖσε, μάλιστα δ' οἱ ἐγγύθεν, καὶ δὴ καὶ τὸ Ἀμφικτυονικὸν σύστημα ἐκ τούτων συνετάχθη, περί τε τῶν κοινῶν βουλευσόμενον καὶ τοῦ ἱεροῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἕξον κοινοτέραν, ἅτε καὶ χρημάτων ἀποκειμένων πολλῶν καὶ ἀναθημάτων, φυλακῆς καὶ ἁγιστείας δεομένων μεγάλης. τὰ πάλαι μὲν οὖν ἀγνοεῖται, Ἀκρίσιος δὲ τῶν μνημονευομένων πρῶτος διατάξαι δοκεῖ τὰ περὶ τοὺς Ἀμφικτύονας καὶ πόλεις ἀφορίσαι τὰς μετεχούσας τοῦ συνεδρίου καὶ ψῆφον ἑκάστῃ δοῦναι, τῇ μὲν καθ' αὑτήν, τῇ δὲ μεθ' ἑτέρας ἢ μετὰ πλειόνων, ἀποδεῖξαι δὲ καὶ τὰς Ἀμφικτυονικὰς δίκας, ὅσαι πόλεσι πρὸς πόλεις εἰσίν· ὕστερον δ' ἄλλαι πλείους διατάξεις γεγόνασιν, ἕως κατελύθη καὶ τοῦτο τὸ σύνταγμα, καθάπερ τὸ τῶν Ἀχαιῶν. αἱ μὲν οὖν πρῶται δυοκαίδεκα συνελθεῖν λέγονται πόλεις· ἑκάστη δ' ἔπεμπε Πυλαγόραν, δὶς κατ' ἔτος οὔσης τῆς συνόδου, ἔαρός τε καὶ μετοπώρου· ὕστερον δὲ καὶ πλείους προσῆλθον πόλεις. τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν, τὴν μὲν ἐαρινήν, τὴν δὲ μετοπωρινήν, ἐπειδὴ ἐν Πύλαις συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσιν· ἔθυον δὲ τῇ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἐγγὺς μετῆν καὶ τούτων καὶ τοῦ μαντείου, ὕστερον δὲ καὶ οἱ πόρρωθεν ἀφικνοῦντο καὶ ἐχρῶντο τῷ μαντείῳ καὶ ἔπεμπον δῶρα καὶ θησαυροὺς κατεσκεύαζον, καθάπερ Κροῖσος καὶ ὁ πατὴρ Ἀλυάττης καὶ Ἰταλιωτῶν τινες καὶ Σικελοί.

8. Ἐπίφθονος δ' ὢν ὁ πλοῦτος δυσφύλακτός ἐστι, κἂν ἱερὸς ᾖ. νυνί γέ τοι πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν χρημάτων γε χάριν, τῶν δ' ἀναθημάτων τὰ

a percunctando, quod est πυθέσθαι, producta tamen prima syllaba, ut in vocibus ἀθάνατος, ἀκάματος,(διάκονος). [Eodem igitur consilio (ἡ αὐτὴ) et urbes condebant et communia honorabant sacra. Etenim secundum civitates gentesque inter se conveniebant, quum natura ad communicationem facti, tum utilitatum invicem percipiendarum gratia, iisdemque de causis et ad sacrificia communia festosque dies et solennitates celebranda coibant. Ad amicitiam quippe conducit quidquid a mensæ, libationum contuberniique proficiscitur communitate : quod quanto erat majus et ex pluribus peregre convenientibus collectum, tanto etiam majore cum utilitate conjunctum habebatur.]

6. Quamquam vero Delphico fano maximam honoris tanti partem oraculum comparavit, omnium minime fallax existimatum, tamen situs quoque loci nonnihil contulit. Sunt enim Delphi fere in medio siti totius Græciæ, quæ et extra isthmum et intra est : quin etiam in medio totius terrarum orbis jacere crediderunt, terræque umbilicum dixerunt, fabulam insuper commenti, quæ apud Pindarum refertur, ibi locorum convenisse duas aquilas (alii corvos aiunt) a Jove emissas, alteram ab ortu, ab occasu alteram solis. Monstratur etiam umbilicus quidam in eo templo fasciis velatus, inque eo duæ aquilarum quas fabula celebrat, imagines.

7. Ob tantam Delphorum opportunitatem, facile eo, maxime qui erant in vicinia, conveniebant, atque Amphictyonicum etiam collegium ex his compositum est, quod et de publicis consultaret rebus, et templi communiorem sustineret procurationem, multis ibi pecuniis, multis depositis donariis, quæ accurata indigebant custodia atque sanctimonia. Antiquiora quidem ignorantur; Acrisius vero primus memoratur qui Amphictyonum ordinem instituerit, et urbes definiverit, quibus eo in consessu locus esset, singulisque suffragii lationem tribuerit, aliis pro se, aliis cum una aliqua aut pluribus aliis communicata sententia; qui denique Amphictyonibus judicia demandaverit, quibus urbium inter se lites disceptarentur. Postea temporis plures sunt factæ constitutiones, donec illud quoque abolitum est collegium, itidem ut Achæorum. Principio convenisse dicuntur duodecim civitates, quarum quævis suum mitteret legatum, Pylagoram dictum : conveniebatur bis per annum, scilicet vere et autumno : postmodo plures etiam civitates se adjunxerunt. Concilium Pylæum nominabant, alterum vernum, alterum autumnale, quia ad Pylas conveniebant, quæ etiam Thermopylæ appellantur. Cereri sacrificabant Pylagoræ. Atque initio quidem his et oraculo vicini duntaxat utebantur : insecutis deinde temporibus etiam procul adveniebant, qui oraculum consulerent, et dona mittebant et thesauros condebant, sicut Crœsus ejusque pater Alyattes et nonnulli ex Italis Siculisque.

8. Ceterum divitiæ, quia invidiæ sunt obnoxiæ, difficulter custodiuntur, etiamsi sacræ sint. Nunc quidem pauperrimum est Delphicum templum quod pecuniam attinet, donariorum autem pars quidem sublata est, pars

μὲν ἦρται, τὰ δὲ πλείω μένει. πρότερον δὲ πολυχρήματον ἦν τὸ ἱερόν, καθάπερ Ὅμηρός τε εἴρηκεν

(οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ),

καὶ οἱ θησαυροὶ δηλοῦσι καὶ ἡ σύλησις ἡ γενηθεῖσα ὑπὸ τῶν Φωκέων, ἐξ ἧς ὁ Φωκικὸς καὶ ἱερὸς καλούμενος ἐξήφθη πόλεμος. αὕτη μὲν οὖν ἡ σύλησις γεγένηται κατὰ Φίλιππον τὸν Ἀμύντου, προτέραν δ' ἄλλην ὑπονοοῦσιν ἀρχαίαν, ἣ τὸν ὑφ' Ὁμήρου λεγόμενον πλοῦτον ἐξεφόρησεν· οὐδὲ γὰρ ἴχνος αὐτοῦ σωθῆναι πρὸς τοὺς ὕστερον χρόνους, ἐν οἷς οἱ περὶ Ὀνόμαρχον καὶ Φάυλλον ἐσύλησαν τὸ ἱερόν, ἀλλὰ τὰ μὲν [τότε] ἀπενεχθέντα νεώτερα ἐκείνων εἶναι τῶν χρημάτων· ἀποκεῖσθαι γὰρ ἐν θησαυροῖς ἀπὸ λαφύρων ἀνατεθέντα, ἐπιγραφὰς σώζοντα, ἐν αἷς καὶ οἱ ἀναθέντες· Γύγου γὰρ καὶ Κροίσου καὶ Συβαριτῶν καὶ Σπινητῶν τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων. οὔτ[ε τούτοις ἂν προσ]ήκοι τὰ παλαιὰ χρήματα ἀναμεμῖχθαι· [ὡς] καὶ ἄλλοι τόποι διασημαίνουσιν ὑπὸ τούτων σκευωρηθέντες τῶν ἀνδρῶν. ἔνιοι δὲ τὸν ἀφήτορα δεξάμενοι λέγεσθαι θησαυρόν, ἀφήτορος δ' οὐδὸν κατὰ γῆς θησαυρισμόν, ἐν τῷ ναῷ κατωρύχθαι φασὶ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ὀνόμαρχον ἐπιχειρήσαντας ἀνασκάπτειν νύκτωρ, σεισμῶν γενομένων μεγάλων, ἔξω τοῦ ναοῦ φυγεῖν καὶ παύσασθαι τῆς ἀνασκαφῆς, ἐμβαλεῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις φόβον τῆς τοιαύτης ἐπιχειρήσεως.

9. Τῶν δὲ ναῶν τὸν μὲν πτέρινον εἰς τοὺς μύθους τακτέον, τὸν δὲ δεύτερον Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους ἔργον φασί, τὸν δὲ νῦν Ἀμφικτύονες κατεσκεύασαν. δείκνυται δ' ἐν τῷ τεμένει 'τάφος Νεοπτολέμου κατὰ χρησμὸν γενόμενος, Μαχαιρέως, Δελφοῦ ἀνδρός, ἀνελόντος αὐτόν, ὡς μὲν ὁ μῦθος, δίκας αἰτοῦντα τὸν θεὸν τοῦ πατρῴου φόνου, ὡς δὲ τὸ εἰκός, ἐπιθέμενον τῷ ἱερῷ. τοῦ δὲ Μαχαιρέως ἀπόγονον Βράγχον φασὶ τὸν προστατήσαντα τοῦ ἐν Διδύμοις ἱεροῦ.

10. Ἀγὼν δὲ ὁ μὲν ἀρχαῖος ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῶν ἐγενήθη, παιᾶνα ᾀδόντων εἰς τὸν θεόν· ἔθηκαν δὲ Δελφοί· μετὰ δὲ τὸν Κρισαῖον πόλεμον οἱ Ἀμφικτύονες ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν ἐπ' Εὐρυλόχου διέταξαν στεφανίτην καὶ Πύθια ἐκάλεσαν. προσέθεσαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς, ἀποδώσοντάς τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός. πέντε δ' αὐτοῦ μέρη ἐστίν, ἄγκρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμός, ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, σύριγγες. ἐμελοποίησε μὲν οὖν Τιμοσθένης, ὁ ναύαρχος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα βίβλοις. βούλεται δὲ τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν πρὸς τὸν δράκοντα διὰ τοῦ μέλους ὑμνεῖν, ἀνάκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν, ἄμπειραν δὲ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ ἀγῶνος, κατακελευσμὸν δὲ αὐτὸν τὸν ἀγῶνα, ἴαμβον δὲ καὶ δάκτυλον τὸν ἐπιπαιωνισμὸν τὸν [γινόμενον] ἐπὶ τῇ νίκῃ μετὰ τοιούτων ῥυθμῶν, ὧν ὁ μὲν

vero adhuc restat. Priscis temporibus opulentum admodum fuit, quod et Homerus docet (*Il.* 9, 404)

Saxea nec quantas divini limina Phœbi
Complectuntur opes intra Delphos scopulosos,

et thesauri ostendunt, et direptio a Phocensibus facta, unde Phocicum sive sacrum exarsit bellum. Hæc facta est tempore Philippi Amyntæ filii; aliam autem ea priorem suspicantur antiquitus evenisse, quæ divitias ab Homero commemoratas egesserit, quarum ne vestigium quidem ad posteriores pervenerit, et eam tempestatem, qua Onomarchus et Phayllus templum deprædati sunt: nam [*tunc*] direptas res recentiores esse Homericis illis. Reposita enim esse in thesauris donaria de spoliis dedicata, incolumibus adhuc inscriptionibus, quibus dedicatores indicarentur, ut Gygis et Crœsi et Sybaritarum et Spinetarum qui ad Adriam accoluerunt, et sic de reliquis; neque [*convenerit his*] veteres divitias fuisse permixtas, [*ut*] alia etiam loca demonstrant a prædonibus illis perfossa. Nonnulli autem in Homeri versibus ἀφήτορα thesaurum intelligunt, et aphetoris limen, thesaurum in terra abditum: aiuntque opes istas in templo fuisse defossas: Onomarchum autem cum sociis noctu aggressum eas effodere, magnis obortis terræ motibus, e templo profugisse et finem fodiendi fecisse: alios quoque hoc eventu a simili conatu fuisse deterritos.

9. De templis id, quod e pennis constitisse dicitur, inter fabulas reponi par est; secundum opus Agamedis et Trophonii esse aiunt; quod nunc exstat, condiderunt Amphictyones. In luco sepulcrum visitur Neoptolemi, oraculi jussu factum, interfecti a Machæreo Delphico viro, uti fabulæ quidem ferunt, quum pœnas a deo paternæ cædis posceret, probabiliter vero quum opes templi invaderet. Hujus Machærei de stirpe postea natum ferunt Branchum, qui templo Didymæo præfuit.

10. Certamen apud Delphos antiquitus fuit citharœdorum, pæanem in laudem dei canentium: institutum a Delphis. Post Crisæum vero bellum sub Eurylocho Amphictyones equestre et gymnicum certamen instituerunt, corona victori præmii loco proposita, et Pythia nominaverunt. Adjecerunt autem citharœdis tibicines, et qui cithara luderent sine cantu, modularenturque carmen quod nomus sive modus Pythius dicitur. Quinque sunt ejus partes: anacrusis sive præludium, ampira sive experimentum, katakeleusmus sive cohortatio, iambi et dactyli, syringes seu fistulæ sibilæ. Carmen composuit Timosthenes secundo Ptolemæo classis præfectus, qui de portubus quoque volumen composuit, decem libris constans. Vult autem Apollinis adversus draconem certamen celebrari eo carmine, et anacrusin significare præludium, ampiram certaminis initium, katakeleusmum ipsam pugnam, iambum et dac-

ὕμνοις ἐστὶν οἰκεῖος, ὁ δ' ἴαμβος κακισμοῖς, ὡς καὶ τὸ ἰαμβίζειν, σύριγγας δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου (μιμουμένων), ὡς ἂν καταστρέφοντος εἰς ἐσχάτους τινὰς συριγμούς.

11. Ἔφορος δ', ᾧ τὸ πλεῖστον προσχρώμεθα διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἐπιμέλειαν, καθάπερ καὶ Πολύβιος μαρτυρῶν τυγχάνει, ἀνὴρ ἀξιόλογος, δοκεῖ μοι τἀναντία ποιεῖν ἔσθ' ὅτε τῇ προαιρέσει καὶ ταῖς ἐξ ἀρχῆς ὑποσχέσεσιν. ἐπιτιμήσας γοῦν τοῖς φιλομυθοῦσιν ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπαινέσας προστίθησι τῷ περὶ τοῦ μαντείου τούτου λόγῳ σεμνήν τινα ὑπόσχεσιν, ὡς πανταχοῦ μὲν ἄριστον νομίζει τἀληθές, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. ἄτοπον γάρ, εἰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων τὸν τοιοῦτον ἀεὶ τρόπον διώκομεν, φησί, περὶ δὲ τοῦ μαντείου λέγοντες, ὃ πάντων ἐστὶν ἀψευδέστατον, τοῖς οὕτως ἀπίστοις καὶ ψευδέσι χρησόμεθα λόγοις. ταῦτα δ' εἰπὼν ἐπιφέρει παραχρῆμα, ὅτι ὑπολαμβάνουσι κατασκευάσαι τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνα μετὰ Θέμιδος, ὠφελῆσαι βουλόμενον τὸ γένος ἡμῶν· εἶτα τὴν ὠφέλειαν εἰπών, ὅτι εἰς ἡμερότητα προὐκαλεῖτο καὶ ἐσωφρόνιζε, τοῖς μὲν χρηστηριάζων καὶ τὰ μὲν προστάττων, τὰ δ' ἀπαγορεύων, τοὺς δ' οὐδ' ὅλως προσιέμενος. ταῦτα δὲ διοικεῖν νομίζουσι, φησίν, αὐτόν, οἱ μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν σωματοειδῆ γινόμενον, οἱ δ' ἀνθρώποις ἔννοιαν παραδιδόντα τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως.

12. Ὑποβὰς δέ, περὶ τῶν Δελφῶν, οἵτινές εἰσι, διαλεγόμενος, φησὶ τὸ παλαιὸν Παρνασσίους τινὰς αὐτόχθονας καλουμένους οἰκεῖν τὸν Παρνασσόν· καθ' ὃν χρόνον Ἀπόλλωνα, τὴν γῆν ἐπιόντα, ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν ἡμέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων, ἐξ Ἀθηνῶν δ' ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς ταύτην ἰέναι τὴν ὁδόν, ᾗ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι· γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπέας Τιτυὸν καταλῦσαι, ἔχοντα τὸν τόπον, βίαιον ἄνδρα καὶ παράνομον· τοὺς δὲ Παρνασσίους, συμμίξαντας αὐτῷ, καὶ ἄλλον μηνῦσαι χαλεπὸν ἄνδρα, Πύθωνα τοὔνομα, ἐπίκλησιν δὲ Δράκοντα, κατατοξεύοντος δ' ἐπικελεύειν ἵε παιάν, ἀφ' οὗ τὸν παιωνισμὸν οὕτως ἐξ ἔθους παραδοθῆναι τοῖς μέλλουσι συμπίπτειν εἰς παράταξιν· ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ σκηνὴν τότε τοῦ Πύθωνος ὑπὸ τῶν Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι † καὶ ἀεὶ ὑπόμνημα ποιουμένους τῶν τότε γενομένων. τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον, ἢ Ἀπόλλων τοξεύων καὶ κολάζων Τιτυοὺς καὶ Πύθωνας καὶ ὁδεύων ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Δελφοὺς καὶ γῆν πᾶσαν ἐπιών; εἰ δὲ ταῦτα μὴ ὑπελάμβανε μύθους εἶναι, τί ἐχρῆν τὴν μυθευομένην Θέμιν γυναῖκα καλεῖν, τὸν δὲ μυθευόμενον δράκοντα ἄνθρωπον; πλὴν εἰ συγχεῖν ἐβούλετο τόν τε τῆς ἱστορίας καὶ τὸν τοῦ μύθου τύπον. παραπλήσια τούτοις καὶ τὰ περὶ τῶν Αἰτωλῶν εἰρημένα. φήσας γὰρ ἀπορθήτους αὐτοὺς ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου, τοτὲ μὲν Αἰολέας φησὶν οἰκῆσαι τοὺς κατέχοντας βαρβάρους ἐκβαλόντας, τοτὲ δ' Αἰτωλὸν μετὰ τῶν ἐξ Ἤλιδος Ἐπειῶν· .... τῶν ἐχθρῶν· τούτους δ' ὑπ' Ἀλκ-

tylum pæanem, qui victoriæ accinitur talibus rhythmis, quorum dactylicus hymnis aptus est, iambus exprobrationibus, unde (ὅθεν) etiam iambizare dicitur: fistulas autem mortem serpentis, vitam cum sibilis quibusdam finientis.

11. Ephorus, quo plurimum utimur ob diligentiam in talibus rebus (quod et Polybius testatur, vir magnæ auctoritatis), videtur mihi nonnunquam contrarium ejus facere, quod ab initio instituerat ac promiserat. Quum enim insectatus esset eos, qui in scriptione historiæ fabulis gaudent admiscendis, veritatemque laudibus evexisset, sermoni de hoc oraculo promissum adjicit gravitatis plenum, se quum alias veritatem maximi facere, tum vel apprime in hoc argumento. Absurdum enim est, inquit, si veritatem ceteris in rebus sectantes, de oraculo dicturi omnium veracissimo, ita incredibilibus et falsis utamur narrationibus. His vero statim subjicit, opinionem receptam esse, Apollinem cum Themide oraculum istud condidisse, quum prodesse nostro generi vellet: deinde utilitatem hanc exprimit: nempe eum homines ad mansuetudinem et modestiam provocasse, dum aliis oracula edens vel mandaret aliquid vel interdiceret, alios omnino arceret. Hæc vero, inquit, ipsum censent facere alii corpore assumto, alii, quod hominibus quibusdam suæ voluntatis notitiam inderet.

12. Paullo post de Delphis disputans, quinam ii essent, ait, Parnassios quosdam indigenas priscis temporibus Parnassum habitavisse: quo tempore Apollinem terras obientem homines mitigasse eo quod frugibus uti et ratione victus mitioribus doceret. Athenis vero Delphos proficiscentem ea perrexisse via, qua nunc Athenienses pompam Pythiam mittunt. Ibi quum ad Panopenses pervenisset, Tityum ab eo interfectum fuisse, qui ejus loci dominus, violentus erat atque injurius homo. Tum ei se adjunxisse Parnassios, aliumque intolerabilem detulisse hominem, Pythonem nomine, cognomento Draconem: et quum sagittis eum deus peteret, hos acclamasse, Hie Pæan: atque hinc pugnam inituris conflicturisque jam hunc morem receptum, ut Pæana conclament: tum etiam incensum esse a Delphis tabernaculum Pythonis, et etiam nunc eos tugurium incendere (καίειν), eorum quæ tunc facta sint renovantes memoriam. At enim quid fabulosius dici potest, quam Apollo arcu feriens, Tityosque et Pythones suppliciis afficiens, proficiscensque Athenis Delphos, et totam obambulans terram? Quod si hæc non putavit esse fabulas, quid erat cur fabulis vulgatam Themidem mulierem et fabulosum draconem hominem diceret? nisi fortasse confundere modum historiæ cum fabulis voluit. Ejusdem sunt modi etiam quæ de Ætolis dixit: quos quum asseruisset nunquam fuisse devastatos, aliquando dicit Æolenses ibi habitasse ejectis barbaris, alias Ætolum cum Epeis ex Elide advenis: [*hunc vero ab illis victum esse?*] hostibus,

μαίωνος καὶ Διομήδους. ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τοὺς Φωκέας.

13. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν Ἀντίκυραν πολίχνιόν ἐστιν † ὄπισθεν ὁ Μάραθος· εἶτ' ἄκρα Φαρύγιον, ἔχουσα ὕφορμον· εἶθ' ὁ λιμὴν ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος. οὐδ' αἱ Ἄβαι δὲ τὸ μαντεῖον ἄπωθεν τῶν τόπων τούτων ἐστίν, οὐδ' ἡ Ἄμβρυσος, [οὐδ' ἡ Με]δεὼν ὁμώνυμος τῇ Βοιωτιακῇ. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκά φασι δυναστεῦσαι (καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι, Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησί)· τοὔνομα δὲ τῷ τόπῳ γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ' ὕστερον Δαυλίαν. καὶ τὸ

[οἳ] Κυπάρισσον ἔχον

δέχονται διττῶς· οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως, κώμην ὑπὸ τῇ Λυκωρείᾳ.

14. Πανοπεὺς δ' ὁ νῦν Φανοτεύς, ὅμορος τοῖς περὶ Λεβάδειαν τόποις, ἡ τοῦ Ἐπειοῦ πατρίς. καὶ τὰ περὶ τὸν Τιτυὸν δὲ ἐνταῦθα μυθεύουσιν. Ὅμηρος δέ φησιν, ὅτι οἱ Φαίηκες τὸν Ῥαδάμανθυν εἰς Εὔβοιαν

ἤγαγον, ὀψόμενον Τιτυὸν γαιήιον υἱόν·

καὶ Ἐλάριόν τι σπήλαιον ἀπὸ τῆς Τιτυοῦ μητρὸς Ἐλάρας δείκνυται κατὰ τὴν νῆσον καὶ ἡρῷον τοῦ Τιτυοῦ καὶ τιμαί τινες. πλησίον δὲ Λεβαδείας καὶ ἡ Τραχίν, ὁμώνυμος τῇ Οἰταίᾳ, Φωκικὴ πολίχνη· οἱ δ' ἐνοικοῦντες Τραχίνιοι λέγονται.

15. Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους· καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ διήκων· ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν τε καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστησαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐπέτρεψαν καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι· τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν. εἶθ' Ὑάμπολις (Ὕα μετὰ ταῦτα ἐκλήθη ὑπό τινων), εἰς ἣν ἐκ Βοιωτίας ἐκπεσεῖν ἔφαμεν τοὺς Ὕαντας· ἔστι δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ μάλιστα καὶ αὕτη, πλησίον τῶν Παραποταμίων, ἑτέρα οὖσα τῆς ἐν τῷ Παρνασσῷ Ὑαμπεί[ας], καὶ Ἐλάτεια, ἡ μεγίστη πόλις τῶν Φωκικῶν, ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ οἶδε· νεωτέρα γάρ ἐστι τῆς ἡλικίας ἐκείνης· ἐπικαιρίως δ' ἵδρυται πρὸς τὰς ἐκ τῆς Θετταλίας εἰσβολάς. δηλοῖ δὲ τὴν εὐφυΐαν ταύτην καὶ Δημοσθένης, φράζων τὸν θόρυβον τὸν γενηθέντα Ἀθήνησιν αἰφνιδίως, ἐπειδὴ ἧκέ τις ἀπαγγέλλων ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται.

16. Παραποτάμιοι δ' εἰσὶ κατοικία τις ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ ἱδρυμένη πλησίον Φανοτεῦσι καὶ Χαιρωνεῦσι καὶ Ἐλατείᾳ. φησὶ δὲ Θεόπομπος τὸν τόπον τοῦτον διέχειν τῆς μὲν Χαιρωνείας ὅσον τετταράκοντα σταδίους, διορίζειν δὲ τοὺς Ἀμβρυσέας καὶ Πανοπέας καὶ Δαυλιέας· κεῖσθαι δ' ἐπὶ τῆς ἐμβολῆς τῆς ἐκ Βοιωτίας

bus, hos autem ab Alcmæone et Diomede tandem. Sed ego ad Phocidem revertor.

13. Primum in ora maritima post Anticyram oppidulum a tergo (?) est Marathus; deinde promontorium Pharygium, quod stationem habet navium; postea extremus portus, Mychus ille ab eventu dictus, sub Helicone et Ascra situs. Neque longe ab istis locis absunt Abæ oraculum habentes et Ambrysus, et Medeon ejusdem cum Bœotica urbe nominis. Magis adhuc in mediterraneis versus ortum solis a Delphis oppidulum est Daulis, ubi ferunt Tereum illum Thracem dominatum fuisse [eodem etiam fabulam de Procne et Philomela referunt; Thucydides autem Megaris eam assignat]. Nomen Daulidis videtur ductum a locis silvosis; hos enim Daulos vocant. Homerus (*Il.* 2, 520) Daulidem dicit, posteriores vero Dauliam. Illud vero (*Il.* 2, 519):

Qui Cyparisson habent,

dupliciter exponunt. Sunt enim, qui vocem a cupresso deducant: alii a Cyparisso quodam pagum dictum malunt, sub Lycorea situm.

14. Panopeus, qui Phanoteus nunc vocatur, vicinus est locis circum Lebadiam sitis; patria Epei. Ibi fabulæ Tityum collocant. Secundum Homerum autem (*Od.* 7, 324) Rhadamanthum Phæaces in Eubœam

duxerunt ut inviseret Tityum Terræ filium.

Porro Elaria quædam spelunca ab Elara matre Tityi dicta in insula monstratur, et heroum Tityi et honores quidam eidem habiti. Prope Lebadiam etiam Trachin est, Phocicum oppidulum, ejusdem cum Œtæa Trachine nominis: incolæ Trachinii dicuntur.

15. Anemoria (*Ventosa*) nomen habet ab re cui obnoxia est: nam procellæ ventorum in eam decumbunt a Catopterio, quod est præcipitium huc a Parnasso pertingens. Is locus finis fuit Phocensium et Delphorum, quo tempore Lacedæmonii Delphos a corpore Phocensium separaverunt, et seorsum remp. habere suam jusserunt. Ceterum nonnulli Anemoliam appellant. Sequitur Hyampolis (postea a nonnullis Hya vocata), in quam ejectos e Bœotia Hyantes migrasse diximus. Hæc quoque sita est in maxime mediterraneis, propinqua Parapotamiis, diversaque ab Hyampea ad Parnassum, et Elatea maxima Phocidis urbs, ignorata tamen Homero, utpote ætate ejus recentior; opportune admodum sita est ad aditum e Thessalia: quam situs commoditatem etiam Demosthenes expressit, narrans tumultum subito Athenis ortum, quum ad Prytanes nuncius venisset, captam esse Elateam referens.

16. Parapotamii vicus est in ripa Cephissi, vicinus Phanotensibus, Chæronensibus et Elateæ. Theopompus hunc locum distare ait a Chæronea stadiis circiter quadraginta, et disterminare Ambrysenses et Panopenses atque Daulienses. Situm esse in mediocriter sublimi colle prope

εἰς Φωκέας ἐν λόφῳ μετρίως ὑψηλῷ, μεταξὺ τοῦ τε Παρνασσοῦ καὶ τοῦ [Ἀδυλίου ὄ]ρους πενταστάδιον σχεδόν τι ἀπολειπόντων ἀν ......ρίων, διαιρεῖν δὲ τὸν Κηφισσόν, στενὴν ἑκατέρωθεν διδόντα πάροδον, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκ Λιλαίας ἔχοντα Φωκικῆς πόλεως (καθάπερ καὶ Ὅμηρός φησιν,

οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἔπι Κηφισσοῖο),

εἰς δὲ τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐκδιδόντα· τὸ δὲ Ἀδύλιον παρατείνειν ἐφ' ἑξήκοντα σταδίους μέχρι τοῦ Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. καὶ Ἡσίοδος δ' ἐπὶ πλέον περὶ τοῦ ποταμοῦ λέγει καὶ τῆς ῥύσεως, ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς·

παρὲκ Πανοπῆα διὰ Γλήχωνά τ' ἐρυμνὴν
καί τε δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

τὰ δὲ στενὰ τὰ περὶ τοὺς Παραποταμίους ἢ τὴν Παραποταμίαν (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) περιμάχητα ὑπῆρξεν ἐν τ[ῷ Φωκικῷ πολέ]μῳ, μίαν ἐχόντων ταύτην ἐμβολὴν [εἰς τὴν Φωκίδα]. ἔστι δὲ Κηφισσὸς ὅ τε Φωκικὸς καὶ ὁ Ἀθήνησι καὶ ὁ ἐν Σαλαμῖνι, τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν Σικυῶνι καὶ ὁ ἐν Σκύρῳ, ἕκτος δὲ ὁ ἐν Ἄργει, τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου· ἐν Ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι Κηφισσόν.

17. Δαφνοῦς δὲ νῦν μὲν κατέσκαπται· ἦν δέ ποτε τῆς Φωκίδος πόλις ἁπτομένη τῆς Εὐβοϊκῆς θαλάττης, διαιροῦσα τοὺς Ἐπικνημιδίους Λοκρούς, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ πρὸς Βοιω[τίαν μέρος, τοὺς δὲ πρὸς] Φωκίδα τὴν ἀπὸ θαλάττης καθήκ[ουσαν τότε ἐπὶ θάλατταν]. τεκμήριον δὲ τὸ ἐν αὐτῷ Σχεδιεῖον, ὅ φασιν εἶναι τάφον Σχεδίου. [εἴρη]ται δὲ ὁ Δαφνοῦς ἐφ' ἑκάτερα τὴν Λοκρίδα [σχίσαι, ὥστ]ε μηδαμοῦ ἅπτεσθαι ἀλλήλων τούς τ' Ἐπικνημι[δίους καὶ το]ὺς Ὀπουντίους· ὕστερον δὲ προσωρίσθη τοῖς [Ὀπουντίοις ὁ τό]πος. περὶ μὲν δὴ τῆς Φωκίδος ἀπόχρη.

ΚΕΦ. Δ.

Ἑφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Λοκρίς, ὥστε περὶ ταύτης λεκτέον. διῄρηται δὲ δίχα· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστιν οἱ πρὸς Εὔβοιαν Λοκροί, [οὓς ἐλέ]γομεν σχίζεσθαί ποτε ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Δαφνοῦντος· ἐπεκαλοῦντο δ' οἱ μὲν Ὀπούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι ἀπὸ ὄρους τινὸς Κνημῖδος· τὸ δὲ λοιπὸν οἱ ἑσπέριοί εἰσι Λοκροί, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ Ὀζόλαι καλοῦνται. χωρίζει δ' αὐτοὺς ἀπὸ τῶν Ὀπουντίων καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων ὅ τε Παρνασσὸς μεταξὺ ἱδρυμένος καὶ ἡ τῶν Δωριέων τετράπολις. ἀρκτέον δ' ἀπὸ τῶν Ὀπουντίων.

2. Ἑφεξῆς τοίνυν ταῖς Ἁλαῖς, εἰς ἃς κατέληξεν ἡ Βοιωτιακὴ παραλία ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ, τὸν Ὀπούντιον κόλπον κεῖσθαι συμβαίνει. ὁ δ' Ὀποῦς ἐστι μητρόπολις, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῇ

aditum e Bœotia in Phocidem, inter Parnassum et [*Hadylium*] montes, quinque fere stadiorum regionem in medio (ἀνὰ μέσον χωρίον) relinquentes, limites vero dirimere Cephissum, qui angustum utrinque præbeat aditum, ortus e Lilæa Phocidis urbe (quod et Homerus ostendit (*Il.* 2, 523):

Quique Lilæan habent Cephissi fontibus aptam),

et in lacum Copaidem se effundens: Hadylium (*codd.* Daulium) autem extendi ait ad sexaginta stadia ad Hyphanteum (*Acontium?*), ad quod jacet Orchomenus. Hesiodus quoque de Cephisso amne copiose scribit ejusque cursu, quomodo per totam fluat Phocidem curve et anguis in morem:

Qui præter Panopen per turrigeram Glechonem
Repit et Orchomenum gyris torti æmulus anguis.

De angustiis vero juxta Parapotamios seu Parapotamiam, (utroque enim modo dicitur) sæpe pugnatum est in [*bello Phocico*], quum unicum haberent hunc [*in Phocidem*] ingressum. Cephissus præter Phocicum est Athenis, et in Salamine, quartus vero quintusque in Sicyonia et in Scyro [sextus Argis, cujus fontes sunt in Lyrceo], denique in Apollonia Epidamno vicina fons est apud gymnasium, quem Cephissum nominant.

17. Daphnûs nunc diruta jacet: quondam Phocidis urbs erat Euboicum tangens mare, Locrosque Epicnemidios dividens, adeo ut pars eorum ad Bœo[*tiam esset, pars altera ad*] Phocidem, quæ a mari [*ad mare tunc pertinebat*]. Argumento est in Daphnunte urbe Schedieum, quod Schedii sepulcrum esse ferunt. [*Monitum*] est Daphnuntem in duas partes Locridem [*scindere, ita*] ut nusquam sese attingant Epicnemi[*dii Locri et*] Opuntii; postea autem [*Opuntiorum ditioni locus*] assignatus est. De Phocide igitur hæc sufficiant.

CAP. IV.

Deinceps Locris est, ut de hac jam dicendum sit. In duas distinguitur partes. Unam habent Locri Eubœæ oppositi, [*quos diximus*] a Daphnunte in duas rursus portiones dirimi; alterius harum incolæ vocabantur Opuntii ab Opunte principe urbe, alterius vero Epicnemidii a monte quodam Cnemide. Reliqua pars sunt Locri occidui qui iidem etiam Ozolæ vocantur. Hos ab Opuntiis et Epicnemidiis distinguit Parnassus mons in medio situs et Doriensium Tetrapolis. Nos ab Opuntiis ordiemur.

2. Sinus igitur Opuntius continenter jacet post Halas, in quas Bœotiæ ora maritima ad Eubœam spectans desinit. Opûs primaria urbs est, quod etiam inscriptio ostendit

πρώτη τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ·

τούσδε ποθεῖ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων,
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις.

ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους, τοῦ δ' ἐπινείου καὶ ἑξήκοντα. Κῦνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον, ἄκρα τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον σταδίων ὄντα περὶ τετταράκοντα· μεταξὺ δὲ Ὀποῦντος καὶ Κύνου πεδίον εὔδαιμον· κεῖται δὲ κατὰ Αἰδηψὸν τῆς Εὐβοίας, ὅπου τὰ θερμὰ τὰ Ἡρακλέους, πορθμῷ διειργόμενος σταδίων ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐν δὲ τῷ Κύνῳ Δευκαλίωνά φασιν οἰκῆσαι, καὶ τῆς Πύρρας αὐτόθι δείκνυται σῆμα, τοῦ δὲ Δευκαλίωνος Ἀθήνησι. διέχει δὲ τῆς Κνημῖδος ὁ Κῦνος ὅσον πεντήκοντα σταδίους. Καὶ ἡ Ἀταλάντη δὲ νῆσος κατὰ Ὀποῦντα ἵδρυται, ὁμώνυμος τῇ πρὸ τῆς Ἀττικῆς. λέγεσθαι δ' Ὀπουντίους τινὰς καὶ ἐν τῇ Ἠλείᾳ φασίν, ὧν οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, πλὴν ὅτι συγγένειαν αὐτῶν ἐξανανεοῦνται τοῖς Ὀπουντίοις ὑπάρχουσαν. ὅτι δ' ἐξ Ὀποῦντος ἦν ὁ Πάτροκλος, λέγει Ὅμηρος, καὶ διότι φόνον ἀκούσιον πράξας ἔφυγεν εἰς Πηλέα, ὁ δὲ πατὴρ Μενοίτιος ἔμεινεν ἐν τῇ πατρίδι· ἐκεῖσε γάρ φησιν ὁ Ἀχιλλεὺς ὑποσχέσθαι τῷ Μενοιτίῳ κατάξειν τὸν Πάτροκλον ἐκ τῆς στρατείας ἐπανελθόντα. οὐ μὴν ἐβασίλευέ γε ἐκεῖνος τῶν Ὀπουντίων, ἀλλ' Αἴας ὁ Λοκρός, πατρίδος ὤν, ὥς φασι, Ναρύκου. Αἰάνην δ' ὀνομάζουσι τὸν ἀναιρεθέντα ὑπὸ τοῦ Πατρόκλου, ἀφ' οὗ καὶ τέμενος Αἰάνειον δείκνυται καὶ κρήνη τις Αἰανίς.

3. Ἑξῆς μετὰ τὸν Κῦνον Ἀλόπη ἐστὶ καὶ ὁ Δαφνοῦς, ὃν ἔφαμεν κατεσπάσθαι· λιμὴν δ' ἐστὶν αὐτόθι διέχων Κύνου περὶ ἐνενήκοντα σταδίους, Ἐλατείας δὲ πεζεύοντι εἰς τὴν μεσόγαιαν ἑκατὸν εἴκοσι. ἤδη δ' ἐστὶ ταῦτα τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου· μετὰ γὰρ τὸν Ὀπούντιον συνεχής ἐστιν οὗτος.

4. Μετὰ δὲ Δαφνοῦντα Κνημῖδες, χωρίον ἐρυμνόν, ὅσον σταδίους εἴκοσι πλεύσαντι· καθ' ὃ τὸ Κήναιον ἐκ τῆς Εὐβοίας ἀντίκειται, ἄκρα βλέπουσα πρὸς ἑσπέραν καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον, πορθμῷ διειργομένη σχεδὸν εἰκοσασταδίῳ. ταῦτα δ' ἤδη τῶν Ἐπικνημιδίων ἐστὶ Λοκρῶν. ἐνταῦθα καὶ αἱ Λιχάδες καλούμεναι τρεῖς νῆσοι πρόκεινται, ἀπὸ Λίχα τοὔνομα ἔχουσαι· καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ, ἃς ἑκόντες παραλείπομεν. μετὰ δὲ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κνημίδων λιμήν, ὑπὲρ οὗ κεῖται τὸ Θρόνιον ἐν σταδίοις τοῖς ἴσοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν. εἶθ' ὁ Βοάγριος ποταμὸς ἐκδίδωσιν ὁ παραρρέων τὸ Θρόνιον, Μάνην δ' ἐπονομάζουσιν αὐτόν· ἔστι δὲ χειμάρρους, ὥστ' ἀβρόχοις ἐμβαίνειν τοῖς ποσίν, ἄλλοτε δὲ καὶ δίπλεθρον ἴσχειν πλάτος. μετὰ δὲ ταῦτα Σκάρφεια, σταδίοις ὑπερκειμένη τῆς θαλάττης δέκα, διέχουσα (δὲ) τοῦ Θρονίου τριάκοντα, ἐλάττοσι δὲ μικρῷ [τοῦ λιμένος αὐτοῦ]. ἔπειτα Νίκαιά ἐστι καὶ αἱ Θερμοπύλαι.

5. Τῶν δὲ λοιπῶν πόλεων τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἄξιον

primæ de quinque columnis, quæ apud Thermopylas juxta publicum sepulcrum sitæ sunt :

Hos desiderat cæsos pro Græcia contra Medos pugnantes
metropolis Locrorum rectis legibus utentium Opus.

Abest a mari quindecim circiter stadiis, a navali vel sexaginta. Navale est Cynus, promontorio sinum terminans Opuntium, qui est stadiorum circiter quadraginta. Inter Opuntem et Cynum planities est felix. Opponitur Cynus Ædepso Eubœæ, ubi calida sunt Herculis lavacra, freto sejunctus stadiorum centum sexaginta. Cyni habitasse ferunt Deucalionem, et monimentum ibi monstratur Pyrrhæ, ut Deucalionis Athenis. Distat Cynus a Cnemide ad quinquaginta stadia. Atalanta etiam insula ante Opuntem sita est, ejusdem cum ea nominis, quæ ante Atticam jacet. Aiunt in Elea quoque regione quosdam Opuntios referri, quorum mentionem fieri nihil attinet, nisi quod cognationem quæ cum Opuntiis Locris ipsis intercedit, renovant: Opunte natum fuisse Patroclum Homerus (*Il.* 23, 85) tradit, indeque ob cædem per imprudentiam perpetratam ad Peleum profugisse, patre Menœtio in patria manente : nam Opuntem dicit (*Il.* 18, 326) promisisse Achillem se Menœtio Patroclum post exactam expeditionem reducturum esse. Non tamen Menœtius rex fuit Opuntiorum, sed Ajax Locrus, cujus patriam fuisse aiunt Narycum. Is qui a Patroclo fuit interfectus, Æanes vocatur : et ostenditur lucus ab eo nomen habens Æaneus, ac fons Æanis.

3. Deinceps a Cyno est Alope et Daphnûs, quem deletum diximus; ibique portus est a Cyno distans ad nonaginta stadia, et ab Elatea per mediterranea iter facienti stadiis centum viginti. Ceterum hæc jam ad Maliacum sinum pertinent, qui continuo Opuntium sequitur.

4. Post Daphnuntem Cnemides sunt, locus natura munitus, ubi stadia fere viginti navigaveris. His opponitur Cenæum Eubœæ promontorium, occasum solis respiciens et Maliacum sinum, freto interjacente viginti fere stadiorum. Hæc jam Epicnemidiorum sunt Locrorum. Ibidem tres insulæ opponuntur continenti, a Licha Lichades dictæ: sunt et aliæ, quæ litus illud legenti occurrunt, quas de industria omittimus. Viginti a Cnemidibus stadiis portus distat, supra quem totidem mediterraneo itinere stadiis Thronium jacet. Postea Boagrii amnis Thronium præterfluentis ostia sunt, qui et Manes dicitur. Torrens autem est, ita quidem, ut aliquando siccis transiri pedibus possit, interdum vero duorum jugerum spatium latitudine occupet. Sequitur Scarphia, a mari decem, a Thronio triginta stadiis, [*a portu ejus*] paullo minus dissita. Deinceps Nicæa est et Thermopylæ.

5. Reliqua oppida quod attinet, cetera quidem memo-

μεμνῆσθαι, ὧν δ' Ὅμηρος μέμνηται, Καλλίαρος μὲν οὐκέτι οἰκεῖται, [ἀλλὰ νῦν εὐήροτόν] τι πεδίον· καλοῦσιν οὕτως ἀπὸ τοῦ [συμβεβηκότος· καὶ Βῆσσα δ'] οὐκ ἔστι, δρυμώδης τις τόπος· οὐδ' [αἱ Αὐγειαί, ὧν τὴν χώ]ραν ἔχουσι Σκαρφιεῖς· ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν ἐν τοῖς δυσὶ γραπτέον σῖγμα (ἀπὸ γὰρ τοῦ δρυμώδους ὠνόμασται ὁμωνύμως, ὥσπερ καὶ Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει), τὸν δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ δῆμον, ἀφ' οὗ Βησαιεῖς οἱ δημόται λέγονται, ἐν τῷ ἑνὶ σῖγμα.

6. Ἡ δὲ Τάρφη κεῖται ἐφ' ὕψους, διέχουσα [Θρονίου] σταδίους εἴκοσι, χώραν δ' εὔκαρπόν τε καὶ εὔδενδρον ἔχει· ἤδη γὰρ καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ δάσους ὠνόμασται. καλεῖται δὲ νῦν Φαρύγαι· ἵδρυται δ' αὐτόθι Ἥρας Φαρυγαίας ἱερόν, ἀπὸ τῆς ἐν Φαρύγαις τῆς Ἀργείας· καὶ δὴ καὶ ἄποικοί φασιν εἶναι Ἀργείων.

7. Τῶν γε μὴν Ἑσπερίων Λοκρῶν Ὅμηρος οὐ μέμνηται, ἢ οὐ ῥητῶς γε, ἀλλὰ μόνον τῷ δοκεῖν ἀντιδιαστέλλεσθαι τούτοις ἐκείνους, περὶ ὧν εἰρήκαμεν,

Λοκρῶν, οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης,

ὡς καὶ ἑτέρων ὄντων. ἀλλ' † οὔ ποτε ἄλλων τεθρύληνται πολλῶν· πόλεις δ' ἔσχον Ἄμφισσάν τε καὶ Ναύπακτον, ὧν ἡ Ναύπακτος συμμένει τοῦ Ἀντιρρίου πλησίον, ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης, εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον, εἴθ' (ὥς φησιν Ἔφορος) Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρασκευασάντων· ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν, Φιλίππου προσκρίναντος.

8. Αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Χαλκίς, ἧς μέμνηται καὶ ὁ ποιητὴς ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ, ὑποκάτω Καλυδῶνος· αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ Ταφιασσὸς λόφος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Νέσσου μνῆμα καὶ τῶν ἄλλων Κενταύρων, ὧν ἀπὸ τῆς σηπεδόνος φασὶ τὸ ὑπὸ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου προχεόμενον δυσῶδες καὶ θρόμβους ἔχον ὕδωρ ῥεῖν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ὀζόλας καλεῖσθαι τὸ ἔθνος. καὶ ἡ Μολύκρεια δ' ἐστὶ κατὰ τὸ Ἀντίρριον, Αἰτωλικὸν πολίχνιον. ἡ δ' Ἄμφισσα ἐπὶ τοῖς ἄκροις ἵδρυται τοῦ Κρισαίου πεδίου, κατέσπασαν δ' αὐτὴν οἱ Ἀμφικτύονες, καθάπερ εἰρήκαμεν· [καὶ Οἰάνθει]α δὲ καὶ Εὐπάλιον Λοκρῶν εἰσιν. ὁ δὲ πᾶς παράπλους ὁ Λοκρικὸς μικρὸν ὑπερβάλλει τῶν διακοσίων σταδίων.

9. Ἀλόπην δὲ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς Ἐπικνημιδίοις ὀνομάζουσι καὶ ἐν τῇ Φθιώτιδι· οὗτοι μὲν οὖν ἄποικοι τῶν Ἐπικνημιδίων εἰσίν, οἱ δ' Ἐπιζεφύριοι τούτων.

10. Τοῖς δὲ Λοκροῖς τοῖς μὲν Ἑσπερίοις συνεχεῖς εἰσιν Αἰτωλοί, τοῖς δ' Ἐπικνημιδίοις Αἰνιᾶνες συνεχεῖς οἱ τὴν Οἴτην ἔχοντες, καὶ μέσοι Δωριεῖς. οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἥν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων, πόλεις δ' ἔσχον Ἐρινεόν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον· ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ, παραρρεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμός, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κηφισσὸν οὐ πολὺ τῆς Λιλαίας

ratu non sunt digna, ex iis vero, quorum Homerus meminit, Calliarus habitari desiit, [*sed nunc est bene arata*] quædam planities, quam a natura loci Calliarum vocant. [*Bessa quoque*] non amplius est, locus dumosus, neque [*Augeæ, quarum agrum*] Scarphienses possident. Ceterum hæcce Bessa duplici litera *s* scribenda est (quum a dumis et saltu sit nomen deductum: sicut et Napæ in Methymnæo campo, quam Hellanicus ignoratione lapsus Lapen vocat), pagus autem Atticus, cujus pagani Besæenses dicuntur, unica litera *s* scribitur.

6. Tarphe in sublimi jacet, [*a Thronio*] stadiis distans viginti; agrum habet frugum arborumque feracem; nam hæc quoque a silvarum densitate nomen nacta est. Hodie dicitur Pharygæ: ibique Junonis est templum Pharygææ, sic dictæ ab illa quæ in Argivis est Pharygis: nam colonos se Argivorum profitentur.

7. Occiduorum Locrorum Homerus non meminit, aut saltem non expresse, sed eo tantum, quod distinguere ab his videtur eos, de quibus diximus (*Il.* 2, 535):

Locris, qui contra divinam habitant Eubœam:

quasi etiam alii essent Locri. Sed neque ab aliis (οὐδ' ὑπὸ ἄλ.) multis Occidui Locri celebrantur. Urbes tamen habebant Amphissam et Naupactum: de quibus Naupactus restat, Antirrhio vicina, a navibus ibi compactis appellationem sortita, sive ibi classem Heraclidæ sunt fabricati, sive, ut Ephorus ait, Locri jam prius naves ibi instruxerunt: nunc Ætolorum est, a Philippo iis adjudicata.

8. Ibidem est etiam Chalcis, cujus Homerus (*Il.* 2, 640) in Ætolorum recensione meminit, infra Calydonem: et collis Taphiassus, in quo sepulcrum Nessi et reliquorum Centaurorum, quorum de cadaveribus putrefactis aiunt sub radicem collis fluere fœtidam et grumosam aquam: atque inde gentem Ozolas, quasi fœtidos, dictam. Est et Molycria ibi juxta Antirrhium, oppidulum Ætolicum. Amphissa in extremitate campi Crisæi sita fuit: eversa, ut diximus, est ab Amphictyonibus. [*Œanthea quoque*] et Eupalium (*codd.* Eupolium) Locrorum sunt. Prænavigatio totius Locridis paullum excedit ducenta stadia.

9. Alopen et hic et in Epicnemidiis nominant, et in Phthiotide. Ceterum Ozolæ Locri sunt Epicnemidiorum, horumque Epizephyrii coloni.

10. Locris Occiduis continenter adjacent Ætoli, Epicnemidiis vero Ænianes Œtam (*codd.* ταύτην) accolentes; medii sunt Dorienses. Hi igitur sunt qui regionem a quattuor urbibus tetrapolim dictam incoluerunt, quæ omnium Doriensium mater fuisse dicitur: nomina urbium, Erineus, Bœum, Pindus, Cytinium. Pindus supra Erineum sita est, præterfluitque eam ejusdem nominis fluvius, qui in Cephissum exit non procul Lilæa: Pindum sunt qui Acyphantem

ἄπωθεν· τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι τὴν Πίνδον. τούτων ὁ βασιλεὺς Αἰγίμιος, ἐκπεσὼν τῆς ἀρχῆς, κατήχθη πάλιν, ὡς ἱστοροῦσιν, ὑφ' Ἡρακλέους· ἀπεμνημόνευσεν οὖν αὐτῷ τὴν χάριν τελευτήσαντι περὶ τὴν Οἴτην· Ὕλλον γὰρ εἰσεποιήσατο τὸν πρεσβύτατον τῶν ἐκείνου παίδων, καὶ διεδέξατο ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν καὶ οἱ ἀπόγονοι. ἐντεῦθεν ὁρμηθεῖσι τοῖς Ἡρακλείδαις ὑπῆρξεν ἡ εἰς Πελοπόννησον κάθοδος.

11. Τέως μὲν οὖν ἦσαν ἐν ἀξιώματι αἱ πόλεις, καίπερ οὖσαι μικραὶ καὶ λυπρόχωροι, ἔπειτ' ὠλιγωρήθησαν· ἐν δὲ τῷ Φωκικῷ πολέμῳ καὶ τῇ Μακεδόνων ἐπικρατείᾳ καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀθαμάνων θαυμαστόν, εἰ καὶ ἴχνος αὐτῶν εἰς Ῥωμαίους ἦλθε. τὰ δ' αὐτὰ πεπόνθασι καὶ Αἰνιᾶνες· καὶ γὰρ τούτους ἐξέφθειραν Αἰτωλοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες, Αἰτωλοὶ μὲν μετὰ Ἀκαρνάνων πολεμοῦντες καὶ μέγα δυνάμενοι, Ἀθαμᾶνες δ' ὕστατοι τῶν Ἠπειρωτῶν εἰς ἀξίωμα προαχθέντες, ἤδη τῶν ἄλλων ἀπειρηκότων, καὶ μετ' Ἀμυνάνδρου τοῦ βασιλέως δύναμιν κατασκευασάμενοι. οὗτοι δὲ τὴν Οἴτην διακατεῖχον.

12. Τὸ δ' ὄρος διατείνει ἀπὸ Θερμοπυλῶν καὶ τῆς ἀνατολῆς μέχρι πρὸς τὸν κόλπον τὸν Ἀμβρακικὸν καὶ τὴν ἑσπέραν· τρόπον δέ τινα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει τὴν ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ μέχρι Πίνδου καὶ τῶν ὑπερκειμένων βαρβάρων ὀρεινὴν τὸ ὄρος τοῦτο. τούτου δὴ τὸ μὲν πρὸς Θερμοπύλας νενευκὸς μέρος Οἴτη καλεῖται, σταδίων διακοσίων τὸ μῆκος, τραχὺ καὶ ὑψηλόν, ὑψηλότατον δὲ κατὰ τὰς Θερμοπύλας· κορυφοῦται γὰρ ἐνταῦθα καὶ τελευτᾷ πρὸς ὀξεῖς καὶ ἀποτόμους μέχρι τῆς θαλάττης κρημνούς, ὀλίγην δ' ἀπολείπει πάροδον τοῖς ἀπὸ τῆς παραλίας ἐμβάλλουσιν εἰς τοὺς Λοκροὺς ἐκ τῆς Θετταλίας.

13. Τὴν μὲν οὖν πάροδον Πύλας καλοῦσι καὶ Στενὰ καὶ Θερμοπύλας· ἔστι γὰρ καὶ θερμὰ πλησίον ὕδατα, τιμώμενα ὡς Ἡρακλέους ἱερά· τὸ δ' ὑπερκείμενον ὄρος Καλλίδρομον· τινὲς δὲ καὶ τὸ λοιπὸν τὸ δι' Αἰτωλίας καὶ τῆς Ἀκαρνανίας διῆκον μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου Καλλίδρομον προσαγορεύουσι. πρὸς δὲ ταῖς Θερμοπύλαις ἐστὶ φρούρια ἐντὸς τῶν Στενῶν, Νίκαια μὲν ἐπὶ θάλατταν Λοκρῶν, Τειχιοῦς δὲ καὶ Ἡράκλεια ὑπὲρ αὐτῆς, ἡ Τραχὶν καλουμένη πρότερον, Λακεδαιμονίων κτίσμα· διέχει δὲ τῆς ἀρχαίας Τραχῖνος περὶ ἓξ σταδίους ἡ Ἡράκλεια· ἑξῆς δὲ ἡ Ῥοδουντία, χωρίον ἐρυμνόν.

14. Ποιεῖ δὲ δυσείσβολα τὰ χωρία ταῦτα ἥ τε τραχύτης καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων φάραγγας ποιούντων, ἃς διέξεισι. πρὸς γὰρ τῷ Σπερχειῷ τῷ παραρρέοντι τὴν Ἀντίκυραν καὶ ὁ Δύρας ἐστίν, ὅν φασιν ἐπιχειρῆσαι τὴν Ἡρακλέους σβέσαι πυράν· καὶ ἄλλος Μέλας, διέχων Τραχῖνος εἰς πέντε σταδίους. πρὸς δὲ μεσημβρίαν τῆς Τραχῖνός φησιν Ἡρόδοτος εἶναι βαθεῖαν διασφάγα, δι' ἧς Ἀσωπός, ὁμώνυμος τοῖς εἰρημένοις Ἀσωποῖς, εἰς τὴν θάλατταν ἐκπίπτει τὴν † ἐντὸς Πυλῶν, παραλαβὼν καὶ τὸν Φοίνικα ἐκ τῆς μεσημβρίας

appellent. Horum rex Ægimius (*codd.* Æpalius) regno ejectus, est (ut narratur) ab Hercule in integrum restitutus: cujus memor beneficii ad Œtam mortuo gratiam retulit; nam Hyllum filiorum Herculis natu maximum adoptavit, qui regni hæres posteris suis id reliquit. Atque hinc profecti Heraclidæ sunt, quum in Peloponnesum redierunt.

11. Aliquamdiu igitur urbes hæ in aliqua erant existimatione, quanquam exiguæ et incommodo solo præditæ: deinde contemni cœperunt. Phocico autem bello et Macedonum regno Ætolorumque et Athamanum ita sunt attritæ ut mirum sit, aliquod earum vestigium ad Romanos pervenisse. Idem Ænianibus usu venit; nam hos quoque Ætoli et Athamanes deleverunt: Ætoli quidem quo tempore una cum Acarnanibus belligerantes ad magnam pervenerunt potentiam, Athamanes autem, quum ultimi Epirotarum evecti ad aliquam dignitatem, fractis jam reliquorum opibus, sub Amynandro rege potestatem sibi comparaverunt. Hi Athamanes tunc Œtam obtinebant.

12. Is mons a Thermopylis et ortu porrigitur ad sinum Ambracicum et versus occasum: et quodammodo ad rectos angulos secat mons iste montana, quæ a Parnasso ad Pindum et superne degentes barbaros extenduntur. Pars quæ ad Thermopylas inclinat, Œta vocatur, longitudine ducentorum stadiorum, asper mons et excelsus, excelsissimus autem juxta Thermopylas, ubi in verticem assurgit, desinitque in acutos et præruptos usque ad mare scopulos, exiguum transeundi spatium relinquens iis, qui ab ora maritima e Thessalia Locros petunt.

13. Is aditus Pylæ vocatur, id est portæ, et Stena sive angustiæ, ac Thermopylæ, a calidis lavacris, quæ in vicinia sunt et Herculi sacra habentur. Huic imminentem montem Callidromum vocant: nonnulli vero etiam reliquum, quod per Ætoliam et Acarnaniam usquè ad sinum Ambracicum producitur montanum, Callidromi nomine intelligunt. Ad Thermopylas intra fauces castella sunt, Nicæa ad mare Locrorum, et supra Nicæam Tichiûs et Heraclea, quæ prius Trachin dicta fuit, Spartanorum opus; ab antiqua autem Trachine Heraclea distat stadiis fere sex. Sequitur Rhoduntia, locus natura munitus.

14. Difficilia aditu hæc loca facit quum asperitas tum multitudo aquarum cavitates efficientium, quas permeant. Nam præter Spercheum, qui Anticyram præterfluit, Dyras etiam est, quem conatum ferunt Herculis rogum exstinguere, et alius Melas a Trachine distans quinque stadiis. Versus meridiem autem a Trachine Herodotus (7, 198) ait amplam esse inter saxa fissuram, quam Asopus, ejusdem cum ceteris quos diximus Asopis nominis, perlabens, in mare quod extra (ἐκτὸς) Pylas est, effunditur, recepto prius Phœnice, qui in eum a meridie defluit, cognominis

συμβάλλοντα αὐτῷ, ὁμώνυμον τῷ ἥρωι, οὗ καὶ τάφος πλησίον δείκνυται· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐπὶ Θερμοπύλας ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ πεντεκαίδεκα.

15. Τότε μὲν οὖν ἦν ἐνδοξότατα τὰ χωρία ταῦτα, ἡνίκα τῶν κλείθρων ἐκυρίευε τῶν περὶ τὰ Στενά· καὶ τοῖς ἔξω τῶν Στενῶν πρὸς τοὺς ἐντὸς ἦσαν ἀγῶνες πρωτείων, καθάπερ καὶ πέδας ἐκάλει Φίλιππος τῆς Ἑλλάδος τὴν Χαλκίδα καὶ τὴν Κόρινθον, πρὸς τὰς ἐκ τῆς Μακεδονίας ἀφορμὰς βλέπων· ἐπιδέσμους δ' οἱ ὕστερον προσηγόρευον ταύτας τε καὶ ἔτι τὴν Δημητριάδα· καὶ γὰρ αὕτη παρόδων ἦν κυρία τῶν περὶ τὰ Τέμπη, τό τε Πήλιον ἔχουσα καὶ τὴν Ὄσσαν. ὕστερον δὲ πάντων ὑπὸ μίαν ἐξουσίαν ὑπηγμένων, ἅπαντα † τελευτᾷ πᾶσι καὶ ἀνέῳγε.

19. Post hanc Thessaliæ partem continenter recensentur quos Polypœtes duxit (*Il.* 2, 738) :

Argissam quicunque et Gyrtonen coluerunt
Orthamque Elonenque albisque Oloossona muris.

Hanc regionem principio tenuerunt Perrhæbi, partem eam Thessaliæ incolentes quæ ad mare est et Peneum usque ad ostia hujus et Gyrtonem, Perrhæbicam urbem. Hos deinde opprimentes *ejicientesque* (καὶ ἀπώσαντες) in mediterranea fluvio vicina Lapithæ agros eorum obtinuerunt, Ixion ac filius ejus Pirithous, qui etiam Pelium montem occupavit, vi expulsis Centauris, gente fera. Hos ergo ille (*Il.* 2, 744)

Pelio expulsos Æthicum movit ad agros,

et campos Lapithis tradidit : quasdam tamen eorum ad Olympum partes etiam Perrhæbi obtinebant; alicubi

ἔστι δ' ὅπου καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς Λαπίθαις ᾤκουν. ἡ μὲν οὖν Ἄργισσα, ἡ νῦν Ἄργουρα, ἐπὶ τῷ Πηνειῷ κεῖται· ὑπέρκειται δ' αὐτῆς Ἄτραξ ἐν τετταράκοντα σταδίοις, τῷ ποταμῷ πλησιάζουσα καὶ αὐτή· τὴν δ' ἀνὰ μέσον ποταμίαν εἶχον Περραιβοί. Ὄρθην δέ τινες τὴν ἀκρόπολιν τῶν Φαλανναίων εἰρήκασιν· ἡ δὲ Φάλαννα Περραιβικὴ πόλις πρὸς τῷ Πηνειῷ πλησίον τῶν Τεμπῶν. οἱ μὲν οὖν Περραιβοὶ καταδυνασθέντες ὑπὸ τῶν Λαπιθῶν εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀπανέστησαν οἱ πλείους τὴν περὶ Πίνδον καὶ Ἀθαμᾶνας καὶ Δόλοπας, τὴν δὲ χώραν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Περραιβῶν κατέσχον Λαρισαῖοι, πλησίον μὲν οἰκοῦντες τοῦ Πηνειοῦ, γειτνιῶντες δ' ἐκείνοις, νεμόμενοι δὲ τὰ εὐδαιμονέστατα μέρη τῶν πεδίων, πλὴν εἴ τι σφόδρα κοῖλον πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ Νεσσωνίδι, εἰς ἣν ὑπερκλύζων ὁ ποταμὸς ἀφῃρεῖτό τι τῆς ἀροσίμου τοὺς Λαρισαίους· ἀλλ' ὕστερον παραχώμασιν ἐπηνώρθωσαν Λαρισαῖοι. οὗτοι δ' οὖν κατεῖχον τέως τὴν Περραιβίαν καὶ φόρους ἐπράττοντο, ἕως Φίλιππος κατέστη κύριος τῶν τόπων. Λάρισα δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον· καὶ ἡ Κρεμαστή, ὑπό τινων δὲ Πελασγία λεγομένη· καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ πόλις ἡ νῦν εἰς Ἱεράπυτναν συνοικισθεῖσα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὑποκείμενον πεδίον νῦν Λαρίσιον καλεῖται· καὶ ἐν Πελοποννήσῳ ἥ τε τῶν Ἀργείων ἄκρα καὶ ὁ τὴν Ἠλείαν ἀπὸ Δύμης διορίζων Λάρισος ποταμός. Θεόπομπος δὲ καὶ πόλιν λέγει ἐν τῇ αὐτῇ μεθορίᾳ κειμένην Λάρισαν· καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἥ τε Φρικωνὶς ἡ περὶ τὴν Κύμην καὶ ἡ κατὰ Ἁμαξιτὸν τῆς Τρωάδος· καὶ ἡ Ἐφεσία Λάρισά ἐστι καὶ [ἡ] ἐν Συρίᾳ, τῆς δὲ Μιτυλήνης ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων εἰσὶ Λαρισαῖαι πέτραι κατὰ τὴν ἐπὶ Μηθύμνης ὁδόν· καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισα· καὶ τῶν Τράλλεων διέχουσα κώμη τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπὶ Καΰστρου πεδίον διὰ τῆς Μεσωγίδος ἰόντων κατὰ τὸ τῆς Ἰσοδρόμης Μητρὸς ἱερόν, ὁμοίαν τὴν θέσιν καὶ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα τῇ Κρεμαστῇ Λαρίσῃ· καὶ γὰρ εὔυδρος καὶ ἀμπελόφυτος· ἴσως δὲ καὶ ὁ Λαρίσιος Ζεὺς ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται· καὶ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς δὲ τοῦ Πόντου κώμη τις καλεῖται Λάρισα μεταξὺ Ναυλό-[χου]....... πλησίον τῶν ἄκρων τοῦ Αἵμου. καὶ Ὀλοοσσὼν δέ, λευκὴ προσαγορευθεῖσα ἀπὸ τοῦ λευκάργιλος εἶναι, καὶ Ἠλώνη, Περραιβικαὶ πόλεις, καὶ Γόννος. ἡ δ' Ἠλώνη μετέβαλε τοὔνομα, Λειμώνη μετονομασθεῖσα· κατέσκαπται δὲ νῦν· ἄμφω δ' ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ κεῖνται, οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς Τιταρήσιον καλεῖ.

20. Λέγει δὲ καὶ περὶ τούτου καὶ περὶ τῶν Περραιβῶν ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ ποιητής, ὅταν φῇ·

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας.
τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί,
οἳ περὶ Δωδώνην δυσχείμερον οἰκί' ἔθεντο,
[οἵ τ'] ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

λέγει μὲν οὖν τούτους τοὺς τόπους τῶν Περραιβῶν, ἀπὸ μέρους τῆς Ἑστιαιώτιδος ἐπειληφότας· ἦσαν δὲ

etiam(toti)illis permixti habitabant. Argissa, quæ nunc Argura, ad Peneum sita est. Super eam ad quadraginta stadia sita est Atrax, ipsa quoque Peneo vicina; fluvio adjacentem in medio regionem obtinebant Perrhæbi. Orthen quidam pro Phalannæorum arce accipiunt; est autem Phalanna urbs Perrhæbica ad Peneum prope Tempe. Jam vero quum Perrhæbi, a Lapithis oppressi, in montana plerique recederent ad Pindum et Athamanas et Dolopes, regionem eorum et relictos in ea Perrhæbos Larisæi occupaverunt, prope Peneum habitantes illisque vicini et fertilissima planitierum colentes, nisi ubi quid nimis depressum esset ad Nessonidem paludem, in quam inundans fluvius nonnihil arationi aptæ telluris Larisæis adimebat: ei tamen malo Larisæi structis aggeribus remedium fecerunt. Hi igitur eo usque Perrhæbiam obtinuerunt, et vectigalia exegerunt, donec Philippus ista loca in suam redegit potestatem. Larisa autem est etiam ad Ossam oppidum; alia est Larisa Cremaste, quæ a nonnullis etiam Pelasgia dicitur, et in Creta rursum alia, quæ nunc in Hierapytnam est contracta, a qua etiam subjectus campus nunc Larisius dicitur; est et in Peloponneso Larisa Argivorum arx, et Larisus fluvius Eleam a Dyma dividens; Theopompus vero etiam urbem in illo ipso confinio ponit Larisam; porro in Asia est Larisa Phriconis Cumæ vicina, et ad Hamaxitum Troadis alia; præterea Ephesia est Larisa aliaque in Syria (*cod.* ἐν σύνᾳ); et quinquaginta stadiis a Mytilene Larisææ petræ sunt ad viam quæ Methymnam ducit; est etiam Larisa in Attica, et a Trallibus triginta stadiis distans Larisa vicus supra urbem, si ad Caystrium campum per Mesogidem proficiscaris juxta Isodromæ Matris fanum; qui vicus situ et præstantia similis est Cremastæ Larisæ; nam aquis item et vitibus abundat; fortasse hinc etiam nomen est Jovi Larisio; denique in læva parte Ponti Larisa est pagus, inter Naulochum [*et Odessam?*] propinquus Hæmi extremitatibus. Oloosson quoque, quam ob albedinem argillæ candidam vocat poeta, et Elone, Perrhæbicæ sunt urbes, itemque Gonnus. Elone mutato nomine dicta fuit Limone; est autem nunc diruta; ambæ jacent sub Olympo, non procul ab Europo (*codd.* Εὐρώτου) fluvio, quem Homerus Titaresium vocat.

20. De hoc et Perrhæbis in subsequentibus poeta dicit, ubi hæc (*Il.* 2, 748):

Viginti atque duo, Guneo ducente, carinæ
ibant, his Enienes et acris turma Peræbum,
algida queis Dodona domus, quique arva fatigant
hic ubi jucundo repit Titaresius amne.

Hæc ergo loca Perrhæbis tribuit, quæ e parte Hestiæotidis (*Pelasgiotidis?*) dicionis erant (ἐπειληχότας). Erant

καὶ † ὑπὸ τῷ Πολυποίτῃ ἐκ μέρους Περραιβικαί, τοῖς μέντοι Λαπίθαις προσένειμε διὰ τὸ ἀναμὶξ οἰκεῖν καὶ τὰ μὲν πεδία κατέχειν τοὺς Λαπίθας καὶ τὸ ἐνταῦθα Περραιβικὸν ὑπὸ τούτοις τετάχθαι ὡς ἐπὶ πλέον, τὰ δ' ὀρεινότερα χωρία πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ καὶ τοῖς Τέμπεσι τοὺς Περραιβούς, καθάπερ τὸν Κύφον καὶ τὴν Δωδώνην καὶ τὰ περὶ τὸν Τιταρήσιον, ὃς ἐξ ὄρους Τιταρίου συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ ῥέων εἰς τὰ πλησίον τῶν Τεμπῶν χωρία τῆς Περραιβίας αὐτοῦ που τὰς συμβολὰς ποιεῖται πρὸς τὸν Πηνειόν. τὸ μὲν οὖν τοῦ Πηνειοῦ καθαρόν ἐστιν ὕδωρ, τὸ δὲ τοῦ Τιταρησίου λιπαρὸν ἔκ τινος ὕλης, ὥστ' οὐ συμμίσγεται,

ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιτρέχει ἠύτ' ἔλαιον.

διὰ δὲ τὸ ἀναμὶξ οἰκεῖν Σιμωνίδης Περραιβοὺς καὶ Λαπίθας καλεῖ τοὺς Πελασγιώτας ἅπαντας, τοὺς τὰ ἑῷα κατέχοντας τὰ περὶ Γυρτῶνα καὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πηνειοῦ καὶ Ὄσσαν καὶ Πήλιον καὶ τὰ περὶ Δημητριάδα καὶ τὰ ἐν τῷ πεδίῳ, Λάρισαν, Κραννῶνα, Σκοτοῦσσαν, Μόψιον, Ἄτρακα, καὶ τὰ περὶ τὴν Νεσσωνίδα λίμνην καὶ [τὴν] Βοιβηίδα· ὧν ὁ ποιητὴς ὀλίγων μέμνηται διὰ τὸ μὴ οἰκισθῆναί πω τἆλλα ἢ φαύλως οἰκισθῆναι διὰ τοὺς κατακλυσμοὺς ἄλλοτ' ἄλλους γινομένους· ἐπεὶ οὐδὲ τῆς Νεσσωνίδος μέμνηται λίμνης, ἀλλὰ τῆς Βοιβηίδος μόνον, πολὺ ἐλάττονος οὔσης· ταύτης δὲ μόνης μενούσης, ἐκείνης δέ, ὡς εἰκός, τοτὲ μὲν πληρουμένης ἀτάκτως, τοτὲ δ' ἐκλειπομένης. τῆς δὲ Σκοτούσσης ἐμνήσθημεν καὶ ἐν τοῖς περὶ Δωδώνης λόγοις καὶ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Θετταλίᾳ, διότι περὶ τοῦτον ὑπῆρξε τὸν τόπον. ἔστι δ' ἐν τῇ Σκοτούσσῃ χωρίον τι Κυνὸς κεφαλαὶ καλούμενον, περὶ δ Ῥωμαῖοι μετ' Αἰτωλῶν καὶ Τίτος Κοίντιος ἐνίκων μάχῃ μεγάλῃ Φίλιππον τὸν Δημητρίου, Μακεδόνων βασιλέα.

21. Πέπονθε δέ τι τοιοῦτον καὶ ἡ Μαγνῆτις· κατηριθμημένων γὰρ ἤδη πολλῶν αὐτῆς τόπων, οὐδένας τούτων ὠνόμακε Μάγνητας Ὅμηρος, ἀλλ' ἐκείνους μόνους, οὓς τυφλῶς καὶ οὐ γνωρίμως διασαφεῖ,

οἳ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον
ναίεσκον.

ἀλλὰ μὴν περὶ τὸν Πηνειὸν καὶ τὸ Πήλιον οἰκοῦσι καὶ οἱ τὴν Γυρτῶνα ἔχοντες, οὓς ἤδη κατέλεξε, καὶ τὸ Ὀρμένιον καὶ ἄλλοι πλείους, καὶ ἔτι ἀπωτέρω τοῦ Πηλίου ὅμως Μάγνητες ἦσαν, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν ὑπ' Εὐμήλῳ, κατά γε τοὺς ὕστερον ἀνθρώπους. ἐοίκασιν οὖν διὰ τὰς συνεχεῖς μεταστάσεις καὶ ἐξαλλάξεις τῶν πολιτειῶν καὶ ἐπιμίξεις συγχεῖν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἔθνη, ὥστε τοῖς νῦν ἔσθ' ὅτε ἀπορίαν παρέχειν, καθάπερ τοῦτο τὸ πρῶτον μὲν ἐπὶ Κραννῶνος καὶ τῆς Γυρτῶνος γεγένηται. τοὺς μὲν γὰρ Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν ἀπὸ Φλεγύου τοῦ Ἰξίονος ἀδελφοῦ, τοὺς δὲ Κραννωνίους Ἐφύρους, ὥστε διαπορεῖν, ὅταν φῇ ὁ ποιητής·

τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον
ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας

τίνας ποτὲ βούλεται λέγειν.

sane etiam urbes Polypœtæ parentes (αἱ ὑ. τ. Π. πόλεις) ex parte Perrhæbicæ, sed Lapithis eas poeta assignavit, propterea quod utrique promiscue habitabant, et planitiem Lapithæ possidebant et relicta ibi Perrhæborum pars erat iis subjecta ut plurimum; montana autem loca ad Olympum et Tempe Perrhæbi tenebant, sicuti Cyphum, Dodonam et Titaresio adjacentia. Hic e Titario monte, Olympum finibus suis attingente, ortus, in Perrhæbiæ loca Tempibus vicina defluens ibi alicubi in Peneum se injicit. Enimvero Penei aqua pura est; Titaresii pingue quadam ex materia, adeo ut non misceatur,

sed ipsi in summo supernatet, velut oleum (*Il.* 2, 754).

Quia vero promiscue habitabant, Simonides Perrhæbos et Lapithas vocat omnes Pelasgiotas qui partes orienti obversas tenebant ad Gyrtonem et ostia Penei et Ossam et Pelium et regionem circa Demetriadem, et quæ in planitie sunt urbes, Larisam, Crannonem, Scotussam, Mopsium, Atracem, et quæ sunt circa Nessonidem paludem atque Bœbeidem; ex quibus poeta paucorum tantum meminit, quod cetera vel nondum habitata, vel certe male habitata erant ob supervenientes subinde inundationes. Etenim Nessonidis quoque paludis mentionem Homerus nullam facit, sed Bœbeidis tantum, licet multo minoris, quod hæc sola videlicet permaneret, illa, ut probabile est, alias impleretur, alias deficeret. Scotussæ facta est mentio etiam quum de Dodona loqueremur et oraculo Thessalico, quod juxta illum locum fuisse diximus. Ad Scotussam locus est Cynos kephalæ, quod capita canum significat, ubi Romani, Ætolis adjuvantibus, duce T. Quinctio Flaminino Philippum Demetrii filium, Macedoniæ regem, magno prœlio vicerunt.

21. Idem fere experta est Magnetis. Etsi enim multa ejus loca jam enumeraverat Homerus, nullos tamen in his Magnetes nominavit, sed illos tantum, quos obscurius neque distincte designat (*Il.* 2, 756):

Qui ad Peneum et Pelium frondosum
habitabant.

Atqui circa Peneum et Pelium habitabant etiam Gyrtonii, quos jam recensuerat, Ormeniique et alii complures; atque etiam longius a Pelio Magnetes adhuc erant, incipientes ab Eumeli subditis, ut quidem posteriores censuerunt. Nimirum videntur ob continentes migrationes, mutationes permixtionesque communitatum, etiam nomina gentesque confudisse, unde fit, ut nunc nobis nonnunquam offeratur perplexitas, veluti primum hoc de Crannoniis et Gyrtoniis factum est. Quippe Gyrtonii antiquitus Phlegyæ sunt nominati, a Phlegya Ixionis fratre, Crannonii autem Ephyri. Itaque ubi poeta dicit (*Il.* 13, 301):

ambo hi e Thracia in Ephyros armabantur
vel in Phlegyas magnanimos

quæritur, quosnam dicere velit.

22. Ἔπειτα τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Περραιβῶν καὶ τῶν Αἰνιάνων συνέβη. Ὅμηρος μὲν γὰρ συνέζευξεν αὐτούς, ὡς πλησίον ἀλλήλων οἰκοῦντας· καὶ δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶν ὕστερον ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἡ οἴκησις τῶν Αἰνιάνων ἐν τῷ Δωτίῳ γενέσθαι πεδίῳ, τοῦτο δ' ἐστὶ πλησίον τῆς ἄρτι λεχθείσης Περραιβίας καὶ τῆς Ὄσσης καὶ ἔτι τῆς Βοιβηίδος λίμνης ἐν μέσῃ μέν πως τῇ Θετταλίᾳ, λόφοις δὲ ἰδίοις περικλειόμενον· περὶ οὗ Ἡσίοδος οὕτως εἴρηκεν·

> ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνούς
> Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο
> νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

οἱ μὲν οὖν Αἰνιᾶνες οἱ πλείους εἰς τὴν Οἴτην ἐξηλάθησαν ὑπὸ τῶν Λαπιθῶν, κἀνταῦθα δὲ ἐδυνάστευσαν ἀφελόμενοι τῶν τε Δωριέων τινὰ μέρη καὶ τῶν Μαλιέων μέχρι Ἡρακλείας καὶ Ἐχίνου, τινὲς δ' αὐτῶν ἔμειναν περὶ Κύφον, Περραιβικὸν ὄρος ὁμώνυμον κατοικίαν ἔχον. οἱ δὲ Περραιβοί, τινὲς μὲν συσταλέντες περὶ τὰ ἑσπέρια τοῦ Ὀλύμπου μέρη κατέμενον αὐτόθι, πρόσχωροι ὄντες Μακεδόσι, τὸ δὲ πολὺ μέρος εἰς τὰ περὶ τὴν Ἀθαμανίαν ὄρη καὶ τὴν Πίνδον ἐξέπεσε· νυνὶ δὲ μικρὸν ἢ οὐδὲν αὐτῶν ἴχνος σώζεται· τοὺς δ' οὖν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεχθέντας Μάγνητας ὑστάτους ἐν τῷ Θετταλικῷ καταλόγῳ νομιστέον τοὺς ἐντὸς τῶν Τεμπῶν ἀπὸ τοῦ Πηνειοῦ καὶ τῆς Ὄσσης ἕως Πηλίου, Μακεδόνων τοῖς Πιεριώταις ὁμόρους, τοῖς ἔχουσι τὴν τοῦ Πηνειοῦ περαίαν μέχρι τῆς θαλάττης. τὸ μὲν οὖν Ὁμόλιον ἢ τὴν Ὁμόλην (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) ἀποδοτέον αὐτοῖς· εἴρηται δ' ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς, ὅτι ἐστὶ πρὸς τῇ Ὄσσῃ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ Πηνειοῦ διὰ τῶν Τεμπῶν διεκβολῆς. εἰ δὲ καὶ μέχρι τῆς παραλίας προϊτέον τῆς ἐγγυτάτω τοῦ Ὁμολίου, λόγον ἔχει, ὥστε τὸν Ῥιζοῦντα προσνέμειν καὶ Ἐρυμνὰς ἐν τῇ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ παραλίᾳ κειμένας καὶ τῇ ὑπὸ Εὐμήλῳ. τοῦτο μὲν οὖν ἐν ἀσαφεῖ κείσθω. καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐφεξῆς τόπων μέχρι Πηνειοῦ οὐ διαφανῶς λέγεται, ἀδόξων δ' ὄντων τῶν τόπων, οὐδ' ἡμῖν περὶ πολλοῦ θετέον. ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ καὶ τετραγῴδηται μετὰ ταῦτα καὶ ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου· ἔστι δ' αὕτη μὲν ἀκτὴ πετρώδης, μεταξὺ δ' αὐτῆς καὶ Κασθαναίας κώμης ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κειμένης αἰγιαλός ἐστιν, ἐν ᾧ ὁ Ξέρξου στόλος ναυλοχῶν, ἀπηλιώτου πολλοῦ πνεύσαντος, ὁ μὲν εὐθὺς αὐτοῦ πρὸς τὸ ξηρὸν ἐξώκειλε καὶ διελύθη παραχρῆμα, ὁ δ' εἰς Ἰπνούς, τόπον τραχὺν τῶν περὶ τὸ Πήλιον, παρενεχθείς, ὁ δ' εἰς Μελίβοιαν, ὁ δ' εἰς τὴν Κασθαναίαν διεφθάρη. τραχὺς δ' ἐστὶν ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηλίου, ὅσον σταδίων ὀγδοήκοντα· τοσοῦτος δ' ἐστὶ καὶ τοιοῦτος καὶ ὁ τῆς Ὄσσης. μεταξὺ δὲ κόλπος σταδίων πλειόνων ἢ διακοσίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. ὁ δὲ πᾶς ἀπὸ Δημητριάδος ἐγκολπίζοντι ἐπὶ τὸν Πηνειὸν μείζων τῶν χιλίων, [ἀπὸ δὲ Σπε]ρχειοῦ καὶ ἄλλων ὀκτακοσίων, ἀπὸ δὲ Εὐρίπου δισχιλίων τριακοσίων πεντήκοντα. Ἱερώνυμος δὲ τῆς πεδιάδος Θετταλίας

22. Deinde idem accidit de Perrhæbis et Ænianibus (*codd.* Athamanibus). Nam Homerus quidem tanquam in vicinia habitantes conjunxit; ac sane recentiores affirmant, longo tempore Ænianes (*codd.* Athamanes) in Dotio campo habitasse, qui propinquus est memoratæ modo Perrhæbiæ et Ossæ ac Bœbeidi paludi, in media quidem fere Thessalia situs sed propriis suis inclusus collibus. De quo sic Hesiodus cecinit:

> Aut qualis Didymos sacros colit alma Coronis (Κορωνίς)
> Dotium apud campumque, feracem Amyrumque Lyæi,
> Virgo intacta, pedes Bœbeide quæ lavit unda.

Ænianes (*codd.* Atham.) igitur plerique quidem a Lapithis in Œtam sunt ejecti, ibique principatum tenuerunt, quum et Doriensibus et Maliensibus quædam eripuissent loca usque ad Heracleam et Echinum: nonnulli autem eorum apud Cyphum manserunt, montem Perrhæbicum cum pago ejusdem nominis. Similiter Perrhæborum quidam coacti ad occiduas Olympi partes, finitimi Macedonibus, ibi permanserunt, major autem pars in montes ad Athamaniam Pindumque ejecta est; nunc aut nihil de iis, aut exiguum superest vestigium. Itaque qui ab Homero in Thessalorum recensione ultimi nominantur Magnetes, ii sunt intelligendi, qui intra Tempe a Peneo et Ossa usque ad Pelium habitabant, Pieriotis Macedonibus contermini, qui trans Peneum usque ad mare accolunt. His igitur adscribendum est Homolium sive Homole (nam utroque modo enunciatur). Dictum est autem in Macedoniæ descriptione, esse ipsum ad Ossam, ubi Peneus per Tempe se evolvere incipit. Quodsi usque ad oram maritimam progredi licet, quæ Homolio est proxima, consentaneum est, ut Rhizuntem quoque iis attribuamus et Erymnas, in ora Philoctetæ et Eumelo subdita sitas. Id tamen dubium relinquamus. Sed ordo reliquorum quoque usque ad Peneum locorum obscure est propositus; at non multum refert hoc, quum loca illa sint obscura. Sepias tamen litus et in tragœdiis postea et hymnis celebratum est, deleta ibi Persica classe. Est vero Sepias litus saxosum; inter Sepiadem autem et Casthanæam, pagum sub Pelio situm, ora est, ubi, quum Xerxis classis stationem haberet, Subsolanus vehementer flans navium alias in aridum subito ejecit atque confregit, aliæ ad Hipnos asperum locum pone Pelium, aliæ Melibœam, aliæ ad Casthanæam delatæ perierunt. Tota præter Pelium navigatio aspera est, octoginta circiter stadiorum; talisque et tanta etiam Ossæ est præternavigatio. Interjacet sinus ducentorum stadiorum atque amplius; in eo sita est Melibœa. Tota vero navigatio a Demetriade ad Peneum, si quis sinus intret, mille stadiorum est et amplius; a Spercheo autem etiam aliorum octingentorum, a Euripo denique bis mille trecentorum quinquaginta. Hieronymus campestris Thessaliæ et Magnesiæ ambitum tria stadiorum millia con-

καὶ Μαγνήτιδος τὸν κύκλον τρισχιλίων ἀποφαίνεται σταδίων· ᾠκῆσθαι δ' ὑπὸ Πελασγῶν· ἐξελαθῆναι δὲ τούτους εἰς τὴν Ἰταλίαν ὑπὸ Λαπιθῶν· εἶναι δὲ τὸ νῦν καλούμενον Πελασγικὸν πεδίον, ἐν [ᾧ] Λάρισα καὶ Γυρτώνη καὶ Φεραὶ καὶ Μόψιον καὶ Βοιβηὶς καὶ Ὄσσα καὶ Ὁμόλη καὶ Πήλιον καὶ Μαγνῆτις· Μόψιον δ' ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις· ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψοπος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία.

23. Τὰ καθ' ἕκαστα μὲν ταῦτα περὶ Θετταλίας, καθ' ὅλου δ', ὅτι Πυρραία πρότερον ἐκαλεῖτο ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος γυναικός, Αἱμονία δὲ ἀπὸ Αἵμονος, Θετταλία δὲ ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ Αἵμονος. ἔνιοι δέ, διελόντες δίχα, τὴν μὲν πρὸς νότον λαχεῖν φασι Δευκαλίωνα, καὶ καλέσαι Πανδώραν ἀπὸ τῆς μητρός, τὴν δ' ἑτέραν Αἵμονι, ἀφ' οὗ Αἱμονίαν λεχθῆναι· μετωνομάσθαι δὲ τὴν μὲν Ἑλλάδα ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, τὴν δὲ Θετταλίαν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Αἵμονος· τινὲς δὲ ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Θεσπρωτίδος ἀπογόνους Ἀντίφου καὶ Φειδίππου, τῶν Θετταλοῦ τοῦ Ἡρακλέους, ἐπελθόντας ἀπὸ Θετταλοῦ, τοῦ ἑαυτῶν προγόνου, τὴν χώραν ὀνομάσαι. εἴρ[ηται] δὲ καὶ Νεσσωνὶς ὀνομασθῆναί ποτε ἀπὸ Νέσσωνος τοῦ Θετταλοῦ, καθάπερ καὶ ἡ λίμνη.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ δέκατον περιέχει Αἰτωλίαν καὶ τὰς παρακειμένας νήσους, ἔτι δὲ Κρήτην πᾶσαν, ᾗ καὶ μάλιστα ἐγχρονίζει, νόμιμά τε αὐτῆς διηγούμενος καὶ τῶν Κουρήτων, πρὸς δὲ καὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων τὴν ἐν αὐτῇ γένεσιν καὶ τιμὴν καὶ ὄργια ἐπεξιών· καὶ τὸ ἴδιον δὲ γένος Στράβων ἀπὸ Κρήτης λέγει· ἔτι δὲ καὶ τὰς περὶ Κρήτην νήσους, πολλὰς οὔσας, περιέχει τὸ βιβλίον, ἐν αἷς εἰσι καὶ αἱ Σποράδες καὶ τῶν Κυκλάδων ἔνιαι.

ΚΕΦ. Α.

Ἐπειδὴ ἡ Εὔβοια παρὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην παραβέβληται, τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θετταλίας, πλὴν τῶν ἄκρων ἑκατέρωθεν, οἰκεῖον ἂν εἴη συνάψαι τοῖς εἰρημένοις τὰ περὶ τὴν νῆσον, εἶθ' οὕτω μεταβῆναι πρός τε τὰ Αἰτωλικὰ καὶ τὰ Ἀκαρνανικά, ἅπερ λοιπά ἐστι τῶν τῆς Εὐρώπης μερῶν.

2. Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλος κατὰ δὲ τὸ πλέον

tinere affirmat, habitatam vero regionem fuisse primo a Pelasgis, quos Lapithæ in Italiam expulerint : qui nunc vocatur Pelasgicus campus, in eo esse Larisam, Gyrtonem, Pheras, Mopsium, Bœbeidem lacum, Ossam, Homolen, Pelium et Magnetidem. Ceterum Mopsium nomen habuit non a Mopso Mantûs Tiresia natæ filio, sed a Mopso Lapitha, qui Argonautis socius expeditionis fuit; alius denique est Mopsopus, a quo Attica Mopsopiæ appellationem accepit.

23. Hæc ergo singulatim de Thessalia dicta sunto. In universum vero scias olim eam fuisse Pyrrhæam nuncupatam a Pyrrha Deucalionis uxore, Hæmoniam ab Hæmone, Thessaliam a Thessalo Hæmonis filio. Quidam in duas partes dividunt, quarum altera versus meridiem sita obtigerit sorte Deucalioni, qui eam a matre sua Pandoram denominaverit, altera Hæmoni, unde dicta sit Hæmonia. Pandoram deinde mutato nomine Helladem dictam esse ab Hellene Deucalionis filio; similiter Hæmoniam ab Hæmonis filio Thessaliæ nomen accepisse. Quidam vero ab Ephyra Thesprotica profectos Antiphi et Phidippi posteros, filiorum Thessali ab Hercule progeniti, a Thessalo, sui generis auctore, regioni nomen Thessaliæ imposuisse aiunt. Quin etiam Nessonis aliquando vocata fuisse fertur, a Nessone Thessali filio : a quo etiam Nessonis palus nomen habet.

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Decimus liber continet Ætoliam et adjacentes insulas; tum Cretam omnem, cui maxime immoratur, edisserens ejus instituta, et Curetum nec non Idæorum Dactylorum in eadem ortum, honorem et orgia persequens; suum quoque ipsius genus Strabo e Creta oriundum esse dicit. Præterea etiam quæ ad Cretam sunt insulas, permultas numero, liber hic recenset, in quibus etiam sunt Sporades et Cyclades nonnullæ.

CAP. I.

Jam quum Eubœa juxta totam hanc oram maritimam porrigatur, quæ a Sunio est usque ad Thessaliam, exceptis utrinque extremitatibus, commode ejus insulæ descriptio superioribus annectetur; deinde ad Ætoliam Acarnaniamque progrediemur, quæ solæ partes Europæ supersunt enarrandæ.

2. Eubœa igitur insula, in longum porrecta a Cenæo ad Geræstum stadiis circiter mille ducentis. Latitudo inæqualis est : ubi maxima, stadiorum fere centum quinqua-

ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων. Τὸ μὲν οὖν Κήναιόν ἐστι κατὰ Θερμοπύλας καὶ τὰ ἔξω Θερμοπυλῶν ἐπ' ὀλίγον, Γεραιστὸς δὲ καὶ Πεταλία πρὸς Σουνίῳ. γίνεται οὖν ἀντίπορθμος τῇ τε Ἀττικῇ καὶ Βοιωτίᾳ καὶ Λοκρίδι καὶ τοῖς Μαλιεῦσι. Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μάκρις ὠνομάσθη. συνάπτει δὲ τῇ ἠπείρῳ κατὰ Χαλκίδα μάλιστα, κυρτὴ προπίπτουσα πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Αὐλίδα τόπους τῆς Βοιωτίας καὶ ποιοῦσα τὸν Εὔριπον, περὶ οὗ διὰ πλειόνων εἰρήκαμεν, σχεδὸν δέ τι καὶ περὶ τῶν ἀντιπόρθμων ἀλλήλοις τόπων κατά τε τὴν ἤπειρον καὶ κατὰ τὴν νῆσον ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου, τά τε ἐντὸς καὶ τὰ ἐκτός. εἰ δέ τι ἐλλέλειπται, νῦν προσδιασαφήσομεν. καὶ πρῶτον, ὅτι τῆς Εὐβοίας τὰ Κοῖλα λέγουσι τὰ μεταξὺ Αὐλίδος καὶ τῶν περὶ Γεραιστὸν τόπων· κολποῦται γὰρ ἡ παραλία, πλησιάζουσα δὲ τῇ Χαλκίδι κυρτοῦται πάλιν πρὸς τὴν ἤπειρον.

3. Οὐ μόνον δὲ Μάκρις ἐκλήθη ἡ νῆσος, ἀλλὰ καὶ Ἀβαντίς. Εὔβοιαν γοῦν εἰπὼν ὁ ποιητὴς τοὺς ἀπ' αὐτῆς Εὐβοέας οὐδέποτε εἴρηκεν, ἀλλ' Ἄβαντας ἀεί·

οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες.
Τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο.

φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς Θρᾷκας ὁρμηθέντας ἐποικῆσαι τὴν νῆσον καὶ ἐπονομάσαι Ἄβαντας τοὺς ἔχοντας αὐτήν· οἱ δ' ἀπὸ ἥρωός φασι, καθάπερ καὶ Εὔβοιαν ἀπὸ ἡρωίνης. τάχα δ' ὥσπερ Βοὸς αὐλὴ λέγεταί τι ἄντρον ἐν τῇ πρὸς Αἰγαῖον τετραμμένῃ παραλίᾳ, ὅπου τὴν Ἰώ φασι τεκεῖν Ἔπαφον, καὶ ἡ νῆσος ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἔσχε τοῦτο τοὔνομα. καὶ Ὄχη δὲ ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος καὶ ἔστιν ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ μέγιστον τῶν ἐνταῦθα ὀρῶν. καὶ Ἐλλοπία δ' ὠνομάσθη ἀπὸ Ἔλλοπος τοῦ Ἴωνος· οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν φασιν, ὃς καὶ τὴν Ἐλλοπίαν κτίσαι λέγεται, χωρίον ἐν τῇ Ὠρίᾳ καλουμένῃ τῆς Ἱστιαιώτιδος πρὸς τῷ Τελεθρίῳ ὄρει, καὶ τὴν Ἱστίαιαν προσκτήσασθαι καὶ τὴν Περιάδα καὶ Κήρινθον καὶ Αἰδηψὸν καὶ Ὀροβίας, ἐν † ᾧ μαντεῖον ἦν ἀψευδέστατον· ἦν δὲ μαντεῖον καὶ τοῦ Σελινουντίου Ἀπόλλωνος· μετῴκησαν δ' εἰς τὴν Ἱστίαιαν οἱ Ἐλλοπιεῖς, καὶ ηὔξησαν τὴν πόλιν Φιλιστίδου τοῦ τυράννου βιασαμένου μετὰ τὰ Λευκτρικά. Δημοσθένης δ' ὑπὸ Φιλίππου κατασταθῆναι τύραννόν φησι καὶ τῶν Ὠρειτῶν τὸν Φιλιστίδην· οὕτω γὰρ ὠνομάσθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαιεῖς, καὶ ἡ πόλις ἀντὶ Ἱστιαίας Ὠρεός· ἔνιοι δ' ὑπ' Ἀθηναίων ἀποικισθῆναί φασι τὴν Ἱστίαιαν ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἱστιαιέων, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐρετριέων τὴν Ἐρέτριαν. Θεόπομπος δέ φησι, Περικλέους χειρουμένου Εὔβοιαν, τοὺς Ἱστιαιεῖς καθ' ὁμολογίας εἰς Μακεδονίαν μεταστῆναι, δισχιλίους δ' ἐξ Ἀθηναίων ἐλθόντας τὸν Ὠρεὸν οἰκῆσαι, δῆμον ὄντα πρότερον τῶν Ἱστιαιέων.

4. Κεῖται δ' ὑπὸ τῷ Τελεθρίῳ ὄρει ἐν τῷ Δρυμῷ καλουμένῳ παρὰ τὸν Κάλλαντα ποταμὸν ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς, ὥστε τάχα καὶ διὰ τὸ τοὺς Ἐλλοπιεῖς ὀρείους

ginta. Cenæum quidem Thermopylis opponitur et quæ extra eas non procul sita sunt: Geræstus vero et Petalia Sunio. Itaque insula hæc opponitur Atticæ, Bœotiæ, Locridi, Maliensibus, freto intercipiente. Ob angustiam vero et quam diximus longitudinem ab antiquis fuit Macris nominata. Ad continentem proxime accedit apud Chalcidem, ubi incurvata ad Bœotiæ loca Aulidi propinqua excedit, Euripumque efficit, de quo copiosius diximus, uti fere de locis quoque continentis atque insulæ quæ in Euripi parte tum exteriore tum interiore sibi opposita sunt. Si quid prætermissum est, id jam nunc narratio nostra supplebit. Ac primum monemus Cava Eubœæ ea vocari loca, quæ sunt media inter Aulidem (*Chalcidem?* Καφηρέως *Epit.*) et Geræstum; nam in sinum ibi ora maritima flectitur, ad Chalcidem autem appropinquans, rursum ad continentem incurvatur.

3. Non modo autem Macridis nomen gessit Eubœa, sed Abantidis etiam. Homerus quidem, quum Eubœam nominet, ejus tamen incolas nusquam vocat Euboenses, sed semper Abantes (*Il.* 2, 536. 542):

Eubœæ cives spirantes robur Abantes.
Huic et Abantes erant comites.

Aristoteles ait, Thraces Aba, Phocidis urbe, profectos insulam hanc occupasse, et incolis Abantum nomen imposuisse. Alii id ab heroe quodam ductum dicunt, ut et Eubœæ ab heroina. Fortassis autem, sicut antrum quoddam in ora mari Ægæo obversa Bovis aula dicitur, ubi Io Epaphum enixa dicitur, ita hinc insula quoque Eubœa nuncupata est. Eadem insula etiam Oche appellabatur, quod nomen etiam maximus Euboicorum montium gerit. Porro Ellopia nominata ab Ellope Ionis filio (alii Æcli et Cothi fratrem fuisse ferunt), qui et Ellopiam condidisse dicitur, locum in Oria (Ὠρείᾳ) Histiæensis regionis ad montem Telethrium, et postea adjunxisse sibi Histiæam, Periadem, Cerinthum, Ædepsum et Orobias, ubi (ἐν αἷς) oraculum erat veracissimum; erat vero oraculum (etiam) Selinuntii (?) Apollinis. Ceterum Ellopienses Histiæam commigraverunt urbemque eam auxerunt, coacti a Philistida tyranno post Leuctricam pugnam. Demosthenes Philistidem etiam Oritis tyrannum impositum a Philippo ait; nam Histiæenses postmodo Oritæ, urbsque ipsa pro Histiæa Oreus dicta est. Nonnulli ab Atheniensibus ex Histiæensium pago coloniam hinc deductam tradunt, ut Eretriam ex pago Eretriensium. Theopompus scribit, Eubœa a Pericle subacta, Histiæenses ex pacto in Macedoniam commigrasse, duo autem Atheniensium millia Oreum in coloniam ivisse, qui antea populus seu curia Histiæensis fuissent.

4. Sita est Oreus urbs sub monte Telethrio, in loco qui Drymus (i. e. *Quercetum*) appellatur, juxta Callantem fluvium in saxo sublimi. Itaque fortassis propterea quod

εἶναι τοὺς προοικήσαντας ἐτέθη τοὔνομα τοῦτο τῇ πόλει· δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Ὠρίων ἐνταῦθα τραφεὶς οὕτως ὠνομασθῆναι· ἔνιοι δὲ τοὺς Ὠρείτας, πόλιν ἔχοντας ἰδίαν, φασὶ πολεμουμένους ὑπὸ τῶν Ἐλλοπιέων μεταβῆναι καὶ συνοικῆσαι τοῖς Ἱστιαιεῦσι, μίαν δὲ γενηθεῖσαν πόλιν ἀμφοτέροις χρήσασθαι τοῖς ὀνόμασι, καθάπερ Λακεδαίμων τε καὶ Σπάρτη ἡ αὐτή. εἴρηται δ' ὅτι καὶ ἐν Θετταλίᾳ Ἱστιαιῶτις ἀπὸ τῶν ἀνασπασθέντων ἐνθένδε ὑπὸ Περραιβῶν ὠνόμασται.

5. Ἐπεὶ δ' ἡ Ἐλλοπία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἱστιαίας καὶ τοῦ Ὠρεοῦ προσηγάγετο ἡμᾶς ποιήσασθαι, τὰ συνεχῆ λέγωμεν τοῖς τόποις τούτοις. ἔστι δ' ἐν τῷ Ὠρεῷ τούτῳ τό τε Κήναιον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων, ὑπερκείμενον τοῦ ἐπὶ Κῦνον πορθμοῦ· ἐκ δὲ τοῦ Δίου Κάναι τῆς Αἰολίδος ἀπῳκίσθησαν· ταῦτά τε δὴ τὰ χωρία περὶ τὴν Ἱστίαιάν ἐστι καὶ ἔτι Κήρινθος πολείδιον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· ἐγγὺς δὲ Βούδορος ποταμὸς ὁμώνυμος τῷ κατὰ τὴν Σαλαμῖνα ὄρει τῷ πρὸς τῇ Ἀττικῇ.

6. Κάρυστος δέ ἐστιν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ. πλησίον δὲ τὰ Στύρα καὶ τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου, ὅθεν διάπλους εἰς Ἁλὰς τὰς Ἀραφηνίδας. ἐν δὲ τῇ Καρύστῳ καὶ ἡ λίθος φύεται ἡ ξαινομένη καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὕφη χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπωθέντα δ' εἰς φλόγα βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τῇ πλύσει τὸν πίνον παραπλησίως· ᾠκίσθαι δὲ τὰ χωρία ταῦτά φασιν ὑπὸ τῶν ἐκ Τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα καὶ Στειριέων· κατεστράφη δὲ τὰ Στύρα ἐν τῷ Μαλιακῷ πολέμῳ ὑπὸ Φαίδρου, τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ· τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν Ἐρετριεῖς. Κάρυστος δέ ἐστι καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπος τῆς Αἴγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε.

7. Γεραιστὸς δ' ἐν μὲν τῷ Καταλόγῳ τῶν νεῶν οὐκ εἴρηται, μέμνηται δ' ὁ ποιητὴς ὅμως αὐτοῦ·

ἐς δὲ Γεραιστὸν
ἐννύχιοι κατάγοντο·

καὶ δηλοῖ, διότι τοῖς διαίρουσιν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐπικαιρίως κεῖται τῷ Σουνίῳ πλησιάζον τὸ χωρίον· ἔχει δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος ἐπισημότατον τῶν ταύτῃ καὶ κατοικίαν ἀξιόλογον.

8. Μετὰ δὲ τὸν Γεραιστὸν Ἐρέτρια, πόλις μεγίστη τῆς Εὐβοίας μετὰ Χαλκίδα, ἔπειθ' ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου τρόπον τινά, ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη· ἀμφότεραι δὲ πρὸ τῶν Τρωικῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται, καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ Αἶκλος καὶ Κόθος, ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν τὴν Ἐρέτριαν ᾤκισε, Κόθος δὲ τὴν Χαλκίδα· καὶ τῶν Αἰολέων δέ τινες ἀπὸ τῆς Πενθίλου στρατιᾶς κατέμειναν ἐν τῇ νήσῳ, τὸ δὲ παλαιὸν καὶ Ἄραβες οἱ Κάδμῳ συνδιαβάντες. αἱ δ' οὖν πόλεις αὗται διαφερόντως αὐξηθεῖσαι καὶ ἀποικίας ἔστειλαν ἀξιολόγους εἰς Μακεδονίαν· Ἐρέτρια μὲν γὰρ συνῴκισε τὰς περὶ Παλλήνην καὶ τὸν Ἄθω

Ellopienses qui prius urbem tenebant, montani erant, hoc ei nomen inditum est. Videtur etiam Orion ibi enutritus inde nomen tulisse. Quidam narrant, Oritas, quum peculiarem haberent urbem, ab Ellopiensibus bello pressos transisse ad Histiæenses, et cum iis habitasse: itaque unam de duabus factam urbibus utroque nomine promiscue usam, sicut eadem urbs et Sparta et Lacedæmon vocatur. Dictum vero est (9, 5, 17) in Thessalia quoque Histiæotidem esse nominatam ab iis, quos hinc Perrhæbi avellerunt.

5. Sed quoniam Ellopia nobis causam dedit descriptionem ab Histiæa et Oreo ordiendi, dicamus porro quæ his locis sunt continua. In Orei regione Cenæum promontorium est, et ad illud situm Dium atque Athenæ Diades, ab Atheniensibus conditum oppidum supra eam freti partem ubi in Cynum urbem trajectus est. A Dio Canas, Æolidis urbem, deducta est colonia. Hæc ergo sunt juxta Histiæam, et Cerinthus præterea oppidulum mari imminens, ac prope Cerinthum Budorus flumen, idem nomen gerens cum monte apud Salaminem Atticæ vicino.

6. Carystus sub monte Ocha sita est: in propinquo Styra et Marmarium, ubi Carystiæ exscinduntur columnæ, et templum est Marmarini Apollinis, unde trajectus est ad Halas Araphenidas. Apud Carystum etiam lapis nascitur, qui pectitur et texitur, atque ex eo mantilia conficiuntur, quæ ubi sordem contraxerunt, in flammam injecta purgantur, perinde ac lotione linteorum (τῶν λίνων *Epit.*) maculæ eluuntur. Ferunt hæc loca colonis frequentata e tetrapoli Marathonia eo profectis, et Stiriensibus. Styra eversa sunt bello Lamiaco (Λαμιακῷ) ab Atheniensium duce Phædro (?); agrum vero Eretrienses possident. Carystus etiam Laconicæ locus est in Ægy versus Arcadiam: unde vinum Carystium Alcman dixit.

7. Geræstus in Catalogo navium non nominatur: meminit tamen alibi poeta (*Od.* 3, 177):

ad Geræstum
noctu (ἐννύχιαι) naves delatæ sunt;

ostenditque ex Asia in Atticam trajicientibus opportune situm esse hunc locum Sunio propinquum. Templum habet Neptuni, eorum quæ ibi sunt nobilissimum, et memorabilem incolarum multitudinem.

8. Post Geræstum Eretria est, Euboicarum urbium, demta Chalcide, maxima. Tum Chalcis, caput insulæ quodammodo, ad ipsum sita Euripum. Ambæ ante bellum Trojanum conditæ ab Atheniensibus dicuntur, ac post bellum Trojanum Aiclus et Cothus Athenis profecti, ille Eretriam, hic Chalcidem incolis frequentarunt; sed etiam Æolensium quidam ab expeditione Penthili in insula ista manserunt: antiquitus vero etiam Aradii, qui cum Cadmo trajecerant. Hæ urbes majorem in modum auctæ, colonias etiam insignes in Macedoniam miserunt. Nam Eretria urbes circa Pallenen et Atho condidit; Chalcis Olyntho

πόλεις, ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ, ἃς Φίλιππος διελυμήνατο. καὶ τῆς Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας πολλὰ χωρία Χαλκιδέων ἐστίν· ἐστάλησαν δὲ αἱ ἀποικίαι αὗται, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης, ἡνίκα ἡ τῶν Ἱπποβοτῶν καλουμένη ἐπεκράτει πολιτεία· προέστησαν γὰρ αὐτῆς ἀπὸ τιμημάτων ἄνδρες ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες. κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν καὶ τὸν περίβολον τῆς πόλεως ηὔξησαν, ἐντὸς τείχους λαβόντες τόν τε Κάνηθον καὶ τὸν Εὔριπον, ἐπιστήσαντες τῇ γεφύρᾳ πύργους καὶ πύλας καὶ τεῖχος.

9. Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Χαλκιδέων πόλεως τὸ Λήλαντον καλούμενον πεδίον. ἐν δὲ τούτῳ θερμῶν τε ὑδάτων εἰσὶν ἐκβολαὶ πρὸς θεραπείαν νόσων εὐφυεῖς, οἷς ἐχρήσατο καὶ Σύλλας Κορνήλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών, καὶ μέταλλον δ' ὑπῆρχε θαυμαστὸν χαλκοῦ καὶ σιδήρου κοινόν, ὅπερ οὐχ ἱστοροῦσιν ἀλλαχοῦ συμβαῖνον· νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπεν. ἔστι δὲ καὶ ἅπασα μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ' ἡ περὶ τὸν πορθμόν, καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφοράς, καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία καὶ ἄλλοι τόποι, περὶ ὧν ἐμνήσθημεν διὰ πλειόνων πρότερον. ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ·

Εὐβοΐδα καμπὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
ἀκτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

Χαλκὶς δ' ὁμωνύμως λέγεται καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ·

Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν·

καὶ ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ·

βὰν δὲ παρὰ Κρουνοὺς καὶ Χαλκίδα πετρήεσσαν

οἱ περὶ Τηλέμαχον ἀπιόντες παρὰ Νέστορος εἰς τὴν οἰκείαν.

10. Ἐρέτριαν δ' οἱ μὲν ἀπὸ Μακίστου τῆς Τριφυλίας ἀποικισθῆναί φασιν ὑπ' Ἐρετριέως, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρετρίας, ἣ νῦν ἐστιν ἀγορά· ἔστι δὲ καὶ περὶ Φάρσαλον Ἐρέτρια. ἐν δὲ τῇ Ἐρετρικῇ πόλις ἦν Ταμύναι, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος· Ἀδμήτου δ' ἵδρυμα λέγεται τὸ ἱερόν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν ἐνιαυτόν, πλησίον τοῦ πορθμοῦ· Μελανηὶς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ἐρέτρια καὶ Ἀρότρια· ταύτης δ' ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος ἀφ' ἑπτὰ σταδίων τοῦ τείχους. τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει, περιχυθέντων τῶν βαρβάρων τῷ τείχει (καὶ δεικνύουσιν ἔτι τοὺς θεμελίους, καλοῦσι δὲ παλαιὰν Ἐρέτριαν), ἡ δὲ νῦν ἐπέκτισται. τὴν δὲ δύναμιν τὴν Ἐρετριέων, ἣν ἔσχον ποτέ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἣν ἀνέθεσάν (ποτε) ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος· γέγραπται δ' ἐν αὐτῇ, τρισχιλίοις μὲν ὁπλίταις, ἑξακοσίοις δ' ἱππεῦσιν, ἑξήκοντα δ' ἅρμασι ποιεῖν τὴν πομπήν· ἐπῆρχον δὲ καὶ Ἀνδρίων καὶ Τηνίων καὶ Κείων καὶ ἄλλων νήσων. ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος, ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ῥῷ πολλῷ χρησάμενοι, οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν ῥημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ, κεκωμῴδηνται. ἔστι δὲ καὶ

vicinas, quas Philippus devastavit. Quin et in Italia et in Sicilia multa sunt loca Chalcidensium. Colonias istas deductas fuisse Aristoteles dicit, quo tempore Hippobotæ, qui dicebantur, rempublicam tenuerunt : hi enim Chalcide summam rerum optimatum imperio gerebant, censu lecti. Quo tempore Alexander in Asiam transivit, mœnia etiam Chalcidis cives auxerunt, intra ea Canethum collem et Euripum recipientes, ac ponti turres imponentes, murumque et portas.

9. Supra Chalcidem situs est campus Lelantus, in quo aquæ calidæ erumpunt ad sanandos morbos aptæ, quibus etiam Cornelius Sulla Romanorum imperator est usus; mirabile etiam metallum æris et ferri commune ibi fuit, quale negant alibi exstare : nunc utrumque defecit. Universa Eubœa terræ motibus est obnoxia, maxime apud fretum, ac recipit ventos subterraneos, sicut et Bœotia et alia loca, quorum supra copiosa est facta mentio. Tali casu etiam urbem insulæ cognominem ferunt absorptam fuisse, cujus meminit in Pontio Glauco etiam Æschylus :

Euboida *flectens* circa Cenæi Jovis
actam, sepulcrum pone infelicis Lichæ.

Est vero etiam in Ætolia Chalcis (*Il.* 2, 640) :

Chalcida litoreamque, et saxosam Calydonem;

et in Elea quæ nunc dicitur regione (*Od.* 15, 295) :

Tum præter Crunos, saxosam Chalcidaque ibant,

Telemachus scilicet ejusque socii, a Nestore domum euntes.

10. Eretriam sunt qui deductam aiant coloniam e Macisto Triphyliæ ab Eretrieo, alii ex Atheniensi Eretria, quæ nunc est forum. Est etiam apud Pharsalum Eretria. Ceterum in Eretrica ditione urbs fuit Tamynæ nomine, sacra Apollini. Fanum freto vicinum ab Admeto conditum esse fertur, cui deum servivisse dicunt. Eretria ante Melaneis fuit dicta, et Arotria. Hujus pagus est Amarynthus, septem stadia a mœnibus distans. Ac antiquam quidem urbem Persæ deleverunt, qui multitudine sua muris circumfusi, velut indagine facta (ut Herodotus ait), oppidanos ceperunt. Monstrantur etiamnum fundamenta, eaque vetus Eretria dicuntur. Hodierna urbs superstructa est. Potentiæ Eretriensium, qua fuerunt olim prædití, testimonium perhibet columna, quam in fano Amarynthiæ Dianæ dedicaverant, cui inscriptum est, pompam eos duxisse tribus millibus gravis armaturæ peditum, sexcentis equitibus et sexaginta curribus. Imperabant etiam Andriis, Teniis, Ceis aliisque insulis. Colonos habuerunt ex Elide : itaque ob frequentem usum litteræ R non in fine modo, sed et medio vocabulorum, comicorum dicteriis exagitabantur. Est

Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετρικῆς, λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους, ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ καὶ τῇ περὶ Τρίκκην καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, ἣν Ἀνδανίαν οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν, καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ περὶ τοὺς Εὐρυτᾶνας.

11. Νυνὶ μὲν οὖν ὁμολογουμένως ἡ Χαλκὶς φέρεται τὰ πρωτεῖα καὶ μητρόπολις αὕτη λέγεται τῶν Εὐβοέων, δευτερεύει δ' ἡ Ἐρέτρια. ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ φιλοσόφοις ἀνδράσι παρασχεῖν διαγωγὴν ἡδεῖαν καὶ ἀθόρυβον. μαρτυρεῖ δ' ἥ τε τῶν Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη, καὶ ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή, † ὅς γε καὶ κατέλυσε τὸν βίον.

12. Τὸ μὲν οὖν πλέον ὡμολόγουν ἀλλήλαις αἱ πόλεις αὗται, περὶ δὲ Ληλάντου διενεχθεῖσαι οὐδ' οὕτω τελέως ἐπαύσαντο, ὥστε τῷ πολέμῳ κατὰ αὐθάδειαν δρᾶν ἕκαστα, ἀλλὰ συνέθεντο, ἐφ' οἷς συστήσονται τὸν ἀγῶνα. δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ Ἀμαρυνθίῳ στήλη τις, φράζουσα μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις. καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν πολεμικῶν ἐθῶν καὶ τῶν ὁπλισμῶν οὐδὲν οὔτ' ἔστιν οὔτ' ἦν ἔθος· ἀλλ' οἱ μὲν τηλεβόλοις χρῶνται, καθάπερ οἱ τοξόται καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ ἀκοντισταί, οἱ δ' ἀγχεμάχοις, καθάπερ οἱ ξίφει καὶ δόρατι τῷ ὀρεκτῷ χρώμενοι· διττὴ γὰρ ἡ τῶν δοράτων χρῆσις, ἡ μὲν ἐκ χειρός, ἡ δ' ὡς παλτοῖς, καθάπερ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι· καὶ γὰρ συστάδην καὶ κοντοβολούντων, ὅπερ καὶ ἡ σάρισσα δύναται καὶ ὁ ὑσσός.

13. Οἱ δ' Εὐβοεῖς ἀγαθοὶ πρὸς μάχην ὑπῆρξαν τὴν σταδίαν, ἣ καὶ συστάδην λέγεται καὶ ἐκ χειρός. δόρασι δ' ἐχρῶντο τοῖς ὀρεκτοῖς, ὥς φησιν ὁ ποιητής,

αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι
θώρηκας ῥήσσειν.

ἀλλοίων ἴσως ὄντων τῶν παλτῶν, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν Πηλιάδα μελίην, ἥν, ὥς φησιν ὁ ποιητής,

οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς·

καὶ ὁ εἰπών·

δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος τις ὀϊστῷ,

τῷ παλτῷ λέγει δόρατι. καὶ οἱ μονομαχοῦντες τοῖς παλτοῖς χρώμενοι δόρασιν εἰσάγονται πρότερον, εἶτα ἐπὶ τὰ ξίφη βαδίζοντες· ἀγχέμαχοι δ' εἰσὶν οὐχ οἱ ξίφει χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ δόρατι ἐκ χειρός, ὥς φησιν·

οὔτησε ξυστῷ χαλκήρει, λῦσε δὲ γυῖα.

τοὺς μὲν οὖν Εὐβοέας τούτῳ τῷ τρόπῳ χρωμένους εἰσάγει, περὶ δὲ Λοκρῶν τἀναντία λέγει, ὡς

οὐ σφιν σταδίῃς ὑσμίνης ἔργα μέμηλεν,
ἀλλ' ἄρα τόξοισι καὶ ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο.

περιφέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ἐκδοθεὶς Αἰγιεῦσιν,

ἵππον Θεσσαλικόν, Λακεδαιμονίαν δὲ γυναῖκα,
ἄνδρας θ', οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης,

et Œchalia pagus Eretricæ regionis, reliquiæ oppidi ab Hercule diruti, idemque gerens nomen cum Œchalia Trachinia et ea quæ apud Triccam est, et Arcadica, quam posteriores Andaniam appellaverunt, et Ætolica prope Eurytanas.

11. Nostra igitur ætate Chalcis citra controversiam principem dignitatem obtinet, et primaria Euboicarum urbs dicitur; secundo loco Eretria est. Sed et pridem magna et bello et pace fuit earum existimatio, ut philosophis quoque viris suavem tranquillamque vitæ degendæ præbuerint commoditatem; quod testatur quum Eretricorum philosophorum schola a Menedemo Eretriæ instituta, tum ea prior Aristotelis Chalcide commoratio, qui quidem ibidem (ὅς γ' ἐκεῖ) etiam vita functus est.

12. Civitates hæ plerumque concordiam servabant, et orta de Lelanto concertatione, non ita tamen omnem abjecerunt consensum, ut in bello cuncta utrinque suo pro arbitrio agerent, sed pactæ sunt de modo certaminis. Ostendit hoc columna quædam in Amarynthio, in qua exprimitur, telis, quæ eminus mittuntur, non esse utendum. Nam de bellicis et usibus et armis nulla est neque erat certa constitutio. Alii enim utuntur missilibus, ut sagittarii, funditores, jaculatores; alii comminus valentibus, ut qui gladio hastaque protenta. Est etenim duplex hastæ usus: unus comminus, alter jaculando; sicut et contus utrique inservit usui, quo et comminus et missili res geritur: idemque sarissa præstat et pilum.

13. Euboenses autem valebant stataria pugna, quæ conserto pede et comminus peragitur. Hastis enim utebantur porrectis, ut Homerus ait (*Il.* 2, 543):

Pugnaces, hastis intentis qui cupiebant
rumpere thoraces;

quum fortasse missiles alius generis fuerint hastæ, qualis probabiliter erat Achillea illa fraxinus Pelias, quam, ut ait poeta (*Il.* 19, 389):

Solus noverat conjicere Achilleus;

et Ulysses ubi dicit (*Od.* 8, 229):

Tantum hasta jaculor, quantum haud æquare sagitta
quisquam alius valeat,

missilem hastam intelligit. Et qui singulari certamine congrediuntur, primum hastis missilibus rem gerentes introducuntur, deinde ad gladios veniunt. Comminus autem pugnaces dicuntur, non modo qui gladio utuntur, sed et qui hastam manu tenentes pugnant, ut in his poeta dicit (*Il.* 4, 469):

Ærato feriit conto, misitque sub umbras.

Hunc ergo pugnandi morem Homerus Euboensibus tribuit. De Locris autem contraria scribit (*Il.* 13, 713, 716):

Nam non comminus hi pugnam fixo pede inibant,
arcubus et fundæ freti, sed tortili habena,
ad Trojam fuerant et prœlia dura profecti.

Circumfertur etiam datum Ægiensibus oraculum:

Thessalicus præcellit equus, mulierque Lacæna,
Virque bibens sacræ liquidos latices Arethusæ;

τοὺς Χαλκιδέας λέγων ὡς ἀρίστους· ἐκεῖ γὰρ ἡ Ἀρέθουσα.

14. Εἰσὶ δὲ νῦν Εὐβοῖται ποταμοὶ Κηρεὺς καὶ Νηλεύς, ὧν ἀφ' οὗ μὲν πίνοντα τὰ πρόβατα λευκὰ γίνεται, ἀφ' οὗ δὲ μέλανα· καὶ περὶ τὸν Κρᾶθιν δὲ εἴρηται τοιοῦτόν τι συμβαῖνον.

15. Τῶν δ' ἐκ Τροίας ἐπανιόντων Εὐβοέων τινὲς εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσόντες, † Ἄβαντες οἴκαδε διὰ τῆς Μακεδονίας περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις, καὶ ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν· ἦν δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ Εὔβοια, Χαλκιδέων τῶν ἐκεῖ κτίσμα, ἣν Γέλων ἐξανέστησε, καὶ ἐγένετο φρούριον Συρακουσίων· καὶ ἐν Κερκύρᾳ δὲ καὶ ἐν Λήμνῳ τόπος ἦν Εὔβοια καὶ ἐν τῇ Ἀργείᾳ λόφος τις.

16. Ἐπεὶ δὲ τοῖς Θετταλοῖς καὶ Οἰταίοις (τὰ) πρὸς ἑσπέραν Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνές εἰσι καὶ Ἀθαμᾶνες, εἰ χρὴ καὶ τούτους Ἕλληνας εἰπεῖν, λοιπὸν ἐξηγήσασθαι περὶ τούτων, ἵν' ἔχωμεν τὴν περίοδον ἅπασαν τὴν τῆς Ἑλλάδος· προσθεῖναι δὲ καὶ τὰς νήσους τὰς προσχώρους μάλιστα τῇ Ἑλλάδι καὶ οἰκουμένας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὅσας μὴ περιωδεύκαμεν.

quo Chalcidenses optimi prædicantur; apud eos enim est Arethusa.

14. Eubœæ flumina nunc sunt Cereus et Neleus, e quorum altero bibentes oves albæ fiunt, ex altero nigræ; quale aliquid etiam apud Crathin evenire monuimus (6, 1, 13).

15. Ceterum Euboensium e Troja redeuntium quidam, quum in Illyricum excidissent, indeque per Macedoniam domum contenderent (ἀποβάντες), apud Edessam subsederunt, navataque hospitibus in bello opera, urbem Eubœam condiderunt. Fuit etiam in Sicilia Eubœa, a Chalcidensibus ibi degentibus condita, quæ a Gelone, civibus ejectis, facta est castellum Syracusarum. Porro in Corcyra et in Lemno locus fuit Eubœa, et collis quidam in Argiva ditione.

16. Jam quum post Thessalos et Œtæos versus occasum sint Ætoli et Acarnanes ac Athamanes, siquidem hos quoque Græcos dici oporteat, restat ut de iis loquamur, itaque totius Græciæ circuitionem absolvamus; addendæ quoque insulæ maxime Græciæ vicinæ et a Græcis habitatæ, quas nondum descripsimus.

ΚΕΦ. Β.

Αἰτωλοὶ μὲν τοίνυν καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῷον ποταμόν, ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς Πίνδου πρὸς νότον διά τε Ἀγραίων, Αἰτωλικοῦ ἔθνους, καὶ Ἀμφιλόχων· Ἀκαρνᾶνες μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου τοῦ κατὰ Ἀμφιλόχους καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος, Αἰτωλοὶ δὲ τὸ πρὸς ἕω μέχρι τῶν Ὀζολῶν Λοκρῶν καὶ τοῦ Παρνασσοῦ καὶ τῶν Οἰταίων. ὑπέρκεινται δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ τοῖς προσβορείοις μέρεσι τῶν μὲν Ἀκαρνάνων Ἀμφίλοχοι, τούτων δὲ Δόλοπες καὶ ἡ Πίνδος, τῶν δ' Αἰτωλῶν Περραιβοί τε καὶ Ἀθαμᾶνες καὶ Αἰνιάνων τι μέρος τῶν τὴν Οἴτην ἐχόντων· τὸ δὲ νότιον πλευρόν, τό τε Ἀκαρνανικὸν ὁμοίως καὶ τὸ Αἰτωλικόν, κλύζεται τῇ ποιούσῃ θαλάττῃ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, εἰς ὃν καὶ ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ἐξίησιν, ὁρίζων τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν καὶ τὴν Ἀκαρνανικήν· ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῷος πρότερον. ἔστι δὲ καὶ ὁ παρὰ Δύμην ὁμώνυμος τούτῳ, καθάπερ εἴρηται, καὶ ὁ περὶ Λαμίαν. εἴρηται δὲ καί, ὅτι ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου τὸ στόμα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ φασι.

2. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν μὲν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν Ἀνακτόριόν τε ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένον Ἀκτίου πλησίον, ἐμπόριον τῆς νῦν ἐκτισμένης ἐφ' ἡμῶν Νικοπόλεως, καὶ Στράτος, ἀνάπλουν ἔχουσα τῷ Ἀχελώῳ πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων, καὶ † Οἰναία δέ, καὶ αὐτὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἡ μὲν παλαιὰ οὐ κατοικουμένη, ἴσον ἀπέχουσα τῆς τε θαλάττης καὶ τοῦ Στράτου, ἡ δὲ νῦν ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς ἐκβολῆς διέχουσα. καὶ ἄλλαι δ' εἰσί, Παλαιρός τε καὶ Ἀλυζία καὶ Λευ-

CAP. II.

Ætolos igitur et Acarnanes invicem conterminos medius fluvius Achelous distinguit, a septentrionibus et Pindo versus Austrum fluens per Agræos, Ætolicam gentem, et Amphilochos. Acarnanes a fluvio versus occasum accolunt, usque ad sinum Ambracicum juxta Amphilochos et fanum Apollinis Actii; Ætoli autem versus ortum usque ad Ozolas Locros Parnassumque et Œtæos. Supra Acarnanes versus septentrionem in mediterraneis siti sunt Amphilochi, supraque hos Dolopes et Pindus; supra Ætolos vero Perrhæbi, Athamanes et pars Ænianum qui Œtam tenent. Latus austrinum tam Ætoliæ quam Acarnaniæ alluitur eo mari, quod sinum conficit Corinthiacum, in quod etiam effluit Achelous, oram maritimam Ætolicam ab Acarnanica distinguens. Achelous prius Thoas fuit appellatus. Ejusdem nominis fluvius est apud Dymam, ut diximus (8, 3, 11) et apud Lamiam (9, 5, 10). Dictum est id quoque (8, 2, 3), ostia hujus fluvii pro initio sinus Corinthiaci haberi.

2. Urbes sunt Acarnaniæ Anactorium in peninsula situm non procul Actio, emporium ejus, quæ nostro tempore est condita Nicopolis; et Stratus, ad quam adverso Acheloo per ducenta et amplius stadia est subvectio; tum Œniadæ (Οἰνειάδαι), ipsa quoque urbs fluvio imminens: vetus quidem deserta, eodem spatio a Strato et mari distans, nova autem ab ostiis Acheloi septuaginta circiter stadiis remota. Sunt et aliæ urbes, Palærus, Alyzia, Leucas, Argos Am-

κὰς καὶ Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμβρακία, ὧν αἱ πλεῖσται περιοικίδες γεγόνασιν ἢ καὶ πᾶσαι τῆς Νικοπόλεως· κεῖται δ' ὁ Στράτος μετὰ μέσην τὴν ἐξ Ἀλυζίας ὁδὸν εἰς Ἀνακτόριον.

3. Αἰτωλῶν δ' εἰσὶ Καλυδών τε καὶ Πλευρών, νῦν μὲν τεταπεινωμέναι, τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ κτίσματα. καὶ δὴ καὶ διῃρῆσθαι συνέβαινε δίχα τὴν Αἰτωλίαν, καὶ τὴν μὲν ἀρχαίαν λέγεσθαι, τὴν δ' ἐπίκτητον· ἀρχαίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀχελώου μέχρι Καλυδῶνος παραλίαν, ἐπὶ πολὺ καὶ τῆς μεσογαίας ἀνήκουσαν, εὐκάρπου τε καὶ πεδιάδος, ᾗ ἐστι καὶ Στράτος καὶ τὸ Τριχώνιον, ἀρίστην ἔχον γῆν· ἐπίκτητον δὲ τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν, ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ Εὐπάλιον, τραχυτέραν τε οὖσαν καὶ λυπροτέραν μέχρι τῆς Οἰταίας καὶ τῆς Ἀθαμάνων καὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἤδη περιισταμένων ὀρῶν τε καὶ ἐθνῶν.

4. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Αἰτωλία ὄρος μέγιστον μὲν τὸν Κόρακα, συνάπτοντα τῇ Οἴτῃ, τῶν δ' ἄλλων ἐν μέσῳ μὲν μᾶλλον τὸν Ἀράκυνθον, περὶ ὃν τὴν νεωτέραν Πλευρῶνα συνῴκισαν ἀφέντες τὴν παλαιάν, ἐγγὺς κειμένην Καλυδῶνος, οἱ οἰκήτορες, εὔκαρπον οὖσαν καὶ πεδιάδα, πορθοῦντος τὴν χώραν Δημητρίου τοῦ ἐπικληθέντος Αἰτωλικοῦ· ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρείας Ταφιασσὸν καὶ Χαλκίδα, ὄρη ἱκανῶς ὑψηλά, ἐφ' οἷς πολίχνια ἵδρυτο Μακυνία τε καὶ Χαλκίς, ὁμώνυμος τῷ ὄρει, ἣν καὶ Ὑποχαλκίδα καλοῦσι· Κούριον δὲ πλησίον τῆς παλαιᾶς Πλευρῶνος, ἀφ' οὗ τοὺς Πλευρωνίους Κουρῆτας ὀνομασθῆναί τινες ὑπέλαβον.

5. Ὁ δ' Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιέων τῶν ἐν Ὀφιεῦσιν, Αἰτωλικῷ ἔθνει (καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες καὶ Ἀγραῖοι καὶ Κουρῆτες καὶ ἄλλοι), ῥεῖ δ' οὐ διὰ τῆς Κουρητικῆς κατ' ἀρχάς, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Πλευρωνίᾳ, ἀλλὰ διὰ τῆς προσεῴας μᾶλλον παρὰ τὴν Χαλκίδα καὶ Καλυδῶνα· εἶτ' ἀνακάμψας ἐπὶ τὰ τῆς Πλευρῶνος πεδία τῆς παλαιᾶς καὶ παραλλάξας εἰς δύσιν ἐπιστρέφει πρὸς τὰς ἐκβολὰς καὶ τὴν μεσημβρίαν· ἐκαλεῖτο δὲ Λυκόρμας πρότερον, καὶ ὁ Νέσσος ἐνταῦθα λέγεται πορθμεὺς ἀποδεδειγμένος ὑφ' Ἡρακλέους ἀποθανεῖν, ἐπειδὴ πορθμεύων τὴν Δηιάνειραν ἐπεχείρει βιάσασθαι.

6. Καὶ Ὤλενον δὲ καὶ Πυλήνην ὀνομάζει πόλεις ὁ ποιητὴς Αἰτωλικάς, ὧν τὴν μὲν Ὤλενον ὁμωνύμως τῇ Ἀχαϊκῇ λεγομένην Αἰολεῖς κατέσκαψαν, πλησίον οὖσαν τῆς νεωτέρας Πλευρῶνος, τῆς δὲ χώρας ἠμφισβήτουν Ἀκαρνᾶνες· τὴν δὲ Πυλήνην μετενέγκαντες εἰς τοὺς ἀνώτερον τόπους ἤλλαξαν αὐτῆς καὶ τοὔνομα, Πρόσχιον καλέσαντες. Ἑλλάνικος δ' οὐδὲ τὴν περὶ ταύτας ἱστορίαν οἶδεν, ἀλλ' ὡς ἔτι καὶ αὐτῶν οὐσῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ καταστάσει μέμνηται, τὰς δ' ὕστερον καὶ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου κτισθείσας, Μακυνίαν καὶ Μολύκρειαν, ἐν ταῖς ἀρχαίαις καταλέγει, πλείστην εὐχέρειαν ἐπιδεικνύμενος ἐν πάσῃ σχεδόν τι τῇ γραφῇ.

7. Καθόλου μὲν οὖν ταῦτα περὶ τῆς χώρας ἐστὶ τῆς

philochicum, Ambracia, quæ pleræque, aut potius omnes, municipia Nicopoleos factæ sunt. Stratus jacet media via ab Alyzia ad Anactorium.

3. Ætoliæ sunt Calydon et Pleuron, quæ quondam totius Græciæ eximium ornamentum, hodie humili sunt conditione. Usu venit etiam, ut in duas partes tribueretur Ætolia, quarum una antiqua, altera epictetus, id est acquisita, diceretur : antiqua censetur ora maritima ab Acheloo Calydonem usque, quæ longe etiam in mediterranea porrigitur plana et fertilis, ubi Stratus est et Trichonium (*codd.* Trachinium) optimo solo : acquisita, quæ Locris est contigua, Naupactum versus et Eupalium, asperiore solo et steriliore, usque ad Œtæam et Athamanes reliquosque et montes et gentes versus septentrionem circumpositas.

4. Ætoliæ maximus mons est Corax, Œtæ conterminus; de reliquis magis in media regione sitis, Aracynthus, juxta quem recentiorem condidere Pleuronem incolæ, antiqua omissa, quæ Calydoni vicina solo ubere et plano jacebat, quum regionem eam vastaret Demetrius cognomento Ætolicus; supra Molycriam vero Taphiassus est et Chalcis, montes satis alti, ad quos urbes sunt Macynia et Chalcis monti cognominis, quam etiam Hypochalcidem appellant; Curium denique mons antiquæ vicinus Pleuroni, unde Pleuronios Curetas fuisse nominatos quidam sunt opinati.

5. Evenus autem fluvius oritur e Bomiensibus, parte Ophiensium qui sunt Ætolica natio (ut et Eurytanes et Agræi et Curetes atque alii) : fluit autem initio non per Cureticam, quæ cum Pleuronia est eadem, sed per orientalem potius regionem præter Chalcidem ac Calydonem : deinde in campestria antiquæ Pleuronis reflexus, cursu versum occasum mutato, ad ostia et meridiem se convertit : ante Lycormas fuit nominatus. Ibi Nessus, portitor loci constitutus, ab Hercule fuisse occisus fertur, quum in transvehendo violare Dejaniram esset conatus.

6. Olenum quoque et Pylenen Homerus nominat urbes Ætolicas; ex quibus Olenum, Achaicæ cognominem, Æolenses diruerunt, recentiori propinquam Pleuroni; de agro autem Acarnanes litem moverunt. Pylenen vero transtulerunt in superiora loca, mutatoque etiam nomine Proschium dixerunt. Hellanicus harum quoque historiæ ignarus, ita eas commemorat, ac si in pristino statu adhuc exstarent. Idem post reditum demum Heraclidarum conditas Macyniam et Molycriam inter vetustas refert, plurimum in tota fere scriptione ostendens levitatis.

7. Atque hæc universe dicta sint de Acarnanum regione

τῶν Ἀκαρνάνων καὶ τῶν Αἰτωλῶν, περὶ δὲ τῆς παραλίας καὶ τῶν προκειμένων νήσων ἔτι καὶ ταῦτα προσληπτέον· ἀπὸ γὰρ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις (καὶ) τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου πρῶτόν ἐστιν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον. ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου, ἔχουσα καὶ λιμένα ἐκτός. τοῦ δ' ἱεροῦ τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον, διακοσίους δὲ καὶ τετταράκοντα ἡ Λευκάς.

8. Αὕτη δ' ἦν τὸ παλαιὸν μὲν χερρόνησος τῆς Ἀκαρνάνων γῆς, καλεῖ δ' ὁ ποιητὴς αὐτὴν ἀκτὴν ἠπείροιο, τὴν περαίαν τῆς Ἰθάκης καὶ τῆς Κεφαλληνίας ἤπειρον καλῶν· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ Ἀκαρνανία· ὥστε, ὅταν φῇ ἀκτὴν ἠπείροιο, τῆς Ἀκαρνανίας ἀκτὴν δέχεσθαι δεῖ. τῆς δὲ Λευκάδος ἥ τε Νήριτος, ἥν φησιν ἑλεῖν ὁ Λαέρτης,

ἢ μὲν Νήριτον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
ἀκτὴν ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων·

καὶ ἃς ἐν Καταλόγῳ φησί·

καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν

Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ † Γαργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτήν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ Ἀνακτόριον, καὶ τῆς χερρονήσου διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα, καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήριτον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃς ἦν ποτε μὲν ἰσθμός, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρᾳ ζευκτός, μετωνόμασαν Λευκάδα ἐπώνυμον, δοκῶ μοι, τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν, προκειμένη τῆς Λευκάδος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὥς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν.

9. Ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν καὶ τὸ ἅλμα, τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον·

οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφώ,

(ὥς φησιν ὁ Μένανδρος)

τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων',
οἰστρῶντι πόθῳ ῥῖψαι πέτρας
ἀπὸ τηλεφανοῦς ἅλμα κατ' εὐχὴν
σήν, δέσποτ' ἄναξ. [εὐφημείσθω
τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.]

ὁ μὲν οὖν Μένανδρος πρώτην ἁλέσθαι λέγει τὴν Σαπφώ, οἱ δ' ἔτι ἀρχαιολογικώτεροι Κέφαλόν φασιν ἐρασθέντα Πτερέλα, τὸν Δηιονέως. ἦν δὲ καὶ πάτριον τοῖς Λευκαδίοις κατ' ἐνιαυτὸν ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀπὸ τῆς σκοπῆς ῥιπτεῖσθαί τινα τῶν ἐν αἰτίαις ὄντων ἀποτροπῆς χάριν, ἐξαπτομένων ἐξ αὐτοῦ παντοδαπῶν πτερῶν καὶ ὀρνέων ἀνακουφίζειν δυναμένων τῇ πτήσει τὸ ἅλμα, ὑποδέχεσθαι δὲ κάτω μικραῖς ἁλιάσι κύκλῳ περιεστῶτας πολλοὺς καὶ περισώζειν εἰς δύναμιν τῶν ὅρων ἔξω τὸν ἀναληφθέντα. ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου, τοῦ Πηνελόπης πατρός, υἱεῖς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον, δυναστεῦσαι δ' ἐν

et Ætolorum: addenda sunt autem et hæc de ora maritima et insulis ante eam sitis. Si a faucibus Ambracici sinus initium sumas, primum Acarnaniæ oppidum est Actium. Idem autem nomen gerunt et Apollinis Actii templum et promontorium, quod sinus os conficit et extra etiam portum habet. A templo stadiis quadraginta abest Anactorium in ipso situm sinu, Leucas autem ducentis quadraginta.

9. Fuit hæc quondam peninsula Acarnaniæ: eamque Homerus actam seu litus Epiri, hoc est continentis terræ, vocat, continentem Ithacæ et Cephalleniæ oppositam sic nominans, quæ est Acarnania. Itaque quum dicit actam Epiri, litus Acarnaniæ intelligi debet. Leucadis est Neritus (Νήρικος *codd. plur.*), quam a se captam Laertes dicit (*Od.* 24, 376):

Qualis eram (οἷος) tunc, Epiri quum Neriton actam
ipse Cephallenum cepi rex,

nec non eæ, quas in Recensione navium ponit (*Il.* 2, 633):

Et Crocylea tenebant Ægilipisque salebras.

Corinthii autem a Cypselo et Gorgo (Γόργου) missi quum hanc obtinuerunt actam, tum usque ad Ambracicum sinum progressi sunt: itaque et Ambracia condita est et Anactorium. Iidem, isthmo peninsulæ perfosso, Leucadem insulam fecerunt, Neritumque translatam in locum, qui quondam isthmus fuit, nunc fretum est ponte instratum, Leucadem denominaverunt, a Leucata, ut puto: saxum enim hoc albo colore ante Leucadem jacet versus altum mare et Cephalleniam, et a colore nomen habet.

9. Ei impositum Apollinis Leucatæ fanum, et ibidem est locus saltus, quo finiri amores credebantur:

Dicitur illic primum Sappho,

(ut Menander dicit)

nimis elatum venata Phaonem,
insano æstu saliisse petra
de sublimi saltum ex voto
tuo, o Arcitenens. [*In Leucadio
litore fanum celebretur.*]

Menander itaque primam Sappho desiluisse isthinc dicit; qui autem antiquitatem accuratius rimantur, Cephalo hoc adscribunt depereunti Pterelam, Deionei filiam. Fuit porro apud Leucadios more a majoribus tradito receptum, ut quotannis in sacrificio Apollinis de specula illa aliquem reorum dejicerent, averruncandi gratia, suspensis ab eo omnis generis plumis atque avibus, quarum volatu saltus sublevaretur; infra autem dejectus a multis in exiguis lembis in orbem circumstantibus exciperetur, et quantum fieri poterat, salvus extra fines ditionis emitteretur. Is vero, qui Alcmæonidem conscripsit, Icarii (pater is Penelopæ fuit) filios duos tradit fuisse, Alyzeum et Leucadium, qui in

τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός· τούτων οὖν ἐπωνύμους τὰς πόλεις Ἔφορος λέγεσθαι δοκεῖ.

10. Κεφαλλῆνας δὲ νῦν μὲν τοὺς ἐκ τῆς νήσου τῆς Κεφαλληνίας λέγουσιν, Ὅμηρος δὲ πάντας τοὺς ὑπὸ τῷ Ὀδυσσεῖ, ὧν εἰσι καὶ οἱ Ἀκαρνᾶνες· εἰπὼν γάρ·

αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας,
οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον

(τὸ ἐν ταύτῃ ὄρος ἐπιφανές, ὡς καὶ

οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων,

καὶ αὐτοῦ τοῦ Δουλιχίου τῶν Ἐχινάδων ὄντος· καὶ

οἳ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα,

καὶ τοῦ Βουπρασίου ἐν Ἤλιδι ὄντος· [καὶ]

οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον καὶ Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε,

καὶ τούτων ἐν Εὐβοίᾳ οὐσῶν· καὶ

Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι,

(ὡς) καὶ ἐκείνων Τρώων ὄντων)· πλὴν μετά γε Νήριτον φησί·

καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν,
οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο,
οἵ τ' ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο.

ἤπειρον μὲν οὖν (καὶ) τὰ ἀντιπέρα τῶν νήσων βούλεται λέγειν, ἅμα τῇ Λευκάδι καὶ τὴν ἄλλην Ἀκαρνανίαν συμπεριλαβεῖν βουλόμενος, περὶ ἧς καὶ οὕτω λέγει·

δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι, τόσα πώεα μήλων·

τάχα τῆς Ἠπειρώτιδος τὸ παλαιὸν μέχρι δεῦρο διατεινούσης καὶ ὀνόματι κοινῷ ἠπείρου λεγομένης· Σάμον δὲ τὴν νῦν Κεφαλληνίαν, ὡς καὶ ὅταν φῇ·

ἐν πορθμῷ Ἰθάκης τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσης.

τῷ γὰρ ἐπιθέτῳ τὴν ὁμωνυμίαν διέσταλται, ὡς οὐκ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς νήσου τιθεὶς τοὔνομα. τετραπόλεως γὰρ οὔσης τῆς νήσου, μία τῶν τεττάρων ἐστὶν ἡ καὶ Σάμος καὶ Σάμη καλουμένη καθ' ἑκάτερον τοὔνομα, ὁμωνυμοῦσα τῇ νήσῳ. ὅταν δ' εἴπῃ·

ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,

τῶν νήσων ἀριθμὸν ποιεῖσθαι δῆλός ἐστι, καὶ Σάμην καλῶν τὴν νῆσον, ἣν πρότερον Σάμον ἐκάλεσεν. Ἀπολλόδωρος δέ, τοτὲ μὲν (ἐν) τῷ ἐπιθέτῳ λέγων διεστάλθαι τὴν ἀμφιβολίαν, εἰπόντα

Σάμοιό τε παιπαλοέσσης,

ὡς τὴν νῆσον λέγοντα· τοτὲ δὲ γράφεσθαι δεῖν

Δουλιχίῳ τε Σάμῳ τε,

ἀλλὰ μὴ

Σάμῃ τε,

δῆλός ἐστι τὴν μὲν πόλιν Σάμην καὶ Σάμον συνωνύμως ὑπολαμβάνων ἐκφέρεσθαι, τὴν δὲ νῆσον Σάμον μόνον· ὅτι γὰρ Σάμη λέγεται ἡ πόλις, δῆλον εἶναι ἔκ τε τοῦ διαριθμούμενον τοὺς ἐξ ἑκάστης πόλεως μνηστῆρας φάναι·

ἐκ δὲ Σάμης πίσυρές τε καὶ εἴκοσι φῶτες ἔασι·

Acarnania cum patre imperaverint: unde Ephorus urbes horum cognomines censet.

10. Cephallenes vero nunc quidem eos dicunt, qui ex insula sunt Cephallenia; at Homerus id nominis tribuit omnibus Ulyssi subditis, inter quos sunt etiam Acarnanes. Nam postquam dixit (*Il.* 2, 631):

Ipse Cephallenas fortes ducebat Ulysses,
qui coluere Ithacen et silvis Neritón aptam;

(montem notans in ea insula insignem, ut quum ait (*Il.* 2, 625):

Quique e Dulichio censentur Echinadibusque,

quamquam de Echinadibus insulis una sit ipsum Dulichium; item (*Il.* 2, 615):

Tum qui Buprasium, quique Elida,

quum sit in Elide Buprasium; rursum (*Il.* 2, 536):

Eubœæ cives et Chalcidis Eretriæque :-.

quum sint in Eubœa hæ urbes; porro (*Il.* 8, 173):

Troes ac Lycii, tum Dardani,

qui et ipsi Troes sunt): post Neriti igitur mentionem ita pergit:

Et Crocylea tenebant, Ægilipisque salebras,
quique Zacynthon habebant, qui coluere Samumque,
Epirumque vel oppositas ad litora partes.

Epirum igitur hic vocat oppositam insulis continentem, ut una cum Leucade reliquam complectatur Acarnaniam: de qua etiam sic scribit (*Od.* 14, 100):

duodecim in Epiro armenta, totidem greges ovium,

forte, quia Epirotica regio antiquitus eo usque pertingeret, communique vocabulo Epirus sive continens diceretur. Samum porro eam appellat, quæ hodie est Cephallenia, ut quum ait (*Od.* 4, 671):

Qua Samon atque Ithacam spatio mare dividit arto.

Ibi enim Samum asperam atque salebrosam nominans, eo adjectivo ambiguitatem distinxit, ut intelligeres, non urbem ab eo, sed insulam notari. Nam quum quattuor sint urbes insulæ, harum una est, quæ Samus ac Same promiscue dicitur, idem cum insula nomen gerens. Quum vero ait (*Od.* 1, 246):

Nam quicunque tenent ambitas æquore terras
Dulichiumque Samenque, aptam silvisque Zacynthum,

non obscurum est eum recensionem insularum instituere, ac Samen appellare, quam prius Samum dixit. Apollodorus vero quum dicat poetam ambiguitatem vitasse adjectivo, dicentem

Samique asperæ,

ut insulam notet, idemque Apollodorus scribi jubeat

Duclichioque Samoque,

non vero

Samæque:

manifesto statuit urbem quidem et Samum et Samen enuntiari promiscue, insulam vero Samum duntaxat: nam urbi nomen esse Samen, id liquere ex eo, quod Telemachus procos qui e singulis urbibus adessent enumerans dixerit (*Od.* 16, 249):

Viginti venere Samo juvenes quatuorque,

καὶ ἐκ τοῦ περὶ τῆς Κτιμένης λόγου·

τὴν μὲν ἔπειτα Σάμην δ' ἔδοσαν.

ἔχει δὲ ταῦτα λόγον. οὐ γὰρ εὐκρινῶς ἀποδίδωσιν ὁ ποιητὴς οὔτε περὶ τῆς Κεφαλληνίας, οὔτε περὶ τῆς Ἰθάκης καὶ τῶν ἄλλων πλησίον τόπων, ὥστε καὶ οἱ ἐξηγούμενοι διαφέρονται καὶ οἱ ἱστοροῦντες.

11. Αὐτίκα γὰρ ἐπὶ τῆς Ἰθάκης, ὅταν φῇ·

οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον,

ὅτι μὲν τὸ Νήριτον ὄρος λέγει, τῷ ἐπιθέτῳ δηλοῖ. ἐν ἄλλοις δὲ καὶ ῥητῶς ὄρος·

ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ,
Νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές.

Ἰθάκην δ' εἴτε τὴν πόλιν, εἴτε τὴν νῆσον λέγει, οὐ δῆλον ἐν τούτῳ γε τῷ ἔπει·

οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον.

κυρίως μὲν γὰρ ἀκούων τις τὴν πόλιν δέξαιτ' ἄν, ὡς καὶ Ἀθήνας καὶ Λυκαβηττὸν εἴ τις λέγοι, καὶ Ῥόδον καὶ Ἀτάβυριν, καὶ ἔτι Λακεδαίμονα καὶ Ταΰγετον· ποιητικῶς δὲ τοὐναντίον. ἐν μέντοι τῷ

ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ
Νήριτον

[δῆλον]· ἐν γὰρ τῇ νήσῳ, οὐκ ἐν τῇ πόλει τὸ ὄρος. ὅταν δὲ οὕτω φῇ·

ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης ὑπὸ Νηίου εἰλήλουθμεν,

ἄδηλον, εἴτε τὸ αὐτὸ τῷ Νηρίτῳ λέγει τὸ Νήιον, εἴτε ἕτερον, ἢ ὄρος ἢ χωρίον. ὁ μέντοι ἀντὶ Νηρίτου γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν, παραπαίει τελέως· τὸ μὲν γὰρ εἰνοσίφυλλον καλεῖ ὁ ποιητής, τὸ δ' εὐκτίμενον πτολίεθρον, καὶ τὸ μὲν ἐν Ἰθάκῃ, τὸ δ' ἀκτὴν ἠπείροιο.

12. Καὶ τοῦτο δὲ δοκεῖ ὑπεναντιότητά τινα δηλοῦν·

αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται·

χθαμαλὴ μὲν γὰρ ἡ ταπεινὴ καὶ χαμηλή, πανυπερτάτη δὲ ἡ ὑψηλή, οἵαν διὰ πλειόνων σημαίνει, Κραναὴν καλῶν· καὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ τοῦ λιμένος

τρηχεῖαν ἀταρπόν

χῶρον ἀν' ὑλήεντα·

καί·

οὐ γάρ τις νήσων εὐδείελος, οὐδ' εὐλείμων,
αἵ θ' ἁλὶ κεκλίαται· Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων.

ἔχει μὲν οὖν ἀπεμφάσεις τοιαύτας ἡ φράσις, ἐξηγοῦνται δὲ οὐ κακῶς· οὔτε γὰρ χθαμαλὴν δέχονται ταπεινὴν ἐνταῦθα, ἀλλὰ πρόσχωρον τῇ ἠπείρῳ, ἐγγυτάτω οὖσαν αὐτῆς· οὔτε πανυπερτάτην ὑψηλοτάτην, ἀλλὰ πανυπερτάτην πρὸς ζόφον, οἷον ὑπὲρ πάσας ἐσχάτην τετραμμένην πρὸς ἄρκτον· τοῦτο γὰρ βούλεται λέγειν τὸ πρὸς ζόφον, τὸ δ' ἐναντίον πρὸς νότον·

αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε·

τὸ γὰρ ἄνευθε πόρρω καὶ χωρίς ἐστιν, ὡς τῶν μὲν

et ex eo quod de Ctimena narratur (*Od.* 15, 366) :

Hanc posthac misere Samen.

Atque hæc ratione non carent. Non enim distincte Homerus de Cephallenia, Ithaca vicinisque locis pronunciavit; unde factum, ut et interpretes et qui historias condiderunt, inter se discrepent.

11. Statim adeo quum de Ithaca ait (*Il.* 2, 632) :

Qui coluere Ithacen et silvis Neriton aptam,

montem dici Neritum adjectivum arguit. Alibi etiam diserte montem appellat (*Od.* 9, 21) :

Apricam ipse Ithacam colo, mons ubi Neriton exstat
late conspicuus.

Ithacam vero urbemne an insulam dicat, non liquet, in hoc certe versu :

Quique Ithacam tenuere, et Neriton.

Proprie enim aliquis accipiens, urbem intellexerit, perinde ac quum Athenas et Lycabettum aliquis dicit, aut Rhodum et Atabyrin, vel Lacedæmonem et Taygetum; contra, si poetice. In hoc autem versu :

Apricam ipse Ithacam colo, mons ubi Neriton exstat,

[*de sententia constat*], quum non in urbe mons sit, sed in insula. Quum vero sic canit (*Od.* 3, 81) :

Venimus huc Ithaca, supra quam Neion exstat,

incertum est, an Neii nomine Neritum intelligat, an vero alium vel montem vel locum. ⟦Qui vero pro Nerito Nericum, aut contra scribit, is omnino errat, quum Neriton frondosum vocet Homerus, Nericum oppidum bene conditum, hocque actam continentis faciat, illud in Ithaca ponat.⟧

12. Sed et hoc videtur quandam repugnantiam implicare (*Od.* 9, 25):

Ipsa humilis, suprema alto jacet insula ponto :

quum videatur simul humilem eam depressamque dicere et sublimem, qualem quidem pluribus eam locis innuit, Cranaen, id est asperam, nominans; et viam a portu (*Od.* 14, 1)

asperam viam

locum per silvosum,

et rursum (*Od.* 4, 607) :

Non est aptus equis locus insula, nec mage pratis,
quam mare circumdat : supra vero Ithaca cunctas.

Ac verba quidem hoc præ se ferunt : nec male tamen ea interpretantur. Non enim χθαμαλὴν hic accipiunt depressam, sed continenti vicinam, quum proxime ei adjaceat; porro vocem πανυπερτάτην non intelligunt celsissimam, sed ultimam versus caliginem, hoc est ultra omnes alias versam ad septentriones : id enim verbis πρὸς ζόφον significare vult; contrarium vero verbis πρὸς νότον, i. e. austrum versus (*Od.* 9, 26) :

Sed reliquæ procul auroram solemque tuentur :

nam ἄνευθε est *procul*, *longe separatæ*, scilicet longe a

ἄλλων πρὸς νότον κεκλιμένων καὶ ἀπωτέρω τῆς ἠπείρου, τῆς δ' Ἰθάκης ἐγγύθεν καὶ πρὸς ἄρκτον. ὅτι δ' οὕτω λέγει τὸ νότιον μέρος, καὶ ἐν τοῖσδε φανερόν·

εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι, πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε, ποτὶ ζόφον ἠερόεντα·

καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖσδε·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀννεῖται·

ἔστι μὲν γὰρ δέξασθαι τὰ τέτταρα κλίματα, τὴν ἠῶ δεχομένους τὸ νότιον μέρος, ἔχει τέ τινα τοῦτ' ἔμφασιν, ἀλλὰ βέλτιον τὸ κατὰ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου νοεῖν ἀντιτιθέμενον τῷ ἀρκτικῷ μέρει· ἐξάλλαξιν γάρ τινα τῶν οὐρανίων πολλὴν βούλεται σημαίνειν ὁ λόγος, οὐχὶ ψιλὴν ἐπίκρυψιν τῶν κλιμάτων. δεῖ γὰρ κατὰ πάντα συννεφῆ καιρόν, ἄν θ' ἡμέρας, ἄν τε νύκτωρ συμβῇ, παρακολουθεῖν· τὰ δ' οὐράνια ἐξαλλάττει ἐπὶ πλέον τῷ πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον ἢ ἧττον παραχωρεῖν ἡμᾶς ἢ εἰς τοὐναντίον. τοῦτο δὲ οὐ δύσεως καὶ ἀνατολῆς ἐγκαλύψεις ποιεῖ (καὶ γὰρ αἰθρίας οὔσης συμβαίνει), ἀλλὰ μεσημβρίας καὶ ἄρκτου. μάλιστα γὰρ ἀρκτικός ἐστιν ὁ πόλος· τούτου δὲ κινουμένου καὶ ποτὲ μὲν κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γινομένου, ποτὲ δὲ ὑπὸ γῆς ὄντος, καὶ οἱ ἀρκτικοὶ συμμεταβάλλουσι, ποτὲ δὲ συνεκλείπουσι κατὰ τὰς τοιαύτας παραχωρήσεις, ὥστε οὐκ ἂν εἰδείης, ὅπου ἐστὶ τὸ ἀρκτικὸν κλίμα, οὐδὲ ἀρχή ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ τοὐναντίον ἂν γνοίης. κύκλος δὲ τῆς Ἰθάκης ἐστὶν ὡς ὀγδοήκοντα σταδίων. περὶ μὲν Ἰθάκης ταῦτα.

13. Τὴν δὲ Κεφαλληνίαν, τετράπολιν οὖσαν, οὔτ' αὐτὴν εἴρηκε τῷ νῦν ὀνόματι, οὔτε τῶν πόλεων οὐδεμίαν, πλὴν μιᾶς, εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου, ἣ νῦν μὲν οὐκέτ' ἐστίν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκῃ πορθμόν· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται· αἱ δ' ἄλλαι καὶ νῦν εἰσιν ἔτι, μικραὶ πόλεις τινές, [Παλεῖς], Πρώνησος καὶ Κράνιοι. ἐφ' ἡμῶν δὲ καὶ ἄλλην προσέκτισε Γάϊος Ἀντώνιος, ὁ θεῖος Μάρκου Ἀντωνίου, ἡνίκα φυγὰς γενόμενος μετὰ τὴν ὑπατείαν, ἣν συνῆρξε Κικέρωνι τῷ ῥήτορι, ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ διέτριψε καὶ τὴν ὅλην νῆσον ὑπήκοον ἔσχεν, ὡς ἴδιον κτῆμα· οὐκ ἔφθη μέντοι συνοικίσας, ἀλλὰ καθόδου τυχών, πρὸς ἄλλοις μείζοσιν ὢν κατέλυσε τὸν βίον.

14. Οὐκ ὤκνησαν δέ τινες τὴν Κεφαλληνίαν τὴν αὐτὴν τῷ Δουλιχίῳ φάναι, οἱ δὲ τῇ Τάφῳ, καὶ Ταφίους τοὺς Κεφαλληνίους, τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Τηλεβόας, καὶ τὸν Ἀμφιτρύωνα δεῦρο στρατεῦσαι μετὰ Κεφάλου τοῦ Δηιονέως, ἐξ Ἀθηνῶν φυγάδος, παραληφθέντος, κατασχόντα δὲ τὴν νῆσον παραδοῦναι τῷ Κεφάλῳ, καὶ ταύτην μὲν ἐπώνυμον ἐκείνου γενέσθαι, τὰς δὲ πόλεις τῶν παίδων αὐτοῦ. ταῦτα δ' οὐχ Ὁμηρικά· οἱ μὲν γὰρ Κεφαλλῆνες ὑπὸ Ὀδυσσεῖ καὶ Λαέρτῃ, ἡ δὲ Τάφος ὑπὸ τῷ Μέντῃ·

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι
υἱός, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.

continente versus austrum reliquis jacentibus, Ithaca vero in propinquo versus septentriones. Sic autem ab Homero meridionalem plagam notari, etiam hi versus docent (*Il.* 12, 239):

Sive illæ ad dextram contendant, solis ad ortus,
seu lævam ad tractus densa caligine tectos;

clarius etiam hi (*Od.* 10, 190):

O socii, neque enim scimus, qua parte tenebræ,
vel lux, qua Titan subit altam lumine terram,
vel rediens surgit.

Licet sane accipere quattuor mundi plagas, si per ἠῶ sive auroram intelligatur meridionalis: idque habet quandam speciem: sed præstat intelligi eam plagam, qua sol transit, oppositam septentrionali. Vult enim hac oratione magnam cœlestium mutationem significare, non nudam plagarum occultationem. hæc enim occultatio quovis nubilo tempore, sive noctu sive interdiu, locum habere debet: cœlestia autem eo magis mutantur, quo ad meridiem vel in contrariam partem magis minusve progredimur: eoque non ortus et occasus solis occultantur (quum fiat etiam sudo cœlo), sed plagæ meridiei et septentrionis. Nam polus septentrioni est proximus: qui polus quum moveatur, et aliquando supra verticem nostrum sit, aliquando infra terram, mutantur simul etiam arctici circuli, et nonnunquam deficiunt in hujusmodi migrationibus, ut, ubi sit plaga septentrionalis, nescias, aut illorum initium: unde etiam oppositam plagam ignorari necesse est. Ceterum ambitus (*longitudo?*) Ithacæ est stadiorum circiter octoginta. Atque hæc de Ithaca.

13. Cephallenia autem quum habeat quattuor urbes, ne illam quidem Homerus suo affecit nomine, quod nunc habet, neque ullam urbium, Samo sive Same excepta, quæ hodie non amplius exstat, cujusque tantum vestigia monstrantur ad medium versus Ithacam trajectum; cives ejus Samæi dicuntur. Reliqua ejus oppida nunc supersunt perexigua, [*Pales*] Pronesus et Cranii. Nostra vero ætate C. Antonius, M. Antonii patruus, aliam urbem ibi exstruxit, quum post gestum cum Cicerone oratore consulatum exsul in Cephallenia degeret, totamque sub se insulam, tanquam suam possessionem, haberet: non absolvit tamen eam, sed, reditu impetrato, majores agitans res, vitam cum morte commutavit.

14. Non sunt veriti quidam affirmare Cephalleniam eandem insulam esse cum Dulichio, alii eandem cum Tapho, et Taphios esse Cephallenios, eosdemque etiam Teleboas: et Amphitryonem dixerunt eo fecisse expeditionem, adscito Cephalo Deionei filio Athenis exsulante, occupatamque insulam Cephalo tradidisse, a quo ea nomen acceperit, urbes autem a filiis ejus esse denominatas. Atqui hæc non sunt Homerica. Nam Cephallenes poeta sub Ulysse et Laerta ponit, Taphum sub Menta (*Od.* 1, 181):

Mentes Anchiali sum filius armipotentis,
remigio claros Taphios qui tempero jure.

καλεῖται δὲ νῦν Ταφιοῦς ἢ Τάφος. οὐδ' Ἑλλάνικος Ὁμηρικός, Δουλίχιον τὴν Κεφαλληνίαν λέγων. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ Μέγητι εἴρηται καὶ αἱ λοιπαὶ Ἐχινάδες, οἵ τε ἐνοικοῦντες Ἐπειοὶ (τε) ἐξ Ἤλιδος ἀφιγμένοι· διόπερ καὶ τὸν Ὦτον τὸν Κυλλήνιον

Φυλείδεω ἕταρον μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν

καλεῖ·

αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

οὔτ' οὖν Δουλίχιον ἡ Κεφαλληνία καθ' Ὅμηρον, οὔτε τῆς Κεφαλληνίας τὸ Δουλίχιον, ὡς Ἄνδρων φησί· τὸ μὲν γὰρ Ἐπειοὶ κατεῖχον, τὴν δὲ Κεφαλληνίαν ὅλην Κεφαλλῆνες, καὶ [οἱ μὲν] ὑπὸ Ὀδυσσεῖ, οἱ δ' ὑπὸ Μέγητι. οὐδὲ Παλεῖς Δουλίχιον ὑφ' Ὁμήρου λέγονται, ὡς γράφει Φερεκύδης. μάλιστα δ' ἐναντιοῦται Ὁμήρῳ ὁ τὴν Κεφαλληνίαν τὴν αὐτὴν τῷ Δουλιχίῳ λέγων, εἴπερ τῶν μνηστήρων ἐκ μὲν Δουλιχίοιο δύω καὶ πεντήκοντα ἦσαν, ἐκ δὲ Σάμης πίσυρές τε καὶ εἴκοσι. οὐ γὰρ τοῦτ' ἂν εἴη λέγων, ἐξ ὅλης μὲν τόσους, ἐκ δὲ μιᾶς τῶν τεττάρων παρὰ δύο τοὺς ἡμίσεις; εἰ δ' ἄρα τοῦτο δώσει τις, ἐρησόμεθα, τίς ἂν εἴη ἡ Σάμη, ὅταν οὕτω φῇ·

Δουλίχιόν τε Σάμην τ' ἠδ' ὑλήεντα Ζάκυνθον.

15. Κεῖται δ' ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν, διέχουσα τοῦ Λευκάτα περὶ πεντήκοντα (οἱ δὲ τετταράκοντά φασι) σταδίους, τοῦ δὲ Χελωνάτα περὶ ὀγδοήκοντα. αὐτὴ δ' ἐστὶν ὡς τριακοσίων τὴν περίμετρον, μακρὰ δ' ἀνήκουσα πρὸς Εὖρον, ὀρεινή· μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ [Αἶνος], ἐν ᾧ τὸ τοῦ Διὸς Αἰνησίου ἱερόν· καθ' ὃ δὲ στενωτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος, ταπεινὸν ἰσθμὸν ποιεῖ, ὥσθ' ὑπερκλύζεσθαι πολλάκις ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· πλησίον δ' εἰσὶ τῶν στενῶν ἐν τῷ κόλπῳ Κράνιοί τε καὶ Παλεῖς.

16. Μεταξὺ δὲ τῆς Ἰθάκης καὶ τῆς Κεφαλληνίας ἡ Ἀστερία νησίον· Ἀστερὶς δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεται· ἣν ὁ μὲν Σκήψιος μὴ μένειν τοιαύτην, οἵαν φησὶν ὁ ποιητής

(λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ
ἀμφίδυμοι),

ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος μένειν καὶ νῦν, καὶ πολίχνιον λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομενάς, τὸ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἰσθμῷ κείμενον.

17. Καλεῖ δ' ὁ ποιητὴς Σάμον καὶ τὴν Θρᾳκίαν, ἣν νῦν Σαμοθρᾴκην καλοῦμεν. τὴν δ' Ἰωνικὴν οἶδε μέν, ὡς εἰκός· καὶ γὰρ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν εἰδέναι φαίνεται· οὐκ [ἂν] ἀντιδιέστειλε δὲ τὴν ὁμωνυμίαν, περὶ τῆς Σαμοθρᾴκης λέγων, τοτὲ μὲν τῷ ἐπιθέτῳ·

ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑληέσσης,
Θρηικίης·

τοτὲ δὲ τῇ συζυγίᾳ τῶν πλησίον νήσων·

ἐς Σάμον ἔς τ' Ἴμβρον καὶ Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν·

καὶ πάλιν·

μεσσηγύς τε Σάμοιο καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης.

ᾔδει μὲν οὖν, οὐκ ὠνόμακε δ' αὐτήν· οὐδ' ἐκαλεῖτο τῷ

Hodie Taphus Taphiûs appellatur. Hellanicus quoque Homericus non est, Dulichium Cephalleniam appellans. Nam Dulichium et reliquas Echinadas Megeti subjicit Homerus, et incolas earum Epeos ex Elide profectos : unde etiam Otum Cyllenium (*Il.* 15, 519) :

Philidæ socium, magnanimorum ducem Epeorum

dicit;

Verum Ulysses ducebat Cephallenes magnanimos.

Dulichium igitur secundum Homerum neque Cephallenia est, neque ad Cephalleniam pertinet, quod Andro scripsit : quum Dulichium Epei obtinuerint, *Cephalleniam vero* totam Cephallenes, hique Ulyssi paruerint, illi Megeti : neque Pales ab Homero Dulichium dicitur, ut Pherecydes scribit. Maxime autem Homero adversatur is qui Cephalleniam et Dulichium facit eandem, quum proci ab hoc perhibeantur e Dulichio quinquaginta duo fuisse, e Same viginti quattuor : qua ratione nonne diceret poeta ex universa insula tot venisse, ex una vero de quattuor ejus urbibus dimidium ejus numeri, minus duobus? Quod si quis daret, percunctaremur porro, quidnam Same esset in illo versu (*Od.* 1, 246) :

Dulichiumque Sameque et silvis apta Zacynthus.

15. Sita est Cephallenia juxta Acarnaniam, distans a Leucata circiter quinquaginta stadia (alii quadraginta dicunt), a Chelonata circiter octoginta. Ambitum habet stadiorum prope trecentorum; ipsa longa, versus ortum solis porrecta, et montosa. Mons in ea maximus [*Ænus*] templum habet Jovis Ænesii. Quo loco arctissima est insula, humilem habet isthmum, ita ut sæpe a mari in mare illuatur. Justa angustias in sinu sunt Cranii et Pales.

16. Inter Ithacam et Cephalleniam insula parva est Asteria, Homero Asteris dicta. Hanc Scepsius negat talem nunc esse, qualem poeta describit (*Od.* 4, 846)

(portus vero navibus apti insunt ei
utrinque accessi),

Apollodorus autem etiamnum manere ait, *inque ea oppidulum* esse Alalcomenas, in ipso positum isthmo.

17. Samum vero poeta etiam Thraciam illam appellat, quæ nunc Samothracia dicitur. Ionicam autem Samum novit quidem, uti consentaneum est (nam Ionica quoque migratio cognita ei fuisse videtur, neque alias commune utriusque nomen distinxisset de Samothrace loquens, alias adjectivo (*Il.* 13, 12) :

Threiciæ ille Sami frondoso in vertice summo :

alias vicinarum insularum adjunctione (*Il.* 24, 753) :

In Samon inque Imbron vel inaccessam quoque Lemnum.

et rursum (*Il.* 24, 78) :

Qua Samon atque Imbrum spatio mare dividit æquo :

igitur noverat quidem Samum Ionicam, sed non nomi-

αὐτῷ ὀνόματι πρότερον, ἀλλὰ Μελάμφυλος, εἶτ' Ἀνθεμίς, εἶτα Παρθενία ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Παρθενίου, ὃς Ἴμβρασος μετωνομάσθη. ἐπεὶ οὖν κατὰ τὰ Τρωικὰ Σάμος μὲν καὶ ἡ Κεφαλληνία ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Σαμοθρᾴκη (οὐ γὰρ ἂν Ἑκάβη εἰσήγετο λέγουσα, ὅτι τοὺς παῖδας αὐτῆς πέρνασχ', ὅν κε λάβοι, ἐς Σάμον ἔς τ' Ἴμβρον), Ἰωνικὴ [δ'] οὐκ ἀπῴκιστό πω, δῆλον (δ') ὅτι ἀπὸ τῶν προτέρων τινὸς τὴν ὁμωνυμίαν ἔσχεν· ἐξ ὧν κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι παρὰ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν ὃ λέγουσιν οἱ φήσαντες, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν καὶ τὴν Τεμβρίωνος παρουσίαν ἀποίκους ἐλθεῖν ἐκ Σάμου καὶ ὀνομάσαι Σάμον τὴν Σαμοθρᾴκην, ὡς οἱ Σάμιοι τοῦτ' ἐπλάσαντο δόξης χάριν. πιθανώτεροι δ' εἰσὶν [οἱ] ἀπὸ τοῦ σάμους καλεῖσθαι τὰ ὕψη φήσαντες εὑρῆσθαι τοῦτο τοὔνομα τὴν νῆσον· ἐντεῦθεν γάρ

ἐφαίνετο πᾶσα μὲν Ἴδη,
φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν.

τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαί φασιν ἀπὸ Σαΐων, τῶν οἰκούντων Θρᾳκῶν πρότερον, οἳ καὶ τὴν ἤπειρον ἔσχον τὴν προσεχῆ, εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις ὄντες ἢ τοῖς Σιντοῖς, οὓς Σίντιας καλεῖ ὁ ποιητής, εἴθ' ἕτεροι. μέμνηται δὲ τῶν Σαΐων Ἀρχίλοχος·

ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο, τὴν παρὰ θάμνῳ
ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

18. Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῶν ὑπὸ τῷ Ὀδυσσεῖ τεταγμένων νήσων ἡ Ζάκυνθος, μικρῷ πρὸς ἑσπέραν μᾶλλον τῆς Κεφαλληνίας κεκλιμένη (καὶ) τῆς Πελοποννήσου, συνάπτουσα δ' αὐτῇ πλέον. ἔστιν ὁ κύκλος τῆς Ζακύνθου σταδίων ἑκατὸν ἑξήκοντα· διέχει δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, ὑλώδης μέν, εὔκαρπος δέ· καὶ ἡ πόλις ἀξιόλογος ὁμώνυμος. ἐντεῦθεν εἰς Ἑσπερίδας τῆς Λιβύης στάδιοι τρισχίλιοι τριακόσιοι.

19. Καὶ ταύτης δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω τὰς Ἐχινάδας ἱδρῦσθαι νήσους συμβέβηκεν· ὧν τό τε Δουλίχιόν ἐστι (καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν) καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς Θοὰς ὁ ποιητὴς εἶπε· καὶ ἡ μὲν Δολίχα κεῖται κατὰ Οἰνιάδας καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελῴου, διέχουσα Ἀράξου, τῆς τῶν Ἠλείων ἄκρας, ἑκατόν, καὶ αἱ λοιπαὶ δ' Ἐχινάδες πλείους εἰσί, πᾶσαι λυπραὶ καὶ τραχεῖαι, καὶ πρὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀχελῴου, πεντεκαίδεκα σταδίους ἀφεστῶσα ἡ ἀπωτάτω, ἡ δ' ἐγγυτάτω πέντε, πελαγίζουσαι πρότερον· ἀλλ' ἡ χοῦς τὰς μὲν ἐξηπείρωκεν αὐτῶν ἤδη, τὰς δὲ μέλλει, πολλὴ καταφερομένη· ἥπερ καὶ τὴν Παραχελωῖτιν καλουμένην χώραν, ἣν ὁ ποταμὸς ἐπικλύζει, περιμάχητον (δὲ) ἐποίει τὸ παλαιόν, τοὺς ὅρους συγχέουσα ἀεὶ τοὺς ἀποδεικνυμένους τοῖς Ἀκαρνᾶσι καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς· ἐκρίνοντο γὰρ τοῖς ὅπλοις, οὐκ ἔχοντες διαιτητάς, ἐνίκων δ' οἱ πλέον δυνάμενοι· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ μῦθος ἐπλάσθη τις, ὡς Ἡρακλέους καταπολεμήσαντος τὸν Ἀχελῷον καὶ ἐνεγκαμένου τῆς νίκης ἆθλον τὸν Δηιανείρας γάμον, τῆς Οἰνέως θυγατρός, ἣν πεποίηκε Σοφοκλῆς τοιαῦτα λέγουσαν·

navit : neque sane eodem insula nomine olim appellabatur, sed *Melamphyllus* ac deinde Anthemis, post Parthenia a flumine Parthenio, qui Imbrasus postmodo appellatus est. Quoniam igitur tempore belli Trojani Sami nomen et Cephalleniæ tribuebatur, et Samothracæ (alioqui enim non introduceretur (*Il.* 24, 752) Hecuba filios suos dicens ab Achille captos fuisse in Samum et Imbrum divenditos), Ionicæ autem Sami colonia nondum erat deducta : apparet Samum Thraciam non ab Ionica hac, sed ab antiquiorum aliqua idem accepisse nomen. Unde hoc quoque manifestum redditur, antiquitatis historiæ repugnare id, quod nonnulli dicunt, post Ionicæ coloniæ deductionem adventumque Tembrionis venisse Samo colonos, et Samothraciæ Sami nomen indidisse : sic enim Samii gloriæ parandæ causa finxerunt. Probabilius insulæ nomen alii factum aiunt a sublimitatibus, quæ *sami* dicebantur (*Il.* 13, 13) :

Ida videbatur tota et Priameia tecta,
et Graiûm naves.

Quidam Samum nomen habere putant a Saiis Thracibus, qui eam olim habitaverint, ut et finitimam continentem : sive hi iidem cum Sapæis vel Sintis (quos Sintias Homerus vocat), sive diversi fuerint. Saiorum meminit Archilochus :

Nunc aliquis Saium parma se jactat honesta,
ad dumum quæ non sponte relicta mihi.

18. Restat de insulis Ulyssi subditis Zacynthus, paullo magis quam Cephallenia ad occiduas Peloponnesi partes inclinans, propius vero Cephalleniam quam Peloponnesum attingens. Ambitus ejus stadiorum est centum sexaginta : distat a Cephallenia ad sexaginta stadia, silvosa insula, sed fertilis, cum urbe ejusdem nominis memoranda. Hinc ad Hesperides Libyæ stadia sunt ter mille ac trecenta (3600, *lib.* 17, 3, 20).

20. Ab hac et Cephallenia versus ortum Echinades jacent insulæ, quarum una est Dulichium (nunc Dolicham nominant) et Oxeæ (i. e. *acutæ*) insulæ, quas poeta (*Od.* 15, 298) Thoas vocavit. Dolicha sita est juxta Œniadas et ostia Acheloi, distans ab Araxo, Eleorum promontorio, stadiis centum. Sed et reliquæ Echinades complures, omnes asperæ atque steriles, ante ostia Acheloi jacent, quindecim stadiis remota inde quæ longissime, quinque quæ proxima; olim in alto sitæ erant, sed limus aggestus alias jam cum continente conjunxit, alias ei adjiciet, copiose subinde advectus. Is regionem quoque Paracheloitidem, quam rigat Achelous, antiquitus controversam fecit, identidem fines Acarnanibus et Ætolis statutos confundens : itaque armis decernebant, quum carerent arbitro, ac vincebant qui plus poterant. Qua de causa etiam fabula conficta est, Herculem debellato Acheloo victoriæ præmium adeptum fuisse nuptias Deianiræ, Œnei filiæ, quam Sophocles ita loquentem facit (*Trach.* 9) :

μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, Ἀχελῷον λέγω,
ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρωρος.

προστιθέασι δ' ἔνιοι καὶ τὸ τῆς Ἀμαλθείας τοῦτ' εἶναι λέγοντες κέρας, ὃ ἀπέκλασεν ὁ Ἡρακλῆς τοῦ Ἀχελῴου καὶ ἔδωκεν Οἰνεῖ τῶν γάμων ἕδνον· οἱ δ', εἰκάζοντες ἐξ αὐτῶν τἀληθές, ταύρῳ μὲν ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῷόν φασι, καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς, ἀπό τε τῶν ἤχων καὶ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν, ἃς καλοῦσι κέρατα, δράκοντι δὲ διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν σκολιότητα, βούπρωρον δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ταυρωπόν· τὸν Ἡρακλέα δέ, καὶ ἄλλως εὐεργετικὸν ὄντα καὶ τῷ Οἰνεῖ κηδεύσοντα, παραχώμασί τε καὶ διοχετείαις βιάσασθαι τὸν ποταμὸν πλημμελῶς ῥέοντα καὶ πολλὴν τῆς Παραχελωίτιδος ἀναψῦξαι, χαριζόμενον τῷ Οἰνεῖ· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας. τῶν μὲν οὖν Ἐχινάδων καὶ τῶν Ὀξειῶν κατὰ τὰ Τρωικὰ Μέγητα ἄρχειν φησὶν Ὅμηρος,

ὃν τίκτε Διὶ φίλος ἱππότα Φυλεύς,
ὅς ποτε Δουλίχιόνδ' ἀπενάσσατο, πατρὶ χολωθείς.

πατὴρ δ' ἦν Αὐγέας, ὁ τῆς Ἠλείας καὶ τῶν Ἐπειῶν ἄρχων· ὥστ' Ἐπειοὶ τὰς νήσους ταύτας εἶχον οἱ συνεξάραντες εἰς τὸ Δουλίχιον τῷ Φυλεῖ.

20. Αἱ δὲ τῶν Ταφίων νῆσοι, πρότερον δὲ Τηλεβοῶν, ὧν ἦν καὶ ἡ Τάφος, νῦν δὲ Ταφιοῦς καλουμένη, χωρὶς ἦσαν τούτων, οὐ τοῖς διαστήμασιν (ἐγγὺς γὰρ κεῖνται), ἀλλὰ ὑφ' ἑτέροις ἡγεμόσι ταττόμεναι, Ταφίοις καὶ Τηλεβόαις· πρότερον μὲν οὖν Ἀμφιτρύων, ἐπιστρατεύσας αὐτοῖς μετὰ Κεφάλου τοῦ Δηιονέως ἐξ Ἀθηνῶν φυγάδος, ἐκείνῳ τὴν ἀρχὴν παρέδωκεν αὐτῶν· ὁ δὲ ποιητὴς ὑπὸ Μέντῃ τετάχθαι φησί, λῃστὰς καλῶν αὐτούς, καθάπερ καὶ τοὺς Τηλεβόας ἅπαντάς φασι. τὰ μὲν περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸ τῆς Ἀκαρνανίας ταῦτα.

21. Μεταξὺ δὲ Λευκάδος καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου λιμνοθάλαττά ἐστι, Μυρτούντιον λεγομένη. ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς Πάλαιρος καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας εἰσὶ πόλεις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους, καθ' ἥν ἐστι λιμὴν Ἡρακλέους ἱερὸς καὶ τέμενος, ἐξ οὗ τοὺς Ἡρακλέους ἄθλους, ἔργα Λυσίππου, μετήνεγκεν εἰς Ῥώμην τῶν ἡγεμόνων τις, παρὰ τόπον κειμένους διὰ τὴν ἐρημίαν. εἶτα ἄκρα Κριθωτὴ καὶ Ἐχινάδες καὶ πόλις Ἀστακός, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον, ἑνικῶς λεγομένη (καὶ ἡ Κριθωτὴ δ' ὁμώνυμος πολίχνῃ τῶν ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Χερρονήσῳ)· πάντα δ' εὐλίμενα τὰ μεταξύ· εἶτ' Οἰνιάδαι καὶ ὁ Ἀχελῷος· εἶτα λίμνη τῶν Οἰνιαδῶν, Μελίτη καλουμένη, μῆκος μὲν ἔχουσα τριάκοντα σταδίων, πλάτος δὲ εἴκοσι, καὶ ἄλλη Κυνία, διπλασία ταύτης καὶ μῆκος καὶ πλάτος, τρίτη δ' Οὐρία πολλῷ τούτων μικροτέρα· ἡ μὲν οὖν Κυνία καὶ ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλατταν, αἱ λοιπαὶ δ' ὑπέρκεινται ὅσον

Nam nuptias Achelous ambivit meas
fluvius, tribus me formis a patre flagitans,
nunc taurus evidens, varius draco
nunc flexilis, specie viri
vultu bovis nunc.

Addunt nonnulli fabulæ, Amaltheæ cornu id fuisse, quod defregit Acheloo Hercules, Œneoque in nuptiarum stipulationem dedit. Qui autem ex fabulis verum colligunt, tauro similem forma Acheloum dici aiunt, ut alios quoque fluvios, ob strepitus et flexus alveorum, qui cornua dicuntur; draconem vero ob longitudinem et obliquitatem; taurina denique fronte ob eandem causam, quæ ei bovis formam tribuit. Herculem porro, alioquin beneficum, Œnei soceri in gratiam aggeribus et aquæ ductibus fluvium compescuisse, vitiose fluentem, magnamque Paracheloitidis partem resiccasse : id esse Amaltheæ cornu. Enimvero Echinadibus et Oxeis insulis tempore belli Trojani imperasse Megetem Homerus ait (*Il.* 2, 628),

quem genuit Jovi dilectus Phyleus,
qui olim in Dulichium migraverat, patri irascens.

Pater autem Phylei fuit Augeas, Eleæ ditionis et Epeorum princeps : itaque insulas istas Epei tenuerunt, qui cum Phyleo Dulichium migraverant.

20. Taphiorum porro insulæ, ante dictæ Teleboarum, quarum fuit etiam Taphus, quæ nunc Taphiûs vocatur, ab iis separatæ erant, non intervallo (vicinæ enim sunt), sed eo quod aliis ducibus suberant, Taphiis et Telebois. Ante autem Amphitruo cum Cephalo Deionei filio Athenis exsulante, eos bello adortus, Cephali imperio subjecerat. Poeta Mentæ eos paruisse ait, et prædones vocat, ut et Teleboas universos dicunt. Hæc ergo de insulis ante Acarnaniam sitis dicta sint.

21. Inter Leucadem porro et sinum Ambracicum mare est paludis instar, quod Myrtuntium appellatur. A Leucade deinceps sunt Palærus et Alyzia, urbes Acarnaniæ : de his Alyzia quindecim stadiis a mari distat, ubi portus est Herculi sacer ejusque fanum. Inde Herculis certamina, opera Lysippi, Romam ducum quidam transtulit, quum ob solitudinem alieno sita essent loco. Sequitur Crithote promontorium, tum Echinades et urbs Astacus, cognominis ei quæ ad Nicomediam et sinum Astacenum est, singulari (*feminino genere*, θηλυκῶς?) numero dicta. Sed et Crithotæ nomen commune est cum oppidulo in Thracia Chersoneso. Omnia quæ interjacent, commodos habent portus. Sequuntur Œniadæ et Achelous : deinde lacus Œniadarum, Melite nomine, longus stadia triginta, latus viginti, aliusque Cynia ad hunc duplus utraque dimensione, et tertius Uria multo his minor. Cynia sane in mare exit : reliqui dimidio stadio

ἡμιστάδιον· εἶθ' ὁ Εὔηνος, εἰς ὃν ἀπὸ τοῦ Ἀκτίου στάδιοι ἑξακόσιοι ἑβδομήκοντα· μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκίς, ἣν Χαλκίαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος· εἶθ' ἡ Πλευρών, εἶθ' ἡ Ἁλίκυρνα κώμη, ἧς ὑπέρκειται Καλυδὼν ἐν τῇ μεσογαίᾳ σταδίοις τριάκοντα· περὶ δὲ τὴν Καλυδῶνά ἐστι τὸ τοῦ Λαφρίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· εἶθ' ὁ Ταφιασσὸς τὸ ὄρος, εἶτα Μακυνία πόλις, εἶτα Μολύκρεια καὶ πλησίον τὸ Ἀντίρριον, τὸ τῆς Αἰτωλίας ὅριον καὶ τῆς Λοκρίδος, εἰς ὃ ἀπὸ τοῦ Εὐήνου στάδιοι περὶ ἑκατὸν εἴκοσι· Ἀρτεμίδωρος μὲν † οὕτω περὶ τῆς εἴτε Χαλκίδος εἴτε Χαλκίας τοῦ ὄρους, μεταξὺ τοῦ Ἀχελῴου καὶ τῆς Πλευρῶνος ἱδρύων αὐτήν, Ἀπολλόδωρος δέ, ὡς πρότερον εἶπον, ὑπὲρ τῆς Μολυκρείας καὶ τὴν Χαλκίδα καὶ τὸν Ταφιασσόν· καὶ τὴν δὲ Καλυδῶνα μεταξὺ ἱδρῦσθαί φησι τῆς τε Πλευρῶνος καὶ τῆς Χαλκίδος· εἰ μὴ ἄρα ἕτερον θετέον τὸ πρὸς Πλευρῶνι ὄρος Χαλκίαν καλούμενον, ἕτερον δὲ τὴν Χαλκίδα τὴν πρὸς Μολυκρείᾳ. ἔστι δέ τις καὶ πρὸς τῇ Καλυδῶνι λίμνη μεγάλη καὶ εὔοψος, ἣν ἔχουσιν οἱ ἐν Πάτραις Ῥωμαῖοι.

22. Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν Ἐρυσιχαίους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι, ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται·

> οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, (Καλυδωναί) οὐδὲ ποιμήν,
> ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἀκρᾶν.

κατὰ δὲ τὴν Αἰτωλίαν ἦν Ὤλενος, ἧς ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος, ἴχνη δ' αὐτῆς λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ· ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον, ἠφανισμένη καὶ αὐτή, κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ, τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δ' Ὕδρᾳ, μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἣ κώμη μὲν ἦν πρότερον, καλουμένη Κωνώπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης, τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς, εὐφυῶς ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελῴου διαβάσει· παραπλήσιον δέ τι καὶ ἡ Πυλήνη τῷ Ὠλένῳ πέπονθεν. ὅταν δὲ φῇ τὴν Καλυδῶνα αἰπεῖάν τε καὶ πετρήεσσαν, ἀπὸ τῆς χώρας δεκτέον· εἴρηται γάρ, ὅτι τὴν χώραν δίχα διελόντες τὴν μὲν ὀρεινὴν καὶ ἐπίκτητον τῇ Καλυδῶνι προσένειμαν, τὴν πεδιάδα δὲ τῇ Πλευρῶνι.

23. Νυνὶ μὲν οὖν ἐκπεπόνηται καὶ ἀπηγόρευκεν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων ἥ τ' Ἀκαρνανία καὶ Αἰτωλοί, καθάπερ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν· πλεῖστον μέντοι χρόνον συνέμειναν Αἰτωλοὶ μετὰ τῶν Ἀκαρνάνων πρός τε τοὺς Μακεδόνας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ὕστατα δὲ καὶ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τῆς αὐτονομίας ἀγωνιζόμενοι. ἐπεὶ δὲ καὶ Ὅμηρος αὐτῶν ἐπὶ πολὺ μέμνηται καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί τε καὶ συγγραφεῖς, τὰ μὲν εὐσήμως τε καὶ ὁμολογουμένως, τὰ δ' ἧττον γνωρίμως (καθάπερ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἤδη λεχθεῖσι περὶ αὐτῶν ἀποδέδεικται), προσληπτέον καὶ τῶν παλαιοτέρων τινὰ τῶν ἀρχῆς ἐχόντων τάξιν ἢ διαπορουμένων.

24. Εὐθὺς ἐπὶ τῆς Ἀκαρνανίας, ὅτι μὲν αὐτὴν

supra mare jacent. Sequitur Evenus, ad quem ab Actio stadia sexcenta septuaginta. Post Evenum mons Chalcis, quem Artemidorus Chalciam appellat; deinde Pleuron, post Halicyrna (*codd.* Licyrna) pagus, supra quem ad stadia triginta jacet Calydon in mediterraneis. Apud Calydonem fanum est Laphræi Apollinis, (*Verba* Deinde Pleuron... Apollinis *transponenda ante verba:* Sequitur Euenus). Sequitur mons Taphiassus, inde urbs Macynia, post Molycria, ac pone Antirrhium, Ætoliæ ac Locridis limes, ad quod ab Eueno sunt stadia circiter centum viginti. Atque Artemidorus quidem non ita (οὐχ οὕτω) statuit de Chalcide sive Chalcia monte, quem inter Acheloum et Pleuronem ponit; Apollodorus autem, sicut ante dixi, supra Molycriam et Chalcidem et Taphiassum collocat, Calydonem vero in medio Pleuronis et Chalcidis sitam esse dicit; fortasse tamen alius mons, cui Chalciæ nomen, ad Pleuronem, alius vero, qui Chalcis appellatur, ad Molycriam situs est. Juxta Calydonem quoque palus est magna et piscosa, quam possident Romani qui Patris sunt.

22. In mediterraneis Acarnaniæ Apollodorus quosdam Erysichæos (*codd.* Eurysicheos) esse ait, quorum mentionem facit Alcman :

> Non Erysichæus, non pastor,
> Sed ab extremis Sardibus.

In Ætolia fuit etiam Olenus, cujus in Ætolica recensione meminit Homerus (*Il.* 2, 639) : nunc vestigia duntaxat ejus restant prope Pleuronem sub Aracyntho. Fuit etiam Lysimachia in vicinia, ipsa quoque deleta, sita ad paludem, quæ nunc Lysimachia, olim Hydra dicebatur, inter Pleuronem et Arsinoen urbem, quæ antea pagus erat, nomine Conopa; condita urbs ab Arsinoe, Ptolemæi secundi uxore eadem et sorore, commode admodum imposita trajectui Acheloi. Pylenæ idem prope usu venit, quod Oleno. Quodsi Homerus Calydonem saxosam dicit et sublimem, id de regione intelligendum est. Monuimus enim, ditione Ætolica in duas partes divisa, montanam et epicteton (hoc est acquisitam) Calydoni fuisse assignatam, campestrem Pleuroni.

23. Nunc quidem ob continentia bella Acarnanes, Ætoli, sicuti de ceteris gentibus multæ, confectæ exhaustæque animis ceciderunt : plurimum tamen temporis conjuncti Ætoli cum Acarnanibus adversus Macedones et reliquos Græcos, denique etiam contra Romanos bellum pro libertate sustinuerunt. Sed quoniam et Homerus et ceteri poetæ scriptoresque multa de iis afferunt, partim aperte et confesso, partim obscurius (quemadmodum vel ex iis quæ jam diximus de illis, apparet) : assumamus quædam de vetustioribus, quæ vel pro principiis usurpare possumus, vel pro disquirendi occasione.

24. Initio jam a nobis dictum est Acarnaniam fuisse a

ὁ Λαέρτης καὶ οἱ Κεφαλλῆνες κατεκτήσαντο, εἴρηται ἡμῖν, τίνων δὲ κατεχόντων πρότερον, πολλοὶ μὲν εἰρήκασιν, οὐχ ὁμολογούμενα δὲ εἰπόντων, ἐπιφανῆ δέ, ἀπολείπεταί τις λόγος ἡμῖν διαιτητικὸς περὶ αὐτῶν. φασὶ γὰρ τοὺς Ταφίους τε καὶ Τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν Ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν Κέφαλον τὸν κατασταθέντα ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος κύριον τῶν περὶ τὴν Τάφον νήσων κυριεῦσαι καὶ ταύτης τῆς χώρας· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Λευκάτα νομιζόμενον ἅλμα τούτῳ πρώτῳ προσμυθεύουσιν, ὡς προείρηται. ὁ δὲ ποιητής, ὅτι μὲν ἦρχον οἱ Τάφιοι τῶν Ἀκαρνάνων, πρὶν ἢ τοὺς Κεφαλλῆνας καὶ τὸν Λαέρτην ἐπελθεῖν, οὐ λέγει, διότι δ' ἦσαν φίλοι τοῖς Ἰθακησίοις λέγει, ὥστ' ἢ οὐδ' ὅλως ἐπῆρξαν τῶν τόπων κατ' αὐτόν, ἢ ἑκόντες παρεχώρησαν ἢ καὶ σύνοικοι ἐγένοντο. φαίνονται δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονός τινες ἐποικῆσαι τὴν Ἀκαρνανίαν, οἱ μετ' Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρός· καὶ γὰρ τοῦτον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς ζῶντας παραδίδωσιν ὁ ποιητὴς κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν·

> οἳ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
> Ἰκαρίου, ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα·

καὶ περὶ τῶν ἀδελφῶν·

> ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
> Εὐρυμάχῳ γήμασθαι.

οὔτε γὰρ ἐν Λακεδαίμονι πιθανὸν αὐτοὺς οἰκεῖν· οὐ γὰρ ἂν ὁ Τηλέμαχος παρὰ Μενελάῳ κατήγετο, ἀφιγμένος ἐκεῖσε· οὔτ' ἄλλην οἴκησιν παρειλήφαμεν αὐτῶν. φασὶ δὲ Τυνδάρεων καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἰκάριον, ἐκπεσόντας ὑπὸ Ἱπποκόωντος τῆς οἰκείας, ἐλθεῖν παρὰ Θέστιον, τὸν τῶν Πλευρωνίων ἄρχοντα, καὶ συγκατακτήσασθαι τὴν πέραν τοῦ Ἀχελῴου πολλὴν ἐπὶ μέρει· τὸν μὲν οὖν Τυνδάρεων ἐπανελθεῖν οἴκαδε, γήμαντα Λήδαν, τὴν τοῦ Θεστίου θυγατέρα, τὸν δ' Ἰκάριον ἐπιμεῖναι, τῆς Ἀκαρνανίας ἔχοντα μέρος, καὶ τεκνοποιήσασθαι τήν τε Πηνελόπην ἐκ Πολυκάστης τῆς Λυγαίου θυγατρὸς καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς. ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν καὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας καταριθμουμένους καὶ μετασχόντας τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας, ἐν οἷς κατωνομάζοντο οἵ τε τὴν ἀκτὴν οἰκοῦντες καὶ ἔτι

> οἵ τ' ἤπειρον ἔχον ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο.

οὔτε δ' ἡ ἤπειρος Ἀκαρνανία ὠνομάζετό πω, οὔθ' ἡ ἀκτὴ Λευκάς.

25. Ἔφορος δ' οὔ φησι συστρατεῦσαι· Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν Ἀμφιάρεω, στρατεύσαντα μετὰ Διομήδους καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον, συνελθεῖν Διομήδει καὶ τιμωρήσασθαι μετ' αὐτοῦ τοὺς Οἰνέως ἐχθρούς, παραδόντα δ' ἐκείνοις τὴν Αἰτωλίαν, αὐτὸν εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν παρελθεῖν καὶ ταύτην καταστρέφεσθαι. Ἀγαμέμνονα δ', ἐν τούτῳ τοῖς Ἀργείοις ἐπιθέμενον, κρατῆσαι ῥᾳδίως, τῶν πλείστων τοῖς περὶ Διομήδη συνακολουθησάντων. μικρὸν δ' ὕστερον ἐπιπεσούσης τῆς ἐπ' Ἴλιον

Laerta et Cephallenibus occupatam; qui vero antea tenuerint, quum multi dixerint parum inter se consonantia, satis alioquin aperta : relinquitur nobis quasi arbitrium quoddam de his ferendi facultas. Aiunt enim Taphios et Teleboas, quos vocant, principio Acarnaniam tenuisse, atque Cephalum principem ab Amphitryone constitutum insularum, quæ Tapho sunt propinquæ, etiam Acarnaniam obtinuisse : hinc etiam illum qui more obtinebat a Leucata saltum huic primo tribuerunt, ut dixi. At vero Homerus Taphios Acarnanibus imperasse, antequam eo Cephallenes Laertesque venissent, non dicit : verum amicos Ithacensium fuisse affirmat, adeo ut aut omnino Laertæ ætate non obtinuerint ista loca, aut ultro ei cesserint, vel in societatem habitationis venerint. Videntur autem etiam e Lacedæmone quidam Acarnaniam colonis frequentasse, cum Icario, Penelopes patre, eo profecti. Nam in Odyssea quidem Icarium fratresque Penelopæ tanquam vivos adhuc poeta memorat (*Od.* 2, 52) :

> Icarii patris haud audent accedere ad ædes,
> ut natam arbitrio proprio despondeat ille;

ac de fratribus (*Od.* 15, 16) :

> Jam pater et fratres pridem quam nubere poscunt
> Eurymacho.

Neque probabile est eos Lacedæmone *habitasse : non enim* ad Menelaum devertisset Telemachus eo profectus : neque alibi eos sedes posuisse traditum accepimus. Narrant vero Tyndareum et fratrem ejus Icarium, domo ab Hippocoonte pulsos, ad Thestium, Pleuroniis tunc imperantem, venisse, eumque adjuvisse in occupandis multis partibus sitæ trans Acheloum regionis, quarum ipsi aliquas ferrent. Tyndareum quidem ducta Leda Thestii filia domum rediisse; Icarium autem partem Acarnaniæ obtinentem mansisse et e Polycasta Lygæi filia Penelopen ejusque fratres procreasse. Porro nos demonstravimus in recensione navium Acarnanas quoque inter eos numerari, qui expeditioni ad Ilium interfuerint, quum ibi nominentur et qui peninsulam incolebant, et præterea

> qui continentem tenebant et objacentia incolebant.

Nondum vero continens Acarnania, neque peninsula Leucas appellabatur.

25. Ephorus autem Acarnanes *interfuisse expeditioni contra* Ilium susceptæ negat. Nam Alcmæonem ait Amphiarai filium bello contra Thebanos auxilio Diomedis reliquorumque Epigonorum obito feliciterque gesto, cum Diomede convenisse, ultumque esse inimicos Œnei : traditaque Diomedi ejusque sociis Ætolia, ipsum in Acarnaniam transivisse, eamque sibi subjecisse. Interim Agamemnonem Argivos adortum, facile victoriam obtinuisse, plerisque cum Diomede ad militiam profectis. Paullo post, quum incidisset expeditio ad Ilium, veritum Agamemnonem, ne ipso ab-

ἐξόδου, δείσαντα, μὴ ἀπόντος αὐτοῦ κατὰ τὴν στρατείαν ἐπανελθόντες οἴκαδε οἱ περὶ τὸν Διομήδη (καὶ γὰρ ἀκούεσθαι μεγάλην περὶ αὐτὸν συνεστραμμένην δύναμιν) κατάσχοιεν τὴν μάλιστα προσήκουσαν αὐτοῖς ἀρχήν (τὸν μὲν γὰρ Ἀδράστου, τὸν δὲ τοῦ πατρὸς εἶναι κληρονόμον), ταῦτα δὴ διανοηθέντα καλεῖν αὐτοὺς ἐπί τε τὴν τοῦ Ἄργους ἀπόληψιν καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ πολέμου· τὸν μὲν οὖν Διομήδη πεισθέντα μετασχεῖν τῆς στρατείας, τὸν δὲ Ἀλκμαίωνα ἀγανακτοῦντα μὴ φροντίσαι· διὰ δὲ τοῦτο μηδὲ κοινωνῆσαι τῆς στρατείας μόνους τοὺς Ἀκαρνᾶνας τοῖς Ἕλλησι· τούτοις δ', ὡς εἰκός, τοῖς λόγοις ἐπακολουθήσαντες οἱ Ἀκαρνᾶνες, σοφίσασθαι λέγονται Ῥωμαίους καὶ τὴν αὐτονομίαν παρ' αὐτῶν ἐξανύσασθαι, λέγοντες, ὡς οὐ μετάσχοιεν μόνοι τῆς ἐπὶ τοὺς προγόνους τοὺς ἐκείνων στρατείας· οὔτε γὰρ ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ φράζοιντο, οὔτε ἰδίᾳ· οὐδὲ γὰρ ὅλως τοὔνομα τοῦτ' ἐμφέροιτο ἐν τοῖς ἔπεσιν.

26. Ὁ μὲν οὖν Ἔφορος, πρὸ τῶν Τρωικῶν ἤδη τὴν Ἀκαρνανίαν ὑπὸ τῷ Ἀλκμαίωνι ποιήσας, τό τε Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν ἐκείνου κτίσμα ἀποφαίνει, καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ἀκαρνᾶνος, Ἀμφιλόχους δὲ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀμφιλόχου· ὥστε ἐκπίπτει εἰς τὰ παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἱστορίαν λεγόμενα. Θουκυδίδης δὲ καὶ ἄλλοι τὸν Ἀμφίλοχον, ἀπὸ τῆς στρατείας τῆς Τρωικῆς ἐπανιόντα, οὐκ ἀρεσκόμενον τοῖς ἐν Ἄργει, ταύτην οἰκῆσαί φασι τὴν χώραν, οἱ μὲν κατὰ διαδοχὴν ἥκοντα τῆς τοῦ ἀδελφοῦ δυναστείας, οἱ δ' ἄλλως. καὶ ἰδίᾳ μὲν περὶ Ἀκαρνάνων ταῦτα λέγοιτ' ἄν, κοινῇ δ' ὅσα καὶ τοῖς Αἰτωλικοῖς ἐπιπλέκεται νῦν ἐροῦμεν, τὰ Αἰτωλικὰ λέγοντες ἐφεξῆς, ὅσα προσλαβεῖν τοῖς εἰρημένοις ἔγνωμεν.

ΚΕΦ. Γ.

Τοὺς δὲ Κουρῆτας τῶν μὲν Ἀκαρνᾶσι, τῶν δ' Αἰτωλοῖς προσνεμόντων, καὶ τῶν μὲν ἐκ Κρήτης, τῶν δ' ἐξ Εὐβοίας τὸ γένος εἶναι φασκόντων, ἐπειδὴ καὶ Ὅμηρος αὐτῶν μέμνηται, τὰ παρ' ἐκείνου πρῶτον ἐπισκεπτέον. οἴονται δ' αὐτὸν λέγειν Αἰτωλοὺς μᾶλλον ἢ Ἀκαρνᾶνας, εἴπερ οἱ Πορθαονίδαι ἦσαν,

Ἄγριος ἠδὲ Μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἱππότα Οἰνεύς·
ᾤκεον δ' ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι.

αὗται δ' εἰσὶν Αἰτωλικαὶ πόλεις ἀμφότεραι καὶ φέρονται ἐν Αἰτωλικῷ καταλόγῳ, ὥστε, ἐπεὶ τὴν Πλευρῶνα οἰκοῦντες φαίνονται καὶ κατ' αὐτὸν οἱ Κουρῆτες, Αἰτωλοὶ ἂν εἶεν. οἱ δ' ἀντιλέγοντες τῷ τρόπῳ τῆς φράσεως παράγονται, ὅταν φῇ·

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.
ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα.

οὐδὲ γὰρ ἂν κυρίως εἶπεν οὕτως· ἐμάχοντο Βοιωτοὶ καὶ Θηβαῖοι πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' Ἀργεῖοι καὶ Πελοποννήσιοι. ἐδείχθη δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι ἐστὶ καὶ Ὁμηρικὸν τὸ ἔθος τοῦτο τῆς φράσεως καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων

sente Diomedes cum comitatu suo rediens (quem secum magnas habere copias inaudiverat) occuparet debitam omnino sibi ditionem, quum alter Adrasti, alter Alcmæonis esset hæres : hæc ergo cogitantem secum Agamemnonem eos ad Argos recipiendum et belli societatem vocavisse : proinde Diomedem passum sibi hoc persuaderi, ac belli in societatem venisse, Alcmæonem vero indignatione motum, contemptui rem habuisse; ideo solos Acarnanes cum Græcis in nullam ejus expeditionis partem venisse. Verisimile est, Acarnanes hanc secutos narrationem, callide eo perduxisse Romanos, ut ab iis obtinerent liberum patriarum legum usum, quod se solos non interfuisse bello contra Romanorum majores gesto dicerent, ut qui neque in Ætolico censu, neque omnino in versibus Homericis commemorarentur.

26. Ephorus igitur Acarnaniam jam ante bellum Trojanum Alcmæoni assignans, quum Argos Amphilochicum ab eo dicit conditum, tum Acarnaniam nominatam a filio ejus Acarnane, Amphilochosque a fratre Amphilocho : itaque excidit in ea quæ secus narrantur quam Homerica fert historia. Thucydides autem aliique Amphilochum aiunt, a bello Trojano reversum, quum res Argis ei non probarentur, istam incoluisse regionem, secundum alios quod fratris in possessionem succederet, secundum alios aliter. Atque hæc sunt quæ peculiariter de Acarnania dici poterant. Nunc proinde communiter ea referemus, quæ cum Ætolicis implicantur, Ætolica, ordine narrantes quæ visum fuit dictis adjungere.

CAP. III.

Quoniam Curetes alii Acarnanibus, alii Ætolis adscribunt, alii e Creta, alii ex Eubœa genus eorum deducunt, ac Homerus quoque eorum meminit : primum ea considerabimus, quæ apud hunc habentur. Putant vero Ætolos potius quam Acarnanes eos ab Homero dici, siquidem Porthaonidæ erant (*Il.* 14, 116)

Agrius atque Melas et equester tertius Œneus;
atque hi Pleuronem et celsam Calydona tenebant :

quæ quidem urbes sunt Ætolicæ ambæ, et referuntur in catalogo Ætolico : ut, quum Pleuronis incolæ apud Homerum quoque Curetes esse videantur, appareat de ejus sententia Curetas fuisse Ætolos. Qui huic opinioni repugnant, modo loquendi seducuntur, quum Homerus dicat (*Il.* 9, 525) :

Pugnabant Curetes et Ætoli armipotentes
juxta urbem Calydona;

neque enim recte diceret etiam hunc in modum : « pugnabant inter se Bœoti et Thebani », aut « Argivi et Peloponnesii ». Atqui supra docuimus, Homericum esse hunc loquendi modum, etiam apud alios tritum poetas. Hoc

ποιητῶν τετριμμένον· τοῦτο μὲν οὖν εὐαπολόγητον. ἐκεῖνοι δὲ λεγέτωσαν, πῶς ἂν μὴ ὁμοεθνεῖς ὄντας μηδ' Αἰτωλοὺς τοὺς Πλευρωνίους ἐν τοῖς Αἰτωλοῖς κατέλεγεν.

2. Ἔφορος δὲ τοὺς Αἰτωλοὺς εἰπὼν ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ὑφ' ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον διά τε τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων καὶ διὰ τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἄσκησιν, ἐξ ἀρχῆς μέν φησιν ἅπασαν τὴν χώραν Κουρῆτας κατασχεῖν· ἀφικομένου δ' ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος καὶ τοῖς πολέμοις κρατοῦντος αὐτῶν, τοὺς μὲν Κουρῆτας εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι, τοὺς δ' Αἰτωλοὺς συγκατελθόντας Ἐπειοῖς τὰς ἀρχαιοτάτας κτίσαι τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεων, δεκάτῃ δ' ὕστερον γενεᾷ τὴν Ἦλιν ὑπὸ Ὀξύλου τοῦ Αἵμονος συνοικισθῆναι, περαιωθέντος ἐκ τῆς Αἰτωλίας. παρατίθησι δὲ τούτων μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα, τὸ μὲν ἐν Θέρμοις τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος·

χώρης οἰκιστῆρα, παρ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις
θρεφθέντα, σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλοὶ τόνδ' ἀνέθηκαν
Αἰτωλόν, σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

τὸ δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ Ὀξύλου ἀνδριάντι·

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
κτήσατο Κουρῆτιν γῆν, δορὶ πολλὰ καμών·
τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος Αἵμονος υἱός
Ὄξυλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

3. Τὴν μὲν οὖν συγγένειαν τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν τε Ἠλείων καὶ τῶν Αἰτωλῶν ὀρθῶς ἐπισημαίνεται διὰ τῶν ἐπιγραμμάτων, ἐξομολογουμένων ἀμφοῖν οὐ τὴν συγγένειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχηγέτας ἀλλήλων εἶναι· δι' οὗ καλῶς ἐξελέγχει ψευδομένους τοὺς φάσκοντας τῶν μὲν Αἰτωλῶν ἀποίκους εἶναι τοὺς Ἠλείους, μὴ μέντοι τῶν Ἠλείων τοὺς Αἰτωλούς. τὴν δ' ἀνομολογίαν τῆς γραφῆς καὶ τῆς ἀποφάσεως φαίνεται τὴν αὐτὴν ἐπιδεδειγμένος κἀνταῦθα, ἥνπερ ἐπὶ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Δελφοῖς παρεστήσαμεν. εἰπὼν γὰρ ἀπόρθητον ἐκ τοῦ μνημονευομένου χρόνου παντὸς τὴν Αἰτωλίαν, εἰπὼν δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς τὴν χώραν ταύτην τοὺς Κουρῆτας κατασχεῖν, ὤφειλε μέν (τοιγε) τοῖς εἰρημένοις ἀκόλουθον τοῦτο φέρειν, ὅτι οἱ Κουρῆτες διέμειναν ἕως εἰς αὐτὸν κατέχοντες τὴν Αἰτωλίαν γῆν· οὕτω γὰρ ἔμελλεν ἀπόρθητός τε καὶ οὐδέποτε ἐπ' ἄλλοις γεγονυῖα ὀρθῶς λεχθήσεσθαι· ὁ δ' ἐκλαθόμενος τῆς ὑποσχέσεως οὐ τοῦτ' ἐπιφέρει, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὡς ἀφικομένου ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλοῦ καὶ τοῖς πολέμοις κρατοῦντος αὐτῶν, οἱ Κουρῆτες ἀπῆλθον εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν· τί οὖν ἄλλο πορθήσεως ἴδιον ἢ τῷ πολέμῳ κρατηθῆναι καὶ τὴν χώραν ἐκλιπεῖν; τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐπίγραμμα μαρτυρεῖ τὸ παρὰ τοῖς Ἠλείοις· ὁ γὰρ Αἰτωλός, φησί,

κτήσατο Κουρῆτιν γῆν, δορὶ πολλὰ καμών.

4. Ἴσως δή τις ἂν φαίη, λέγειν αὐτὸν ἀπόρθητον

igitur defendi facile potest. Contra vero illi nobis dicant qui fiat, ut Pleuronios, si neque Ætoli neque Ætolorum gentiles erant, inter Ætolos tamen poeta recensuerit.

2. Ephorus autem postquam dixit Ætolos gentem esse, quæ nunquam aliis paruerit, sed toto quod memoratur tempore indomta manserit ob locorum difficultates et ob bellicam exercitationem : ab initio Curetas ait omnem istam tenuisse regionem; quum autem Elide profectus Ætolus, Endymionis filius, bellis eos superasset, Curetas concessisse in Acarnaniam, quæ nunc vocatur, Ætolos autem cum Epeis huc transgressos urbes in Ætolia antiquissimas condidisse; decima autem post generatione Elidem ab Oxylo, Hæmonis filio, ex Ætolia eo profecto, fuisse constructam. Hujus rei testimonia apponit inscriptiones, quarum una in Thermis Ætoliæ, ubi comitia creandis magistratibus patrio more Ætoli habent, basi imaginis Ætoli insculpta, sic habet :

Alphei ad latices, qui quondam condidit urbem,
eductum, Pisæ non procul a stadiis,
Endymione satum, sic virtutis monumentum
Ætoli Ætolum constituere suæ.

Altera in foro Eleorum (*codd.* Ætolorum) inscripta statuæ Oxyli :

Ætolus quondam indigenam populum huncce relinquens
terram Curetum Marte fero obtinuit.
Ætate ast decima post Oxylus, Hæmone natus,
urbem hanc Elin constituit veterem.

3. Cognationem igitur Eleorum et Ætolorum mutuam recte ex epigrammatis hisce Ephorus comprobat, quorum utroque non cognatio tantum indicatur, sed etiam alteram gentem alterius auctorem, idque vicissim, fuisse : itaque mendacii probe convincit eos, qui Eleos Ætolorum colonos, non item Ætolos Eleorum esse dicunt. Ceterum discrepantiam eorum quæ scripsit et contendit, hoc quoque loco eandem apparet ostendere, quam de oraculo Delphico in medium protulimus (9, 3, 11). Quum enim dixisset, toto illo quod memoratur tempore Ætoliam inviolatam mansisse, et initio eam Curetas tenuisse : id quod ex dictis consequebatur, inferre (ἐπιφέρειν) debuit, Curetas Ætoliam usque ad ipsius tempora tenuisse; sic enim recte poterat pronunciari, semper vastationis immunem mansisse, et nunquam in aliorum potestatem venisse. Ille autem oblitus promissi sui, non istuc infert, sed contrarium : venisse nimirum Elide Ætolum, et Curetas ab eo bellis victos in Acarnaniam concessisse. Quid vero aliud proprium est evastationis, quam bello victum regionem deserere? Hoc autem etiam inscriptio ista apud Eleos testatur, de Ætolo dicens :

Curetum terram Marte fero obtinuit.

4. Fortassis autem dicat aliquis, intelligere eum Ætoliam

τὴν Αἰτωλίαν, ἀφ' οὗ τοὔνομα τοῦτ' ἔσχε μετὰ τὴν Αἰτωλοῦ παρουσίαν· ἀλλ' ἀφήρηται καὶ [τούτου] τοῦ νοήματος τὸν λόγον, φήσας ἐν τοῖς ἐφεξῆς τὸ μὲν πλεῖστον τοῦ λαοῦ τοῦ διαμένοντος ἐν τοῖς Αἰτωλοῖς τοῦτο εἶναι τὸ τῶν Ἐπειῶν † λέγων, συμμιχθέντων δ' αὐτοῖς ὕστερον Αἰολέων, τῶν ἅμα Βοιωτοῖς ἐκ Θετταλίας ἀναστάντων, κοινῇ μετὰ τούτων τὴν χώραν κατασχεῖν. ἆρ' οὖν † ἔστι χωρὶς πολέμου τὴν ἀλλοτρίαν ἐπελθόντας συγκατανείμασθαι τοῖς ἔχουσι, μηδὲν δεομένοις κοινωνίας τοιαύτης; ἢ τοῦτο μὲν οὐ πιστόν, τὸ δὲ κρατουμένοις τοῖς ὅπλοις ἐπ' ἴσοις συμβῆναι πιστόν; τί οὖν ἄλλο πόρθησις ἢ τὸ κρατεῖσθαι τοῖς ὅπλοις; καὶ Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὕαντας ἱστορεῖσθαι καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους· ὁ δ' ὥσπερ κατωρθωκὼς ἐπιλέγει, διότι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διακριβοῦν εἰώθαμεν, ὅταν ᾖ τι τῶν πραγμάτων ἢ παντελῶς ἀπορούμενον ἢ ψευδῆ δόξαν ἔχον.

5. Τοιοῦτος δ' ὢν Ἔφορος ἑτέρων ὅμως κρείττων ἐστί· καὶ αὐτὸς ὁ ἐσπουδασμένως οὕτως ἐπαινέσας αὐτὸν Πολύβιος καὶ φήσας περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καλῶς μὲν Εὔδοξον, κάλλιστα δ' Ἔφορον ἐξηγεῖσθαι περὶ κτίσεων, συγγενειῶν, μεταναστάσεων, ἀρχηγετῶν, ἡμεῖς δέ, φησί, τὰ νῦν ὄντα δηλώσομεν καὶ περὶ θέσεως τόπων καὶ διαστημάτων· τοῦτο γάρ ἐστιν οἰκειότατον χωρογραφίᾳ. ἀλλὰ μὴν σύ γε, ὦ Πολύβιε, ὁ τὰς λαοδογματικὰς ἀποφάσεις περὶ τῶν διαστημάτων εἰσάγων οὐκ ἐν τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς, καὶ † διδοῖς εὐθύνας τὰς μὲν Ποσειδωνίῳ, τὰς δ' Ἀρτεμιδώρῳ, τὰς δ' ἄλλοις πλείοσι· καὶ ἡμῖν οὖν † συγγνώμη καὶ οὐ δυσχεραίνειν δεῖ, παρὰ τῶν τοιούτων μεταφέρουσι τὴν πολλὴν ἱστορίαν, ἐάν τι πταίωμεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν, ἐὰν τὰ πλείω τῶν εἰρημένων ἑτέροις ἄμεινον λέγωμεν, ἢ τὰ παραλειφθέντα κατ' ἄγνοιαν προστιθῶμεν.

6. Περὶ δὲ Κουρήτων ἔτι καὶ τοιαῦτα λέγεται, τὰ μὲν ἐγγυτέρω ὄντα τῆς περὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων ἱστορίας, τὰ δ' ἀπωτέρω· ἐγγυτέρω μὲν τὰ τοιαῦτα, οἷα προείρηται, ὅτι τὴν χώραν, ἣ νῦν Αἰτωλία καλεῖται, Κουρῆτες ᾤκουν, ἐλθόντες δ' οἱ Αἰτωλοὶ μετὰ Αἰτωλοῦ τούτους ἐξέβαλον εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν· καὶ ἔτι τὰ τοιαῦτα, ὅτι τὴν Πλευρωνίαν ὑπὸ Κουρήτων οἰκουμένην καὶ Κουρῆτιν προσαγορευομένην Αἰολεῖς ἐπελθόντες ἀφείλοντο, τοὺς δὲ κατέχοντας ἐξέβαλον. Ἀρχέμαχος δ' ὁ Εὐβοεύς φησι τοὺς Κουρῆτας ἐν Χαλκίδι συνοικῆσαι, συνεχῶς δὲ περὶ τοῦ Ληλάντου πεδίου πολεμοῦντας, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι τῆς κόμης ἐδράττοντο τῆς ἔμπροσθεν καὶ κατέσπων αὐτούς, ὄπισθεν κομῶντας γενέσθαι, τὰ δ' ἔμπροσθεν κείρεσθαι· διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι· μετοικῆσαι δ' εἰς τὴν Αἰτωλίαν, καὶ κατασχόντας τὰ περὶ Πλευρῶνα χωρία τοὺς πέραν οἰκοῦντας τοῦ Ἀχελῴου διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλὰς Ἀκαρνᾶνας † καλεῖσθαι· ἔνιοι δ' ἀπὸ ἥρωος τοὔνομα σχεῖν ἑκάτερον τὸ φῦλον· οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας

vastationis expertem fuisse, ex quo ab adventu Ætoli sic nominata fuerit. Sed et hujus sententiæ rationem ipse sustulit, mox scribens, majorem quidem partem gentis, quæ in Ætolia permansisset, fuisse eam quæ Epeorum diceretur (λεγόμενον?), postea vero admixtos iis Æolenses, qui una cum Bœotis Thessalia excidissent, æquo jure cum Ætolis hanc regionem tenuisse. An vero credibile est (πιστόν ἐστι) absque bello fieri ut, qui in alienam veniunt ditionem, cum possidentibus ejus communionem ineant, nihil eam requirentibus possessoribus? An hoc quidem credibile non est, credibile vero, armis victores cum victis æqualem in sortem convenisse? Quid autem est vastari aliud quam armis vinci? Præterea Apollodorus tradidit Hyantes memorari, qui e Bœotia profecti Ætolorum sint facti inquilini. Tamen Ephorus, quasi re præclare gesta, addit: « Hæc atque talia diligenter excutere consuevimus, quando aut dubium omnino aliquid est, aut falsa de eo invaluit opinio.

5. Talis quum sit Ephorus, aliis tamen est melior: et ipse Polybius, ita studiose eum laudans, dicensque de rebus Græcis belle quidem Eudoxum, optime vero Ephorum exponere de origine urbium, cognationibus, migrationibus, stirpium auctoribus, addensque « Nos autem ea, quæ nunc sunt, indicabimus, situmque locorum et intervalla exponemus, quod maxime proprium est descriptionis regionum: verum tu quoque, Polybi, dum quæ apud vulgus feruntur de distantiis opiniones in medium profers, non modo de his quæ extra Græciam sunt, sed de ipsa etiam Græcia, ipse vicissim (καὶ αὐτὸς?) nunc a Posidonio, nunc ab Artemidoro, modo a pluribus aliis de reddenda ratione postularis. Itaque nobis quoque venia dari debet (συγγνῶναι v. συγγνώμην ἔχειν) nec indignandum nobis est, majorem narrationis partem e talibus scriptoribus transferentibus, sicubi labimur, sed satis habendum, si pleraque melius quam alii explicemus, aut ignoratione ab aliis prætermissa ipsi apponamus.

6. Porro autem de Curetibus etiam talia dicuntur, quorum alia propius ad Ætolorum et Acarnanum historiam spectant, alia minus ad eam pertinent. Propiora ei sunt, qualia ante retulimus: Curetes eam regionem, quæ nunc Ætolia dicitur, inhabitasse, Ætolos autem, duce Ætolo, supervenisse, eosque in Acarnaniam expulisse: item hæc, Pleuroniam a Curetibus habitatam et Curetidem dictam Æolenses supervenientes, pulsis incolis, obtinuisse. Archemachus vero Euboensis Curetas ait Chalcidem incoluisse, quumque continenter de Lelanto campo dimicarent, anterioreque eos coma hostes apprehenderent et prosternerent, comam alere in occipite, radere sinciput instituisse: atque adeo Curetas a κουρά, quæ est tonsura, dictos: migravisse autem in Ætoliam, et quum ipsi loca circa Pleuronem obtinerent, eos qui trans Acheloum habitabant, quia caput non tonderent, Acarnanas vocasse (καλέσαι). Nonnulli utramque gentem suum ab heroe aliquo nomen habuisse putant. Sunt etiam qui a Curio monte Curetas appellatos

ὀνομασθῆναι τοῦ ὑπερκειμένου τῆς Πλευρῶνος, εἶναί τε φῦλόν τι Αἰτωλικὸν τοῦτο, ὡς Ὀφιεῖς καὶ Ἀγραίους καὶ Εὐρυτᾶνας καὶ ἄλλα πλείω. ὡς δ' εἴρηται, τῆς Αἰτωλίας δίχα διῃρημένης, τὰ μὲν περὶ Καλυδῶνα τὸν Οἰνέα ἔχειν φασί, τῆς δὲ Πλευρωνίας μέρος μέν τι καὶ τοὺς Πορθαονίδας ἔχειν τοὺς περὶ τὸν Ἄγριον, εἴπερ

ᾤκεον ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι·

ἐπικρατεῖν μέντοι Θέστιον τῆς Πλευρωνίας, τὸν πενθερὸν τοῦ Οἰνέως, Ἀλθαίας δὲ πατέρα, ἡγούμενον τῶν Κουρήτων· πολέμου δ' ἐμπεσόντος τοῖς Θεστιάδαις πρὸς Οἰνέα καὶ Μελέαγρον, ὡς μὲν ὁ ποιητὴς ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ καὶ δέρματι, κατὰ τὴν περὶ τοῦ κάπρου μυθολογίαν, ὡς δὲ τὸ εἰκός, περὶ μέρος τῆς χώρας, οὕτω δὴ λέγεται·

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

ταῦτα μὲν τὰ ἐγγυτέρω.

7. Τὰ δ' ἀπωτέρω τῆς ὑποθέσεως ταύτης, ἄλλως δὲ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν εἰς ταὐτὸν ὑπὸ τῶν ἱστορικῶν ἀγόμενα, ἅπερ Κουρητικὰ μὲν καὶ περὶ Κουρήτων λέγεται, ὁμοίως ὥσπερ καὶ τὰ περὶ τῶν τὴν Αἰτωλίαν καὶ τὴν Ἀκαρνανίαν οἰκησάντων, ἐκείνων μὲν διαφέρει, ἔοικε δὲ μᾶλλον τῷ περὶ Σατύρων καὶ Σειληνῶν καὶ Βακχῶν καὶ Τιτύρων λόγῳ· τοιούτους γάρ τινας δαίμονας ἢ προπόλους θεῶν τοὺς Κουρῆτάς φασιν οἱ (δὲ) παραδόντες τὰ Κρητικὰ καὶ τὰ Φρύγια, ἱερουργίαις τισὶν ἐμπεπλεγμένα ταῖς μὲν μυστικαῖς, ταῖς δ' ἄλλαις περί τε τὴν τοῦ Διὸς παιδοτροφίαν τὴν ἐν Κρήτῃ καὶ τοὺς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ὀργιασμοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἴδην τὴν Τρωικὴν τόποις. τοσαύτη δ' ἐστὶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ποικιλία, τῶν μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κουρῆσι τοὺς Κορύβαντας καὶ Καβείρους καὶ Ἰδαίους Δακτύλους καὶ Τελχῖνας ἀποφαινόντων, τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων, † καὶ μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλομένων, ὡς δὲ τύπῳ εἰπεῖν καὶ κατὰ τὸ πλέον, ἅπαντας ἐνθουσιαστικούς τινας καὶ Βακχικοὺς καὶ ἐνοπλίῳ κινήσει μετὰ θορύβου καὶ ψόφου καὶ κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ ὅπλων, ἔτι δ' αὐλοῦ καὶ βοῆς ἐκπλήττοντας κατὰ τὰς ἱερουργίας ἐν σχήματι διακόνων, [ὥσ]τε καὶ τὰ ἱερὰ τρόπον τινὰ κοινοποιεῖσθαι ταῦτά τε καὶ τῶν Σαμοθρᾴκων καὶ τὰ ἐν Λήμνῳ καὶ ἄλλα πλείω διὰ τὸ τοὺς προπόλους λέγεσθαι τοὺς αὐτούς. ἔστι μὲν οὖν θεολογικὸς πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς ἐπισκέψεως καὶ οὐκ ἀλλότριος τῆς τοῦ φιλοσόφου θεωρίας.

8. Ἐπεὶ δὲ δι' ὁμωνυμίαν τῶν Κουρήτων καὶ οἱ ἱστορικοὶ συνήγαγον εἰς ἓν τὰ ἀνόμοια, οὐδ' ἂν αὐτὸς ὀκνήσαιμ' ἂν εἰπεῖν περὶ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν παραβάσει, προσθεὶς τὸν οἰκεῖον τῇ ἱστορίᾳ φυσικὸν λόγον. καίτοι τινὲς καὶ συνοικειοῦν βούλονται ταῦτ' ἐκείνοις, καὶ τυχὸν ἴσως ἔχονταί τινος πιθανοῦ· θηλυστολοῦντας γάρ, ὡς αἱ κόραι, τοὔνομα σχεῖν τοῦτο τοὺς περὶ τὴν Αἰτωλίαν φασίν· εἶναι γάρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν

velint, qui est supra Pleuronem situs, et esse eos Ætolicam gentem, quales sint Ophienses, Agræi, Eurytanes et aliæ plures. Divisa autem, ut docuimus, Ætolia in duas partes, ea quæ circa Calydonem erant, Œneum tenuisse aiunt; sed Pleuroniæ quoque partem Porthaonidas, Agrium scilicet cum suis, habuisse, siquidem (*Il.* 14, 117)

urbem Pleuronem et celsam Calydona tenebant;

ceterum Pleuroniam occupatam fuisse a Thestio, Œnei socero, Althææ patre, duce Curetum. Quum autem incidisset Thestiadis bellum contra Œneum et Meleagrum (ut poeta quidem (*Il.* 9, 544) ait, propter suis caput pellemque, secundum istam de apro fabulam, probabiliter vero propter ditionis partem), ita scribitur (*Il.* 9, 525):

Pugnabant Curetes et Ætoli armipotentes.

Hæc ergo sunt viciniora.

7. Remotiora ab hoc argumento sunt, sed ob vocis ambiguitatem eodem ab historicis perperam referuntur ea, quæ quidem Curetica et de Curetibus historiæ dicuntur, similiter atque illa quæ sunt de Curetibus Ætoliæ et Acarnaniæ incolis, attamen differunt ab his, similioraque sunt eorum, quæ de Satyris, Silenis, Bacchis et Tityris feruntur: tales enim quosdam genios administrosve deorum Curetas faciunt qui res Creticas et Phrygias tradiderunt, implicatos illos (ἐμπεπλεγμένους) sacris quibusdam partim arcanis partim aliis, quæ spectant et Jovis in Creta educationem, et Matris Deûm cærimonias in Phrygia ac locis circa Idam, Trojæ montem. Ceterum est aliqua in his narrationibus varietas. Alii enim Curetas, Corybantas, Cabiros, Idæos Dactylos, Telchines eosdem censent; alii cognatos inter se, exilibus (κατὰ μικράς) quibusdam inter se differentiis distinctos (διαστελλομένους), in summa autem et in universum, cunctos dicunt furore quodam divino correptos et Bacchicos, qui armata saltatione cum tumultu et strepitu, tintinnabulis, tympanis, armis, tibia et clamore in sacris ritibus perterreant homines sub administrorum specie: adeo ut hæc sacra quodammodo communia habeantur cum Samothraciis, Lemniis aliisque compluribus, quoniam iidem eorum sacrorum ministri feruntur. Ceterum tota ista consideratio ad theologiam pertinet, neque a contemplatione philosophica est aliena.

8. Quoniam autem ob ambiguitatem vocabuli Curetum historici etiam in unum conduxerunt, quæ discrepantia sunt, ipse quoque haud gravabor, per digressionem plura de iis dicere, congruentem historiæ rationem naturalem adjiciens. Non desunt quidem, qui hæc illis accommodanda opinentur: ac fortassis sequuntur quidpiam probabile. Aiunt enim Ætolicos Curetas hoc nomine affectos, quod puellarum (quæ κόραι appellantur Græce) in morem

τοῖς Ἕλλησι, καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι, καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους, ὅτ' ἐξῄεσαν εἰς τὴν μάχην, καταφρονηθῆναι λέγουσιν ὑπὸ τῶν Περσῶν, ἐν δὲ τῇ μάχῃ θαυμασθῆναι. ἁπλῶς δ' ἡ περὶ τὰς κόμας φιλοτεχνία συνέστηκε περί τε θρέψιν καὶ κουρὰν τριχός, ἄμφω δὲ κόραις καὶ κόροις ἐστὶν οἰκεῖα· ὥστε πλεοναχῶς τὸ ἐτυμολογεῖν τοὺς Κουρῆτας ἐν εὐπόρῳ κεῖται. εἰκὸς δὲ καὶ τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν ὑπὸ τῶν ἠσκημένων οὕτω περὶ κόμην καὶ στολὴν πρῶτον εἰσαχθεῖσαν, ἐκείνων Κουρήτων καλουμένων, παρασχεῖν πρόφασιν καὶ τοῖς στρατιωτικωτέροις ἑτέρων καὶ τὸν βίον ἐνόπλιον ἔχουσιν, ὥσθ' ὁμωνύμως καὶ αὐτοὺς Κουρῆτας λεχθῆναι, τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ λέγω καὶ Αἰτωλίᾳ καὶ Ἀκαρνανίᾳ. καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς νέους στρατιώτας οὕτω προσηγόρευσε· (καὶ)

κρινάμενος κούρητας ἀριστῆας Παναχαιῶν,
δῶρα θοῆς παρὰ νηὸς ἐνεγκεῖν, ὅσσ' Ἀχιλῆι
χθιζοὶ ὑπέστημεν·

καὶ πάλιν,

δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιοί.

περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν Κουρήτων ἐτυμολογίας ταῦτα. ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις στρατιωτική, καὶ ἡ πυρρίχη δηλοῖ καὶ ὁ Πύρριχος, ὅν φασιν εὑρετὴν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως τῶν νέων † καὶ τὰ στρατιωτικά.

9. Τὸ δ' εἰς ἓν συμφέρεσθαι τὰ τοσαῦτα ὀνόματα καὶ τὴν ἐνοῦσαν θεολογίαν ἐν τῇ περὶ αὐτῶν ἱστορίᾳ νῦν ἐπισκεπτέον. κοινὸν δὴ τοῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐστὶ τὸ τὰς ἱεροποιίας μετὰ ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι, τὰς μὲν σὺν ἐνθουσιασμῷ, τὰς δὲ χωρίς· καὶ τὰς μὲν μετὰ μουσικῆς, τὰς δὲ μή· καὶ τὰς μὲν μυστικῶς, τὰς δὲ ἐν φανερῷ· καὶ τοῦθ' ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει. ἥ τε γὰρ ἄνεσις τὸν νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων, τὸν δὲ ὄντως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ θεῖον· ὅ τε ἐνθουσιασμὸς ἐπίπνευσίν τινα θείαν ἔχειν δοκεῖ καὶ τῷ μαντικῷ γένει πλησιάζειν· ἥ τε κρύψις ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον, μιμουμένη τὴν φύσιν αὐτοῦ φεύγουσαν ἡμῶν τὴν αἴσθησιν· ἥ τε μουσική, περί τε ὄρχησιν οὖσα καὶ ῥυθμὸν καὶ μέλος, ἡδονῇ τε ἅμα καὶ καλλιτεχνίᾳ πρὸς τὸ θεῖον ἡμᾶς συνάπτει κατὰ τοιαύτην αἰτίαν. εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεούς, ὅταν εὐεργετῶσιν· ἄμεινον δ' ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσι· τοιοῦτον δὲ τὸ χαίρειν καὶ τὸ ἑορτάζειν καὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ μουσικῆς ἅπτεσθαι· μὴ γάρ, εἴ τις ἔκπτωσις πρὸς τὸ χεῖρον γένηται, τῶν μουσικῶν εἰς ἡδυπαθείας τρεπόντων τὰς τέχνας ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ θυμέλαις καὶ σκηναῖς καὶ ἄλλοις τοιούτοις, διαβαλλέσθω τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἡ φύσις ἡ τῶν παιδευμάτων ἐξεταζέσθω τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ἔχουσα.

10. Καὶ διὰ τοῦτο μουσικὴν ἐκάλεσε Πλάτων καὶ ἔτι πρότερον οἱ Πυθαγόρειοι τὴν φιλοσοφίαν, καὶ καθ' ἁρμονίαν τὸν κόσμον συνεστάναι φασί, πᾶν τὸ μουσικὸν εἶδος θεῶν ἔργον ὑπολαμβάνοντες. οὕτω δὲ καὶ αἱ

muliebres vestes gererent: tale nimirum quoddam viguisse studium apud Græcos, indeque Iones dictos stolitrahos: et Leonidam cum suis, quia in pugnam pexis capillis exierunt, contemtos fuisse a Persis, admirationi autem habitos in prœlio. Simpliciter autem comæ artificiosa tractatio in alenda ea et tondenda hæret: utrumque vero pueris et puellis est proprium: itaque in promptu est varias vocis Curetum origines afferre. Probabile est etiam armatam saltationem ab ita comtis et vestitis initio introductam, qui Curetes dicerentur, ansam præbuisse aliis, qui vitam in armis degerent bellicosiores, ut communi voce Curetes et ipsi dicerentur: de iis loquor, qui in Eubœa fuerunt, in Ætolia, in Acarnania. Quin et Homerus juvenes milites sic notat (*Il.* 19, 193):

Dilige præstantes reliquis curetas Achivis,
qui celeri ex navi portent, quæ munera Achilli
hesterno promissa die;

et rursum (*Il.* 19, 248):

munera portabant curetes Achivi.

Hæc de Curetum nominis origine [Illa autem in armis saltatio militaris erat, id quod et (ὃ καὶ) pyrrhiche saltatio demonstrat et Pyrrichus, quem auctorem fuisse ferunt talis exercitationis, qua juvenes ad rem militarem (ἐπὶ τὰ στρ.) præpararentur].

9. Jam ista nomina eodem redire et quæ in eorum cognitione insit theologia, consideremus. Commune hoc Græcis cum barbaris est, ut sacrificia inter feriandum celebrent: alia cum furore, alia sine eo; alia cum, alia sine musica: alia in arcano, alia palam: idque natura sic dictante. Nam feriæ animum ab humanis occupationibus abstrahunt, et vere sapientem (νοοῦντα?) ad deum convertunt: porro furor instinctum inspirationemque divinam quandam habere videtur, atque ad fatidicum genus accedere: et mystica sacrorum occultatio majestatem numini conciliat, imitans ejus naturam, effugientem nostros sensus: tum musica in saltatione, rhythmo, cantilena versans, voluptate artisque præstantia cum deo nos conjungit hancce ob causam. Etenim bene quidem dictum est, homines tum maxime deos imitari, quum beneficia conferunt; rectius autem diceretur, quum felices sunt: id autem fit gaudendo, dies festos agitando, philosophando, musicam tractando. Neque enim si in vitium res excidit, musicis artificia ad voluptatem accommodantibus in conviviis, scenis atque theatris, ideo culpanda res ipsa est: sed natura disciplinarum examinanda, quarum hinc est principium.

10. Itaque et Plato, et eo priores Pythagorei philosophiæ nomen musicæ imposuerunt, mundumque secundum harmoniam constare tradiderunt, omne, quod musicum est, opus dei censentes. Hinc vero etiam Musæ deæ, Apollo

Μοῦσαι θεαὶ καὶ Ἀπόλλων Μουσηγέτης καὶ ἡ ποιητικὴ πᾶσα ὑμνητική. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τῇ μουσικῇ προσνέμουσιν, ὡς πᾶν τὸ ἐπανορθωτικὸν τοῦ νοῦ τοῖς θεοῖς ἐγγὺς ὄν. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες οἱ πλεῖστοι τῷ Διονύσῳ προσέθεσαν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἑκάτῃ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ Δήμητρι, νὴ Δία, τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν καὶ τὸ βακχικὸν καὶ τὸ χορικὸν καὶ τὸ περὶ τὰς τελετὰς μυστικόν, Ἴακχόν τε καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι καὶ τὸν ἀρχηγέτην τῶν μυστηρίων, τῆς Δήμητρος δαίμονα· δενδροφορίαι τε καὶ χορεῖαι καὶ τελεταὶ κοιναὶ τῶν θεῶν εἰσι τούτων· αἱ δὲ Μοῦσαι καὶ ὁ Ἀπόλλων, αἱ μὲν τῶν χορῶν προεστᾶσιν, ὁ δὲ καὶ τούτων καὶ τῶν κατὰ μαντικήν· πρόπολοι δὲ τῶν Μουσῶν οἱ πεπαιδευμένοι πάντες, καὶ ἰδίως οἱ μουσικοί, τοῦ δ' Ἀπόλλωνος οὗτοί τε καὶ οἱ περὶ μαντικήν, Δήμητρος δὲ οἵ τε μύσται καὶ δᾳδοῦχοι καὶ ἱεροφάνται, Διονύσου δὲ Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε καὶ Θυῖαι καὶ Μιμαλλόνες καὶ Ναΐδες καὶ Νύμφαι † καὶ Τίτυροι προσαγορευόμεναι.

11. Ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ καὶ ταῦτα καὶ τὰ τοῦ Διὸς ἱερὰ ἰδίως ἐπετελεῖτο μετ' ὀργιασμοῦ καὶ τοιούτων προπόλων, οἷοι περὶ τὸν Διόνυσόν εἰσιν οἱ Σάτυροι· τούτους δ' ὠνόμαζον Κουρῆτας, νέους τινὰς ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἀποδιδόντας, προστησάμενοι μῦθον τὸν περὶ τῆς τοῦ Διὸς γενέσεως, ἐν ᾧ τὸν μὲν Κρόνον εἰσάγουσιν εἰθισμένον καταπίνειν τὰ τέκνα ἀπὸ τῆς γενέσεως εὐθύς, τὴν δὲ Ῥέαν πειρωμένην ἐπικρύπτεσθαι τὰς ὠδῖνας καὶ τὸ γεννηθὲν βρέφος ἐκποδὼν ποιεῖν καὶ περισώζειν εἰς δύναμιν, πρὸς δὲ τοῦτο συνεργοὺς λαβεῖν τοὺς Κουρῆτας, οἳ μετὰ τυμπάνων καὶ τοιούτων ἄλλων ψόφων καὶ ἐνοπλίου χορείας καὶ θορύβου περιέποντες τὴν θεὸν ἐκπλήξειν ἔμελλον τὸν Κρόνον καὶ λήσειν ὑποσπάσαντες αὐτοῦ τὸν παῖδα, τῇ δ' αὐτῇ ἐπιμελείᾳ καὶ τρεφόμενον ὑπ' αὐτῶν παραδίδοσθαι· ὥσθ' οἱ Κουρῆτες ἤτοι διὰ τὸ νέοι καὶ κόροι ὄντες ὑπουργεῖν ἢ διὰ τὸ κουροτροφεῖν τὸν Δία (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) ταύτης ἠξιώθησαν τῆς προσηγορίας, οἱονεὶ Σάτυροί τινες ὄντες περὶ τὸν Δία. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες τοιοῦτοι περὶ τοὺς ὀργιασμούς.

12. Οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα καλοῦντες θεῶν καὶ Ἄγδιστιν καὶ Φρυγίαν θεὸν μεγάλην, ἀπὸ δὲ τῶν τόπων Ἰδαίαν καὶ Δινδυμήνην καὶ Σιπυλήνην καὶ Πεσσινουντίδα καὶ Κυβέλην. οἱ δ' Ἕλληνες τοὺς προπόλους αὐτῆς ὁμωνύμως Κουρῆτας λέγουσιν, οὐ μήν γε ἀπὸ τῆς αὐτῆς μυθοποιίας, ἀλλ' ἑτέρους, ὡς ἂν ὑπουργούς τινας, τοῖς Σατύροις ἀνὰ λόγον· τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Κορύβαντας καλοῦσι.

13. Μάρτυρες δ' οἱ ποιηταὶ τῶν τοιούτων ὑπονοιῶν· ὅ τε γὰρ Πίνδαρος ἐν τῷ διθυράμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή

Πρὶν μὲν εἷρπε σχοινοτένειά τ' ἀοιδὰ
διθυράμβων,

Musarum præses et omnis poetica ad deorum laudes instituta. Sic et morum informationem musicæ tribuunt, ut omne quod mentem corrigit, diis vicinum statuunt. Jam vero Græci plerique Baccho et Apollini et Hecatæ et Musis et præ ceteris Cereri orgia omnia, bacchationes, choros et in sacrorum initiationibus mysteria assignarunt, et Iacchi nomine appellant et Bacchum et principem mysteriorum, genium Cereris : tum ramorum gestationes, choreæ, sacrificia communia deorum sunt istorum; Musæ vero atque Apollo præsunt, illæ choris, hic et his et divinationi; administri porro Musarum sunt quum docti omnes, tum peculiariter musici; Apollinis et hi et vates; Cereris mystæ, tædiferi, sacrorum enarratores; Bacchi Sileni, Satyri, Tityri, Bacchæ, Lenæ, Thyiæ, Mimallones, Naides, Nymphæ, quæ vocantur.

11. In Creta autem præter hæc peculiariter etiam Jovis sacra peraguntur cum orgiis et talibus ministris, quales Baccho adsunt Satyri; hos vero Curetas appellarunt, juvenes quosdam, qui in armis gestus cum saltatione edebant, repræsentantes de natalibus Jovis fabulam; in qua Saturnum introducunt solitum filios quam primum in lucem ederentur deglutire; Rheam autem dolores partus celare tentantem et infantem editum ablegare ac, quantum fieri posset, servare, usam ad hoc adjumento Curetum, qui tympanis aliisque strepitum edentibus instrumentis adhibitis armati saltarent cum tumultu circa deam, Saturnum terrerent, filiumque ei subducentes fallerent : eadem quoque opera traditum ab iis enutritum Jovem. Ergo Curetes, vel quod adolescentes (κόροι) id ministerium obivissent, vel quod puerum (κόρον) Jovem educassent (utrumque enim fertur), hoc nomen acceperunt, tanquam Satyri quidam circa Jovem versati. Græci igitur quod ad orgia attinet, tales sunt.

12. Berecyntes autem, Phrygia gens, et in universum Phryges, ac de Troibus ii qui circa Idam habitant, Rheam ipsi quoque colunt eique orgia peragunt, matrem appellantes deorum et Agdistin et Phrygiam magnam deam, a locis autem Idæam, Dindymenen, Sipylenen, Pessinuntida, Cybelen. Græci autem ejus famulos eodem nomine Curetas dicunt, non tamen de eadem etiam fabula, sed alios, quasi ministros quosdam, Satyris similes. Eosdem vero etiam Corybantes dicunt.

13. Harum interpretationum testes sunt poetæ. Pindarus enim in dithyrambo, cujus initium

Olim quidem serpebat in funis longitudinem extensa canti-
dithyramborum, [lena

μνησθεὶς (δὲ) τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὕμνων τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν ὕστερον, μεταβὰς ἀπὸ τούτων φησὶ

σοὶ μὲν κατάρχειν,
μᾶτερ μεγάλα, πάρα ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ κεχλάδειν κρόταλ', αἰθομένα τε
δᾲς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις,

τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδειχθέντων νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις. Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ, τοῖς Φρυγίοις ἅμα καὶ τὰ Λύδια συμφέρων † διά τε Ὅμηρον·

ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας,
θίασος ἐμὸς, γυναῖκες, [ἃς ἐκ βαρβάρων
ἐκόμισα παρέδρους καὶ ξυνεμπόρους ἐμοί,
αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
τύμπανα, Ῥέας τε μητρὸς] ἐμά θ' εὑρήματα

καὶ πάλιν·

ὦ μάκαρ, ὅστις εὐδαίμων [τελετὰς θεῶν
εἰδὼς], βιοτὰν ἁγιστεύει·
τά τε ματρὸς μεγάλας ὄργια Κυβέλας θεμιστεύων
ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων, κισσῷ [τε] στεφανωθεὶς
[Διόνυσον] θεραπεύει.
ἴτε Βάκχαι, [ἴτε Βάκχαι,] βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ
Διόνυσον κατάγουσαι Φρυγίων ἐξ ὀρέων
Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς.

πάλιν δ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τὰ Κρητικὰ συμπλέκει τούτοις·

ὦ θαλάμευμα Κουρήτων, ζάθεοί τε Κρήτας
διογενέτορες ἔναυλοι,
ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις
βυρσότονον κύκλωμα τόδε
μοι Κορύβαντες εὗρον,
ἀνὰ δὲ Βακχεῖα συντόνῳ
κέρασαν ἁδυβόᾳ Φρυγίων
αὐλῶν πνεύματι, ματρός τε Ῥέας
εἰς χέρα θῆκαν κτύπον εὐάσμασι Βακχᾶν,
παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
ματέρος ἐξανύσαντο Ῥέας,
εἰς δὲ χορεύματα
προσῆψαν τριετηρίδων,
αἷς χαίρει Διόνυσος.

καὶ ἐν Παλαμήδῃ φησὶν ὁ χορός·

οὐ σὺν Διονύσῳ κωμᾶν*,
ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
τυμπάνων ἰάκχοις.

14. Καὶ Σειληνὸν καὶ Μαρσύαν καὶ Ὄλυμπον συνάγοντες εἰς ἓν καὶ εὑρετὰς αὐλῶν ἱστοροῦντες πάλιν καὶ οὕτως τὰ Διονυσιακὰ καὶ Φρύγια εἰς ἓν συμφέρουσι, τήν τε Ἴδην καὶ τὸν Ὄλυμπον συγκεχυμένως πολλάκις ὡς τὸ αὐτὸ ὄρος κτυποῦσιν. εἰσὶ μὲν οὖν λόφοι τέτταρες Ὄλυμποι καλούμενοι τῆς Ἴδης κατὰ τὴν Ἀντανδρίαν, ἔστι δὲ καὶ ὁ Μυσὸς Ὄλυμπος, ὅμορος μέν, οὐχ ὁ αὐτὸς δὲ τῇ Ἴδῃ. ὁ δ' οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον·

σὺ δ' αὖθι μίμνων που κατ' Ἰδαίαν χθόνα
ποίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει.

quum mentionem fecisset hymnorum in Bacchum et veterum et recentiorum, digressus inde inquit :

tibi ut præeant sacros ritus,
Magna mater, præsto sunt rhombi cymbalorum,
et quæ simul sonent crepitacula, ardensque
fax in fulvis tædis pineis,

ubi poeta Bacchicorum apud Græcos rituum, et Magnæ matris apud Phryges communionem inter se componit. Euripides quoque in Bacchis (*v.* 55) similia facit, cum Phrygiis simul Lydia conjungens ob viciniam (διὰ τὸ ὅμορον) :

Sed, o quæ reliquistis Tmolum, propugnaculum Lydiæ,
sodalitium meum, mulieres, [*quas e barbaris*
adduxi socias et comites itineris mihi,
tollite consueta in terra Phrygum
tympana, *Rheæque matris*] et mea inventa.

Et iterum (*v.* 74) :

O felix, quicumque beatus [*sacra deorum*
sciens], vitam purificat;
et matris magnæ orgia Cybeles rite peragens
thyrsumque sursum quatiens hederaque coronatus
[*Bacchum*] colit.
Ite, Bacchæ, [*ite, Bacchæ,*] bromium natum deo deum
Bacchum deducentes Phrygiis de montibus
in Græciæ vicos spatiosos.

Rursum in sequentibus Cretica cum his implicat (*v.* 120) :

O contubernium Curetum, et divina Cretæ
natalitia Jovis domicilia,
ubi triplici crepidine instructam galeam gestantes in antris
hunc *tympani* rotundum orbem corio intentum
mihi Corybantes invenerunt,
et bacchicos clamores cum concordante
miscuerunt dulcisono Phrygiarum
tibiarum flatu, matrisque Rheæ
in manus posuerunt strepitum consonum ululatibus Baccharum;
furentes autem Satyri
a matre illud obtinuerunt Rhea,
et ad choreas
adhibuerunt Trieteridum,
quibus gaudet Bacchus.

Et in Palamede chorus ait :

Non cum Baccho comissari,
qui in Ida delectatur cum matre dilecta
tympanorum strepitu.

14. Porro Silenum, Marsyam et Olympum in unum conjungentes, eosque tibiarum inventores facientes, rursum Bacchi et Phrygiæ deæ res in unum confundunt. Idam quoque et Olympum promiscue sæpenumero, tanquam eundem montem, strepitu resonare faciunt. Quattuor autem sunt colles, Olympi nomine, in Ida juxta Antandrum; est etiam Mysius Olympus, conterminus Idæ, non tamen idem. Nihilo minus Sophocles in Polyxena Menelaum faciens festinanter e Troja discedere, Agamemnonem autem cupientem aliquantulum morari placandæ Minervæ gratia, Menelao hæc verba tribuit :

Hic tu manens in Idæo posthac solo
greges Olympi conducens fac rem sacram.

15. Τῷ δ' αὐλῷ καὶ κτύπῳ κροτάλων τε καὶ κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ ταῖς ἐπιβοήσεσι καὶ εὐασμοῖς καὶ ποδοκρουστίαις οἰκεῖα ἐξεύροντο καί τινα τῶν ὀνομάτων, ἃ τοὺς προπόλους καὶ χορευτὰς καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν ἐκάλουν, Καβείρους καὶ Κορύβαντας καὶ Πᾶνας καὶ Σατύρους καὶ Τιτύρους καὶ τὸν θεὸν Βάκχον καὶ τὴν Ῥέαν Κυβέλην καὶ Κυβήβην καὶ Δινδυμήνην κατὰ τοὺς τόπους αὐτούς. καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι καὶ τρόπον τινὰ τῆς Μητρὸς τὸ παιδίον † παραδόντα τοῦ Διονύσου καὶ αὐτός.

16. Τούτοις δ' ἔοικε καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θρᾳξὶ τά τε Κοτύτια καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχε. τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὀργάνων. εἰπὼν γάρ·

σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς,
ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντες,

τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει·

ὁ μὲν ἐν χερσίν
βόμβυκας ἔχων, τόρνου κάματον,
δακτυλόδεικτον πίμπλησι μέλος,
μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν,
ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ

καὶ πάλιν·

ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει·
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται
ποθὲν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,
τυμπάνου δ' εἰκὼν ὥσθ' ὑπογαίου
βροντῆς, φέρεται βαρυταρβής.

ταῦτα γὰρ ἔοικε τοῖς Φρυγίοις· καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι. καὶ τὸν Διόνυσον δὲ καὶ τὸν Ἠδωνὸν Λυκοῦργον συνάγοντες εἰς ἓν τὴν ὁμοιοτροπίαν τῶν ἱερῶν αἰνίττονται.

17. Ἀπὸ δὲ τοῦ μέλους καὶ τοῦ ῥυθμοῦ καὶ τῶν ὀργάνων καὶ ἡ μουσικὴ πᾶσα Θρᾳκία καὶ Ἀσιᾶτις νενόμισται. δῆλον δ' ἔκ τε τῶν τόπων, ἐν οἷς αἱ Μοῦσαι τετίμηνται· Πιερία γὰρ καὶ Ὄλυμπος καὶ Πίμπλα καὶ Λείβηθρον τὸ παλαιὸν ἦν Θρᾴκια χωρία καὶ ὄρη, νῦν δὲ ἔχουσι Μακεδόνες· τόν τε Ἑλικῶνα καθιέρωσαν ταῖς Μούσαις Θρᾷκες οἱ τὴν Βοιωτίαν ἐποικήσαντες, οἵπερ καὶ τὸ τῶν Λειβηθριάδων Νυμφῶν ἄντρον καθιέρωσαν. οἵ τ' ἐπιμεληθέντες τῆς ἀρχαίας μουσικῆς Θρᾷκες λέγονται, Ὀρφεύς τε καὶ Μουσαῖος καὶ Θάμυρις, καὶ τῷ Εὐμόλπῳ δὲ τοὔνομα ἐνθένδε, καὶ οἱ τῷ Διονύσῳ τὴν Ἀσίαν ὅλην καθιερώσαντες μέχρι τῆς Ἰνδικῆς ἐκεῖθεν καὶ τὴν πολλὴν μουσικὴν μεταφέρουσι· καὶ ὁ μέν τίς φησιν· κιθάραν Ἀσιᾶτιν ῥάσσων, ὁ δὲ τοὺς αὐλοὺς Βερεκυντίους καλεῖ καὶ Φρυγίους· καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται νάβλας καὶ σαμβύκη καὶ βάρβιτος καὶ μαγάδις καὶ ἄλλα πλείω.

18. Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς. πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδή-

15. Tibiæ vero et strepitui crotalorum et cymbalorum et tympanorum, acclamationibusque et evasmis ac pedum pulsationibus propria excogitata sunt etiam nonnulla ex vocabulis quibus administros, chorearum ductores et famulos sacrorum afficerent, Cabires, Corybantes, Panes, Satyros, Tityros et deum Bacchum et Rheam Cybelam et Cybeben atque Dindymenen, prout ipsa ferebant loca. Sabazius quoque de Phrygiis est, et quadammodo filius Matris ipse quoque ad imitationem Bacchi (παρῳδῶν τὰ τοῦ Δ.?).

16. Horum similia sunt etiam apud Thraces *quæ usurpantur* sacra Cotytia et Bendidia: a quibus etiam Orphica sunt profecta. Cotyos deæ apud Edonos cultæ Æschylus meminit ejusque instrumentorum. Postquam enim dixit:

Veneranda Cotys in Edonis;
montana (?) autem instrumenta habentes,

statim eos, qui Baccho inserviunt, subjicit:

Hic quidem manibus
bombyces tenens, torni laborem,
digitis quod indicatur implet carmen
furoris excitatricem vociferationem;
ille vero æneis vasis (*cymbalis*) strepitat.

Ac rursum:

Psalmus autem resonat,
bovumque mugitûs æmulæ voces
alicunde ex operto reboant terribiles;
tympanique imago tanquam subterranei
tonitrui fertur horrifica.

Hæc enim Phrygiis sacris similia sunt; neque absurdum est, quemadmodum ipsi Phryges Thracum sunt coloni, ita eos sacra quoque sua inde transtulisse. Bacchum etiam cum Edono Lycurgo conjungentes sacrorum inter se similitudinem innuunt.

17. A cantilena autem, numeris instrumentisque etiam musica omnis Thracia et Asiatica esse censetur. Atque hoc ex locis intelligi potest, ubi Musæ cultæ sunt; nam Pieria, Olympus, Pimpla, Libethrum antiquitus Thracia fuere loca et montes, nunc vero Macedones obtinent; porro Heliconem Musis consecraverunt Thraces Bœotiæ inquilini, ut et antrum Libethriadum Nympharum. Denique qui antiquam exercebant musicam, Thraces perhibentur, Orpheus, Musæus, Thamyris; Eumolpo quoque *nomen inde* factum est; et qui Baccho totam Asiam consecrarunt usque ad Indiam, hinc musicæ quoque majorem partem transferunt; atque alius dicit « Citharam pulsans Asiatida », alius Berecynthiam vocat fistulam aut Phrygiam; nonnulla instrumentorum etiam barbaris nominibus vocantur, ut nablas, sambuca, barbitus, magadis, alia complura.

18. Athenienses autem quemadmodum aliâs morem suum peregrina adsciscendi, ita etiam quod ad deos attinet, tenuerunt. Multa enim sacra peregrina receperunt, adeo

θησαν· καὶ δὴ καὶ τὰ Θράκια καὶ τὰ Φρύγια. τῶν μὲν γὰρ Βενδιδείων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης, διαβάλλων τὴν Αἰσχίνου μητέρα καὶ αὐτόν, ὡς τελούσῃ τῇ μητρὶ συνόντα καὶ συνθιασεύοντα καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ σαβοῖ πολλάκις καὶ ὕης ἄττης, [ἄττης] ὕης· ταῦτα γάρ ἐστι Σαβάζια καὶ Μητρῷα.

19. Ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα [εὕροι] περὶ τῶν δαιμόνων τούτων καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ποικιλίας καὶ ὅτι οὐ πρόπολοι θεῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ θεοὶ προσηγορεύθησαν. Ἡσίοδος μὲν γὰρ † Ἑκατέρω καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν,

ἐξ ὧν οὔρειαι Νύμφαι θεαὶ [ἐξ]εγένοντο,
καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν
Κουρῆτές τε θεοὶ φιλοπαίγμονες, ὀρχηστῆρες.

ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα γράψας αὐλητὰς καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει, ἄλλοι δὲ γηγενεῖς καὶ χαλκάσπιδας· οἱ δ' οὐ τοὺς Κουρῆτας, ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας, ἐκείνους δὲ Κρῆτας, περιθέσθαι δ' ὅπλα χαλκᾶ πρώτους ἐν Εὐβοίᾳ· διὸ καὶ Χαλκιδέας αὐτοὺς κληθῆναι· οἱ δ' ὑπὸ Τιτάνων Ῥέᾳ δοθῆναι προπόλους ἐνόπλους τοὺς Κορύβαντας ἐκ τῆς Βακτριανῆς ἀφιγμένους, οἱ δ' ἐκ Κόλχων φασίν. ἐν δὲ τοῖς Κρητικοῖς λόγοις οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται καὶ φύλακες, εἰς Κρήτην ἐκ Φρυγίας μεταπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ῥέας· οἱ δὲ Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων, τοὺς Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας Κουρῆτας ὀνομασθῆναι· Κύρβαντα δέ, τούτων ἑταῖρον, Ἱεραπύτνης ὄντα κτίστην, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις παρασχεῖν πρόφασιν τοῖς Πρασίοις, ὥστε λέγειν, ὡς εἶεν Κορύβαντες δαίμονές τινες Ἀθηνᾶς καὶ Ἡλίου παῖδες. ἔτι δὲ Κρόνου τινὲς (τοὺς Κορύβαντας), ἄλλοι δὲ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασὶ τοὺς Κορύβαντας, τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας· ἀπελθεῖν δὲ τούτους εἰς Σαμοθρᾴκην, καλουμένην πρότερον Μελίτην, τὰς δὲ πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι.

20. Ταῦτα δ' οὐχ ἀποδεξάμενος ὁ Σκήψιος ὁ τοὺς μύθους συναγαγὼν τούτους, ὡς μηδενὸς ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου, παρατίθησιν ὁμοίως καὶ Στησιμβρότου τοῦ Θασίου δόξαν, ὡς τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπιτελοῖτο· καλεῖσθαι δέ φησιν αὐτοὺς ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν τῇ Βερεκυντίᾳ Καβείρου. οἱ δ' Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας, τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας. φησὶ δὲ πάλιν ὁ Σκήψιος ἐν τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι μηδὲ ἐπιχωριάζειν, ὑπεναντιούμενος τῷ τοῦ Εὐριπίδου λόγῳ, ἀλλ' ἐν τῇ Φρυγίᾳ μόνον καὶ τῇ Τρῳάδι, τοὺς δὲ λέγοντας μυθολογεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν, πρὸς τοῦτο δὲ καὶ τὴν τῶν τόπων ὁμωνυμίαν συμπρᾶξαι τυχὸν ἴσως αὐτοῖς· Ἴδη γὰρ τὸ ὄρος τό τε Τρωικὸν καὶ τὸ Κρητικόν, καὶ Δίκτη τόπος ἐν τῇ Σκηψίᾳ καὶ ὄρος ἐν Κρήτῃ· τῆς δὲ Ἴδης λόφος Πύτνα, ἀφ' οὗ Ἱεράπυτνα ἡ πόλις, Ἱπποκόρωνά τε τῆς Ἀδραμυττηνῆς καὶ Ἱπποκορώνιον ἐν Κρήτῃ,

ut eo nomine etiam in comœdiis exagitarentur; interque hæc Thracia et Phrygia. Bendidiorum enim mentio est apud Platonem (*p.* 354, *c*), Phrygiorum apud Demosthenem (p. 313), ubi Æschinis matrem vituperat, atque ipsum, qui matri arcana sacra celebranti affuerit, unaque thiasos duxerit, et iterum iterumque acclamaverit Evoe, Saboe, et Hyes Attes, Attes Hyes : hæc enim Sabazii et magnæ Matris sacrorum sunt.

19. Porro autem et hæc de geniis istis nominumque eorum varietate [*reperiat*] aliquis, non administros modo eos deorum, sed ipsos quoque deos appellari. Hesiodus enim Hecateri (Ἑκατεροῦ? Ἑκήτορος? Ἑκαταίου *unus cod. et edd.*) et Phoronei filiæ quinque ait fuisse filias,

ex quibus montanæ Nymphæ, deæ, ortæ sunt,
et genus nequam Satyrorum indocilium laboris,
Curetesque dii, ludorum amantes, saltatores.

Is qui Phoronidem scripsit (*codd.* στέψας) Curetas vocat tibicines et Phryges; alii terrigenas et æreis scutis armatos; rursum alii non Curetas dicunt Phryges, sed Corybantes, illos autem Cretes; arma vero ænea Curetes sumsisse primum in Eubœa, indeque Chalcidenses ab ære (quod est χαλκός) dictos; alii a Titanibus Rheæ datos esse famulos armatos Corybantes e Bactriana, vel, ut aliis videtur, e Colchis, profectos. In Cretensi historia Curetes Jovis altores et custodes dicuntur in Cretam e Phrygia acciti a Rhea; alii, quum novem in Rhodo essent Telchines, ex his eos qui Rheam in Cretam secuti Jovem ibi enutrivissent, Curetas dictos esse tradunt; eorum socium Corybantem, Hierapytnæ conditorem, apud Rhodios Prasiis occasionem dedisse dicendi, Corybantes esse genios quosdam, Minervæ et Solis filios. Nonnulli denique Saturni, alii vero Jovis et Calliopæ prolem esse Corybantes dicunt, eosdem cum Cabiris : hos autem abiisse in Samothracen, quæ ante Melita dicebatur; eorum actiones esse mysticas.

20. Hæc vero non probans Demetrius Scepsius, qui fabulas istas collegit, quia in Samothrace nulla de Cabiris mystica narratio feratur, item Stesimbroti Thasii refert opinionem ex qua sacrificia Samothracica in honorem Cabirorum instituta sint; nomen vero eos habere dicit a monte Berecyntiæ Cabiro. Alii censent, Hecates administros esse Curetas, eosdem cum Corybantibus. Rursus autem Scepsius ait, in Creta honores Rheæ non esse in usu, neque receptos ibi ritus ejus (in quo repugnat Euripidis verbis), sed in Phrygia tantum ac Troade : qui aliter affirment, eos fabulam potius quam historiam tradere : ad quam rem eos fortassis nomina locorum ambigua induxerint. Ida enim mons est et Trojæ et Cretæ; item Dicte in Scepsia locus, et mons in Creta; et Pytna Idæ collis, [*et in Creta mons,*] a quo nomen habet urbs Hierapytna; porro Hippocorona Adramyttenæ, inque Creta

Σαμώνιόν τε τὸ ἑωθινὸν ἀκρωτήριον τῆς νήσου καὶ πεδίον ἐν τῇ Νεανδρίδι καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων.

21. Ἀκουσίλαος δ' ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβειροῦς καὶ Ἡφαίστου Κάμιλλον λέγει, τοῦ δὲ τρεῖς Καβείρους, † οἷς Νύμφας Καβειρίδας· Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥητίας Κύρβαντας ἐννέα, οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ· ἐκ δὲ Καβειροῦς τῆς Πρωτέως καὶ Ἡφαίστου Καβείρους τρεῖς καὶ Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας, ἑκατέροις δ' ἱερὰ γίνεσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Ἴμβρῳ καὶ Λήμνῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστι μυστικά. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν Μέμφει λέγει τῶν Καβείρων ἱερά, καθάπερ καὶ τοῦ Ἡφαίστου, διαφθεῖραι δ' αὐτὰ Καμβύσην. ἔστι δ' ἀοίκητα τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς, τό τε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἁμαξιτίᾳ τῆς νῦν Ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς τοῦ Σμινθίου, καὶ ἡ Κορύβισσα ἐν τῇ Σκηψίᾳ περὶ ποταμὸν Εὐρήεντα καὶ κώμην ὁμώνυμον καὶ ἔτι χείμαρρον Αἰθαλόεντα. πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος, Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτούς, οἳ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἠίθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. † καὶ Κορύβαντες δὲ ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, οὓς καὶ βητάρμονας λέγει ὁ ποιητής·

> δεῦτ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες, ὅσσοι ἄριστοι.

τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους κορυβαντιᾷν φαμεν.

22. Δακτύλους δ' Ἰδαίους φασί τινες κεκλῆσθαι τοὺς πρώτους οἰκήτορας τῆς κατὰ τὴν Ἴδην ὑπωρείας· πόδας μὲν γὰρ λέγεσθαι τὰς ὑπωρείας, κορυφὰς δὲ τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν· αἱ οὖν κατὰ μέρος ἐσχατιαὶ (καὶ πᾶσαι τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱεραί) περὶ τὴν Ἴδην. . . . . . . Σοφοκλῆς δὲ οἴεται πέντε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέσθαι, οἳ σίδηρόν τε ἐξεῦρον καὶ εἰργάσαντο πρῶτοι καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων, πέντε δὲ καὶ ἀδελφὰς τούτων, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ Δακτύλους κληθῆναι. ἄλλοι δ' ἄλλως μυθεύουσιν, ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες, διαφόροις δὲ καὶ τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς ἀριθμοῖς χρῶνται, ὧν Κέλμιν ὀνομάζουσί τινα καὶ Δαμναμενέα καὶ Ἡρακλέα καὶ Ἄκμονα· καὶ οἱ μὲν ἐπιχωρίους τῆς Ἴδης, οἱ δὲ ἐποίκους, πάντες δὲ σίδηρον εἰργάσθαι ὑπὸ τούτων ἐν Ἴδῃ πρῶτόν φασι, πάντες δὲ καὶ γόητας ὑπειλήφασι καὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν καὶ ἐν Φρυγίᾳ ᾠκηκότας περὶ τὴν Ἴδην, Φρυγίαν τὴν Τρῳάδα καλοῦντες διὰ τὸ τοὺς Φρύγας ἐπικρατῆσαι πλησιοχώρους ὄντας, τῆς Τροίας ἐκπεπορθημένης. ὑπονοοῦσι δὲ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἐκγόνους εἶναι τούς τε Κουρῆτας καὶ τοὺς Κορύβαντας· τοὺς γοῦν πρώτους γεννηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας Ἰδαίους Δακτύλους κληθῆναι, τούτων δ' ἀπογόνους φασὶ Κουρῆτας ἐννέα γενέσθαι, τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας τεκνῶσαι τοὺς Ἰδαίους καλουμένους Δακτύλους.

Hippocoronium; Samonium Cretæ orientale promontorium, et planities in Neandride et Alexandrensium solo.

21. Acusilaus Argivus Cabirûs et Vulcani filium dicit Camillum : hoc vero natos esse tres Cabiros, his (ὧν *codd. tres; leg. vid.* καὶ τρεῖς, et tres) Nymphas Cabiridas; Pherecydes vero ex Apolline et Rhetia novem ait fuisse Corybantes, qui habitaverint in Samothrace : e Cabira, Protei filia et Vulcano Cabiros tres et tres Nymphas Cabiridas : utrisque sua sacra esse. Maxime autem, inquit, in Lemno et Imbro Cabiros coli contigit, sed et secundum urbes Troadis; nomina eorum sunt mystica. Herodotus vero auctor est, etiam Memphi sacra fuisse, ut Vulcani, ita etiam Cabirorum, sed esse a Cambyse deleta. Loca honoribus istorum geniorum consecrata, deserta sunt, Corybantium in Hamaxitia quæ nunc Alexandrensium ad territorium pertinet, prope Sminthium, et Corybissa in Scepsia ad fluvium Eureentem vicumque ejusdem nominis et torrentem Æthaloentem. Scepsius perhibet, verisimile esse, Curetas et Corybantas fuisse eosdem, qui ad cultum Matris deûm adsciti adolescentes et pueri in armis saltarent : Curetes vero etiam Corybantes [*dictos esse*], quod κορύπτοντες βαίνοιεν, sive caput jactantes saltando incederent : quales etiam betarmones Homerus appellat (*Od.* 8, 250) :

> Huc age Phæacum betarmones excellentes.

Quoniam autem Corybantes saltare et instinctu divino concitari solebant, etiam nos κορυβαντιᾷν dicimus, qui furiose moventur.

22. Dactylos autem Idæos sunt qui dicant vocatos primos cultores radicum Idæ montis : etenim imas montium partes vocari pedes, ut summas vertices : jam igitur singulæ montium Idæorum extremitates (quæ omnes magnæ Matri erant consecratæ) [*dactyli, id est digiti, Idæi vocatæ sunt*]. Sophocles censet, quinque primos mares fuisse, qui primi ferrum invenerint atque cuderint, multaque alia ad vitam utilia repererint; quinque etiam his fuisse sorores : a numero autem Dactylorum, id est digitorum, nomen accepisse. Alii aliter fabulantur, incertis incerta annectentes, diversos et numeros et nomina ponentes, Celmin quendam et Damnameneum (*codd.* Damnaneum) et Herculem et Acmonem inter eos referentes. Alii indigenas Idæ, alii inquilinos faciunt; omnes vero primum ab illis ad Idam ferrum fabricatum esse dicunt; omnes etiam eos præstigiatores fuisse credunt, famulos magnæ Matris, et in Phrygia apud Idam habitasse, quum quidem Phrygiæ nomine Troadem, quia Phryges vicini eam occupaverunt, Troja evastata, intelligant. Suspicantur etiam Idæorum Dactylorum posteros esse Curetas et Corybantes : primos centum viros in Creta natos, Idæos cognominatos : ex horum posteris fuisse novem Curetas, quorum quivis decem filios genuerit, qui (*qui ipsi quoque?* καὶ τούτους?) Idæi Dactyli sint appellati.

23. Προήχθημεν δὲ διὰ πλειόνων εἰπεῖν περὶ τούτων, καίπερ ἥκιστα φιλομυθοῦντες, ὅτι τοῦ θεολογικοῦ γένους ἐφάπτεται τὰ πράγματα ταῦτα. πᾶς δὲ ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος ἀρχαίας ἐξετάζει δόξας καὶ μύθους, αἰνιττομένων τῶν παλαιῶν ἃς εἶχον ἐννοίας φυσικὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ προστιθέντων ἀεὶ τοῖς λόγοις τὸν μῦθον. ἅπαντα μὲν οὖν τὰ αἰνίγματα λύειν ἐπ' ἀκριβὲς οὐ ῥᾴδιον, τοῦ δὲ πλήθους τῶν μυθευομένων ἐκτεθέντος εἰς τὸ μέσον, τῶν μὲν ὁμολογούντων ἀλλήλοις, τῶν δ' ἐναντιουμένων, εὐπορώτερον ἄν τις δύναιτο εἰκάζειν ἐξ αὐτῶν τἀληθές· οἷον τὰς ὀρειβασίας τῶν περὶ τὸ θεῖον σπουδαζόντων καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν καὶ τοὺς ἐνθουσιασμοὺς εἰκότως μυθεύουσι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καθ' ἣν καὶ οὐρανίους νομίζουσι τοὺς θεοὺς καὶ προνοητικοὺς τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν προσημασιῶν· τῇ μὲν οὖν ὀρειβασίᾳ τὸ μεταλλευτικὸν καὶ τὸ θηρευτικὸν [καὶ] ζητητικὸν τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων ἐφάνη συγγενές, τῶν δ' ἐνθουσιασμῶν καὶ θρησκείας καὶ μαντικῆς τὸ ἀγυρτικὸν καὶ γοητεία ἐγγύς. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ φιλότεχνον μάλιστα τὸ περὶ τὰς Διονυσιακὰς τέχνας καὶ τὰς Ὀρφικάς. ἀλλ' ἀπόρχη περὶ αὐτῶν.

ΚΕΦ. Δ.

Ἐπεὶ δὲ πρῶτον περὶ τῶν τῆς Πελοποννήσου νήσων τῶν τε ἄλλων διῆλθον καὶ τῶν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, περὶ τῆς Κρήτης ἐφεξῆς ῥητέον (καὶ γὰρ αὐτὴ τῆς Πελοποννήσου ἐστί) καὶ εἴ τις περὶ τὴν Κρήτην· ἐν δὲ ταύταις αἵ τε Κυκλάδες εἰσὶ καὶ αἱ Σποράδες, αἱ μὲν ἄξιαι μνήμης, αἱ δ' ἀσημότεραι.

2. Νυνὶ δὲ περὶ τῆς Κρήτης πρῶτον λέγωμεν. Εὔδοξος μὲν οὖν ἐν τῷ Αἰγαίῳ φησὶν αὐτὴν ἱδρῦσθαι· δεῖ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ κεῖσθαι μὲν μεταξὺ τῆς Κυρηναίας καὶ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι τῆς Λακωνικῆς, ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις παράλληλον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω· κλύζεσθαι δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγαίῳ πελάγει καὶ τῷ Κρητικῷ, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου τῷ Λιβυκῷ τῷ συνάπτοντι πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριόν ἐστι τὸ περὶ Φαλάσαρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων που σταδίων καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον (ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον, τὸ δ' ἀρκτικὸν Κίμαρος), τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιόν ἐστιν, ὑπερπῖπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω.

3. Μέγεθος δὲ Σωσικράτης μέν, ὅν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζεται μήκει μὲν πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακοσίων, πλάτει δὲ † ὑπὸ τὸ μέγεθος, ὥσθ' ὁ κύκλος κατὰ τοῦτον γίνοιτ' ἂν πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι· Ἀρτεμίδωρος δὲ τετρακισχιλίους καὶ ἑκατόν φησιν. Ἱερώνυμος δέ, μῆκος δισχιλίων φήσας, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον, ἢ ὅσων Ἀρτεμίδωρος. κατὰ δὲ τὸ τρίτον μέρος τοῦ μήκους...... τὸ δὲ ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς

23. Quanquam minime delector fabulis, tamen, ut copiosius de his dicerem, me illud movit, quod ad theologiam res istæ pertinent. Omnis autem de diis disputatio antiquas perpendit opiniones ac fabulas, priscis sub involucro quas habebant de rebus naturalibus sententias proponentibus, semperque fabulam eis annectentibus. Sane omnia ænigmata dissolvere et explicare penitus non est in proclivi : multitudine autem fabularum in medium collata, quarum aliæ consentiunt inter se, aliæ discrepant, facilius inde verum conjiciendo elicere licet. Verbi gratia, quod in montibus vagari quum administri deorum, tum ipsi dii perhibentur, ac instinctibus citari, id probabiliter fabulantur eadem de causa, ob quam etiam cœlestes deos censemus ac providos quum aliarum rerum tum signorum cœlestium. Montanæ porro vagationi venatio et indagatio rerum ad vitam utilium videbatur cognata, furoribus autem et cultui et divinationi præstigiæ fraudesque erant affines. Talis vero est etiam circa artes industria, illa maxime quæ Bacchicas artes et Orphicas spectat. Sed de his satis.

CAP. IV.

Quoniam vero primum de Peloponnesi insulis, quum de reliquis tum de iis quæ vel in sinu Corinthiaco vel ante eum sunt, exposuimus, deinceps de Creta disseramus (nam hæc quoque ad Peloponnesum pertinet), insulisque Cretæ vicinis, in quibus Cyclades sunt et Sporades, aliæ nobiliores, obscuriores aliæ.

2. Nunc de Creta primum dicamus. Eudoxus eam in Ægæo mari sitam ait : at non sic erat dicendum, verum jacere eam inter Cyrenæam et Græciam, quæ a Sunio usque ad Laconicam est, in longum æquali intervallo juxta has regiones ab occasu versus ortum porrectam ; alluitur autem a septentrionibus mari Ægæo atque Cretico, a meridie Libyco, quod contiguum est Ægyptio. De extremitatibus occidua est circa Phalasarna (*codd.* Phalarna), latitudinem habens ducentorum fere stadiorum, et in duo scissa promontoria (de quibus meridionale Criu metopon (*id est* arietis frons) vocatur, septentrionale Cimarus); orientalis autem extremitas est Samonium promontorium, Sunium non procul excedens versus ortum.

3. Magnitudinem insulæ Sosicrates, quem res hujus insulæ accurate tradidisse Apollodorus ait, in longitudinem definit stadiis bis mille et trecentis et quod excurrit; latitudinem vero *longitudini non respondere*, οὐ κατὰ τὸ μ. *codd.* 3], ita ut secundum Sosicratem fiat ambitus Cretæ major quinquies mille stadiis. Artemidorus quattuor millia et centum exputat; Hieronymus longitudini duo millia tribuens, latitudinem vero inæqualem esse pronuncians, ambitum insulæ plurium quam Artemidorus stadiorum fecerit. Per tertiam longitudinis partem [*sumto ab occasu initio, satis lata est insula?*]; deinceps isthmus est cen-

μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ Ἀμφίμαλλαν, πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ Φοίνικα τὸν Λαμπέων· πλατυτάτη δὲ κατὰ τὸ μέσον ἐστί. πάλιν δ' ἐντεῦθεν εἰς στενώτερον τοῦ προτέρου συμπίπτουσιν ἰσθμὸν αἱ ᾐόνες περὶ ἑξήκοντα σταδίων, τὸν ἀπὸ Μινώας τῆς Λυκτίων εἰς Ἱεράπυτναν καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος· ἐν κόλπῳ δ' ἐστὶν ἡ πόλις. εἶτα πρόεισιν εἰς ὀξὺ ἀκρωτήριον τὸ Σαμώνιον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον νεῦον καὶ τὰς Ῥοδίων νήσους.

4. Ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν καλεῖται Λευκά, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατὰ τὸ ὕψος, ἐπὶ τὸ μῆκος δ' ἐκτεταμένα ὅσον τριακοσίων σταδίων, καὶ ποιοῦντα ῥάχιν, τελευτῶσάν πως ἐπὶ τὰ στενά. ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ κατὰ τὸ εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἰδαῖον ὄρος, ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ' ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξακοσίων· περιοικεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἀρίστων πόλεων. ἄλλα δ' ἐστὶ πάρισα τοῖς Λευκοῖς, τὰ μὲν ἐπὶ νότον, τὰ δ' ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα.

5. Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον δυεῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς, ἀπὸ δὲ Κιμάρου [ἐπὶ Μαλέας] εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι (μεταξὺ δὲ Κύθηρα), ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου πρὸς Αἴγυπτον τεττάρων ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς, οἱ δὲ τριῶν φασι· σταδίων δ' εἶναι τοῦτόν τινες πεντακισχιλίων εἰρήκασιν, οἱ δὲ ἔτι ἐλαττόνων. Ἐρατοσθένης δ' ἀπὸ μὲν τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν, ἔνθεν δ' εἰς Πελοπόννησον ἐλάττους....

6. Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη (φησὶν ὁ ποιητής)·
[ἐν μὲν Ἀχαιοί,
ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες δῖοί τε Πελασγοί.

τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω Δωριεῖς κατέχειν, τὸ δὲ δυσμικὸν Κύδωνας, τὸ [δὲ] νότιον Ἐτεόκρητας, ὧν εἶναι πολίχνιον Πρᾶσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· τοὺς δ' ἄλλους, ἰσχύοντας πλέον, οἰκῆσαι τὰ πεδία· τοὺς μὲν οὖν Ἐτεόκρητας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας φησὶν ἐλθεῖν Ἄνδρων τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ Ἑστιαιώτιδος λεγομένης· ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς καὶ ἔκτισαν τήν τε Ἐρινεὸν καὶ Βοῖον καὶ Κυτίνιον, ἀφ' οὗ καὶ τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται. οὐ πάνυ δὲ τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον ἀποδέχονται, τὴν μὲν τετράπολιν Δωρίδα τρίπολιν ἀποφαίνοντος, τὴν δὲ μητρόπολιν τῶν Δωριέων ἄποικον Θετταλῶν· τριχάϊκας δὲ δέχονται ἤτοι ἀπὸ τῆς τριλοφίας ἢ ἀπὸ τοῦ τριχίνους εἶναι τοὺς λόφους.

7. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μέν, μέγισται δὲ καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσός, Γόρτυνα, Κυδωνία. διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω, καὶ οἱ ὕστερον. καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα, εἶτα ἐταπεινώθη καὶ πολλὰ τῶν νο-

tum fere stadiorum, in quo ad latus septentrionale est pagus maritimus, Amphimalla, ad austrinum Phœnix Lampeorum. Latissima est in medio. Rursum deinde litora ad sexaginta fere stadia coeunt in isthmum priori angustiorem, qui pertinet a Minoa Lyctiorum ad Hierapytnam et Libycum pelagus, ubi urbs ea in sinu est. Deinde insula porrigitur in acutum promontorium Samonium, quod versus Ægyptum vergit et insulas Rhodo vicinas.

4. Insula montosa est et silvestris, convalles tamen habet fertiles. De montibus ii qui versus occasum sunt, Leuci, id est albi, dicuntur, altitudine Taygeto non cedentes, in longum porrecti ad trecenta stadia, faciuntque crepidinem in angustias fere desinentem. In medio insulæ, qua latissima est, mons est Ida altissimus omnium qui in ea sunt, rotundus ambitu stadiorum sexcentorum, circaque eum urbes præstantissimæ. Sunt et alii montes Leucis æquales, alii versus austrum, alii versus ortum desinentes.

5. A Cyrenæa regione ad Criu metopon duorum dierum ac noctium navigatio est: a Cimaro [*ad Maleas*] stadia septingenta, interjecta media Cythera; a Samonio ad Ægyptum quattuor dierum navigatio totidemque noctium: secundum alios trium duntaxat; stadiorum vero hanc navigationem esse quidam quinque millium, alii pauciorum, tradunt. Eratosthenes a Cyrenæa usque ad Criu metopon duo millia esse dicit: hinc in Peloponnesum infra [*mille*].

6. Lingua aliis alia est confuse (poeta ait, *Od.*19, 175): sunt
[et Achæi;
magnanimique Eteocretes ibi, suntque Cydones,
Dorieesque trichaices, clarique Pelasgi.

Ex his partes orienti observas Staphylus ait a Doriensibus, a Cydonibus occiduas habitatas, austrinam plagam ab Eteocretibus, quorum fuerit oppidulum Prasum, ubi est Dictæi Jovis templum: reliquos, qui plus haberent virium, campestria obtinuisse. Probabile autem est, Eteocretes et Cydones fuisse indigenas, reliquos advenas, quos Andro scribit e Thessalia venisse, quæ olim Doris, nunc Hestiæotis dicitur: ex qua, ut ait, Dorienses Parnasso vicini profecti sunt, et condiderunt Erineum, Bœum ac Cytinium, unde etiam a poeta Trichaices, quasi tripartiti, dicuntur. Non admodum autem Andronis hic sermo probatur, Doridem, quæ urbibus quattuor constat, tribus urbibus circumscribentis, et primariam Doriensium urbem Thessalorum facientis coloniam. Trichaices autem intelligunt vel a triplice crista, vel quod eas τριχίνους sive e crinibus confectas haberent.

7. Urbes in Creta sunt complures, maximæ autem et nobilissimæ tres, Cnossus, Gortyna, Cydonia. Cnossum Homerus (*Il.* 2,646. *Od.* 19, 178) quoque insigniter prædicat, magnam vocans, et Minois regiam, sicut et posteriores. Diu sane primas tulit: postmodo depressa est, multisque spoliata privilegiis, dignitate in Gortynam et Lyctum trans-

μίμων ἀφῃρέθη, μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν καὶ Λύκτον, ὕστερον δ' ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας [διέχουσα τῆς μὲν Γορτύνης] σταδίους διακοσίους, τῆς δὲ Λύκτου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύκτον ὠνόμασεν, ἑκατὸν εἴκοσι· τῆς δὲ θαλάττης Κνωσσὸς μὲν τῆς βορείου πέντε καὶ εἴκοσι, Γόρτυνα δὲ τῆς Λιβυκῆς ἐνενήκοντα, Λύκτος δὲ καὶ αὐτὴ τῆς Λιβυκῆς ὀγδοήκοντα. ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός.

8. Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, ὅπου τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερόν. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Καίρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραρρέοντι ποταμῷ. ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος, τριχῇ δὲ διελὼν τὴν νῆσον ἐν ἑκάστῳ τῷ μέρει κτίσαι πόλιν, τὴν μὲν Κνωσσὸν ἐν τῷ [πρὸς βορρᾶν καὶ τὴν Ἀσίαν νεύοντι μέρει τῆς νήσου, Φαιστὸν δ' ἐπὶ θαλάσσης ἐστραμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν, Κυδωνίαν δ' ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις,] καταντικρὺ τῆς Πελοποννήσου· καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶ προσβόρειος. ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος, δικαιοτάτου ἀνδρός, ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις καὶ συνοικισμοῖς πόλεων καὶ πολιτείαις, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. τοῦτον δὴ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι προστάγματα τοῦ Διός· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι·

ἐνθάδε Μίνως
ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

τοιαῦτα δ' εἰπόντος, οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους ὑπεναντίους τούτοις, ὡς τυραννικός τε γένοιτο καὶ βίαιος καὶ δασμολόγος, τραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον καὶ τὸν Λαβύρινθον καὶ τὰ Θησεῖ συμβάντα καὶ Δαιδάλῳ.

9. Ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως ἔχει, χαλεπὸν εἰπεῖν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος οὐχ ὁμολογούμενος, τῶν μὲν ξένον τῆς νήσου τὸν Μίνω λεγόντων, τῶν δ' ἐπιχώριον. ὁ μέντοι ποιητὴς τῇ δευτέρᾳ δοκεῖ μᾶλλον συνηγορεῖν ἀποφάσει, ὅταν φῇ, ὅτι

πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον.

ὑπὲρ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, διότι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους, καθάπερ Πλάτων τε ἐν τοῖς Νόμοις δηλοῖ καὶ Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπῃ † τῇ πολιτείᾳ ἀναγέγραφεν· ὕστερον δὲ πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ γὰρ τοὺς Τυρρηνούς, οἳ μάλιστα ἐδῄωσαν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, οὗτοί εἰσιν

lata : recuperavit tamen deinde veterem metropolis speciem. Sita est Cnossus in planitie, ambitu antiquo stadiorum triginta, inter Lyctiam et Gortyniam, [*distans a Gortyna*] stadiis ducentis, a Lytto (Λύττου?), quam poeta Lyctum vocavit, centum viginti. Cnossus a septentrionali mari abest stadiis viginti quinque, Gortyna a Libyco nonaginta. Lyctus quoque a Libyco mari octoginta. Cnossus navale habet Heracleum.

8. Minoem autem ferunt navali usum Amniso, ubi fanum est Lucinæ. Cnossus olim Cæratus (*codd.* Ceratus) vocata fuit a flumine præterlabente. Memoriæ proditum est, Minoem fuisse bonum legum latorem, primumque maris imperium obtinuisse, insulaque in tres partes divisa, in quavis parte urbem condidisse, Cnossum scilicet in ea [*insulæ parte quæ in boream et Asiam vergit, Phæstum ad mare meridiem versus spectantem, Cydoniam in occiduis insulæ locis* (*Verba sunt Diodori* 5,78)] e regione Peloponnesi, ita ut hæc quoque versus septentrionem sita esset. Ephorus porro ait, Minoem fuisse imitatorem cujusdam prisci Rhadamanthyos, justissimi viri, cognominis fratri ipsius, qui primus insulam visus sit cicurasse legibus condendis et urbibus ac rebuspublicis, quum fingeret se a Jove afferre singula quæ promulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoem nono quoque anno, ut videtur, ad Jovis antrum ascendisse, ibique commoratum retulisse inde conscripta quædam præcepta, quorum auctorem Jovem dictitaret : itaque et Homerum de eo sic scripsisse (*Od.* 19, 178) :

ibi Minos
novenis annis regnabat Jovis magni confabulator.

Hæc Ephorus ; antiqui vero de Minoe alia et illis contraria narrant ; nempe tyrannum fuisse et violentum et tributorum exactorem, tragice decantantes Minotaurum ac Labyrinthum et quæ Theseo atque Dædalo evenerunt.

9. Difficile dictu est, utra sententiarum vera sit. Sed et de hoc non convenientia inter se traduntur, indigena insulæne, an vero inquilinus fuerit. Homerus quidem posteriori opinioni videtur adstipulari, quum inquit (*Il.* 13, 450) :

Primus Minoem Cretæ genuit custodem.

De Creta autem in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios, quod et Plato in Legibus docet, et Ephorus, [*qui*] in Europa (*sive quarto Historiarum libro*) rempublicam eorum (τὴν πολιτείαν) consignavit ; postea autem temporis in deterius abiit admodum. Post Tyrrhenos enim, qui maxime infestum nostrum mare ha-

οἱ διαδεξάμενοι τὰ λῃστήρια· τούτους δ' ἐπόρθησαν ὕστερον οἱ Κίλικες· κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. νῦν δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει.

10. Περὶ μὲν οὖν Κνωσσοῦ ταῦτα, πόλεως οὐκ ἀλλοτρίας ἡμῖν, διὰ δὲ τἀνθρώπινα καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς μεταβολὰς καὶ συντυχίας ἐκλελειμμένων τῶν συμβολαίων (καὶ) τῶν ὑπαρξάντων ἡμῖν πρὸς τὴν πόλιν. Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικός, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων· οὗτος διὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν ξενολογεῖν ἀποδειχθείς, πολὺς ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Θρᾴκῃ, πολὺς δὲ καὶ τοῖς παρὰ τῆς Κρήτης ἰοῦσιν, οὔπω τὴν νῆσον ἐχόντων Ῥωμαίων, συχνοῦ δὲ ὄντος ἐν αὐτῇ τοῦ μισθοφορικοῦ καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους, ἐξ οὗ καὶ τὰ λῃστήρια πληροῦσθαι συνέβαινεν. ἐπιδημοῦντος δὲ τοῦ Δορυλάου, κατὰ τύχην ἐνέστη πόλεμος τοῖς Κνωσσίοις πρὸς τοὺς Γορτυνίους· αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων ἤρατο τιμὰς τὰς μεγίστας, καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς γυναῖκα καὶ παιδία ἥκουσαν, ἀπογνοὺς τῶν ἐκεῖ κατέμεινεν [ἐν] τῇ Κνωσσῷ· τεκνοποιεῖται δ' ἐκ Μακέτιδος γυναικός, Στερόπης τοὔνομα, δύο μὲν υἱεῖς, Λαγέταν καὶ Στρατάρχαν, ὧν τὸν Στρατάρχαν ἐσχατόγηρων καὶ ἡμεῖς ἤδη εἴδομεν, θυγατέρα δὲ μίαν. δυεῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἕνδεκα ἔτη γεγονώς· τούτῳ σύντροφος ὑπῆρξεν ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος· ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ τακτικοῦ Δορυλάου. ἀνδρωθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοσοῦτο ἥρητο τῇ συντροφίᾳ τῇ πρὸς τὸν Δορύλαον, ὥστ' οὐκ ἐκεῖνον μόνον εἰς τιμὰς ἦγε τὰς μεγίστας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν ἐπεμελεῖτο καὶ τοὺς ἐν Κνωσσῷ μετεπέμπετο· ἦσαν δ' οἱ περὶ Λαγέταν, τοῦ μὲν πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, αὐτοὶ δ' ἠνδρωμένοι, καὶ ἧκον ἀφέντες τὰ ἐν Κνωσσῷ· τοῦ δὲ Λαγέτα θυγάτηρ ἦν ἡ μήτηρ τῆς ἐμῆς μητρός. εὐτυχοῦντος μὲν δὴ ἐκείνου, συνευτυχεῖν καὶ τούτοις συνέβαινε, καταλυθέντος δὲ (ἐφωράθη γὰρ ἀφιστὰς τοῖς Ῥωμαίοις τὴν βασιλείαν, ἐφ' ᾧ αὐτὸς εἰς τὴν ἀρχὴν καταστήσεται), συγκατελύθη καὶ τὰ τούτων καὶ ἐταπεινώθησαν· ὠλιγωρήθη δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς Κνωσσίους συμβόλαια, καὶ αὐτοὺς μυρίας μεταβολὰς δεξαμένους. ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν περὶ τῆς Κνωσσοῦ λόγος τοιοῦτος.

11. Μετὰ δὲ ταύτην δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις. συμπράττουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους, στασιάσασαί τε διέστησαν τὰ κατὰ τὴν νῆσον· προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη ὁποτέροις προσγένοιτο. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη (καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε·

Γόρτυνά τε τειχήεσσαν)

buerunt, Cretenses in latrocinia successerunt. Eos deinde Cilices oppresserunt. Romani autem universos deleverunt, qui Cretam et Cilicum castella piratica bello ceperunt. Nunc vero Cnossus etiam coloniam Romanorum habet.

10. Ac de Cnosso quidem hæc, urbe a nobis haud aliena, quamquam propter res humanas et earum mutationes atque eventa, desierunt quæ nobis cum ea erant commercia. Dorylaus enim vir erat ordinandi exercitus gnarus, unus de amicis Mithridatis Euergetæ; is jussus ob rei bellicæ peritiam peregrinos conducere milites, crebro in Græcia atque Thracia versabatur, et cum iis qui e Creta veniebant, quum Romani nondum eam tenerent insulam, magnaque ibi esset militum stipendia merentium copia, unde etiam prædonum exercitus expleri solebant. Quo autem tempore in Creta erat Dorylaus, forte fortuna bellum obortum est Cnossiis adversus Gortynios. Dorylaus, a Cnossiis dux creatus, bellum celeriter et feliciter confecit, summisque est affectus honoribus; quumque paulo post cognovisset Sinope Evergetem dolo familiarium necatum, eique uxorem et liberos successisse: de rebus istis abjecta omni spe, Cnossi subsedit. Ibi e Macetide muliere, nomine Steropa, duos procreavit filios, Lagetam et Stratarcham (de quibus Stratarcham ego quoque vidi jam extrema senectute affectum) filiamque unam. De duobus autem Euergetæ filiis Mithridates cognomento Eupator in regnum successit, annos natus undecim, cum quo enutritus Dorylaus Philetæri filius, ejus qui frater erat Dorylai istius ductoris. Rex vero ut ad virilem ætatem pervenit, adeo minoris Dorylai convictus consuetudine delectatus est, ut non ipsum modo ad summos promoveret honores, sed etiam cognatos ejus curæ haberet, et qui Cnossi erant, eos inde ad se evocaret: erant autem Lagetas et frater, jam viri facti, patre vita tunc defuncto: iique, Cnosso relicta, ad Mithridatem se contulerunt. Lagetæ hujus filia meæ matris mater fuit. Rebus proinde ejus florentibus, istorum quoque fortunata fuit conditio. Dejecto autem illo (quum deprehensum esset, eum Romanis faventem regnum ad defectionem sollicitare, ut ipse ei præficeretur), istorum quoque res afflictæ sunt atque fractæ, commercia etiam cum Cnossiis negligi cœpta sunt, ipsis item plurimas perpessis mutationes. Hæc ergo de Cnosso.

11. Secundum hanc potestas maxima fuisse Gortyniorum videtur. Hæ enim civitates duæ quum consentirent, reliquas urbes omnes sub se habuerunt; discordantes, dissensionibus totam exagitaverunt insulam; utri autem tum parti Cydonia accederet, ei maximum afferebat momentum. Gortyna in campo sita est, muris fortasse olim munita (uti Homerus quoque ait (*Il.* 2, 646):

cinctam Gortynaque muris),

ὕστερον δ' ἀποβαλοῦσα τὸ τεῖχος ἐκ θεμελίων καὶ πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος· καὶ γὰρ ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος ἀρξάμενος τειχίζειν ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους παρῆλθε μόνον· ἀξιόλογον δ' οὖν ἐξεπλήρου ποτὲ κύκλον ἡ οἴκησις, ὅσον πεντήκοντα σταδίων· διέχει δὲ τῆς Λιβυκῆς θαλάττης κατὰ Λεβῆνα, τὸ ἐμπόριον αὐτῆς, ἐνενήκοντα· ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο ἐπίνειον, τὸ Μάταλον, διέχει δ' αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα. διαρρεῖ δ' αὐτὴν ὅλην ὁ Ληθαῖος ποταμός.

12. Ἐκ δὲ Λεβῆνος ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ Ἔρωτος λόγῳ· [τῶν δ'] ἄθλων, ὧν ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πράσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ· ὅμοροι δ' εἰσὶν αὐτοῖς οἱ Πράσιοι, τῆς μὲν θαλάττης ἑβδομήκοντα, Γόρτυνος δὲ διέχοντες ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα. Εἴρηται δέ, ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρχεν ἡ Πρᾶσος, καὶ διότι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν· καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον, οὐχ, ὡς Ἄρατος, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο· καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει, πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀπ' αὐτῆς κειμένη, τοῦ δὲ Σαμωνίου ἑκατόν. μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμωνίου καὶ τῆς Χερρονήσου ἡ Πρᾶσος ἵδρυτο, ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἑξήκοντα σταδίοις· κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις, φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη, Δίκτη δὲ τὸ ὄρος· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία, πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτύνναιον.

13. Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἵδρυται, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικήν, διέχει δ' ἑκατέρας τὸ ἴσον, τῆς τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γόρτυνος, οἷον ὀκτακοσίους σταδίους, Ἀπτέρας δὲ ὀγδοήκοντα, τῆς ταύτῃ δὲ θαλάττης τετταράκοντα. Ἀπτέρας δ' ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος· πρὸς ἑσπέραν δ' ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις Πολυρρήνιοι, παρ' οἷς ἐστι τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν· ἀπέχουσι δὲ τῆς θαλάττης ὡς τριάκοντα σταδίους, Φαλασάρνης δὲ ἑξήκοντα. κωμηδὸν δ' ᾤκουν πρότερον· εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν, τειχίσαντες ἐρυμνὸν χωρίον βλέπον πρὸς μεσημβρίαν.

14. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων τριῶν τὴν λοιπὴν (Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη) κατέσκαψαν Γορτύνιοι, τῆς μὲν Γόρτυνος διέχουσαν ἑξήκοντα, τῆς δὲ θαλάττης εἴκοσι, τοῦ δὲ Ματάλου τοῦ ἐπινείου τετταράκοντα· τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν οἱ κατασκάψαντες. Γορτυνίων δ' ἐστὶ καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ·

Φαιστόν τε Ῥύτιόν τε.

ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι. καὶ † Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας. Λύττου δέ, ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρό-

postea autem muris funditus dirutis, exinde absque mœnibus semper permansit: nam Ptolemæus Philopator aggressus eam muris circumdare, duntaxat ad octo (ὀκτὼ) stadia perduxit opus. Urbis autem habitationes memorabilem aliquando implebant ambitum quinquaginta circiter stadiorum. Distat ab Africo mari et Lebene navali suo ad stadia nonaginta; habet etiam aliud emporium Matalum (*codd.* Metallum), ab ea centum tringinta stadiis remotum. Totam ipsam perfluit Lethæus fluvius.

12. Lebenii fuerunt Leucocomas et amator ejus Euxynthetus (*codd.* Euxyntheus), de quibus Theophrastus in oratione de amore narrat, aitque unum de laboribus huic ab illo impositis fuisse, ut canem Praso ei adduceret. Finitimi autem fuerunt Præsii Lebeniis, a mari septuaginta, a Gortyne distantes stadia centum octoginta. Diximus supra, Prasum Eteocretum fuisse urbem, ibique fuisse Dictæi Jovis templum. Prope enim Dicta est, non, ut Aratus (*Phæn.* 33) ait, « Idæum prope montem ». Dicte enim ab Ida versus ortum solis distat mille stadiis, a Samonio abest centum. Inter Samonium et Cherronesum sita erat Prasos, supra mare sexaginta stadiis; deleverunt eam Hierapytnii. Non bene etiam a Callimacho dici ajunt, Britomartin, Minois vim fugientem, de Dicte desiluisse in retia (dictya) piscatorum, indeque ipsam a Cydoniatis Dictynnam appellatam, Dicteu vero montem. Istis enim locis Cydonia neutiquam vicina fuit, sita in occiduis insulæ extremitatibus. Cydoniæ autem mons est Tityrus, inque eo templum, at non Dictæum, sed Dictynnæum.

13. Cydonia ad mare sita est, Laconicam respiciens. Distat æqualibus spatiis a Cnosso et Gortyne, ad octingenta stadia; ab Aptera autem octoginta; a mari proximo quadraginta. Apteræ navale est Cisamus. Ad vesperam Cydoniatarum vicini sunt Polyrrhenii, apud quod est fanum Dictynnæ: distant a mari ad triginta stadia, a Phalasarna sexaginta. Habitabant ante per pagos: deinde Achæi et Lacones in urbem conduxerunt, quum muro cinxissent locum natura munitum, meridiei obversum.

14. Porro de tribus urbibus, quas civibus frequentavit Minos, tertiam (fuit autem ea Phæstus) diruerunt Gortynii, a Gortyne distantem stadia sexaginta, a mari viginti, a Matalo navali quadraginta: regionem ii occupaverunt, qui everterunt urbem. Ad Gortynios pertinet Rhytium quoque cum Phæsto:

Phæstumque Rhytiumque (*Il.* 2, 648).

Phæsto oriundum fuisse aiunt Epimenidem, qui carminibus lustrabat. Est etiam Olyssen (? Lisses *St.Byz.*) Phæstiæ. Lytti (*v. l.* Lycti), cujus supra est facta mentio,

τερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη Χερρόνησος, ἐν ᾗ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν· αἱ δὲ συγκαταλεχθεῖσαι πόλεις οὐκέτ' εἰσί, Μίλητός τε καὶ Λύκαστος, τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐνείμαντο Λύττιοι, τὴν δὲ Κνώσσιοι, κατασκάψαντες τὴν πόλιν.

15. Τοῦ δὲ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην, τὸ δὲ ἐνενηκοντάπολιν, Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ὑπὸ τῶν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ συνακολουθησάντων Δωριέων· τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγει ἐνενηκοντάπολιν ὀνομάσαι· οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος· ἄλλοι δ' ὑπὸ τῶν Ἰδομενέως ἐχθρῶν κατασκαφῆναί φασι τὰς δέκα· ἀλλ' οὔτε κατὰ τὰ Τρωικά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατοντάπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην, ἀλλὰ μᾶλλον κατ' αὐτόν (ἐκ γὰρ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγει· εἰ δ' ἐκ τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος, καθάπερ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ἡνίκα ἐνενηκοντάπολιν φράζει, καλῶς εἶχεν [ἂν] οὕτω δέχεσθαι), οὔτ' εἰ συγχωρήσαιμεν τοῦτό γε, ὁ ἑξῆς λόγος σώζοιτ' ἄν. οὔτε γὰρ κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν τοῦ Ἰδομενέως (ὡς) εἰκός ἐστιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὰς πόλεις ἠφανίσθαι ταύτας· ὁ γὰρ ποιητὴς † φησι·

πάντας δ' Ἰδομενεὺς Κρήτην εἰσήγαγ' ἑταίρους,
οἳ φύγον ἐκ πολέμου, πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα·

καὶ τούτου τοῦ πάθους ἐμέμνητ' ἄν· οὐ γὰρ δήπου Ὀδυσσεὺς μὲν ἔγνω τὸν ἀφανισμὸν τῶν πόλεων ὁ μηδενὶ συμμίξας τῶν Ἑλλήνων μήτε κατὰ τὴν πλάνην μήθ' ὕστερον· ὁ δὲ καὶ συστρατεύσας τῷ Ἰδομενεῖ καὶ συνανασωθεὶς οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα οἴκοι αὐτῷ [οὔτε] κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. εἰ γὰρ μετὰ πάντων ἐσώθη τῶν ἑταίρων, ἰσχυρὸς ἐπανῆλθεν, ὥστ' οὐκ ἔμελλον ἰσχύσειν οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὅσον δέκα ἀφαιρεῖσθαι πόλεις αὐτόν. τῆς μὲν οὖν χώρας τῶν Κρητῶν τοιαύτη τις ἡ περιοδεία.

16. Τῆς δὲ πολιτείας, ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι. δοκεῖ δέ, φησίν, ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι ταῖς πόλεσιν ἀγαθὸν τὴν ἐλευθερίαν· μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τὰ ἀγαθά, τὰ δ' ἐν δουλείᾳ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἀρχομένων εἶναι· τοῖς δ' ἔχουσι ταύτην φυλακῆς δεῖν· τὴν μὲν οὖν ὁμόνοιαν διχοστασίας αἰρομένης ἀπαντᾶν, ἣ γίνεται διὰ πλεονεξίαν καὶ τρυφήν· σωφρόνως γὰρ καὶ λιτῶς ζῶσιν ἅπασιν οὔτε φθόνον οὔθ' ὕβριν οὔτε μῖσος ἀπαντᾶν πρὸς τοὺς ὁμοίους· διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους † ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν ἀνδρεῖα (συσσίτια), ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι· πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν ἐκ παίδων ὅπλοις καὶ πόνοις συντρέφειν, ὥστε καταφρονεῖν καύματος καὶ ψύχους καὶ τραχείας ὁδοῦ καὶ ἀνάντους καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ

navale est quod Cherronesus dicitur, inque eo Britomartis templum. Urbes quæ una cum illa a poeta recensentur, Miletus et Lycastus, non amplius sunt : regionem alterius Lyttii, alterius Cnossii occupaverunt, urbem everterunt.

15. Jam quum poeta Cretam alias (*Il.* 2, 649) centum, alias (*Od.* 19,174) nonaginta urbes habere dicat : Ephorus censet, decem urbes post belli Trojani tempestatem conditas fuisse a Doriensibus, qui eo secuti sint Althæmenem Argivum; itaque ait Ulyssem nonnisi nonaginta urbes ei tribuere. Atque hæc quidem oratio est verisimilis. Alii ab Idomenei hostibus decem urbes deletas perhibent. At enim Homerus non tempore belli Trojani centum urbes habuisse Cretam dicit, sed suo tempore (e sua enim loquitur persona). Quod si verba hæc fecisset alicujus, qui tum vixit, sicut in Odyssea, quum ab ipso Ulysse nonaginta urbibus prædita insula dicitur : tum sane admitti hæc sententia apte posset; neque tamen, si vel illud concedamus, ea quæ sequuntur apud poetam, constant. Non enim probabile est, vel sub expeditionem Idomenei vel post reditum ejus, urbes istas ab ejus hostibus fuisse abolitas; quippe Homerus quum dicat (φήσας) (*Od.* 3,191) :

Idomeneus Cretam socios traduxerat omnes
ex bello profugos; nullum maris abstulit unda,

etiam istius urbium eversionis mentionem facturus fuisset. Nec enim Ulysses quidem eam dicetur habuisse cognitam, qui cum nemine Græcorum vel in suis erroribus vel postmodo convenisset : at ille (*sc.* Nestor. *v. Od.* 3, 191) qui et in expeditione socius Idomeneo fuisset, et una domum incolumis rediisset, ignorasse, quid domi ei vel expeditionis tempore vel sub reditum accidisset. Verum etiam post reditum illud fieri non potuit. Nam si cum omnibus sociis salvus Idomeneus rediit, plus habuit virium quam ut hostes ei decem urbes valerent eripere. Hæc ergo est regionis Cretensis descriptio.

16. De republica eorum, quam Ephorus descripsit, sufficiet præcipua percurrere. Videtur autem, ut Ephorus inquit, legumlator maximum urbibus bonum supposuisse libertatem : solam enim hanc bona propria eorum facere, qui ipsa possideant; in servitute enim bona imperantium esse, non imperio subjectorum; libertatem vero nactos debere eam custodire; concordiam porro sequi post sublatam discordiam quæ ex avaritia et luxu exsistat : nam quicunque sobrie ac frugaliter vivant, iis neque invidiam esse neque injuriam et contumeliam, neque odium in æquales. Itaque pueros ab illo jussos esse commeare in Agelas, quas vocabant, quasi greges; adultos autem in syssitiis quæ Andria vocantur, communi uti convictu (ἐν τ. συσσιτ.... σιτεῖσθαι), ut publico sumtu victum capientes pauperes cum divitibus æquali conditione viverent. Ne autem timiditas, sed ut fortitudo prævaleret, a puero armis et laboribus eos adsuefecisse, adeo ut despicere possent æstum, frigus, asperam acclivemque viam et ictus, quos exciperent in gymnasiis et

σύνταγμα· ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει, ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, ὕστερον δὲ † καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ἀπ' αὐτοῦ πυρρίχην, ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν ἄμοιρον εἶναι τῶν πρὸς πόλεμον χρησίμων· ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι καὶ πολλὰ τῶν νομίμων, καὶ ἐσθῆτι δὲ καὶ ὑποδέσει πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα.

17. Λέγεσθαι δ' ὑπό τινων, ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν, τὸ δ' ἀληθές, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι, κακωθεισῶν τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα τῆς Κνωσσίων, τῶν πολεμικῶν· μεῖναι δέ τινα τῶν νομίμων παρὰ Λυττίοις καὶ Γορτυνίοις καὶ ἄλλοις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον, ἢ παρ' ἐκείνοις· καὶ δὴ καὶ τὰ Λυττίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη, ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας καὶ πολιτευομένους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν· οὐκ εὖ δὲ ταῦτα λέγεσθαι· οὔτε γὰρ ἐκ τῶν νῦν καθεστηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι δεῖν, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων· καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας, ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι ἃ ἴσασιν· Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν, νῦν δ' ἀποβεβληκέναι τὸ ναυτικόν· [οὔτε] ὅτι ἄποικοί τινες τῶν πόλεων γεγόνασι τῶν ἐν Κρήτῃ Σπαρτιατῶν, ἐν τοῖς ἐκείνων νομίμοις ἐπηναγκάσθαι· πολλὰς γοῦν τῶν ἀποικίδων μὴ φυλάττειν τὰ πάτρια, πολλὰς δὲ καὶ τῶν μὴ ἀποικίδων ἐν Κρήτῃ τὰ αὐτὰ ἔχειν τοῖς ἀποίκοις ἔθη.

18. Τῶν τε Σπαρτιατῶν τὸν νομοθέτην Λυκοῦργον πέντε γενεαῖς νεώτερον Ἀλθαιμένους εἶναι τοῦ στείλαντος τὴν εἰς Κρήτην ἀποικίαν· τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κίσσου παῖδα τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Προκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε, Λυκοῦργον δ' ὁμολογεῖσθαι παρὰ πάντων ἕκτον ἀπὸ Προκλέους γεγονέναι· τὰ δὲ μιμήματα μὴ εἶναι πρότερα τῶν παραδειγμάτων μηδὲ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων· τήν τε ὄρχησιν τὴν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιχωριάζουσαν καὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ παιᾶνας τοὺς κατὰ νόμον ᾀδομένους καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νομίμων Κρητικὰ καλεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ὁρμώμενα· τῶν δ' ἀρχείων τὰ μὲν καὶ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς καὶ τὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὴν τῶν ἱππέων (πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν· ἐξ οὗ τεκμαίρονται πρεσβυτέραν εἶναι τῶν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν· σώζειν γὰρ τὴν ἐτυμότητα τῆς προσηγορίας· τοὺς δὲ μὴ ἱπποτροφεῖν), τοὺς ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ κόσμοις διοικοῦντας ἑτέρως ὠνομάσθαι· τὰ δὲ συσσίτια ἀνδρεῖα παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν

ordinariis pugnis; exercuisse etiam eos sagittando et armata saltatione, quam Curetes (Κουρῆτας) primi invenissent, post autem [*excoluisset Pyrrhichus, qui*] etiam ab ipso dictam pyrrichen instituisset: ut ne ludus quidem expers esset rerum ad bella utilium. Sic et rhythmis, quos Creticos vocant, uti docuisse contentissimis in cantilena, quos invenisset Thales, cui pæanes quoque et reliqua usitata istis carmina, multaque præterea instituta adscriberentur. Jussisse etiam veste et calceo militaribus uti, et de donis principem honorem armis deferre.

17. Ait præterea, quosdam esse qui dicant, ea quæ Cretensium censeantur instituta, Spartanorum esse: quum re vera Cretenses ea excogitaverint, Spartani accuratius elaboraverint; Cretenses vero neglexisse, afflictis urbibus earum bellicosis, maxime Cnosso: quædam etiam instituta apud Lyctios, Gortynios et in aliis quibusdam oppidulis diutius quam apud illos mansisse. Lyctiorum quoque mores in testimonium trahi ab his, qui Laconicos antiquiores putent: colonos enim eos Spartanorum, servare metropolis suæ instituta; alioquin ineptum esse, ut, quorum respublica et status sit melior, deteriorum æmuli censeantur. Hæc vero haud recte dici; neque enim judicium de antiquis ex præsenti statu faciendum esse, utrinque in contrarium facta mutatione; nam olim Cretenses etiam maris tenuisse imperium, adeo ut in eos qui quæ sciant nescire se simulent, proverbium usurpetur: Cretensis mare ignorat; nunc vero amisisse potentiam classicam. Neque, quia urbes quædam in Creta coloniæ sint Spartanorum, ideo horum quoque instituta tenere coactas esse: quum coloniæ multæ patrios non sequantur mores, et in Creta multæ urbes, a Spartanis non ortæ, tamen quibus coloniæ illæ stent institutis.

18. Porro Lycurgum qui Lacedæmoniis leges posuisset, quinque ætatibus posteriorem esse Althæmene, coloniæ in Cretam duce; hunc enim tradi Cissi filium fuisse, ejus qui Argos condidisset ea tempestate, qua Procles Spartam colonis frequentasset; Lycurgum autem communi omnium consensu sextum fuisse a Procle; exempla vero exemplaribus et recentiora antiquioribus non esse priora; saltationemque, quæ in usu apud Lacedæmonios sit, et rhythmos ac pæanes, qui ex lege canantur, aliaque multa instituta, Cretica apud eos vocari, utpote e Creta petita; magistratuum (*codd.* ἀρχαίων) etiam partem eandem administrationem eademque nomina habere, sicuti etiam seniorum ordinem et equitum (nisi quod in Creta equitibus etiam sint equi, unde concludunt apud Cretenses antiquiorem esse eorum dignitatem, quippe quæ veritatem nominis servet; Lacedæmoniis equitibus eos non alentibus); Ephoros, quum eadem agant, quæ Cosmi Cretensium, nomine duntaxat differre; Syssitia autem Cretensibus etiamnum Andria dici,

καὶ νῦν ἔτι καλεῖσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλούμενα ὁμοίως πρότερον· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι·

φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν
ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσι πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

19. Λέγεσθαι δ' ὑπὸ τῶν Κρητῶν, ὡς καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος κατὰ τοιαύτην αἰτίαν· ἀδελφὸς ἦν πρεσβύτερος τοῦ Λυκούργου Πολυδέκτης· οὗτος τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε τὴν γυναῖκα· τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ, γενομένου δὲ παιδός, ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε· λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ σαφῶς εἶπεν εἰδέναι, διότι βασιλεύσοι· λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος, ὡς ἐκ τοῦ λόγου τούτου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδός, δείσας, μὴ ἐκ τύχης ἀποθανόντος αἰτίαν αὐτὸς ἔχοι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀπῆρεν εἰς Κρήτην· ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν, ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ, ἱστορήσαντα δὲ παρ' αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διός, τοὺς νόμους ἐκφέροι εἰς ἀνθρώπους, γενόμενον δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ καταμαθόντα καὶ τὰ ἐκεῖ νόμιμα, ἐντυχόντα δ', ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατᾶραι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν, καταλαβεῖν δὲ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱόν, τὸν Πολυδέκτου Χαρίλαον, βασιλεύοντα· εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς, κἀκεῖθεν κομίζοντα τὰ προστάγματα, καθάπερ οἱ περὶ Μίνω ἐκ τοῦ ἄντρου τοῦ Διὸς παραπλήσια ἐκείνοις τὰ πλείω.

20. Τῶν [δὲ] Κρητικῶν τὰ κυριώτατα τῶν καθ' ἕκαστα τοιαῦτα εἴρηκε. γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ' αὐτοῖς οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες, οὐκ εὐθὺς δ' ἄγονται παρ' ἑαυτοὺς τὰς γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ' ἐπὰν ἤδη διοικεῖν ἱκαναὶ ὦσι τὰ περὶ τοὺς οἴκους· φερνὴ δ' ἐστίν, ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος· παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς· τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα· χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά, διακονοῦσί τε καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀνδράσι· συμβάλλουσι [δ'] εἰς μάχην καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ συσσιτίου πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἕτερα συσσίτια· καθ' ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος· οἱ δὲ μείζους εἰς τὰς ἀγέλας ἄγονται· τὰς δ' ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων· ἑκάστης δὲ τῆς ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν καὶ δρόμους, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν· τρέφονται δὲ δημοσίᾳ· τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις ἀγέλη πρὸς ἀγέλην συμβάλλει μετὰ αὐλοῦ καὶ

ut et Lacedæmoniis olim, qui tamen nomen mutaverint; apud Alcmanem certe legi :

In cœnis et choris apud andriorum convivas,
age pæana canamus.

19. Venisse etiam ad ipsos Lycurgum tali de causa, Cretenses, inquit, narrant. Polydectes frater fuit Lycurgi natuque eo major : is moriens uxorem reliquit prægnantem. Aliquamdiu fratris loco regnum gessit Lycurgus, natoque filio, tutor ejus fuit, ad quem regnum pertinebat; quum autem quidam ipsi conviciandi causa objecisset, certo se scire, eum regem fore : suspicans Lycurgus ex ejusmodi sermone sibi calumniam intentari posse de insidiis puero a se structis, ac veritus ne, si quid huic humanitus accideret, inimici culpam in ipsum conferrent, in Cretam abiit. Hanc igitur ait peregrinationis ejus causam ferri; Lycurgum vero, ut in Cretam venerit, adjunxisse se ad Thaletem, qui lyrica carmina et leges condebat: quumque ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthys prius, deinde Minos usurpassent, ut leges se a Jove acceptas promulgare dicerent : atque in Ægypto etiam fuisset, et ejus quoque gentis instituta percepisset, et cum Homero quoque, ex nonnullorum sententia, in Chio degente, collocutus esset, domum esse reversum : quumque ibi Charilaum, Polydectæ fratris sui filium, regnantem invenisset, ad condendum leges se contulisse, ad deum, qui apud Delphos est, profectum, indeque mandata apportantem, qualia Minos ex antro Jovis se afferre prætendit, similia iis plurima.

20. De singulis autem Cretensium institutis potiora hæc Ephorus retulit. Universi apud Cretenses cogebantur uxores ducere, qui eodem tempore e puerorum cœtu essent excreti; non autem confestim nuptas domum deducebant, sed quum jam ad rem familiarem administrandam eæ essent redditæ idoneæ. Dos est, siquidem fratres sunt, dimidium portionis fraternæ. Pueros litteras discere cogunt et præscripta legibus carmina quosdamque modos musicos. Juniores in syssitia adducunt, quæ andria vocantur : ibi desidentes humi una cibum capiunt, vilibus in palliolis, quæ eadem sunt hyeme atque æstate : ministrant et sibi invicem et viris. In pugnam coeunt et qui ejusdem sunt syssitii inter sese et cum aliis syssitiis. In quovis andriorum præest puerorum magister : pædonomon ipsi vocant; adultiores in Agelas deducuntur; Agelas vero congregant puerorum illustrissimi atque potentissimi, quisque quam potest plurimos colligens. Unicuique Agelæ præest plerumque pater conducentis, potestatem habens educendi ad venationem et cursum, et puniendi inobedientem. Nutriuntur publice. Statis quibusdam diebus Agela contra Agelam ad tibiæ lyræque sonos gressu rhythmico in pugnam exit, sicuti

λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν, ἐκφέρουσι δὲ καὶ τὰς πληγάς, τὰς μὲν διὰ χειρός, τὰς δὲ καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν.

21. Ἴδιον δ' αὐτοῖς τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμον· οὐ γὰρ πειθοῖ κατεργάζονται τοὺς ἐρωμένους, ἀλλ' ἁρπαγῇ· προλέγει τοῖς φίλοις πρὸ τριῶν ἢ πλειόνων ἡμερῶν ὁ ἐραστής, ὅτι μέλλει τὴν ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι· τοῖς δ' ἀποκρύπτειν μὲν τὸν παῖδα ἢ μὴ ἐᾶν πορεύεσθαι τὴν τεταγμένην ὁδὸν τῶν αἰσχίστων ἐστίν, ὡς ἐξομολογουμένοις, ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη τοιούτου ἐραστοῦ τυγχάνειν. συνιόντες δ', ἂν μὲν τῶν ἴσων ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις ᾖ τοῦ παιδὸς τιμῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ ἁρπάζων, ἐπιδιώκοντες ἀνθήψαντο μόνον μετρίως, τὸ νόμιμον ἐκπληροῦντες, τἆλλα δ' ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντες· ἂν δ' ἀνάξιος, ἀφαιροῦνται· πέρας δὲ τῆς ἐπιδιώξεώς ἐστιν, ἕως ἂν ἀχθῇ ὁ παῖς εἰς τὸ τοῦ ἁρπάσαντος ἀνδρεῖον. ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ καὶ κοσμιότητι· καὶ δωρησάμενος ἀπάγει τὸν παῖδα τῆς χώρας εἰς ὃν βούλεται τόπον· ἐπακολουθοῦσι δὲ τῇ ἁρπαγῇ οἱ παραγενόμενοι, ἑστιαθέντες δὲ καὶ συνθηρεύσαντες δίμηνον (οὐ γὰρ ἔξεστι πλείω χρόνον κατέχειν τὸν παῖδα) εἰς τὴν πόλιν καταβαίνουσιν. ἀφίεται δ' ὁ παῖς, δῶρα λαβὼν στολὴν πολεμικὴν καὶ βοῦν καὶ ποτήριον (ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν νόμον δῶρα) καὶ ἄλλα πλείω καὶ πολυτελῆ, ὥστε συνερανίζειν τοὺς φίλους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων. τὸν μὲν οὖν βοῦν θύει τῷ Διὶ καὶ ἑστιᾷ τοὺς συγκαταβαίνοντας· εἶτ' ἀποφαίνεται περὶ τῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁμιλίας, εἴτ' ἀσμενίζων τετύχηκεν, εἴτε μή, τοῦ νόμου τοῦτ' ἐπιτρέψαντος, ἵν', εἴ τις αὐτῷ βίᾳ προσενήνεκται κατὰ τὴν ἁρπαγήν, ἐνταῦθα παρῇ τιμωρεῖν ἑαυτῷ καὶ ἀπαλλάττεσθαι. τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν καὶ προγόνων ἐπιφανῶν ἐραστῶν μὴ τυχεῖν [αἰσχρόν], ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτο παθοῦσιν. ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες (οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἁρπαγέντας)· ἔν τε γὰρ τοῖς χοροῖς καὶ τοῖς δρόμοις ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας, τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως τῶν ἄλλων ἐφίεται τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν, καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλειοι γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ' ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος· τὸν μὲν γὰρ ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμα.

22. Ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται· περὶ δὲ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις· καθίστανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον οἱ τῆς τῶν κόσμων ἀρχῆς ἠξιωμένοι καὶ τἆλλα δόκιμοι κρινόμενοι. ἀξίαν δ' ἀναγραφῆς τὴν τῶν Κρητῶν πολιτείαν ὑπέλαβον διά τε τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν δόξαν· οὐ πολλὰ δὲ διαμένει τούτων τῶν νομίμων, ἀλλὰ τοῖς Ῥωμαίων διατάγμασι τὰ πλεῖστα διοικεῖται, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις συμβαίνει.

Cretenses etiam in prœliis bellicis facere solent : ictus quoque inferunt partim manu, partim etiam armis ferreis (*ligneis?* ξυλίνων).

21. Peculiarem habent amoris morem. Non enim persuadendo, sed raptione amasios comparant. Prædicit amator amicis ejus tribus aut pluribus ante diebus, se rapturum esse : illis vero turpissimum habetur, occultare puerum, aut non sinere statuta ire via, quippe sic confessuris, puerum indignum esse qui tali amatore potiretur. Ergo facto agmine, siquidem raptor aut æqualis sit, aut etiam puerum honore reliquisque præcellat, insequentes eum leviter duntaxat reluctantur, ut legi satisfaciant, porro autem læti eum sinunt abduci; sin indignus sit, eum eripiunt; eo usque autem insequuntur, donec ad raptoris andrium perveniatur. Amabilem existimant, non qui forma, sed qui fortitudine et modestia præstat. Raptum amator donis affectum in agrum abducit quocunque vult locorum; comitantur eum, qui raptioni interfuerunt : convivio autem et venatione usi per bimestre (diutius enim detinere puerum non licet) in urbem redeunt. Dimittitur puer postquam dona accepit amiculum bellicum, bovem et poculum (ea quidem sunt legitima munera) et præterea alia complura et sumtuosa, adeo ut ob sumtuum magnitudinem etiam amici stipem conferant. Puer bovem Jovi immolat, et, qui comitati erant, convivio excipit; deinde de consuetudine sua cum raptore pronunciat, gratiane hæc ei, an secus fuerit, lege hoc permittente, ut, si inter raptum violenter habitus esset amasius, discedere ab amatore et pœnas exigere possit. Formosis et illustri genere ortis [*turpe est*] nullum habere amatorem : moribus enim hoc eorum imputatur. Honor porro habetur raptis; nam et in choreis et in cursu locus iis primarius attribuitur, et veste permissum est ut ceteris splendidiore utantur, ab amatore dono data : neque tum modo, sed adulti etiam vestem gerunt insignem, qua agnoscuntur clini fuisse : amasium enim sic vocant, quasi clarum, amatorem autem philetorem. Atque hæc quidem circa amores eorum instituta sunt.

22. Principes eligunt decem : de summis rebus consiliarios adhibent, qui Seniores vocantur : cooptantur autem in illud collegium, qui Cosmorum magistratu digni habiti sunt, ac alias probi censentur. Dignam ego descriptione Cretensium duxi rempublicam, quum quia singularis est, tum ob gloriam. Haud multa vero istorum institutorum permanserunt, quum (ut et in reliquis fit provinciis) pleraque Romanis constitutionibus gubernentur.

ΚΕΦ. Ε.

Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μέν, ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ καὶ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως·

> Αἰγλήτην Ἀνάφην τε, Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ·

τοτὲ δὲ τῆς Θήρας μνησθείς·

> μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης,

ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα, διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων, κειμένη δὲ κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίῳ, διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους· πλησίον δ' αὐτῆς ἥ τε Ἀνάφη καὶ Θηρασία. ταύτης δ' εἰς ἑκατὸν ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαί τινές φασι τὸν ποιητὴν Ὅμηρον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι Σίκινος καὶ Λάγουσα καὶ Φολέγανδρος, ἥν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα· ἐγγὺς δὲ τούτων Κίμωλος, ὅθεν ἡ γῆ ἡ Κιμωλία· ἔνθεν ἡ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστίν, ἐφ' ᾗ λέγουσι Σίφνιον ἀστράγαλον διὰ τὴν εὐτέλειαν. ἔτι δ' ἐγγυτέρω καὶ τῆς Κιμώλου καὶ τῆς Κρήτης ἡ Μῆλος, ἀξιολογωτέρα τούτων, διέχουσα τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου, τοῦ Σκυλλαίου, σταδίους ἑπτακοσίους· τοσούτους δὲ σχεδόν τι καὶ τοῦ Δικτυνναίου· Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατείαν, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς πλείους. αὗται μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτή τε ἡ Δῆλος καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες καὶ αἱ ταύταις προσκείμεναι Σποράδες, ὧν εἰσι καὶ αἱ λεχθεῖσαι περὶ τὴν Κρήτην.

2. Ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ Λητῷον, ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ψιλὸν ὁ Κύνθος καὶ τραχύ, ποταμὸς δὲ διαρρεῖ τὴν νῆσον Ἰνωπὸς οὐ μέγας· καὶ γὰρ ἡ νῆσος μικρά. τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῶν ἡρωικῶν χρόνων ἀρξαμένη· μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος·

> ἦν γὰρ τοπάροιθε φορητά (φησὶν ὁ Πίνδαρος) κυμάτεσσι
> παντοδαπῶν [τ'] ἀνέμων
> ῥιπαῖσιν· ἀλλ' ἁ Κοιογενὴς ὁπότ' ὠδίνεσσι θύοισ'
> ἀγχιτόκοις † ἐπιβαίνειν, δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαί
> πρέμνων ἀπώρουσαν χθονίων,
> ἂν δ' ἐπικράνοις σχέθον πέτραν ἀδαμαντοπέδιλοι
> κίονες· ἔνθα τεκοῖσ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν.

ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι, καλούμεναι Κυκλάδες, κατὰ τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ θεωρούς τε καὶ θυσίας καὶ χοροὺς παρθένων πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας.

3. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα λέγονται· προσεγένοντο δὲ καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος γοῦν[ιε'] διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπών, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μακρά, σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος· ἀπὸ ταύτης γάρ, φησίν, αἱ καλούμεναι Κυ-

CAP. V.

Circa Cretam insulæ sunt, Thera, Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia, et vicina huic Anaphe, in qua Ægletæ Apollinis est templum. Callimachus quoque harum meminit altero loco sic dicens :

> Atque Ægleta, Anaphe, Spartanæ proxima Theræ :

altero loco de Thera :

> Nostræ insignis equis mater ea est patriæ.

Longa est Thera, ambitu stadiorum ducentorum, sita e regione Diæ insulæ, quæ est ad Heracleum Cnossiorum; abest a Creta ad septingenta stadia. Propinquæ ei sunt Anaphe et Therasia. Ab hac centum stadiorum intervallo abest Ios, parva insula, ubi quidam funeratum aiunt Homerum. Ab Io si occasum versus naviges, Sicinus (*codd.* Sicenus) est et Lagusa et Pholegandrus, quam ob asperitatem Aratus ferream vocat. Prope has Cimolus, unde Cimolia terra. Hinc Siphnus conspicitur, cujus ob vilitatem Siphnius taxillus proverbio dicitur. Vicinior Cimolo ac Cretæ jacet Melus, insula illis memorabilior, distans a Scyllæo, Hermionico promontorio, stadiis septingentis, totidemque fere etiam a Dictynnæo. Athenienses aliquando misso in eam exercitu puberes plerosque trucidaverunt. Hæ sunt in Cretico mari insulæ. In Ægæo autem magis Delus et circa eam Cyclades, ac sitæ ad has Sporades, in quibus et illæ sunt, quas circa Cretam positas commemoravi.

2. Delus urbem habet in planitie sitam, et fana Apollinis atque Latonæ. Supra urbem est mons nudus (*codd.* altus, ὑψηλὸν) atque asper, Cynthus; perfluit insulam Inopus, fluvius non magnus, quum insula quoque sit parva. Antiquitus, jam inde ab heroicis temporibus, in magno fuit hæc insula honore. Fabulæ enim perhibent, ibi Latonam, partus doloribus solutam, in lucem edidisse Apollinem et Dianam.

> Erat enim antea vaga (ut Pindarus ait) fluctibus omnigenumque ventorum
> procellis; verum Cœi soboles quum doloribus correpta
> instantis partus, gradum in ea posuit (ἐπέβαινεν), tum quattuor rectæ
> e terræ radicibus exortæ sunt
> et capitulis suis rupem sustinuerunt adamantina basi firmatæ
> columnæ ; ibi parens beatam conspexit sobolem.

Celebrem eam fecerunt circumpositæ insulæ Cyclades dictæ, quæ in honorem ejus mittebant sacrorum legatos et victimas et choros virginum, ac solemnes ibi conventus constituebant.

3. Initio duodecim Cyclades numerabantur; sed accesserunt his aliæ complures. Artemidorus [15] enumerat postquam de Helena insula dixit eam a Thorico usque ad Sunium juxta Atticam porrigi, longitudine sexaginta circiter stadiorum; « Ab hac enim, inquit, incipiunt Cyclades. » Nominat

κλάδες εἰσίν· ὀνομάζει δὲ Κέω, τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ, καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον καὶ Σέριφον καὶ Μῆλον καὶ Σίφνον καὶ Κίμωλον καὶ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σῦρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον. τὰς μὲν οὖν ἄλλας τῶν δώδεκα νομίζω, τὴν δὲ Πρεπέσινθον καὶ Ὠλίαρον καὶ Γύαρον ἧττον· ὧν τῇ Γυάρῳ προσορμισθεὶς ἔγνων κώμιον ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον· ἀπαίροντες δ' ἐδεξάμεθα πρεσβευτὴν ἐνθένδε ὡς Καίσαρα προκεχειρισμένον, τῶν ἁλιέων τινά (ἦν δ' ἐν Κορίνθῳ Καῖσαρ, βαδίζων ἐπὶ τὸν θρίαμβον τὸν Ἀκτιακόν)· συμπλέων δὴ ἔλεγε πρὸς τοὺς πυθομένους, ὅτι πρεσβεύοι περὶ κουφισμοῦ τοῦ φόρου· τελοῖεν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τὰς ἑκατὸν χαλεπῶς ἂν τελοῦντες. δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν·

ὦ Λητοῖ, σὺ μὲν ἤ με σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ,
δειλῇ ἢ Γυάρῳ παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

4. Τὴν μὲν οὖν Δῆλον ἔνδοξον γενομένην οὕτως ἔτι μᾶλλον ηὔξησε κατασκαφεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρινθος. ἐκεῖσε γὰρ μετεχώρησαν οἱ ἔμποροι, καὶ τῆς ἀτελείας τοῦ ἱεροῦ προκαλουμένης αὐτοὺς καὶ τῆς εὐκαιρίας τοῦ λιμένος· ἐν καλῷ γὰρ κεῖται τοῖς ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν πλέουσιν· ἥ τε πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι, καὶ συνήθεις ἦσαν αὐτῇ καὶ Ῥωμαῖοι τῶν ἄλλων μάλιστα, καὶ ὅτε συνειστήκει ἡ Κόρινθος· Ἀθηναῖοί τε λαβόντες τὴν νῆσον καὶ τῶν ἱερῶν ἅμα καὶ τῶν ἐμπόρων ἐπεμελοῦντο ἱκανῶς· ἐπελθόντες δ' οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ καὶ ὁ ἀποστήσας τύραννος αὐτὴν διελυμήναντο πάντα, καὶ παρέλαβον ἐρήμην οἱ Ῥωμαῖοι πάλιν τὴν νῆσον, ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ βασιλέως, καὶ διετέλεσε μέχρι νῦν ἐνδεῶς πράττουσα. ἔχουσι δ' αὐτὴν Ἀθηναῖοι.

5. Ῥήνεια δ' ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτρασι τῆς Δήλου σταδίοις, ὅπου τὰ μνήματα τοῖς Δηλίοις ἐστίν. οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν οὐδὲ καίειν νεκρόν, οὐκ ἔξεστι δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν. ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον.

6. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε, λείπονται δὲ δύο, ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί, ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης, ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος·

καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι, Φανία·
ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς.

προσέταττε γάρ, ὡς ἔοικεν, ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι (καὶ) τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν· καὶ πολιορκουμένους δέ ποτε ὑπ' Ἀθηναίων ψηφίσασθαί φασι τοὺς πρεσβυτάτους ἐξ αὐτῶν ἀποθα–

deinde Ceon, vicinissimam Helenæ, post hanc Cythnum, Seriphum, Melum, Siphnum, Cimolum, Prepesinthum, Oliarum: item Naxum, Parum, Syrum, Myconum, Tenum, Andrum, Gyarum. De his reliquas ego in numero duodecim illarum pono: Prepesinthum autem, Oliarum et Gyarum non perinde. Ipse quum ad Gyarum appulissem, deprehendi ibi vicum exiguum esse, a piscatoribus habitatum. Inde quum discederemus, excepimus legatum isthinc ad Cæsarem missum, unum de piscatoribus (erat tum Corinthi Cæsar, ad triumphum proficiscens Actiacum). Is ergo legatus, una navigans, percunctantibus dicebat, se missum esse petendæ tributi diminutionis gratia: nam pendere ipsos centum quinquaginta drachmas, quum vel centum ægre possint. Paupertatem eorum etiam Aratus sic innuit in Minutis:

O Latona, tu me (*sc. insulam nescio quam*), quippe quæ [ferreæ Pholegandro
vel miseræ (*codd.* δειλῇ) Gyaro similis sim, illico præteribis.

4. Delum ergo sic jam celebrem magis etiam auxit eversa a Romanis Corinthus. Eo enim mercatores transiverunt, invitante eos immunitate templi et commoditate portus: opportune enim sita est navigantibus ex Italia et Græcia in Asiam: et solennis conventus habet quippiam mercatui affine: frequentabantque eam quum alii, tum maxime Romani etiam stante adhuc Corintho; Athenienses quoque insula potiti, sacra et negotiationes diligenter procurabant; supervenientes autem Mithridatis duces, et tyrannus eam ad defectionem pertrahens, omnia devastaverunt; itaque desertam Romani insulam recuperarunt, quum rex domum se recepisset; exinde in hunc usque diem inops permansit. Tenent eam Athenienses.

5. Rhenea (*v. l.* Ῥήναια) insula est exigua et deserta, intra quartum a Delo stadium, ubi sepulcra sunt Deliorum. Nam mortuum in Delo sepelire non est fas, neque cremare: canem quoque in Delo esse non licet. Olim dicta fuit Ortygia.

6. Ceos urbes habuit olim quattuor: nunc duæ restant, Iulis et Carthæa, in quas reliquæ sunt translatæ, Pœeessa in Carthæam, Coressia in Iulidem. Iulis patria fuit Simonidis poetæ lyrici, et Bacchylidis, qui fuit ejus consobrinus: postea Erasistratus medicus, et de Peripateticis philosophis Aristo, Bionis Borysthenitæ imitator, ibi sunt nati. Apud Ceos videtur lex fuisse posita, cujus Menander quoque meminit:

Egregia est illa lex Ceorum, Phania:
qui non quit honeste vivere, non vivit male.

Mandato enim, ut videtur, legis, qui sexaginta annos excessissent, cicuta necabantur, ut reliquis victus sufficeret. Obsidione etiam aliquando pressos ab Atheniensibus decretum edidisse aiunt, quo maximos natu de civibus juberent

νεῖν, ὁρισθέντος πλήθους ἐτῶν, τοὺς δὲ παύσασθαι πολιορκοῦντας. κεῖται δ' ἐν ὄρει τῆς θαλάττης διέχουσα ἡ πόλις ὅσον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους, ἐπίνειον δ' ἐστὶν αὐτῆς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ ἵδρυτο ἡ Κορησσία, κατοικίαν οὐδὲ κώμης ἔχουσα. ἔστι δὲ καὶ πρὸς τῇ Κορησσίᾳ Σμινθέου Ἀπόλλωνος ἱερὸν καὶ πρὸς Ποιηέσσῃ, μεταξὺ δὲ τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν τῆς Ποιηέσσης ἐρειπίων τὸ τῆς Νεδουσίας Ἀθηνᾶς ἱερόν, ἱδρυσαμένου Νέστορος κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον. ἔστι δὲ καὶ Ἔλιξος ποταμὸς περὶ τὴν Κορησσίαν.

7. Μετὰ δὲ ταύτην Νάξος καὶ Ἄνδρος ἀξιόλογοι καὶ Πάρος· ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής. ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος καὶ Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις. ἐν ταύτῃ μὲν οὖν ὁ βωμὸς λέγεται θέας ἄξιος, σταδιαίας ἔχων τὰς πλευράς· ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη, ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν.

8. Σῦρος δ' ἐστί (μηκύνουσι τὴν πρώτην συλλαβήν), ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβυος ἦν· νεώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου. ταύτης δοκεῖ μνημονεύειν ὁ ποιητής, Συρίην καλῶν·

> νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται
> Ὀρτυγίης καθύπερθε.

9. Μύκονος δ' ἐστίν, ὑφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας, ἀφ' ὧν ἡ παροιμία Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν ἐπιγραφὴν ἀγόντων καὶ τὰ διῃρτημένα τῇ φύσει. καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ.

10. Σέριφος δ' ἐστίν, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Δίκτυν μεμύθευται, τὸν ἀνελκύσαντα τὴν λάρνακα τοῖς δικτύοις τὴν περιέχουσαν τὸν Περσέα καὶ τὴν μητέρα Δανάην, καταποντωμένους ὑπ' Ἀκρισίου τοῦ πατρὸς τῆς Δανάης· τραφῆναί τε γὰρ ἐνταῦθα τὸν Περσέα φασί, καὶ κομίσαντα τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν, δείξαντα τοῖς Σεριφίοις ἀπολιθῶσαι πάντας· τοῦτο δὲ πρᾶξαι τιμωροῦντα τῇ μητρί, ὅτι αὐτὴν Πολυδέκτης ὁ βασιλεὺς ἄκουσαν ἄγεσθαι προείλετο πρὸς γάμον, συμπραττόντων ἐκείνων. οὕτω δ' ἐστὶ πετρώδης ἡ νῆσος, ὥστε ὑπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδοῦντες.

11. Τῆνος δὲ πόλιν μὲν οὐ μεγάλην ἔχει, τὸ δ' ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος μέγα ἐν ἄλσει τῆς πόλεως ἔξω, θέας ἄξιον· ἐν ᾧ καὶ ἑστιατόρια πεποίηται μεγάλα, σημεῖον τοῦ συνέρχεσθαι πλῆθος ἱκανὸν τῶν συνθυόντων αὐτοῖς ἀστυγειτόνων τὰ Ποσειδώνια.

12. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων, ὅθεν ἦν Σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής, καὶ Λέβινθος καὶ Λερία·

> καὶ τόδε Φωκυλίδου· Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὔ,
> πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.

διεβέβληντο γὰρ ὡς κακοήθεις οἱ ἐνθένδε ἄνθρωποι.

13. Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Πάτμος καὶ Κορασσίαι, πρὸς δύσιν κείμεναι τῇ Ἰκαρίᾳ, αὕτη δὲ Σάμῳ. ἡ μὲν

interfici, certo annorum numero definito : eam ob rem Athenienses obsidionem solvisse. Sita est urbs in monte a mari stadiis viginti quinque; navale ejus est locus, in quo sita erat Coressia, quæ nunc ne vici quidem habitationem tenet. Est juxta Coressiam Apollinis Sminthii templum, sicuti ad Pœeessam. Inter templum et rudera Pœcessæ, Nedusiæ Minervæ fanum est, dedicatum a Nestore e Troja revertente. Est et Elixus fluvius apud Coressiam.

7. Post Ceon Naxus et Andrus memoratu dignæ, atque Parus. Ex hac fuit Archilochus poeta. Parii Thasum condiderunt, et Parium urbem in Propontide, in qua fertur ara spectabilis esse, cujus singula latera stadii longitudinem impleant. In Paro autem lapis Parius est statuariis apprime idoneus.

8. Sequitur Syrus (priore syllaba producta) patria Pherecydis, Babyis filii. Ætate posterior illo est Pherecydes Atheniensis. Videtur sub Syriæ nomine mentionem hujus insulæ facere Homerus (*Od.* 15, 402) :

> Insula, quam Syriam dicunt
> Ortygiam supra.

9. Myconus est, sub qua fabulantur jacere ultimos Centaurorum ab Hercule interfectos : unde proverbium est, « Omnia sub unam Myconum », de his qui sub unam descriptionem cogunt ea, quæ natura sejunxit. *Calvos* etiam Myconios quidam vocant, ideo quod calvities in hac insula est frequentissima.

10. Seriphus est in qua Dictyn fabulantur retibus extraxisse cistam, cui inclusus erat Perseus materque ejus Danae, quum Acrisius, pater Danaes, eos in altum mare abjecisset; ibi enim ajunt enutritum fuisse Perseum, et allato Gorgonis capite ac Seriphiis objecto, universos in lapideam naturam convertisse : atque hoc eum egisse, ut matrem ulcisceretur, quam rex Polydectes invitam uxorem ducere voluerat, adjutantibus Seriphiis. Usque adeo autem saxosa est insula, ut comice ludentes ei dicant hoc a Gorgone accidisse.

11. Tenus urbem habet non magnam : sed extra urbem in luco magnum est fanum Neptuni, dignum quod spectetur; in quo et cœnacula magna sunt ædificata, quod est argumentum, permultos de propinquis eo convenire ut una cum Teniis Neptunia celebrent.

12. Est et Amorgus una de Sporadibus, patria Simonidis, iamborum scriptoris, et Lebinthus et Leria (*Lerus*).

> Hoc quoque Phocylidis : Lerius malus omnis et unus,
> Excepto Procle, sed Procles Leriu'st.

Lerii enim ob malitiam male audiebant.

13. Prope est Patmus et Corassiæ, ab Icaria versus occasum sitæ, sicut ipsa Icaria a Samo. Icaria deserta est,

οὖν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ' ἔχει, καὶ χρῶνται αὐταῖς Σάμιοι· τοιαύτη δ' οὖσα ἔνδοξος ὅμως ἐστί, καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται τὸ προκείμενον πέλαγος, ἐν ᾧ καὶ αὐτὴ καὶ Σάμος καὶ Κῶς ἐστι, καὶ αἱ ἄρτι λεχθεῖσαι Κορασσίαι καὶ Πάτμος καὶ Λέρος. † ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ὄρος ὁ Κερκετεύς, μᾶλλον τῆς Ἀμπέλου· αὕτη δ' ὑπέρκειται τῆς Σαμίων πόλεως. συνάπτει δὲ τῷ Ἰκαρίῳ τὸ Καρπάθιον πέλαγος πρὸς νότον, τούτῳ δὲ τὸ Αἰγύπτιον, πρὸς δὲ δύσιν τό τε Κρητικὸν καὶ τὸ Λιβυκόν.

14. Καὶ ἐν τῷ Καρπαθίῳ δ' εἰσὶ πολλαὶ τῶν Σποράδων μεταξὺ τῆς Κῶ μάλιστα καὶ Ῥόδου καὶ Κρήτης· ὧν εἰσιν Ἀστυπάλαιά τε καὶ Τῆλος καὶ Χαλκία, καὶ ἃς Ὅμηρος ὀνομάζει ἐν τῷ καταλόγῳ·

οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε,
καὶ Κῶν, Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας.

ἔξω γὰρ τῆς Κῶ καὶ τῆς Ῥόδου, περὶ ὧν ἐροῦμεν ὕστερον, τάς τε ἄλλας ἐν ταῖς Σποράσι τίθεμεν, καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα μεμνήμεθα αὐτῶν, καίπερ τῆς Ἀσίας, οὐ τῆς Εὐρώπης ἐγγὺς οὐσῶν, ἐπειδὴ τῇ Κρήτῃ καὶ ταῖς Κυκλάσι καὶ τὰς Σποράδας συμπεριλαβεῖν ἠπείγετό πως ὁ λόγος· ἐν δὲ τῇ τῆς Ἀσίας περιοδείᾳ τὰς προσεχεῖς αὐτῇ τῶν ἀξιολόγων νήσων προσπεριοδεύσομεν, Κύπρον καὶ Ῥόδον καὶ Κῶν καὶ τὰς ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ κειμένας, Σάμον, Χίον, Λέσβον, Τένεδον· νῦν δὲ τὰς Σποράδας, ὧν ἄξιον μνησθῆναι λοιπόν, ἔπιμεν.

15. Ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια ἱκανῶς ἐστι πελαγία, πόλιν ἔχουσα. ἡ δὲ Τῆλος ἐκτέταται παρὰ τὴν Κνιδίαν, μακρά, ὑψηλή, στενή, τὴν περίμετρον ὅσον ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα σταδίων, ἔχουσα ὕφορμον. ἡ δὲ Χαλκία τῆς Τήλου διέχει σταδίους ὀγδοήκοντα, Καρπάθου δὲ τετρακοσίους; Ἀστυπαλαίας δὲ περὶ διπλασίους, ἔχει δὲ καὶ κατοικίαν ὁμώνυμον καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ λιμένα.

16. Νίσυρος δὲ πρὸς ἄρκτον μέν ἐστι Τήλου, διέχουσα αὐτῆς ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, ὅσους καὶ Κῶ διέχει, στρογγύλη δὲ καὶ ὑψηλὴ καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου· τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν ἐκεῖθέν ἐστιν ἡ τῶν μύλων εὐπορία. ἔχει δὲ καὶ πόλιν ὁμώνυμον καὶ λιμένα καὶ θερμὰ καὶ Ποσειδῶνος ἱερόν· περίμετρον δὲ αὐτῆς ὀγδοήκοντα στάδιοι. ἔστι δὲ καὶ νησία πρὸς αὐτῇ Νισυρίων λεγόμενα. φασὶ δὲ τὴν Νίσυρον ἀπόθραυσμα εἶναι τῆς Κῶ, προσθέντες καὶ μῦθον, ὅτι Ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν Γιγάντων, Πολυβώτην, ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τρύφος τῆς Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλοι, καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος, ὑποκείμενον ἔχουσα ἐν αὐτῇ τὸν Γίγαντα· τινὲς δὲ αὐτὸν ὑποκεῖσθαι τῇ Κῷ φασιν.

17. Ἡ δὲ Κάρπαθος, ἣν Κράπαθον εἶπεν ὁ ποιητής, ὑψηλή ἐστι, κύκλον ἔχουσα σταδίων διακοσίων. τετράπολις δ' ὑπῆρξε καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον· ἀφ' οὗ καὶ τῷ πελάγει τοὔνομα ἐγένετο. μία δὲ τῶν πόλεων ἐκαλεῖτο Νίσυρος, ὁμώνυμος τῇ τῶν Νισυρίων νήσῳ. κεῖται δὲ τῆς Λιβύης κατὰ Λευκὴν ἀκτήν, ἡ τῆς μὲν

pascua tamen habet, quibus Samii utuntur. Nihilominus est celebris, et ab ea nomen habet mare vicinum, in quo præter ipsam jacent Samus et Cos ac modo dictæ Corassiæ, Patmus et Lerus. [[Nobilis etiam in ea (*in Samo sc.*) est mons Cerceteus, nobilior Ampelo, qui urbi Samiorum imminet.]] Versus meridiem Carpathium mare ad Icarium est, et ad illud Ægyptium: versus occasum mare Creticum et Africum.

14. In mari Carpathio multæ sunt de Sporadibus insulæ, maxime inter Con, Rhodum et Cretam: ex his sunt Astypalæa, Telus, Chalcia, et quas Homerus in Catalogo recenset (*Il.* 2, 676):

Et qui Nisyrum Crapathumque Casumque tenebant,
Eurypylique urbem Con, æquoreasque Calydnas.

Nam extra Con et Rhodum, de quibus postea loquemur, reliquas Sporadum in censu ponimus, et hic mentionem earum fecimus, quamquam Asiæ sint quam Europæ propinquiores: quandoquidem ipsa narratio nos quodammodo eo adduxit, ut cum Creta et Cycladibus Sporades quoque complecteremur. In Asiæ autem descriptione eas describemus, quæ memoratu dignæ ei adjacent, Cyprum, Rhodum, Con, et deinceps in ora sitas Samum, Chium, Lesbum, Tenedum; nunc vero reliquas Sporadas, quæ mentione dignæ sunt, percurremus.

15. Astypalæa igitur satis in alto jacet mari, et urbem habet. Telus propter Cnidiam porrigitur in longum, alta et angusta, ambitu circiter centum quadraginta stadiorum, habetque stationem navium. Chalcia a Telo abest stadiis octoginta, a Carpatho quadringentis, ab Astypalæa bis tantum: pagum habet ejusdem nominis, et Apollinis fanum ac portum.

16. Nisyrus a Telo versus septentriones sita est, distans ab ea stadiis circiter sexaginta, totidemque a Co: rotunda est ac saxosa, et molaris lapidis copia prædita, quem vicinis affatim suppeditat. Urbem quoque habet ejusdem nominis, portum, thermas ac Neptuni templum; ambitus ejus est stadiorum octoginta. Circa eam sunt etiam exiguæ aliquot insulæ, Nisyriorum (*codd.* Nisyrorum) dictæ. Aiuntque Nisyrum fragmentum esse ab insula Co avulsum, addentes fabulam, Neptunum, quum quendam de Gigantibus Polybotem persequeretur, frustum insulæ Coæ tridente defractum in eum conjecisse, idque insulam Nisyrum esse factum, sub qua situs ille sit Gigas: alii Coæ eum substratum dicunt.

17. Carpathus autem, quam Homerus Crapathum appellat, sublimis est, ambitu stadiorum ducentorum. Quattuor urbes ea habuit, et nomen celebre, ab eaque pelagus etiam Carpathium dictum est. Una de urbibus appellabatur Nisyrus, cognominis insulæ Nisyro. Sita est adversus Leucen acten (id est litus album) Libyæ: quæ ab Alexan-

Ἀλεξανδρείας περὶ χιλίους διέχει σταδίους, τῆς δὲ Καρπάθου περὶ τετρακισχιλίους.

18. Κάσος δὲ ταύτης μὲν ἀπὸ ἑβδομήκοντά ἐστι σταδίων, τοῦ δὲ Σαμωνίου τοῦ ἄκρου τῆς Κρήτης διακοσίων πεντήκοντα· κύκλον δὲ ἔχει σταδίων ὀγδοήκοντα. ἔστι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Κασίων νῆσοι καλούμεναι πλείους περὶ αὐτήν.

19. Νήσους δὲ Καλύδνας τὰς Σποράδας λέγειν φασὶ τὸν ποιητήν, ὧν μίαν εἶναι Κάλυμναν· εἰκὸς δ', ὡς ἐκ τῶν Νισυρίων λέγονται καὶ Κασίων αἱ ἐγγὺς καὶ ὑπήκοοι, οὕτως καὶ τὰς τῇ Καλύμνῃ περικειμένας, ἴσως τότε λεγομένῃ Καλύδνῃ· τινὲς δὲ δύο εἶναι Καλύδνας φασί, Λέρον καὶ Κάλυμναν, ὥσπερ καὶ λέγειν τὸν ποιητήν. ὁ δὲ Σκήψιος πληθυντικῶς ὠνομάσθαι τὴν νῆσον Καλύμνας φησίν, ὡς Ἀθήνας καὶ Θήβας, δεῖν δὲ ὑπερβατῶς δέξασθαι τὸ τοῦ ποιητοῦ· οὐ γὰρ νήσους Καλύδνας λέγειν, ἀλλ', οἳ δ' ἄρα νήσους Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε καὶ Κῶν, Εὐρυπύλοιο πόλιν, Καλύδνας τε. ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀστεῖόν ἐστι καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ, τὸ δ' ἐν ταῖσδε ταῖς νήσοις διαφερόντως, μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ ἑνδέκατον ἄρχεται μὲν τῆς Ἀσίας, τοῦ Τανάιδος ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν μερῶν ἄνωθεν ἀρχομένου διαιρεῖν τὴν Εὐρώπην τῆς Ἀσίας. περιέχει δὲ τὸ βιβλίον καὶ τὰ παρακείμενα ἔθνη ταῖς ἀρχαῖς αὐτοῦ πρὸς τῇ ἀνατολῇ καὶ μεσημβρίᾳ, ἢ καὶ Ἀσία ἐστί. ἔστι δὲ τῇδε ἔθνη βάρβαρα τὰ τῷ βιβλίῳ ἐγκείμενα, ὅσα παροικεῖ τὸ Καυκάσιον ὄρος, ἐν οἷς Ἀμαζόνες τε καὶ Μασσαγέται, Σκύθαι καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Ἴβηρες, Βακτριανοί, Κάσπιοι, Μῆδοι, Πέρσαι, Ἀρμενίαι δύο ἕως τῆς Μεσοποταμίας· ἔχει δὲ καὶ Τρωγλοδύτας καὶ Ἡνιόχους οὕτω λεγόμενα ἔθνη, καὶ Σκηπτούχους, Σοάνας, Ἀσσυρίους, Πολυφάγους, Ναβιανούς, Σιρακούς, Ταπύρους. ἐπεμνήσθη δὲ Ἰάσονος καὶ Μηδείας καὶ ὧν ἔκτισαν πόλεων· ἔτι δὲ Ξέρξου καὶ Μιθριδάτου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου.

ΚΕΦ. Α.

Τῇ δ' Εὐρώπῃ συνεχής ἐστιν ἡ Ἀσία, κατὰ τὸν Τάναϊν συνάπτουσα αὐτῇ· περὶ ταύτης οὖν ἐφεξῆς ῥητέον, διελόντας φυσικοῖς τισιν ὅροις τοῦ σαφοῦς χάριν. ὅπερ οὖν Ἐρατοσθένης ἐφ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐποίησε, τοῦθ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ποιητέον.

2. Ὁ γὰρ Ταῦρος μέσην πως διέζωκε ταύτην τὴν ἤπειρον, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω τεταμένος, τὸ μὲν αὐτῆς ἀπολείπων πρὸς βορρᾶν, τὸ δὲ μεσημβρινόν.

dria distat ad mille stadia, a Carpatho ad quattuor stadiorum millia.

18. Casus a Carpatho abest septuaginta stadiis, a Samonio (*v. l.* Salmonio) Cretæ promontorio ducentis quinquaginta: ambitu stadiorum octoginta. Est in ea urbs ejusdem nominis, et insulæ sunt Casiorum complures circa eam.

19. Calydnas insulas aiunt ab Homero vocari eas, quæ sunt Sporades, e quibus una sit Calymna: probabile autem est, sicut a Nisyriis et Casiis vicinæ iisque subditæ insulæ nomen habent, ita etiam eas quæ circa Calymnam sunt, ab ea esse denominatas, tum Calydnæ nomen gerente. Alii duas insulas Calydnas esse ajunt, Lerum et Calymnam, easque ab Homero innui. Scepsius plurali numero insulam Calymnas appellari ait, ut Athenas et Thebas: vultque poetæ verba accipi trajectione quadam verborum: non enim illum Calydnas insulas dicere, sed: qui insulas tenuerunt Nisyrum et Crapathum et Casum et Con, Eurypyli urbem, et Calydnas. Omne quidem mel quod in insulis fit, plerumque est egregium, et cum Attico quod certare possit, præcipue autem id quod in hisce fit insulis et omnium maxime Calymnium.

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Liber undecimus incipit ab Asia, Tanaide a borealibus partibus desuper incipiente Europam ab Asia disterminare. Complectitur vero hic liber gentes initiis ejus adjacentes ad orientem et meridiem, quæ etiam Asia est. Sunt autem ibi gentes barbaræ in hoc libro recensitæ, quæcumque accolunt Caucasum montem, inter easque Amazones, Massagetæ, Scythæ, Albani, Iberes, Bactriani, Caspii, Medi, Persæ, Armenia utraque ad Mesopotamiam usque. Porro continet etiam Troglodytas et Heniochos, quos vocant; item Sceptuchos, Soanas, Assyrios, Polyphagos, Nabianos, Siracos, Tapyros. Tum etiam injecit mentionem Jasonis et Medeæ, urbiumque quas condiderunt, itemque Xerxis, Mithridatis et Alexandri Philippo nati.

CAP. I.

Europæ adjacet Asia, juxta Tanaim attingens eam. De hac igitur deinceps dicemus, naturalibus quibusdam terminis eam dirimentes perspicuitatis causa. Igitur quod de tota habitata terra fecit Eratosthenes, idem nobis de Asia faciendum est.

2. Hanc enim continentem Taurus mediam fere cinguli in morem dividit, ab occasu ad ortum porrectus, unamque ejus partem versus septentriones, alteram versus meridiem

καλοῦσι δὲ αὐτῶν οἱ Ἕλληνες τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δὲ ἐκτός. εἴρηται δὲ ταῦθ' ἡμῖν καὶ πρότερον, ἀλλ' εἰρήσθω καὶ νῦν ὑπομνήσεως χάριν.

3. Πλάτος μὲν οὖν ἔχει τὸ ὄρος πολλαχοῦ καὶ τρισχιλίων σταδίων, μῆκος δ' ὅσον καὶ τὸ τῆς Ἀσίας, τεττάρων που μυριάδων καὶ πεντακισχιλίων, ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς καὶ Σκυθίας πρὸς τὰς ἀνατολάς.

4. Διήρηται δ' εἰς μέρη πολλὰ καὶ ὀνόματα περιγραφαῖς καὶ μείζοσι καὶ ἐλάττοσιν ἀφωρισμένα. ἐπεὶ δ' ἐν τῷ τοσούτῳ πλάτει τοῦ ὄρους ἀπολαμβάνεταί τινα ἔθνη, τὰ μὲν ἀσημότερα, τὰ δὲ καὶ παντελῶς γνώριμα (καθάπερ ἡ Παρθυαία καὶ Μηδία καὶ Ἀρμενία καὶ Καππαδοκῶν τινες καὶ Κίλικες καὶ Πισίδαι), τὰ μὲν πλεονάζοντα τοῖς προσβόροις μέρεσιν ἐνταῦθα τακτέον, τὰ δ' ἐν τοῖς νοτίοις εἰς τὰ νότια, καὶ τὰ ἐν μέσῳ δὲ τῶν ὀρῶν κείμενα διὰ τὰς τῶν ἀέρων ὁμοιότητας πρὸς βορρᾶν πως θετέον· ψυχροὶ γάρ εἰσιν, οἱ δὲ νότιοι θερμοί. καὶ τῶν ποταμῶν δὲ αἱ ῥύσεις ἐνθένδε οὖσαι πᾶσαι σχεδόν τι εἰς τἀναντία, αἱ μὲν εἰς τὰ βόρεια, αἱ δ' εἰς τὰ νότια μέρη (τά γε πρῶτα, κἂν ὕστερόν τινες ἐπιστρέφωσι πρὸς ἀνατολὰς ἢ δύσεις), ἔχουσί τι εὐφυὲς πρὸς τὸ τοῖς ὄρεσιν ὁρίοις χρῆσθαι κατὰ τὴν εἰς δύο μέρη διαίρεσιν τῆς Ἀσίας· καθάπερ καὶ ἡ θάλαττα ἡ ἐντὸς Στηλῶν, ἐπ' εὐθείας πως οὖσα ἡ πλείστη τοῖς ὄρεσι τούτοις, ἐπιτηδεία γεγένηται πρὸς τὸ δύο ποιεῖν ἠπείρους, τήν τε Εὐρώπην καὶ τὴν Λιβύην, ὅριον ἀμφοῖν οὖσα ἀξιόλογον.

5. Τοῖς δὲ μεταβαίνουσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ γεωγραφίᾳ τὰ πρὸς βορρᾶν ἐστι πρῶτα τῆς εἰς δύο διαιρέσεως· ὥστε ἀπὸ τούτων ἀρκτέον. αὐτῶν δὲ τούτων πρῶτά ἐστι τὰ περὶ τὸν Τάναϊν, ὅνπερ τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ὅριον ὑπεθέμεθα. ἔστι δὲ ταῦτα τρόπον τινὰ χερρονησίζοντα· περιέχεται γὰρ ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας τῷ ποταμῷ τῷ Τανάιδι καὶ τῇ Μαιώτιδι μέχρι τοῦ Βοσπόρου καὶ τῆς τοῦ Εὐξείνου παραλίας, τῆς τελευτώσης εἰς τὴν Κολχίδα· ἐκ δὲ τῶν ἄρκτων τῷ Ὠκεανῷ μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης· ἕωθεν δὲ αὐτῇ ταύτῃ τῇ θαλάττῃ μέχρι τῶν μεθορίων τῆς τε Ἀλβανίας καὶ τῆς Ἀρμενίας, καθ' ἃ ὁ Κῦρος καὶ ὁ Ἀράξης ἐκδιδοῦσι ποταμοί, ῥέοντες ὁ μὲν διὰ τῆς Ἀρμενίας, Κῦρος δὲ διὰ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Ἀλβανίας· ἐκ νότου δὲ τῇ ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύρου μέχρι τῆς Κολχίδος, ὅσον τρισχιλίων οὔσῃ σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, δι' Ἀλβανῶν καὶ Ἰβήρων, ὥστε ἰσθμοῦ λόγον ἔχειν. οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον συναγαγόντες τὸν ἰσθμόν, ἐφ' ὅσον Κλείταρχος, ἐπίκλυστον φήσας ἐξ ἑκατέρου τοῦ πελάγους, οὐδ' ἂν λόγου ἀξιοῖντο. Ποσειδώνιος δὲ χιλίων καὶ πεντακοσίων εἴρηκε τὸν ἰσθμόν, ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμὸν ἐς τὴν Ἐρυθράν· δοκῶ δέ, φησί, μὴ πολὺ διαφέρειν μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος εἰς τὸν Ὠκεανόν.

6. Οὐκ οἶδα δέ, πῶς ἄν τις περὶ τῶν ἀδήλων αὐτῷ πιστεύσειε, μηδὲν εἰκὸς ἔχοντι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, ὅταν

relinquens. Græci alteram partem intra, alteram extra Taurum sitam appellant. Quæ quamquam prius jam dicta nobis sunt, nunc memoriæ causa renovandæ repetantur.

3. Latitudo Tauri multis locis est vel ter mille stadiorum; longitudo autem tanta quanta etiam Asiæ est, ad quadraginta quinque millia inde a continente quæ Rhodo opposita est, usque ad extremitates Indiæ et Scythiæ orientales.

4. Dividitur autem in partes varias et nomina circumscriptionibus, qua majoribus, qua minoribus, definita. Quoniam autem in tanta latitudine montis comprehenduntur quædam gentes, aliæ obscuriores, aliæ admodum notæ (ut Parthorum, Medorum, Armeniorum, Cappadocum pars, Cilices, Pisidæ), quæ magis *in* septentrionali ejus latere sunt, in eo collocari debent; quæ ad Austrum jacent, in meridionali; quæ in mediis sunt montibus, ob aeris similitudinem septentrionalibus adjungendæ videntur: frigidæ enim sunt, austrinæ vero calidæ. Fluminum quoque effluxus quum fere omnes hinc in contrarias ferantur partes, alii septentrionales, alii meridionales (saltem ab initio, tametsi quidam deinde versus ortum aut occasum convertuntur): opportune hi montes ad Asiæ in duas partes divisionem termini adhibentur, sicut mare, quod intra columnas est, et fere majori parte ad lineam rectam Tauro opponitur, commode duas continentes Europam atque Africam distinguit, memorabilis utriusque limes.

5. Ceterum in descriptione terræ ex Europa in Asiam transeunti, partes septentrionales primo occurrunt de sectione in duas facta portiones: itaque ab iis ordiemur. Ex his vero prima sunt ea, quæ juxta Tanaim sunt sita, quem Asiæ atque Europæ limitem constitueramus. Hæc autem quodammodo peninsulam referunt. Includuntur enim versus occasum fluvio Tanai et palude Mæotide usque ad Bosporum et oram Euxini maris maritimam, quæ in Colchidem desinit; a septentrione autem Oceano usque ad ostium Caspii maris; ab ortu ipso mari Caspio usque ad confinia Albaniæ et Armeniæ, qua Cyrus et Arares fluvii effunduntur, hic per Armeniam, Cyrus per Iberiam et Albaniam labens, a meridie ea terra, quæ ab ostiis Cyri usque ad Colchidem, a mari ad mare per Albaniam et Iberos porrigitur, ac isthmi formam habet, ter mille circiter stadiorum. Ratio eorum habenda nulla est, qui cum Clitarcho adeo in arctum cogunt eum isthmum, ut eluvione utriusque maris perfundi dicant. Posidonius eum facit latum mille et quingenta stadia, quantum illum etiam qui a Pelusio ad Rubrum est mare: « neque multum puto (ait) ab his differre eum, qui a Mæotide est ad Oceanum usque.

6. Ceterum haud scio, quomodo ei fidem habere quisquam possit de rebus obscuris dicenti, ubi nullam habet

περὶ τῶν φανερῶν οὕτω παραλόγως λέγῃ, καὶ ταῦτα φίλος Πομπηΐῳ γεγονὼς τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας καὶ τοὺς Ἀλβανοὺς μέχρι τῆς ἐφ' ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήιον, ἡνίκα ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν (εὐθὺς δ' ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν καὶ τὰ μέχρι τῆς Κασπίας ἔθνη), παρατυχεῖν διαλεγομένῳ τῷ Ποσειδωνίῳ, ἀπιόντα δ' ἐρέσθαι, εἴ τι προστάττει, τὸν δ' εἰπεῖν·

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ τὴν ἱστορίαν συνέγραψε τὴν περὶ αὐτόν. διὰ δὴ ταῦτα ἐχρῆν φροντίσαι τἀληθοῦς πλέον τι.

7. Δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος τὸ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, ἣν Κασπίαν καλοῦμεν, μέχρι τῶν κατ' Ἰνδοὺς Σκυθῶν. τρίτον δὲ μέρος τὸ συνεχὲς τῷ λεχθέντι ἰσθμῷ καὶ ἀεὶ τὰ ἑξῆς τούτῳ καὶ ταῖς Κασπίαις πύλαις, τῶν ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Εὐρώπης ἐγγυτάτω· ταῦτα δ' ἐστὶ Μηδία καὶ Ἀρμενία καὶ Καππαδοκία καὶ τὰ μεταξύ. τέταρτον δ' ἡ ἐντὸς Ἅλυος γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ Ταύρῳ καὶ ἐκτὸς ὅσα εἰς τὴν χερρόνησον ἐμπίπτει, ἣν ποιεῖ ὁ διείργων ἰσθμὸς τήν τε Ποντικὴν καὶ τὴν Κιλικίαν θάλασσαν. τῶν δὲ ἄλλων, τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, τήν τε Ἰνδικὴν τίθεμεν καὶ τὴν Ἀριανὴν μέχρι τῶν ἐθνῶν τῶν καθηκόντων πρός τε τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον καὶ τὸν Νεῖλον καὶ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος καὶ τὸ Ἰσσικόν.

ΚΕΦ. Β.

Οὕτω δὲ διακειμένων, τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν καὶ τὸν Ὠκεανὸν Σκυθῶν τινὲς νομάδες καὶ ἁμάξοικοι, ἐνδοτέρω δὲ τούτων Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ Σιρακοί, μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες, οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ καὶ σκηνῖται καὶ γεωργοί· περὶ δὲ τὴν λίμνην Μαιῶται· πρὸς δὲ τῇ θαλάττῃ τοῦ Βοσπόρου τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ καὶ ἡ Σινδική· μετὰ δὲ ταύτην Ἀχαιοὶ καὶ Ζυγοὶ καὶ Ἡνίοχοι, Κερκέται τε καὶ Μακροπώγωνες. ὑπέρκεινται δὲ τούτων καὶ τὰ τῶν Φθειροφάγων στενά· μετὰ δὲ τοὺς Ἡνιόχους ἡ Κολχίς, ὑπὸ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι κειμένη καὶ τοῖς Μοσχικοῖς. ἐπεὶ δ' ὅριον ὑπόκειται τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ὁ Τάναϊς ποταμός, ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι τὰ καθ' ἕκαστα ὑπογράψομεν.

2. Φέρεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν μερῶν, οὐ μὴν ὡς ἂν κατὰ διάμετρον ἀντίρρους τῷ Νείλῳ, καθάπερ νομίζουσιν οἱ πολλοί, ἀλλὰ ἑωθινώτερος ἐκείνου, παραπλησίως ἐκείνῳ τὰς ἀρχὰς ἀδήλους ἔχων· ἀλλὰ τοῦ μὲν πολὺ τὸ φανερόν, χώραν διεξιόντος πᾶσαν εὐεπίμικτον καὶ μακροὺς ἀνάπλους ἔχοντος· τοῦ δὲ Ταναΐδος τὰς μὲν ἐκβολὰς ἴσμεν (δύο δ' εἰσὶν εἰς τὰ ἀρκτικώτατα μέρη τῆς Μαιώτιδος, ἑξήκοντα σταδίους ἀλλή-

quam sequatur probabilitatem, quando tam aliena a ratione pronunciat de rebus manifestis, idque quum Pompeii amicus fuerit, qui exercitum in Iberos Albanosque duxit, ad utrumque usque mare, Caspium ac Colchicum. Etenim Pompeium ajunt, quum Rhodum venisset, quo tempore ad bellum piraticum proficiscebatur (mox etiam adversus Mithridatem ducturus et gentes ad Caspium usque mare sitas), disputanti Posidonio affuisse, inque suo discessu eum interrogasse, ecquid mandaret : illum vero dixisse,

Rem gere præclare, atque aliis præstare memento.

Adde his quod etiam historiam rerum ejus gestarum conscripsit. Propter hæc igitur oportebat eum veri majorem habere rationem.

7. Secunda Asiæ pars censeri potest ea quæ sunt supra mare Hyrcanum, quod [*etiam*] Caspium vocamus, usque ad Indis propinquos Scythas. Tertia vero pars ea regio quæ dicto isthmo contigua est, et quæ deinceps ei et Caspiis portis succedunt intra Taurum et Europæ proxima; hæc vero sunt Media, Armenia, Cappadocia et his interjectæ regiones. Quarta pars comprehendit quæ intra Halyn flumen jacent, inque ipso Tauro sunt, et quæ extra Taurum sita excidunt in peninsulam, quam isthmus facit Ponticum mare a Cilicio dirimens. In reliquis, extra Taurum sitis, Indiam ponimus et Arianam usque ad gentes, quæ pertinent ad mare Persicum, Arabicum sinum, Nilum, pelagus Ægyptium et Issicum.

CAP. II.

Hac dispositione facta, primam partem incolunt septentrionem versus et Oceanum Scythæ quidam nomades et hamaxœci sive in plaustris degentes vitam, et citra hos Sarmatæ, ipsi quoque Scythæ, Aorsi et Siraci, usque ad Caucasios montes ad meridiem pertinentes : quorum alii vagi sunt, alii scenitæ sive in tentoriis habitantes, ac georgi sive agricolæ. Circa paludem Mæotidem sunt Mæotæ; ad mare vero est Bosporanæ regionis pars Asiatica et Sindica; post hanc sequuntur Achæi, Zygi, Heniochi, Cercetæ et Macropogones, id est longibarbi : supra hos sunt Phthirophagorum, id est pediculos vorantium, fauces. Post Heniochos Colchis est, sub Caucasiis et Moschicis montibus. Quoniam vero limitem Europæ et Asiæ posuimus Tanain fluvium, inde sumpto principio singula jam nunc describemus.

2. Tanais a partibus defertur septentrionalibus quidem, non tamen ita, ut e regione ad lineam contra Nilum fluat, ut plerique opinantur, sed Nilo magis est orientalis, itidem incognitos habens fontes. Sed Nili magna pars nota est, quum regio per quam labitur, tota sit accessu facilis, et longas ipse habeat subvectiones; Tanaidis vero ostia quidem novimus (duo autem sunt, quibus is in partes Mæotidis maxime septentrionales sese exonerat, stadiis

λων διέχουσαι), τοῦ δ' ὑπὲρ τῶν ἐκβολῶν ὀλίγον τὸ γνώριμόν ἐστι διὰ τὰ ψύχη καὶ τὰς ἀπορίας τῆς χώρας, ἃς οἱ μὲν αὐτόχθονες δύνανται φέρειν, σαρξὶ καὶ γάλακτι τρεφόμενοι νομαδικῶς, οἱ δ' ἀλλοεθνεῖς οὐχ ὑπομένουσιν. ἄλλως τε οἱ νομάδες δυσεπίμικτοι τοῖς ἄλλοις ὄντες καὶ πλήθει καὶ βίᾳ διαφέροντες ἀποκεκλείκασιν, εἰ καί τι πορεύσιμον τῆς χώρας ἐστὶν ἢ εἴ τινας τετύχηκεν ἀνάπλους ἔχων ὁ ποταμός. ἀπὸ δὲ τῆς αἰτίας ταύτης οἱ μὲν ὑπέλαβον τὰς πηγὰς ἔχειν αὐτὸν ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι, πολὺν δ' ἐνεχθέντα ἐπὶ τὰς ἄρκτους, εἶτ' ἀναστρέψαντα ἐκβάλλειν εἰς τὴν Μαιῶτιν· τούτοις δὲ ὁμοδοξεῖ καὶ Θεοφάνης ὁ Μιτυληναῖος· οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ Ἴστρου φέρεσθαι· σημεῖον δὲ φέρουσιν οὐδὲν τῆς πόρρωθεν οὕτω ῥύσεως καὶ ἀπ' ἄλλων κλιμάτων, ὥσπερ οὐ δυνατὸν ὂν καὶ ἐγγύθεν καὶ ἀπὸ τῶν ἄρκτων.

3. Ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ καὶ τῇ λίμνῃ πόλις ὁμώνυμος οἰκεῖται Τάναϊς, κτίσμα τῶν τὸν Βόσπορον ἐχόντων Ἑλλήνων· νεωστὶ μὲν οὖν ἐξεπόρθησεν αὐτὴν Πολέμων ὁ βασιλεὺς ἀπειθοῦσαν. ἦν δ' ἐμπόριον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ τῶν Εὐρωπαίων νομάδων καὶ τῶν ἐκ τοῦ Βοσπόρου τὴν λίμνην πλεόντων, τῶν μὲν ἀνδράποδα ἀγόντων καὶ δέρματα καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν νομαδικῶν, τῶν δ' ἐσθῆτα καὶ οἶνον καὶ τἆλλα, ὅσα τῆς ἡμέρου διαίτης οἰκεῖα, ἀντιφορτιζομένων. πρόκειται δ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις τοῦ ἐμπορίου νῆσος Ἀλωπεκία, κατοικία μιγάδων ἀνθρώπων· ἔστι δὲ καὶ ἄλλα νησίδια πλησίον ἐν τῇ λίμνῃ. διέχει δὲ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος εὐθυπλοοῦσι ἐπὶ τὰ βόρεια δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους ὁ Τάναϊς, οὐ πολὺ δὲ πλείους εἰσὶ παραλεγομένῳ τὴν γῆν.

4. Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ παρὰ γῆν πρῶτον μέν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Τανάιδος προϊοῦσιν ἐν ὀκτακοσίοις ὁ μέγας καλούμενος Ῥομβίτης, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστα ἁλιεύματα τῶν εἰς ταριχείας ἰχθύων· ἔπειτα ἐν ἄλλοις ὀκτακοσίοις ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης [καὶ] ἄκρα, ἔχουσα καὶ αὐτὴ ἁλιείας ἐλάττους· ἔχουσι δὲ οἱ μὲν [περὶ τὸν] πρότερον νησία ὁρμητήρια, οἱ δ' ἐν τῷ μικρῷ Ῥομβίτῃ αὐτοί εἰσιν οἱ Μαιῶται ἐργαζόμενοι· οἰκοῦσι γὰρ ἐν τῷ παράπλῳ τούτῳ παντὶ οἱ Μαιῶται, γεωργοὶ μέν, οὐχ ἧττον δὲ τῶν νομάδων πολεμισταί. διῄρηνται δὲ εἰς ἔθνη πλείω, τὰ μὲν πλησίον τοῦ Τανάιδος ἀγριώτερα, τὰ δὲ συνάπτοντα τῷ Βοσπόρῳ χειροήθη μᾶλλον. ἀπὸ δὲ τοῦ μικροῦ Ῥομβίτου στάδιοί εἰσιν ἑξακόσιοι ἐπὶ Τυράμβην καὶ τὸν Ἀντικείτην ποταμόν· εἶθ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν ἐπὶ τὴν κώμην τὴν Κιμμερικήν, ἥτις ἐστὶν ἀφετήριον τοῖς τὴν λίμνην πλέουσιν· ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ καὶ σκοπαί τινες λέγονται Κλαζομενίων.

5. Τὸ δὲ Κιμμερικὸν πόλις ἦν πρότερον ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένη, τὸν ἰσθμὸν τάφρῳ καὶ χώματι κλείουσα· ἐκέκτηντο δ' οἱ Κιμμέριοι μεγάλην ποτὲ ἐν τῷ Βοσπόρῳ δύναμιν, διόπερ καὶ Κιμμερικὸς Βόσπορος ὠνομάσθη. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου μέχρι Ἰωνίας ἐπιδρα-

sexaginta inter se distantia), quod autem supra ostia est, ejus pars exigua est cognita ob frigus et incommoditates regionis, quas indigenæ possunt tolerare, carnibus et lacte viventes Nomadum more, exteri sustinere non possunt. Alias etiam Nomades isti, a commerciis ceterarum nationum alieni, multitudine ac viribus præpotentes, occluserunt itinera regionum, si quæ erant permeabiles, et subvectiones si quas fluvius habebat. Hac de causa quidam censuerunt, eum e Caucasiis montibus ortum magno alveo adversus septentriones ferri, indeque retro labentem in Mæotin exire: his Theophanes quoque Mitylenæus assentitur. Alii a superioribus Istri partibus ferri existimant; neque tamen ullum afferunt signum tam longinqui et ex diversis climatibus defluxus: quasi non potuerit e vicinia et a septentrione delabi.

3. Ad flumen et paludem urbs sita est, Tanais ipsa quoque appellata, condita a Græcis Bosporum incolentibus. Hanc jussa facere detrectantem rex Polemo nuper evastavit: commune fuit emporium Europæorum Asianorumque Nomadum et eorum, qui a Bosporo per paludem navigabant: alteris mancipia et pelles afferentibus, et quæ aliæ sunt Nomadum merces, alteris vestem, vinum aliaque ad cicurem vitam pertinentia permutantibus. Ante emporium ad centum stadia sita est Alopecia insula, quam convenæ homines habitant. Sunt etiam aliæ parvæ insulæ pone in palude. Tanais a faucibus Mæotidis paludis abest recta adversus septentrionem navigatione stadiis bis mille et ducentis: neque multo plura sunt, si quis oram legat.

4. Naviganti juxta terram a Tanai primum intra octingenta stadia fluvius occurrit, qui magnus Rhombites dicitur, in quo plurimi pisces ad salsamenta capiuntur; deinde ad alia octingenta stadia Rhombites parvus, et promontorium, quod et ipsum capturas habet piscium, sed minores. [*Nomades qui accolunt?*] priorem, pro receptaculis usurpant minutas insulas; in minore Rhombite ipsi Mæotæ opus faciunt: nam per totam hanc oram Mæotæ habitant, agricolæ illi quidem, sed non minus quam Nomades bellicosi. Dividuntur in gentes complures, quarum propiores Tanaidi feriores sunt, Bosporo vicini mansuetiores. A Rhombite minore sexcenta sunt stadia ad Tyramben et Anticitam fluvium: deinde centum et viginti ad pagum Cimmericum, ubi naves solvunt, qui paludem navigant. In ora hac etiam speculæ quædam sunt, quæ Clazomeniorum dicuntur.

5. Cimmericum quondam urbs erat in peninsula sita, isthmum fossa et aggere claudens. Quodam enim tempore magna fuit Cimmeriorum in Bosporo potentia, quare etiam Cimmerius Bosporus dictus est. Hi sunt, qui regiones mediterraneas a dextra Ponti sitas usque ad Ioniam incursionibus vexaverunt. Atque hos quidem Scythæ istis e locis

μόντες. τούτους μὲν οὖν ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων Σκύθαι, τοὺς δὲ Σκύθας Ἕλληνες οἱ Παντικάπαιον καὶ τὰς ἄλλας οἰκίσαντες πόλεις τὰς ἐν Βοσπόρῳ.

6. Εἶτ' ἐπὶ τὴν Ἀχίλλειον κώμην εἴκοσιν, ἐν ᾗ τὸ Ἀχιλλέως ἱερόν· ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ στενώτατος πορθμὸς τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, ὅσον εἴκοσι σταδίων ἢ πλειόνων, ἔχων ἐν τῇ περαίᾳ κώμην τὸ Μυρμήκιον· † πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ Ἡρακλείου καὶ τὸ Παρθένιον.

7. Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ Σατύρου μνῆμα ἐνενήκοντα στάδιοι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπ' ἄκρας τινὸς χωστὸν ἀνδρὸς τῶν ἐπιφανῶς δυναστευσάντων τοῦ Βοσπόρου.

8. Πλησίον δὲ κώμη Πατραεύς, ἀφ' ἧς ἐπὶ κώμην Κοροκονδάμην ἑκατὸν τριάκοντα· αὕτη δ' ἐστὶ τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας. καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ Ἀχίλλειον καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν διατείνων μέχρι πρὸς τὴν Κοροκονδάμην καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῇ κώμιον τῆς Παντικαπαίων γῆς, [ᾧ] ὄνομα Ἄκρα, ἑβδομήκοντα σταδίων διειργόμενον πορθμῷ· μέχρι γὰρ δεῦρο καὶ ὁ κρύσταλλος διατείνει, πηττομένης τῆς Μαιώτιδος κατὰ τοὺς κρυμούς, ὥστε πεζεύεσθαι. ἅπας δ' ἐστὶν εὐλίμενος ὁ στενωπὸς οὗτος.

9. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Κοροκονδάμης εὐμεγέθης λίμνη, ἣν καλοῦσιν ἀπ' αὐτῆς Κοροκονδαμῖτιν· ἐκδίδωσι δ' ἀπὸ δέκα σταδίων τῆς κώμης εἰς τὴν θάλατταν· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν λίμνην ἀπορρώξ τις τοῦ Ἀντικείτου ποταμοῦ, καὶ ποιεῖ νῆσον περίκλυστόν τινα ταύτῃ τε τῇ λίμνῃ καὶ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ ποταμῷ. τινὲς δὲ καὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν Ὕπανιν προσαγορεύουσι, καθάπερ καὶ τὸν πρὸς τῷ Βορυσθένει.

10. Εἰσπλεύσαντι δ' εἰς τὴν Κοροκονδαμῖτιν ἥ τε Φαναγορία ἐστί, πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κῆποι καὶ Ἑρμώνασσα καὶ τὸ Ἀπάτουρον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν· ὧν ἡ Φαναγορία καὶ οἱ Κῆποι κατὰ τὴν λεχθεῖσαν νῆσον ἵδρυνται, εἰσπλέοντι ἐν ἀριστερᾷ, αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος ἐν τῇ Σινδικῇ. ἔστι δὲ καὶ Γοργιπία ἐν (δὲ) τῇ Σινδικῇ, τὸ βασίλειον τῶν Σινδῶν, πλησίον θαλάττης, καὶ Ἀβοράκη. τοῖς δὲ τοῦ Βοσπόρου δυνάσταις ὑπήκοοι ὄντες ἅπαντες Βοσπορανοὶ καλοῦνται· καὶ ἔστι τῶν μὲν Εὐρωπαίων Βοσπορανῶν μητρόπολις τὸ Παντικάπαιον, τῶν δ' Ἀσιανῶν τὸ Φαναγόρειον (καλεῖται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις), καὶ δοκεῖ τῶν μὲν ἐκ τῆς Μαιώτιδος καὶ τῆς ὑπερκειμένης βαρβάρου κατακομιζομένων ἐμπόριον εἶναι τὰ Φαναγόρεια, τῶν δ' ἐκ τῆς θαλάττης ἀναφερομένων ἐκεῖσε τὸ Παντικάπαιον. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου· ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ ἐπίθετον τῆς θεοῦ μῦθόν τινα προστησάμενοι, ὡς, ἐπιθεμένων ἐνταῦθα τῇ θεῷ τῶν Γιγάντων, ἐπικαλεσαμένη τὸν Ἡρακλέα κρύψειεν ἐν κευθμῶνί τινι, εἶτα τῶν Γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ἕνα τῷ Ἡρακλεῖ παραδιδοίη δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης.

11. Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σινδοὶ καὶ Δαν-

expulerunt: Scythas Græci, qui Panticapæum et alias in Bosporo urbes condiderunt.

6. Deinceps ad Achilleum pagum stadia viginti, ubi fanum est Achillis. Ibi angustissimus est trajectus oris Mæoticæ paludis, viginti circiter aut amplius stadiorum: in altera continente opponitur Myrmecium pagus. In vicinia Heraclei (*Heracleum?*) est et Parthenium.

7. Inde ad Satyri monumentum stadia nonaginta: id est in quodam promontorio aggestus tumulus in memoriam viri cujusdam, qui in Bosporo potentia claruit.

8. Prope pagus est Patraeus: inde ad pagum Corocondamen stadia centum triginta. Hic est finis Bospori Cimmerici. Sic autem fauces appellantur in ore Mæotidis ab angustiis, quæ juxta Achilleum et Myrmecium sunt, pertinentes usque ad Corocondamen et huic oppositum vicum Panticapæorum terræ, qui Acra dicitur, freto stadiorum septuaginta diremtus: eo usque etiam glacies pervenit, Mæotide per hiemem congelante, ita ut pedibus transiri possit. Totæ illæ angustiæ portus habent bonos.

9. Supra Corocondamen lacus est permagnus, quem ab ea vocant Corocondamitin; is ad decem a pago stadia in mare effluit. In lacum hunc etiam brachium Anticitæ fluvii influit, insulamque efficit ambitam palude hac et Mæotide et fluvio. Sunt qui hunc quoque fluvium Hypanin appellent, ut eum, qui est apud Borysthenem.

10. Ubi in Corocondamitin navigaveris, Phanagoria est memorabilis urbs, et Cepi et Hermonassa et Apaturum Veneris fanum. De his Phanagoria et Cepi in insula quam diximus sitæ sunt ad lævam innaviganti: reliqua oppida ad dextram trans Hypanim in Sindica. In Sindica etiam Gorgipia (*codd.* Gorgiptia) est, et Sindorum regia vicina mari et Aborace. Quia autem regulis Bospori hi parent, universi Bosporani dicuntur. Caput Europæorum Bosporanorum est Panticapæum, Asianorum Phanagorium (*codd.* Φανάρου) (nam sic quoque urbs vocatur). Et videtur Phanagoria emporium esse eorum, quæ ex Mæotide supraque sitis barbaris regionibus devehuntur; Panticapæum eorum, quæ e mari eodem afferuntur. Phanagoriæ quoque templum Veneris Apaturi insigne. Nomen interpretantur fabulam quandam afferentes; nempe Venerem, quum eam Gigantes ibi adorirentur, Herculem accivisse, inque spelunca quadam abscondidisse, deinde singulos Gigantes excepisse, et Herculi unum post alium per fraudem (ἐξ ἀπάτης) necandum præbuisse.

11. De Mæotis et ipsi sunt Sindi et Dandarii, Toreatæ,

δάριοι καὶ Τορεάται καὶ Ἄγροι καὶ Ἀρρηχοί, ἔτι δὲ Τάρπητες, Ὀβιδιακηνοί, Σιττακηνοί, Δόσκοι, ἄλλοι πλείους· τούτων δ' εἰσὶ καὶ οἱ Ἀσπουργιανοί, μεταξὺ Φαναγορίας οἰκοῦντες καὶ Γοργιπίας ἐν πεντακοσίοις σταδίοις, οἷς ἐπιθέμενος Πολέμων ὁ βασιλεὺς ἐπὶ προσποιήσει φιλίας, οὐ λαθὼν ἀντεστρατηγήθη καὶ ζωγρίᾳ ληφθεὶς ἀπέθανε. τῶν τε συμπάντων Μαιωτῶν τῶν Ἀσιανῶν οἱ μὲν ὑπήκουον τῶν τὸ ἐμπόριον ἐχόντων τὸ ἐν τῷ Τανάιδι, οἱ δὲ τῶν Βοσπορανῶν· τοτὲ δ' ἀφίσταντο ἄλλοτ' ἄλλοι. πολλάκις δ' οἱ τῶν Βοσπορανῶν ἡγεμόνες καὶ τὰ μέχρι τοῦ Τανάιδος κατεῖχον, καὶ μάλιστα οἱ ὕστατοι, Φαρνάκης καὶ Ἄσανδρος καὶ Πολέμων. Φαρνάκης δέ ποτε καὶ τὸν Ὕπανιν τοῖς Δανδαρίοις ἐπαγαγεῖν λέγεται διά τινος παλαιᾶς διώρυγος, ἀνακαθάρας αὐτήν, [καὶ] κατακλύσαι τὴν χώραν.

12. Μετὰ δὲ τὴν Σινδικὴν καὶ τὴν Γοργιπίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων παραλία, τὸ πλέον ἀλίμενος καὶ ὀρεινή, τοῦ Καυκάσου μέρος οὖσα. ζῶσι δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλατταν ληστηρίων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτά, στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα, σπάνιον δὲ τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα· καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας. φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατιᾶς τοὺς μὲν Φθιώτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαΐαν οἰκίσαι, Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, ὧν ἦρχον Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι, καὶ τοὺς Ἡνιόχους ἀπὸ τούτων εἰκὸς ὠνομάσθαι. τῶν δ' οὖν καμαρῶν στόλους κατασκευαζόμενοι καὶ ἐπιπλέοντες τοτὲ μὲν ταῖς ὁλκάσι, τοτὲ δὲ χώρᾳ τινὶ ἢ καὶ πόλει θαλαττοκρατοῦσι. προσλαμβάνουσι δ' ἔσθ' ὅτε καὶ οἱ τὸν Βόσπορον ἔχοντες, ὑφόρμους χορηγοῦντες καὶ ἀγορὰν καὶ διάθεσιν τῶν ἁρπαζομένων· ἐπανιόντες δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία, ναυλοχεῖν οὐκ ἔχοντες, ἀναθέμενοι τοῖς ὤμοις τὰς καμάρας ἀναφέρουσιν ἐπὶ τοὺς δρυμούς, ἐν οἷσπερ καὶ οἰκοῦσι, λυπρὰν ἀροῦντες γῆν· καταφέρουσι δὲ πάλιν, ὅταν ᾖ καιρὸς τοῦ πλεῖν. τὸ δ' αὐτὸ ποιοῦσι καὶ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ, γνώριμα ἔχοντες ὑλώδη χωρία, ἐν οἷς ἀποκρύψαντες τὰς καμάρας αὐτοὶ πλανῶνται πεζῇ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀνδραποδισμοῦ χάριν. ἃ δ' ἂν λάβωσιν ἐπίλυτρα ποιοῦσι ῥᾳδίως, μετὰ τοὺς ἀνάπλους μηνύοντες τοῖς ἀπολέσασιν. ἐν μὲν οὖν τοῖς δυναστευομένοις τόποις ἐστί τις βοήθεια ἐκ τῶν ἡγεμόνων τοῖς ἀδικουμένοις· ἀντεπιτίθενται γὰρ πολλάκις καὶ κατάγουσιν αὐτάνδρους τὰς καμάρας· ἡ δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις ἀβοηθητοτέρα ἐστὶ διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν πεμπομένων.

13. Τοιοῦτος μὲν ὁ τούτων βίος· δυναστεύονται δὲ καὶ οὗτοι ὑπὸ τῶν καλουμένων Σκηπτούχων· καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι ὑπὸ τυράννοις ἢ βασιλεῦσίν εἰσιν. οἱ γοῦν Ἡνίοχοι τέτταρας εἶχον βασιλέας, ἡνίκα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ, φεύγων ἐκ τῆς προγονικῆς εἰς Βόσπορον, διῄει τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ αὕτη μὲν ἦν πορεύσιμος αὐτῷ, τῆς δὲ τῶν Ζυγίων ἀπογνοὺς διά τε δυσχερείας καὶ ἀγριότητας τῇ παραλίᾳ χαλεπῶς ᾔει, τὰ πολλὰ

Agri, Arrechi (*codd.* Arrichi), Tarpetes, Obidiaceni, Sittaceni, Dosci et alii plures, inter quos sunt etiam Aspurgiani, inter Phanagoriam habitantes et Gorgipiam ad quingenta stadia; quibus quum insidiaretur sub amicitiæ prætextu rex Polemo, re comperta, ipse adversariorum arte circumventus in potestatem eorum vivus pervenit et interiit. De universis Mæotis Asianis alii paruerunt emporium Tanaidis tenentibus, alii Bosporanis; interdum autem modo hi modo illi defecerunt. Sæpe Bosporani reguli etiam usque ad Tanain omnia obtinuerunt, maxime ultimi eorum, Pharnaces et Asander (*codd.* Casander *vel* Cassander) et Polemo. Pharnacen etiam ferunt Hypanin fluvium, expurgata quadam vetere fossa, Dandariis induxisse, agrumque eorum proluisse.

12. Post Sindicam et Gorgipiam ad mare ora est Achæorum et Zygorum et Heniochorum, maxima sui parte importuosa et montosa, utpote portio Caucasi. Vivunt isti e prædationibus maritimis, lembos habentes exiles, angustos atque leves, qui viginti quinque circiter hominum capaces sunt, raroque usque ad triginta excipere possunt: Græci camaras vocant. Aiunt ab Iasonis expeditione Phthiotas Achæos Achaiam, quæ istic est, incolis frequentasse, Heniochiam vero Lacones sub ducibus Rheca et Amphistrato, aurigis Castorum, a quibus Heniochos sive Aurigas gentem nominari sit probabile. Istarum igitur camararum classe parata modo onerarias naves, modo regionem urbemve aliquam aggredientes maris imperium obtinent. Nonnunquam eos Bosporani adjuvant, navalia eis suppeditantes, et forum ac prædæ distrahendæ opportunitatem. Domum reversi, quum navalibus careant, camaras humeris impositas in silvas portant, in quibus etiam habitant, parum fertilem arantes tellurem; rursumque ad mare eas deportant, ubi navigandi tempus advenerit. Idem faciunt etiam in alieno solo, cognita habentes silvestria loca, in quibus postquam camaras abscondiderunt, ipsi pedites noctu diuque vagantur hominum capiendorum gratia. Facile autem homines abductos patiuntur redimi, iis, qui amiserunt, rem, postquam avecti fuerint, significantes. Iis sane in regionibus, quibus princeps aliquis præest, injuria affectis præsidium in magistratu est aliquod; sæpe enim prædones vicissim adoriuntur, camarasque una cum vectoribus abducunt. Quæ vero Romanis subsunt, minus habent auxilii, ob negligentiam eorum qui eo mittuntur præfectorum.

13. Talis est harum vita gentium. Sed et istæ reguntur a Sceptrigeris quos vocant; qui ipsi regibus aut tyrannis parent. Equidem Heniochi quattuor reges habebant, quo tempore Mithridates Eupator fugiens ex avita ditione in Bosporum, per ipsorum regionem transivit: nam hæc ei pervia fuit; de Zygiorum (*Zigorum*) autem transitu spem abjiciens ob locorum difficultates istorum et feritatem hominum, ægre per oram incessit, plerumque mare conscen-

ἐμβαίνων ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἕως ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν ἧκε· καὶ προσλαβόντων τούτων ἐξετέλεσε τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Φάσιδος, οὐ πολὺ τῶν τετρακισχιλίων λείπουσαν σταδίων.

14. Εὐθὺς δ' οὖν ἀπὸ τῆς Κοροκονδάμης πρὸς ἕω μὲν ὁ πλοῦς ἐστιν. ἐν δὲ σταδίοις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ὁ Σινδικός ἐστι λιμὴν καὶ πόλις, εἶτα ἐν τετρακοσίοις τὰ καλούμενα Βατά, κώμη καὶ λιμήν, καθ' ὃ μάλιστα ἀντικεῖσθαι δοκεῖ πρὸς νότον ἡ Σινώπη ταύτῃ τῇ παραλίᾳ, καθάπερ ἡ Κάραμβις εἴρηται τοῦ Κριοῦ μετώπῳ· ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος τὴν Κερκετῶν λέγει παραλίαν, ὑφόρμους ἔχουσαν καὶ κώμας, ὅσον ἐπὶ σταδίους ὀκτακοσίους καὶ πεντήκοντα· εἶτα τὴν τῶν Ἀχαιῶν σταδίων πεντακοσίων, εἶτα τὴν τῶν Ἡνιόχων χιλίων, εἶτα τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν τριακοσίων ἑξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος. οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, Ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, εἶτα Ζυγούς, εἶτα Ἡνιόχους, εἶτα Κερκέτας καὶ Μόσχους καὶ Κόλχους καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων Φθειροφάγους καὶ Σοάνας καὶ ἄλλα μικρὰ ἔθνη τὰ περὶ τὸν Καύκασον. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἡ παραλία, καθάπερ εἶπον, ἐπὶ τὴν ἕω τείνει καὶ βλέπει πρὸς νότον, ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν ἐπιστροφὴν λαμβάνει κατὰ μικρόν, εἶτ' ἀντιπρόσωπος γίνεται τῇ δύσει καὶ τελευτᾷ πρὸς τὸν Πιτυοῦντα καὶ τὴν Διοσκουριάδα· ταῦτα γὰρ τὰ χωρία τῆς Κολχίδος συνάπτει τῇ λεχθείσῃ παραλίᾳ. μετὰ δὲ τὴν Διοσκουριάδα ἡ λοιπὴ τῆς Κολχίδος ἐστὶ παραλία καὶ ἡ συνεχὴς Τραπεζοῦς, καμπὴν ἀξιόλογον ποιήσασα· εἶτα εἰς εὐθεῖαν ταθεῖσά πως πλευρὰν τὴν τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου ποιοῦσαν, τὰ βλέποντα πρὸς ἄρκτον. ἅπασα δ' ἡ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν ἄλλων παραλία μέχρι Διοσκουριάδος καὶ τῶν ἐπ' εὐθείας πρὸς νότον ἐν τῇ μεσογαίᾳ τόπων ὑποπέπτωκε τῷ Καυκάσῳ.

15. Ἔστι δ' ὄρος τοῦτο ὑπερκείμενον τοῦ πελάγους ἑκατέρου, τοῦ τε Ποντικοῦ καὶ τοῦ Κασπίου, διατειχίζον τὸν ἰσθμὸν τὸν διείργοντα αὐτά. ἀφορίζει δὲ πρὸς νότον μὲν τήν τε Ἀλβανίαν καὶ τὴν Ἰβηρίαν, πρὸς ἄρκτον δὲ τὰ τῶν Σαρματῶν πεδία· εὔδενδρον δ' ἐστὶν ὕλῃ παντοδαπῇ, τῇ τε ἄλλῃ καὶ τῇ ναυπηγησίμῳ. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων καλεῖσθαι Κάσπιον τὸν Καύκασον, ἴσως ἀπὸ τῶν Κασπίων παρονομασθέντα. ἀγκῶνες δέ τινες αὐτοῦ προπίπτουσιν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, οἵ τήν τε Ἰβηρίαν περιλαμβάνουσι μέσην καὶ τοῖς Ἀρμενίων ὄρεσι συνάπτουσι καὶ τοῖς Μοσχικοῖς καλουμένοις, ἔτι δὲ τῷ Σκυδίσῃ καὶ τῷ Παρυάδρῃ· ταῦτα δ' ἐστὶ μέρη τοῦ Ταύρου πάντα, τοῦ ποιοῦντος τὸ νότιον τῆς Ἀρμενίας πλευρόν, ἀπερρωγότα πως ἐκεῖθεν πρὸς ἄρκτον καὶ προσπίπτοντα μέχρι τοῦ Καυκάσου καὶ τῆς τοῦ Εὐξείνου παραλίας, τῆς ἐπὶ Θεμίσκυραν διατεινούσης ἀπὸ τῆς Κολχίδος.

16. Ἡ δ' οὖν Διοσκουριὰς ἐν κόλπῳ τοιούτῳ κειμένη καὶ τὸ ἑωθινώτατον σημεῖον ἐπέχουσα τοῦ σύμπαντος

dens, donec ad Achæos venit : a quibus admissus, iter perfecit e Phaside factum ad stadiorum pæne quattuor millia.

14. Recta itaque a Corocondama versus orientem navigatio est stadiis centum octoginta; inde Sindicus est portus et urbs; deinde post quadringenta stadia Bata quæ vocantur, pagus et portus; qua maxime huic oræ versus meridiem opposita videtur esse Sinope, sicut Carambin diximus Criu metopo objectam. A Batis Artemidorus Cercetarum oram recenset, stationes habentem et pagos, porrectam ad stadia fere octingenta quinquaginta; tum Achæorum oram ad stadia quingenta; inde Heniochorum ad mille stadia; post Pityunta magnum, stadiorum trecentorum sexaginta usque ad Dioscuriadem. Qui vero res Mithridatis conscripserunt (iisque major est adhibenda fides) primos Achæos dicunt, deinceps Zygos, tum Heniochos, tum Cercetas et Moschos et Colchos, et supra hos sitos Phthirophagos et Soanes aliasque exiguas gentes circa Caucasum. Initio igitur ora (ut dixi) versus ortum tendit, et in austrum respicit; a Batis autem paullatim inflectitur, deinde obvertitur occasui, desinitque ad Pityuntem et Dioscuriadem, quæ Colchidis loca dictam oram attingunt. Post Dioscuriadem reliqua est Colchidis ora, et contigua ei Trapezûs, flexum faciens insigne; deinde ora in rectum fere porrecta, latus Ponti dextrum efficit, quod septentrionem respicit. Universa Achæorum et reliquorum populorum ora usque ad Dioscuriadem et loca quæ rectâ lineâ versus meridiem in mediterraneis sunt, Caucaso subjacet.

15. Mons est Caucasus utrique superpositus mari, Euxino inquam et Caspio, isthmum, quo ea distinguuntur, tanquam murus intercludens. Distinguit versus meridiem Albaniam et Iberiam a Sarmatarum planitie versus septentrionem dissita. Arborum dives est omnis generis, quum aliarum, tum ex qua naves compingantur. Tradit Eratosthenes Caucasum ab accolis Caspium appellari, fortasse a Caspiis ita dictum. Cubitos autem quasi quosdam protendit versus meridiem, qui et Iberiam medio complectuntur, et Armeniæ montibus conjunguntur, et iis qui Moschici appellantur, item Scydisæ et Paryadræ : hi vero omnes Tauri montis partes sunt austrinum Armeniæ latus conficientis, ab eo quodammodo abrupta, et versus septentrionem prolapsa usque ad Caucasum oramque Euxini maris, quæ a Colchide ad Themiscyram porrigitur.

16. Dioscurias igitur in tali sita sinu, et orientem versus extremum continens punctum totius maris Euxini, intimus

πελάγους, μυχός τε τοῦ Εὐξείνου λέγεται καὶ ἔσχατος πλοῦς· τό τε παροιμιακῶς λεχθὲν

εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος,

οὕτω δεῖ δέξασθαι, οὐχ ὡς τὸν ποταμὸν λέγοντος τοῦ ποιήσαντος τὸ ἰάμβειον, οὐδὲ δὴ ὡς τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν κειμένην ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἀλλ' ὡς τὴν Κολχίδα ἀπὸ μέρους, ἐπεὶ ἀπό γε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς πόλεως οὐκ ἐλάττων ἑξακοσίων σταδίων λείπεται πλοῦς ἐπ' εὐθείας εἰς τὸν μυχόν. ἡ δ' αὐτὴ Διοσκουριάς ἐστι καὶ ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ τῆς Κασπίας καὶ τοῦ Πόντου καὶ ἐμπόριον τῶν ὑπερκειμένων καὶ σύνεγγυς ἐθνῶν κοινόν· συνέρχεσθαι γοῦν εἰς αὐτὴν ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ καὶ τριακόσια ἔθνη φασίν, οἷς οὐδὲν τῶν ὄντων μέλει, πάντα δὲ ἑτερόγλωττα διὰ τὸ σποράδην καὶ ἀμίκτως οἰκεῖν ὑπὸ αὐθαδείας καὶ ἀγριότητος· Σαρμάται δ' εἰσὶν οἱ πλείους, πάντες δὲ Καυκάσιοι. ταῦτα μὲν δὴ τὰ περὶ τὴν Διοσκουριάδα.

17. Καὶ ἡ λοιπὴ δὲ Κολχὶς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ πλείων ἐστί· διαρρεῖ δ' αὐτὴν ὁ Φᾶσις, μέγας ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, δεχόμενος τόν τε Γλαῦκον καὶ τὸν Ἵππον, ἐκ τῶν πλησίον ὀρῶν ἐκπίπτοντας· ἀναπλεῖται δὲ μέχρι Σαραπανῶν, ἐρύματος δυναμένου δέξασθαι καὶ πόλεως συνοικισμόν, ὅθεν πεζεύουσιν ἐπὶ τὸν Κῦρον ἡμέραις τέτταρσι δι' ἁμαξιτοῦ. ἐπίκειται δὲ τῷ Φάσιδι ὁμώνυμος πόλις, ἐμπόριον τῶν Κόλχων, τῇ μὲν προβεβλημένη τὸν ποταμόν, τῇ δὲ λίμνην, τῇ δὲ τὴν θάλατταν. ἐντεῦθεν δὲ πλοῦς ἐπ' Ἀμισοῦ καὶ Σινώπης τριῶν ἡμερῶν ἢ δύο διὰ τὸ τοὺς αἰγιαλοὺς μαλακοὺς εἶναι καὶ τὰς τῶν ποταμῶν ἐκβολάς. ἀγαθὴ δ' ἐστὶν ἡ χώρα καὶ καρποῖς πλὴν τοῦ μέλιτος (πικρίζει γὰρ τὸ πλέον) καὶ τοῖς πρὸς ναυπηγίαν πᾶσι· † πολλήν τε γὰρ καὶ φύει καὶ ποταμοῖς κατακομίζει, λινόν τε ποιεῖ πολὺ καὶ κάνναβιν καὶ κηρὸν καὶ πίτταν. ἡ δὲ λινουργία καὶ τεθρύληται· καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον, καί τινες βουλόμενοι συγγένειάν τινα τοῖς Κόλχοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν ἀπὸ τούτων πιστοῦνται. ὑπέρκειται δὲ τῶν λεχθέντων ποταμῶν ἐν τῇ Μοσχικῇ τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερόν, Φρίξου ἵδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκείνου, ὅπου κριὸς οὐ θύεται, πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν, συληθὲν δὲ ὑπὸ Φαρνάκου καθ' ἡμᾶς, καὶ μικρὸν ὕστερον ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Περγαμηνοῦ· κακωθείσης γὰρ χώρας,

νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει,

φησὶν Εὐριπίδης.

18. Τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν ὅσην ἐπιφάνειαν ἔσχεν ἡ χώρα αὕτη, δηλοῦσιν οἱ μῦθοι, τὴν Ἰάσονος στρατείαν αἰνιττόμενοι προελθόντος μέχρι καὶ Μηδίας, ἔτι δὲ πρότερον τὴν Φρίξου. μετὰ δὲ ταῦτα διαδεξάμενοι βασιλεῖς εἰς σκηπτουχίας διῃρημένην ἔχοντες τὴν χώραν μέσως ἔπραττον· αὐξηθέντος δὲ ἐπὶ πολὺ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος, εἰς ἐκεῖνον ἡ χώρα περιέστη· ἐπέμπετο δ' ἀεί τις τῶν φίλων ὕπαρχος καὶ διοικητὴς τῆς χώρας.

ejus angulus dicitur, et ultima navigatio. Proverbiale enim illud dictum,

In Phasin, ultimus qua cursus navibu 'st :

ita accipiendum est ut statuamus auctorem iambi non Phasin fluvium innuisse, aut urbem cognominem fluvio impositam, sed a parte Colchidem; quandoquidem a flumine et urbe recta in imum sinum navigatio restat haud minor sexcentis stadiis. Eadem Dioscurias etiam initium est isthmi Euxino et Caspio mari interjecti, commune emporium gentium supra et in vicinia habitantium : aiunt sane eo convenire septuaginta, nonnulli etiam quibus nulla veri cura est, vel trecentas gentes, diversarum omnes linguarum, quia sparsim et sine commerciis victitant, ob insolentiam et feritatem. Sarmatæ plerique, omnes vero Caucasii sunt. Hæc de Dioscuriade.

17. Reliqua quoque Colchis majore sui parte imminet mari. Perfluit eam Phasis magnus fluvius, ex Armenia ortus, Glaucum et Hippum recipiens, a vicinis profluentes montibus. Sursum navigatur Phasis usque ad Sarapana, quod est castellum, etiam urbs excipi in quo possit : inde terrestre iter curribus conficitur ad Cyrum diebus quattuor. Imposita est Phasidi urbs ejusdem nominis, Colchorum emporium, ab una parte fluvio, ab altera lacu, a tertia mari cincta. Inde Amisum et Sinopen est navigatio trium aut duorum (*septem aut octo?*) dierum, quod ea litora, circa (κατὰ) fluviorum ostia sint mollia breviaque. Abundat autem regio et fructibus bonis, melle dempto (quod plerumque amaroris aliquid habet), et iis rebus quæ navibus compingendis inserviunt, omnibus : multam enim materiam (ὕλην) quum ipsa producit, tum per amnes subvehit; linum quoque producit copiosum, et cannabin, ceram ac picem. Linificium vero etiam sermonibus hominum celebratum est : nam evehebatur in peregrina loca ; et qui Colchorum cum Ægyptiis cognationem demonstrare volunt, isto utuntur argumento. Supra dicta flumina in Moschica regione situm est Leucotheæ templum, a Phrixo conditum, Phrixique oraculum, ubi aries non immolatur; id opulentum pridem, nostra ætate spoliavit Pharnaces, ac paullo post Mithridates Pergamenus. Nam regione aliqua male multata,

Deûm laborant res, et honoribus carent,

inquit Euripides (*Troad.* 26).

18. Enimvero quantus antiquitus splendor ejus fuerit regionis, fabulæ ostendunt, Iasonis expeditionem sub involucro proponentes, qui vel usque ad Mediam processerit, ac antea etiam Phrixi. Postea temporis successerunt reges, qui in sceptuchias sive provincias divisam ditionem mediocri rerum statu tenuerunt. Tandem Mithridates Eupator magnam nactus potentiam, istis potitus est regionibus : ab eo subinde aliquis amicorum missus est præfectus et ad-

τούτων δὲ ἦν καὶ Μοαφέρνης, ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος πρὸς πατρός· ἦν δ' ἔνθεν ἡ πλείστη τῷ βασιλεῖ πρὸς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ὑπουργία. καταλυθέντος δὲ Μιθριδάτου, συγκατελύθη καὶ ἡ ὑπ' αὐτῷ πᾶσα καὶ διενεμήθη πολλοῖς· ὕστατα δὲ Πολέμων ἔσχε τὴν Κολχίδα, κἀκείνου τελευτήσαντος ἡ γυνὴ Πυθοδωρὶς κρατεῖ, βασιλεύουσα καὶ Κόλχων καὶ Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας καὶ τῶν ὑπερκειμένων βαρβάρων, περὶ ὧν ἐροῦμεν ἐν τοῖς ὕστερον. ἡ δ' οὖν Μοσχική, ἐν ᾗ τὸ ἱερόν, τριμερής ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δὲ Ἴβηρες, τὸ δὲ Ἀρμένιοι. ἔστι δὲ καὶ πολίχνιον ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, Φρίξου πόλις, ἡ νῦν Ἰδήεσσα, εὐερκὲς χωρίον, ἐν μεθορίοις τῆς Κολχίδος. περὶ [δὲ] τὴν Διοσκουριάδα ῥεῖ ὁ Χάρης ποταμός.

19. Τῶν δὲ συνερχομένων ἐθνῶν εἰς τὴν Διοσκουριάδα καὶ οἱ Φθειροφάγοι εἰσίν, ἀπὸ τοῦ αὐχμοῦ καὶ τοῦ πίνου λαβόντες τοὔνομα. πλησίον δὲ καὶ οἱ Σοάνες, οὐδὲν βελτίους τούτων τῷ πίνῳ, δυνάμει δὲ βελτίους, σχεδὸν δέ τι καὶ κράτιστοι κατὰ ἀλκὴν καὶ δύναμιν· δυναστεύουσι γοῦν τῶν κύκλῳ, τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες τὰ ὑπὲρ τῆς Διοσκουριάδος· βασιλέα δ' ἔχουσι καὶ συνέδριον ἀνδρῶν τριακοσίων, συνάγουσι δ', ὥς φασι, στρατιὰν καὶ εἴκοσι μυριάδων· ἅπαν γάρ ἐστι τὸ πλῆθος μάχιμον, οὐ συντεταγμένον· παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάρρους, ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρημέναις καὶ μαλλωταῖς δοραῖς· ἀφ' οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρος· † εἰ μὴ καὶ Ἴβηρας ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις καλοῦσιν ἀπὸ τῶν ἑκατέρωθι χρυσείων. χρῶνται δ' οἱ Σοάνες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας θαυμαστοῖς, [ἃ] καὶ τοὺς φαρμακτοῖς τετρωμένους βέλεσι λυπεῖ κατὰ τὴν ὀσμήν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἔθνη τὰ πλησίον τὰ περὶ τὸν Καύκασον λυπρὰ καὶ μικρόχωρα, τὸ δὲ τῶν Ἀλβανῶν ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἰβήρων, ἃ δὴ πληροῖ μάλιστα τὸν λεχθέντα ἰσθμόν, Καυκάσια καὶ αὐτὰ λέγοιτ' ἄν, εὐδαίμονα δὲ χώραν ἔχει καὶ σφόδρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένην.

ΚΕΦ. Γ.

Καὶ δὴ καὶ ἥ γε Ἰβηρία (καὶ) οἰκεῖται καλῶς τὸ πλέον πόλεσί τε καὶ ἐποικίοις, ὥστε καὶ κεραμωτὰς εἶναι στέγας καὶ ἀρχιτεκτονικὴν τὴν τῶν οἰκήσεων κατασκευὴν καὶ ἀγορὰς καὶ τἆλλα κοινά.

2. Τῆς δὲ χώρας τὰ μὲν κύκλῳ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι περιέχεται. προπεπτώκασι γάρ, ὡς εἶπον, ἀγκῶνες ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν εὔκαρποι, περιλαμβάνοντες τὴν σύμπασαν Ἰβηρίαν καὶ συνάπτοντες πρός τε τὴν Ἀρμενίαν καὶ τὴν Κολχίδα· ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ πεδίον ποταμοῖς διάρρυτον, μεγίστῳ δὲ τῷ Κύρῳ· ὃς τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, εἰσβαλὼν εὐθὺς εἰς τὸ πεδίον τὸ λεχθέν, παραλαβὼν καὶ τὸν Ἀραγῶνα, ἐκ τοῦ Καυκάσου ῥέοντα, καὶ ἄλλα ὕδατα, διὰ στενῆς ποταμίας εἰς τὴν Ἀλβανίαν ἐκπίπτει· μεταξὺ δὲ ταύτης

ministrator provinciæ; de quibus fuit etiam Moaphernes matris meæ patruus; atque hinc regi maxima fuerunt ad rem navalem subsidia. Mithridate autem everso, etiam ditio ipsius dissipata in multos est : ultimo Polemon Colchidem habuit; eoque mortuo uxor Pythodoris regnum in Colchos, Trapezuntem, Pharnaciam et supra accolentes barbaros tenuit : de quibus postea dicemus. Moschica vero, in qua templum erat, tripartita est : partem ejus Colchi, Iberes aliam, aliam Armenii tenent. Oppidulum quoque est in Iberia, Phrixi polis nomine, quæ nunc Ideessa dicitur, satis munitum, in confinio Colchidis. Apud Dioscuriadem fluit Chares fluvius.

19. De gentibus, quæ Dioscuriadem conveniunt, sunt etiam Phthirophagi, a sordibus et squalore nomen habentes. Vicini etiam Soanes sunt, nihilo illis meliores quoad sordes, potentia vero præstantiores, ac omnino fortitudine et potentia reliquos excellunt; itaque imperium exercent in circumhabitantes gentes, ipsi summa Caucasi tenentes, quæ Dioscuriadi imminent; regem habent, et concilium trecentorum virorum, conducuntque exercitum hominum, ut fertur, etiam ad ducenta millia; tota enim multitudo bellicosa est, incomposita tamen (οὐ συντ. δέ). Aiunt apud hos etiam aurum deferri a torrentibus, idque barbaros excipere alveolis perforatis et velleribus lanosis; unde etiam aurei velleris exstiterit fabula : nonnulli (ἔνιοι?) etiam Iberos occiduis Iberibus cognomines vocant ob auri utrobique metalla. Utuntur Soanes etiam veneno singulari ad cuspides inficiendas, quod sic infectis (*codd.* ἀφαρμάκτοις) telis sauciatos etiam (καὶ κατὰ) fœtore suo excruciat. Porro ceteræ gentes vicinæ circa Caucasum sterilem et angustam incolunt regionem; Albani et Iberes, quæ maxime isthmum hunc implent gentes, Caucasiæ ipsæ quoque dici possunt : solum autem tenent felix, et quod percommodum habitationi sit.

CAP. III.

Et sane quidem Iberiæ major pars probe habitatur urbibus et vicis, ita ut etiam latericia tecta sint, et domorum architectonica structura, ac fora et alia publica ædificia.

2. Pars ejus Caucasiis undique includitur montibus. Nam, ut dixi, montis ejus porriguntur versus meridiem cubiti quidam frugiferi, universam cingentes Iberiam, et pertinentes ad Armeniam et Colchidem. In medio eorum planities est fluviis irrigua, quorum Cyrus est maximus. Is in Armenia ortus statim in eam incidit planitiem, et assumpto Aragone (*Arago*) e Caucaso defluente, et aliis aquis, per angustum alveum in Albaniam se effundit. Inter hanc porro et Armeniam copiosus labens per cam-

τε καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐνεχθεὶς πολὺς διὰ πεδίων εὐβοτουμένων σφόδρα, δεξάμενος καὶ πλείους ποταμούς, ὧν ἐστιν ὅ τε Ἀλαζόνιος καὶ ὁ Σανδοβάνης καὶ ὁ Ῥοιτάκης καὶ Χάνης, πλωτοὶ πάντες, εἰς τὴν Κασπίαν ἐμβάλλει θάλατταν. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κόρος.

3. Τὸ μὲν οὖν πεδίον τῶν Ἰβήρων οἱ γεωργικώτεροι καὶ πρὸς εἰρήνην νενευκότες οἰκοῦσιν, Ἀρμενιστί τε καὶ Μηδιστὶ ἐσκευασμένοι, τὴν δ' ὀρεινὴν οἱ πλείους καὶ μάχιμοι κατέχουσι, Σκυθῶν δίκην ζῶντες καὶ Σαρματῶν, ὧνπερ καὶ ὅμοροι καὶ συγγενεῖς εἰσιν· ἅπτονται δ' ὅμως καὶ γεωργίας, πολλάς τε μυριάδας συνάγουσιν καὶ ἐξ ἑαυτῶν καὶ ἐξ ἐκείνων, ἐπειδάν τι συμπέσῃ θορυβῶδες.

4. Τέτταρες δ' εἰσὶν εἰς τὴν χώραν εἰσβολαί· μία μὲν διὰ Σαραπανῶν, φρουρίου Κολχικοῦ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸ στενῶν, δι' ὧν ὁ Φᾶσις γεφύραις ἑκατὸν καὶ εἴκοσι περατὸς γενόμενος διὰ τὴν σκολιότητα καταρρεῖ τραχὺς καὶ βίαιος εἰς τὴν Κολχίδα, πολλοῖς χειμάρροις κατὰ τὰς ἐπομβρίας ἐκχαραδρουμένων τῶν τόπων. γεννᾶται δ' ἐκ τῶν ὑπερκειμένων ὀρῶν πολλαῖς συμπληρούμενος πηγαῖς, ἐν δὲ τοῖς πεδίοις καὶ ἄλλους προσλαμβάνει ποταμούς, ὧν ἐστιν ὅ τε Γλαῦκος καὶ ὁ Ἵππος· πληρωθεὶς δὲ καὶ γενόμενος πλωτὸς ἐξίησιν εἰς τὸν Πόντον καὶ ἔχει πόλιν ὁμώνυμον ἐπ' αὐτῷ καὶ λίμνην πλησίον. ἡ μὲν οὖν ἐκ τῆς Κολχίδος εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐμβολὴ τοιαύτη, πέτραις καὶ ἐρύμασι καὶ ποταμοῖς χαραδρώδεσι διακεκλεισμένη.

5. Ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον νομάδων ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἀνάβασις χαλεπή, καὶ μετὰ ταύτην ποταμία στενὴ ἐπὶ τοῦ Ἀράγου ποταμοῦ τεττάρων ἡμερῶν ὁδὸν ἔχουσα ἐφ' ἕνα, φρουρεῖ δὲ τὸ πέρας τῆς ὁδοῦ τεῖχος δύσμαχον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλβανίας διὰ πέτρας πρῶτον λατομητὴ εἴσοδος, εἶτα διὰ τέλματος, ὃ ποιεῖ ὁ ποταμὸς [Ἀλαζόνιος] ἐκ τοῦ Καυκάσου καταπίπτων. ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρμενίας τὰ ἐπὶ τῷ Κύρῳ στενὰ καὶ τὰ ἐπὶ τῷ Ἀράγῳ· πρὶν γὰρ εἰς ἀλλήλους συμπεσεῖν, ἔχουσιν ἐπικειμένας πόλεις ἐρυμνὰς ἐπὶ πέτραις, διεχούσαις ἀλλήλων ὅσον ἑκκαίδεκα σταδίους, ἐπὶ μὲν τῷ Κύρῳ τὴν Ἁρμοζικήν, ἐπὶ δὲ θατέρῳ Σευσάμορα. ταύταις δὲ ἐχρήσατο ταῖς εἰσβολαῖς πρότερον Πομπήιος ἐκ τῶν Ἀρμενίων ὁρμηθείς, καὶ μετὰ ταῦτα Κανίδιος.

6. Τέτταρα δὲ καὶ γένη τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ τὴν χώραν· ἓν μὲν καὶ πρῶτον, ἐξ οὗ τοὺς βασιλέας καθιστᾶσι, κατ' ἀγχιστείαν τε καὶ ἡλικίαν τὸν πρεσβύτατον, ὁ δὲ δεύτερος δικαιοδοτεῖ καὶ στρατηλατεῖ. δεύτερον δὲ τὸ τῶν ἱερέων, οἳ ἐπιμελοῦνται καὶ τῶν πρὸς τοὺς ὁμόρους δικαίων· τρίτον δὲ τὸ τῶν στρατευομένων καὶ γεωργούντων· τέταρτον δὲ τὸ τῶν λαῶν, οἳ βασιλικοὶ δοῦλοί εἰσι, καὶ πάντα διακονοῦνται τὰ πρὸς τὸν βίον. κοιναὶ δ' εἰσὶν αὐτοῖς αἱ κτήσεις κατὰ συγγένειαν, ἄρχει δὲ καὶ ταμιεύει ἑκάστην ὁ πρεσβύτατος. τοιοῦτοι μὲν οἱ Ἴβηρες καὶ ἡ χώρα αὐτῶν.

pos optima habentes pascua, receptis etiam pluribus amnibus, inter eosque Alazonio, Sandobane, Rhœtace et Chane, qui omnes sunt navigabiles, in Caspium exit mare. Olim Corus vocabatur.

3. Campestria Iberorum agriculturæ et pacis studiosiores habitant, Armenio et Medico cultu; montana vero plurimi iique bellicosi habent, Scytharum more ac Sarmatarum viventes, quorum etiam finitimi sunt atque cognati: agriculturam tamen hi quoque attingunt: multaque hominum millia e suo corpore et ex illis cogunt, si quis incidat tumultus.

4. Quattuor sunt in Iberiam aditus. Unus per Sarapana, Colchicum castellum, et angustias, quæ pone sunt: per quas Phasis pontibus centum viginti junctus, propter obliquitatem, asper et violentus in Colchidem defluit, quum loci isti imbrium tempestate multis torrentibus exedi soleant. Oritur Phasis ex superjacentibus montibus, e multis confluens scaturiginibus; in campis autem alios in se recipit fluvios, quorum sunt Glaucus et Hippus; ita completus ac navigabilis factus, in Pontum exit; urbs ei adjacet ejusdem nominis, et lacus in vicinia. In Iberiam ergo e Colchide talis est aditus, saxis, castellis et fluviis convalles facientibus interceptus.

5. E nomadibus autem versus septentrionem degentibus tridui est adscensus difficilis: post hunc angustiæ, per quas fluvius labitur Aragus, quattuor dierum iter ad unum: munit autem extrema hujus viæ murus haud facile expugnabilis. Ab Albania per saxa principio excisa est via: deinde per paludem, quam [*Alazonius*] fluvius e Caucaso decidens efficit. Ab Armenia angustiæ sunt ad fluvios Cyrum et Aragum (?): qui antequam confluant, urbes habent munitas, saxis impositas, ad sedecim stadia inter se distantibus; Cyro Harmozica imminet, alteri fluvio Seusamora. His aditibus primum Pompeius, ex Armenia irruens, deinde Canidius usi sunt.

6. Quattuor etiam hominum genera Iberiam incolunt. Primum, e quo reges deligunt, proximum semper cognatione et ætate maximum: ab hoc secundus jus dicit exercitusque ducit. Secundum est sacerdotum, ad quos etiam cum finitimis controversiæ pertinent. Tertium est militum et agricolarum. Quartum est plebs, qui sunt servi regii, et omnia ad usus vitæ necessaria obeunt ministeria. Communes eis sunt possessiones secundum familias: imperat et gubernat quamvis earum natu maximus. Tales sunt Iberes et eorum solum.

ΚΕΦ. Δ.

Ἀλβανοὶ δὲ ποιμενικώτεροι καὶ τοῦ νομαδικοῦ γένους ἐγγυτέρω, πλὴν οὐκ ἄγριοι· ταύτῃ δὲ καὶ πολεμικοὶ μετρίως. οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ τῶν Ἰβήρων καὶ τῆς Κασπίας θαλάττης, πρὸς ἕω μὲν ἁπτόμενοι τῆς θαλάττης, πρὸς δύσιν δὲ ὁμοροῦντες τοῖς Ἴβηρσι· τῶν δὲ λοιπῶν πλευρῶν τὸ μὲν βόρειον φρουρεῖται τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι (ταῦτα γὰρ ὑπέρκειται τῶν πεδίων, καλεῖται δὲ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ μάλιστα Κεραύνια), τὸ δὲ νότιον ποιεῖ ἡ Ἀρμενία παρήκουσα, πολλὴ μὲν πεδιάς, πολλὴ δὲ καὶ ὀρεινή, καθάπερ ἡ Καμβυσηνή, καθ' ἣν ἅμα καὶ τοῖς Ἴβηρσι καὶ τοῖς Ἀλβανοῖς οἱ Ἀρμένιοι συνάπτουσιν.

2. Ὁ δὲ Κῦρος ὁ διαρρέων τὴν Ἀλβανίαν καὶ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ οἱ πληροῦντες ἐκεῖνον ταῖς μὲν τῆς γῆς ἀρεταῖς προσλαμβάνουσι, τὴν δὲ θάλατταν ἀλλοτριοῦσιν. ἡ γὰρ χοῦς προσπίπτουσα πολλὴ πληροῖ τὸν πόρον, ὥστε καὶ τὰς ἐπικειμένας νησῖδας ἐξηπειροῦσθαι καὶ τενάγη ποιεῖν ἀνώμαλα καὶ δυσφύλακτα, τὴν δ' ἀνωμαλίαν ἐπιτείνουσιν αἱ ἐκ τῶν πλημμυρίδων ἀνακοπαί. καὶ δὴ καὶ εἰς στόματα δώδεκά φασι μεμερίσθαι τὰς ἐκβολάς, τὰ μὲν τυφλά, τὰ δὲ παντελῶς † ἐπιγελῶντα καὶ μηδὲ ὕφορμον ἀπολείποντα· ἐπὶ πλείους γοῦν ἢ ἑξήκοντα σταδίους ἀμφικλύστου τῆς ἠιόνος οὔσης τῇ θαλάττῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς, ἅπαν εἶναι μέρος αὐτῆς ἀπροσπέλαστον, τὴν δὲ χοῦν καὶ μέχρι πεντακοσίων παρήκειν σταδίων, θινώδη ποιοῦσαν τὸν αἰγιαλόν. πλησίον δὲ καὶ ὁ Ἀράξης ἐμβάλλει, τραχὺς ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐκπίπτων· ἣν δὲ ἐκεῖνος προωθεῖ χοῦν, πορευτὸν ποιῶν τὸ ῥεῖθρον, ταύτην ὁ Κῦρος ἀναπληροῖ.

3. Τάχα μὲν οὖν τῷ τοιούτῳ γένει τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεῖ θαλάττης· οὐδὲ γὰρ τῇ γῇ χρῶνται κατ' ἀξίαν, πάντα μὲν (γὰρ) ἐκφερούσῃ καρπόν, καὶ τὸν ἡμερώτατον, πᾶν δὲ φυτόν· καὶ γὰρ τὰ ἀειθαλῆ φέρει· τυγχάνει δ' ἐπιμελείας οὐδὲ μικρᾶς, ἀλλὰ τἀγαθὰ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα ἅπαντα φύονται, καθάπερ οἱ στρατεύσαντές φασι, Κυκλώπειόν τινα διηγούμενοι βίον· πολλαχοῦ γοῦν σπαρεῖσαν ἅπαξ δὶς ἐκφέρειν καρπὸν ἢ καὶ τρίς, τὸν δὲ πρῶτον καὶ πεντηκοντάχουν, ἀνέαστον καὶ ταῦτα, οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν, ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ. ποτίζεται δὲ πᾶν τὸ πεδίον τοῦ Βαβυλωνίου καὶ τοῦ Αἰγυπτίου μᾶλλον τοῖς ποταμοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ὕδασιν, ὥστ' ἀεὶ ποιώδη φυλάττειν τὴν ὄψιν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ εὔβοτόν ἐστι· πρόσεστι δὲ καὶ τὸ εὐάερον ἐκείνῳ μᾶλλον. ἄσκαφοι δὲ ἄμπελοι μένουσαι διὰ τέλους, τεμνόμεναι διὰ πενταετηρίδος, νέαι μὲν διετεῖς ἐκφέρουσιν ἤδη καρπόν, τέλειαι δ' ἀποδιδόασι τοσοῦτον, ὥστ' ἀφιᾶσιν ἐν τοῖς κλήμασι πολὺ μέρος. εὐερνῆ δ' ἐστὶ καὶ τὰ βοσκήματα παρ' αὐτοῖς τά τε ἥμερα καὶ τὰ ἄγρια.

4. Καὶ οἱ ἄνθρωποι κάλλει καὶ μεγέθει διαφέρον-

CAP. IV.

Albani magis dediti sunt pascendo pecori, et affiniores vago generi, neque tamen feroces (*codd.* ἀλλότριοι), eademque de causa etiam mediocriter bellicosi. Habitant inter Iberes et mare Caspium, hoc ortum, illos versus occasum attingentes: de ceteris lateribus septentrionale munitur Caucasiis montibus, qui planitiei imminent, et, qua ad mare pertinent, Ceraunii vocantur: austrinum efficit Armenia juxta porrecta, magnam partem planities, magnam vero partem etiam montana; qualis est Cambysena, qua Armenii et Iberes et Albanos attingunt.

2. Cyrus vero Albaniam perfluens reliquique eum implentes fluvii, ad terræ quidem commoda conferunt, sed mare abalienant. Multum enim cœni ingestum implet trajectum, adeo ut insulæ quoque exiguæ propinquæ adjungantur continenti, fiantque paludes inæquales et observatu difficiles. Augent hanc inæqualitatem æstuum repercussus. Et quidem ferunt duodecim eum ostiis exire, partim cæcis, partim omnino planis (ἐπίπεδα ὄντα?) nullamque navibus stationem relinquentibus: itaque quum litus ultra sexaginta stadia mari et fluviis undique alluatur, totam ejus partem istam esse inaccessam; limum autem etiam ad quingenta stadia promoveri, et cumulis litus vadosum facere. Haud procul inde Araxes etiam influit, asper ex Armenia se proruens. Quod limi ille protrudit, alveum faciens pervium, id Cyrus aggerit.

3. Fortasse tamen tali hominum generi nihil opus est mari, quum ne terra quidem, ut par est, utantur, quæ quidem omnis generis fructum, etiam mitissimum, profert, nullamque non plantam adeoque semper quoque virentes, quum tamen ne exiguus quidem cultus adhibeatur, sed sine semente, sine vomeris usu omnia proveniunt, sicut dicunt qui ibi militarunt, Cyclopicam enarrantes vivendi rationem: nam multis ibi locis semel consitum agrum bis proferre, aut etiam ter frugem, et primam vel quinquagenam, nec illum renovari, nec ferro, sed ligneo aratro proscindi. Rigatur tota planities fluminibus aliisque aquis magis etiam quam Babylonia aut Ægyptia; itaque herbosam semper speciem præbet, et pascuis est admodum apta; aeris quoque est melior quam istic temperies. Vites nunquam omnino fodiuntur, quinquennio exacto demum putantur; novellæ secundo jam anno fructum ferunt; adultæ tantum, ut magna pars in palmitibus relinquatur. Vegeta sunt etiam apud eos animalia, tam mansueta quam fera.

4. Incolæ forma et magnitudine insignes sunt, moribus

τες, ἁπλοῖ δὲ καὶ οὐ καπηλικοί· οὐδὲ γὰρ νομίσματι τὰ πολλὰ χρῶνται, οὐδὲ ἀριθμὸν ἴσασι μείζω τῶν ἑκατόν, ἀλλὰ φορτίοις τὰς ἀμοιβὰς ποιοῦνται, καὶ πρὸς τἄλλα δὲ τὰ τοῦ βίου ῥαθύμως ἔχουσιν. ἄπειροι δ' εἰσὶ καὶ μέτρων τῶν ἐπ' ἀκριβὲς καὶ σταθμῶν, καὶ πολέμου δὲ καὶ πολιτείας καὶ γεωργίας ἀπρονοήτως ἔχουσιν· ὅμως δὲ καὶ πεζοὶ καὶ ἀφ' ἵππων ἀγωνίζονται, ψιλοί τε καὶ κατάφρακτοι, καθάπερ Ἀρμένιοι.

5. Στέλλουσι δὲ μείζω τῆς Ἰβήρων στρατιᾶς. ὁπλίζουσι γὰρ ἓξ μυριάδας πεζῶν, ἱππέας δὲ δισμυρίους καὶ δισχιλίους, ὅσοις πρὸς Πομπήιον διεκινδύνευσαν. καὶ τούτοις δὲ συμπολεμοῦσιν οἱ νομάδες πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ὥσπερ τοῖς Ἴβηρσι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἄλλως δ' ἐπιχειροῦσι τοῖς ἀνθρώποις πολλάκις, ὥστε καὶ γεωργεῖν κωλύουσιν. ἀκοντισταὶ δέ εἰσι καὶ τοξόται, θώρακας ἔχοντες καὶ θυρεούς, περίκρανα δὲ θήρεια παραπλησίως τοῖς Ἴβηρσιν. ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας καὶ ἡ Κασπιανή, τοῦ Κασπίου ἔθνους ἐπώνυμος, οὗπερ καὶ ἡ θάλαττα, ἀφανοῦς ὄντος νυνί. ἡ δ' ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἀλβανίαν εἰσβολὴ διὰ τῆς Καμβυσηνῆς ἀνύδρου τε καὶ τραχείας ἐπὶ τὸν Ἀλαζόνιον ποταμόν. θηρευτικοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ κύνες αὐτῶν εἰς ὑπερβολήν, οὐ τέχνῃ μᾶλλον ἢ σπουδῇ τῇ περὶ τοῦτο.

6. Διαφέρουσι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς· νυνὶ μὲν οὖν εἷς ἁπάντων ἄρχει, πρότερον δὲ καὶ καθ' ἑκάστην γλῶτταν ἰδίᾳ ἐβασιλεύοντο ἕκαστοι. γλῶτται δ' εἰσὶν ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς διὰ τὸ μὴ εὐεπίμικτον πρὸς ἀλλήλους. φέρει δ' ἡ γῆ καὶ τῶν ἑρπετῶν ἔνια τῶν θανασίμων καὶ σκορπίους καὶ φαλάγγια· τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν ποιεῖ γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ κλαίοντας πόθῳ τῶν οἰκείων.

7. Θεοὺς δὲ τιμῶσιν Ἥλιον καὶ Δία, Σελήνην, διαφερόντως δὲ τὴν Σελήνην. ἔστι δ' αὐτῆς τὸ ἱερὸν τῆς Ἰβηρίας πλησίον· ἱερᾶται δ' ἀνὴρ ἐντιμότατος μετά γε τὸν βασιλέα, προεστὼς τῆς ἱερᾶς χώρας, πολλῆς καὶ εὐάνδρου, καὶ αὐτῆς καὶ τῶν ἱεροδούλων, ὧν ἐνθουσιῶσι πολλοὶ καὶ προφητεύουσιν· ὃς δ' ἂν αὐτῶν ἐπὶ πλέον κατάσχετος γενόμενος πλανᾶται κατὰ τὰς ὕλας μόνος, τοῦτον συλλαβὼν ὁ ἱερεὺς ἁλύσει δήσας ἱερᾷ τρέφει πολυτελῶς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον, ἔπειτα προαχθεὶς εἰς τὴν θυσίαν τῆς θεοῦ, σὺν ἄλλοις ἱερείοις θύεται μυρισθείς. τῆς δὲ θυσίας ὁ τρόπος οὗτος· ἔχων τις ἱερὰν λόγχην, ᾗπέρ ἐστι νόμος ἀνθρωποθυτεῖν, παρελθὼν ἐκ τοῦ πλήθους, παίει διὰ τῆς πλευρᾶς εἰς τὴν καρδίαν, οὐκ ἄπειρος τοιούτου· πεσόντος δὲ σημειοῦνται μαντεῖά τινα ἐκ τοῦ πτώματος, καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἀποφαίνουσι· κομισθέντος δὲ τοῦ σώματος εἴς τι χωρίον, ἐπιβαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίῳ χρώμενοι.

8. Ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοί, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, οὐ τῶν γονέων μόνον· τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον φροντίζειν οὐδὲ μεμνῆσθαι. συγκατορύττουσι μέντοι τὰ χρήματα αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο πένητες ζῶσιν, οὐδὲν πατρῷον ἔχοντες. ταῦτα μὲν

simplices, et a cauponando alieni; neque enim pecunia plerumque utuntur neque ultra centenarium numerare noverunt, sed mercibus permutationes faciunt, et reliqua ad vitæ usum pertinentia parum curant. Imperiti sunt ponderum et mensurarum exactarum: quin et bellum ac rem civilem et agriculturam improvide obeunt. Tamen et pedites et ex equis pugnant, levi gravique armatura, ut Armenii.

5. Majorem quam Iberes exercitum (στρατιάν) ducunt. Armant enim etiam sexaginta millia peditum (*codd.* ἀνδρῶν) equitumque viginti duo millia, quantis copiis adversus Pompeium decertaverunt. His quoque in bello auxiliantur Nomades adversum exteros, ut et Iberibus eadem de causa. Interdum vero etiam gentes has adoriuntur, adeoque agricultura prohibent. Albani jaculis utuntur et sagittis; thoraces gestant ac clypeos et galeas ferinas, itidem ut Iberes. Ad Albaniam pertinet etiam Caspiana, nomen a Caspia gente gerens, unde et mari appellatio: ea vero gens nunc evanida est. Ex Iberia in Albaniam aditus per Cambysenam aqua carentem et asperam est ad fluvium Alazonium. Excellunt venatione quum Albani, tum eorum canes, non arte magis, quam studio quod ei rei impendunt.

6. Præstant etiam reges. Nunc quidem unus universis imperat; prius singuli eadem utentes lingua populi suum quisque habebant regem. Linguæ sunt iis viginti sex, quia non multis inter se commerciis devinciuntur. Fert ea regio etiam reptilia quædam et scorpios et phalangia. Phalangiorum alia cum risu necant, alia flentes suorum ob desiderium.

7. Deos colunt Solem, Jovem, Lunam; atque hanc quidem præcipue. Templum vero Lunæ est Iberiæ vicinum; sacerdotio fungitur vir primus post regem honore, qui et sacræ præest ditioni amplæ virisque abundanti et templi ministris. Horum multi, divino instinctu correpti, vaticinantur: qui vero eorum furore vehementiore agitatus solus per silvas vagatur, hunc comprehensum sacerdos sacra vincit catena, et sumptuose per illum alit annum: productus deinde ad rem sacram deæ faciendam, una cum aliis victimis mactatur, unguentis delibutus. Sacrificii ritus hic est. Quidam sacram tenens hastam, qua fas est homines sacrificandi causa interficere, e corona progressus trajecta per latus hasta cor ferit, rei hujus non imperitus. Collabente isto, ex lapsus ratione divinationes quasdam concipiunt, inque publicum enunciant; et cadaver in certum locum deferentes, id lustrandi causa universi calcant pedibus.

8. Summopere senectutem Albani venerantur, non modo parentum, sed aliorum etiam. Mortuorum autem curam gerere aut mentionem facere nefas putant. Pecunias quidem una cum defunctis sepeliunt, ideoque pauperes vivunt, nihil paternorum possidentes. Hæc de Albanis. Ferunt

περὶ Ἀλβανῶν. λέγεται δ' Ἰάσονα μετὰ Ἀρμένου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ τοὺς Κόλχους ὁρμῆσαι μέχρι τῆς Κασπίας θαλάττης, καὶ τήν τε Ἰβηρίαν καὶ τὴν Ἀλβανίαν ἐπελθεῖν καὶ πολλὰ τῆς Ἀρμενίας καὶ τῆς Μηδίας, ὡς μαρτυρεῖ τά τε Ἰασόνια καὶ ἄλλα ὑπομνήματα πλείω. τὸν δὲ Ἄρμενον εἶναι ἐξ Ἀρμενίου πόλεως, τῶν περὶ τὴν Βοιβηίδα λίμνην μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσης· τοὺς σὺν αὐτῷ τε οἰκίσαι τήν τε Ἀκιλισηνὴν καὶ τὴν Συσπιρῖτιν ἕως Καλαχανῆς καὶ Ἀδιαβηνῆς, καὶ δὴ καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐπώνυμον καταλιπεῖν.

ΚΕΦ. Ε'.

Ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι καὶ τὰς Ἀμαζόνας οἰκεῖν φασι. Θεοφάνης μὲν οὖν ὁ συστρατεύσας τῷ Πομπηίῳ καὶ γενόμενος ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς, μεταξὺ τῶν Ἀμαζόνων καὶ τῶν Ἀλβανῶν φησι Γήλας οἰκεῖν καὶ Λήγας Σκύθας, καὶ ῥεῖν ἐνταῦθα τὸν Μερμάδαλιν ποταμὸν τούτων τε καὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀνὰ μέσον. ἄλλοι δέ, ὧν καὶ ὁ Σκήψιος Μητρόδωρος καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες, Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς οἰκεῖν φασιν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια. τὸν μὲν ἄλλον χρόνον καθ' αὑτὰς αὐτουργούσας ἕκαστα, τά τε πρὸς ἄροτον καὶ φυτουργίαν καὶ τὰ πρὸς τὰς νομάς, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων, τὰς δ' ἀλκιμωτάτας † τῶν ἵππων κυνηγεσίαις πλεονάζειν καὶ τὰ πολέμια ἀσκεῖν· ἁπάσας δ' ἐπικεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν μαστὸν ἐκ νηπίων, ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις πρὸς ἀκοντισμόν· χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ καὶ σαγάρι καὶ πέλτῃ, δορὰς δὲ θηρίων ποιεῖσθαι περίκρανά τε καὶ σκεπάσματα καὶ διαζώματα· δύο δὲ μῆνας ἐξαιρέτους ἔχειν τοῦ ἔαρος, καθ' οὓς ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ πλησίον ὄρος τὸ διορίζον αὐτάς τε καὶ τοὺς Γαργαρέας. ἀναβαίνουσι δὲ κἀκεῖνοι κατὰ ἔθος τι παλαιόν, συνθύσοντές τε καὶ συνεσόμενοι ταῖς γυναιξὶ τεκνοποιίας χάριν ἀφανῶς τε καὶ ἐν σκότει, ὁ τυχὼν τῇ τυχούσῃ, ἐγκύμονας δὲ ποιήσαντες ἀποπέμπουσιν· αἱ δ' ὅ τι μὲν ἂν θῆλυ τέκωσι κατέχουσιν αὐταί, τὰ δ' ἄρρενα κομίζουσιν ἐκείνοις ἐκτρέφειν· ᾠκείωται δ' ἕκαστος πρὸς ἕκαστον, νομίζων υἱὸν διὰ τὴν ἄγνοιαν.

2. Ὁ δὲ Μερμόδας, καταράττων ἀπὸ τῶν ὀρῶν διὰ τῆς τῶν Ἀμαζόνων καὶ τῆς Σιρακηνῆς καὶ ὅση μεταξὺ ἔρημος, εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐκδίδωσι. τοὺς δὲ Γαργαρέας συναναβῆναι μὲν ἐκ Θεμισκύρας φασὶ ταῖς Ἀμαζόσιν εἰς τούσδε τοὺς τόπους, εἶτ' ἀποστάντας αὐτῶν πολεμεῖν μετὰ Θρᾳκῶν καὶ Εὐβοέων τινῶν πλανηθέντων μέχρι δεῦρο πρὸς αὐτάς, ὕστερον δὲ καταλυσαμένους τὸν πρὸς αὐτὰς πόλεμον ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι ποιήσασθαι συμβάσεις, ὥστε τέκνων συγκοινωνεῖν μόνον, ζῆν δὲ καθ' αὑτοὺς ἑκατέρους.

3. Ἴδιον δέ τι συμβέβηκε τῷ λόγῳ περὶ τῶν Ἀμα-

vero Iasonem cum Armeno Thessalo in navigatione ad Colchos instituta profectum fuisse usque ad mare Caspium, et Iberiam Albaniamque peragrasse, magnamque Armeniæ et Mediæ partem; quod et Iasonia et alia plura testentur monumenta. Armenum porro ferunt oriundum fuisse Armeno, urbe juxta Bœbeidem paludem inter Larisam et Pheras; et quos ille secum duxerit, eos incoluisse Acilisenam et Syspiritidem usque ad Calachanam et Adiabenam : illum vero Armeniæ nomen a se reliquisse.

CAP. V.

In montibus qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sane Theophanes, qui Pompeii castra secutus in Albania fuit, inter Amazonas et Albanos ait habitasse Gelas et Legas, Scythicos populos, indeque Mermadalim amnem profluere inter hos et Amazones medio spatio. Alii, atque inter hos Metrodorus Scepsius et Hypsicrates, ne ipsi quidem locorum ignari, Gargarensibus confines eas habitasse asserunt in radicibus septentrionalibus Caucasiorum montium, eorum quæ Ceraunia dicuntur. Eas reliquo tempore per se omnia curare, et plantando, arando pascendoque, equos maxime, operam ipsas navare, fortissimas etiam equis insidentes (ἐφ' ἵππων) in venationem frequentes exire et bellicam rem exercere; omnibus vero tenera adhuc ætate dextram aduri mammam, ut ad quosvis usus expedite brachium suo fungatur munere, ad jaculandum in primis; sed uti eas etiam arcu, et sagari (quod gladii genus est) et pelta; e pellibus ferarum cassides conficere, velamenta et subligacula; duos autem veris menses habere eximios, quibus adscendant in montem vicinum, eas a Gargarensibus dividentem : tum vero illi quoque adscendunt, vetere quodam instituto, ut sacrificia una peragant et prolis procreandæ causa cum mulieribus consuescant, idque in occulto inque tenebris quivis cum quavis, uti casus obtulerit. Postquam prægnantes fecerunt, domum eas dimittunt : illæ vero, si femellam pariunt, ipsæ enutriunt, sin marem, viris illis educandum mittunt; ac quivis Gargarensium puero oblato se familiarem præbet, quem nimirum ob ignorantiam suum deputet filium.

3. Mermodas (*Mermadalis*) autem e montibus per Amazonum terram se præcipitans, et Siracenam ac deserta quæ interjacent, in Mæotidem effluit. Memoriæ proditum est, Gargarenses e Themiscyra in ista loca cum Amazonibus commigrasse, deinde ab iis defecisse, adjutosque a Thracibus et Euboensibus quibusdam, qui eo usque vagati essent, bellum iis intulisse : postea composito bello pactos esse communitatem, de qua diximus, liberorum duntaxat, vita cetera seorsum transigenda.

3. Peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidit

ζόνων· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες καὶ τὸ ἱστορικὸν διωρισμένον ἔχουσι· τὰ γὰρ παλαιὰ καὶ ψευδῆ καὶ τερατώδη μῦθοι καλοῦνται, ἡ δ' ἱστορία βούλεται τἀληθές, ἄν τε παλαιὸν ἄν τε νέον, καὶ τὸ τερατῶδες ἢ οὐκ ἔχει ἢ σπάνιον· περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ νῦν καὶ πάλαι, τερατώδη τε ὄντα καὶ πίστεως πόρρω. τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὡς γυναικῶν στρατὸς ἢ πόλις ἢ ἔθνος συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ οὐ μόνον γε συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαιτο ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ κρατήσειεν οὐ τῶν ἐγγὺς μόνον, ὥστε καὶ μέχρι τῆς νῦν Ἰωνίας προελθεῖν, ἀλλὰ καὶ διαπόντιον στείλαιτο στρατείαν μέχρι τῆς Ἀττικῆς; τοῦτο γὰρ ὅμοιον, ὡς ἂν εἴ τις λέγοι, τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας γεγονέναι τοὺς τότε, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε αὐτὰ καὶ νῦν λέγεται περὶ αὐτῶν, ἐπιτείνει δὲ τὴν ἰδιότητα καὶ τὸ πιστεύεσθαι τὰ παλαιὰ μᾶλλον ἢ τὰ νῦν.

4. Κτίσεις γοῦν πόλεων καὶ ἐπωνυμίαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου καὶ Σμύρνης καὶ Κύμης καὶ Μυρίνης, καὶ τάφοι καὶ ἄλλα ὑπομνήματα· τὴν δὲ Θεμίσκυραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε. ὅπου δὲ νῦν εἰσιν, ὀλίγοι τε καὶ ἀναποδείκτως καὶ ἀπίστως ἀποφαίνονται· καθάπερ καὶ περὶ Θαληστρίας, ἣν Ἀλεξάνδρῳ συμμῖξαί φασιν ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ καὶ συγγενέσθαι τεκνοποιίας χάριν, δυναστεύουσαν τῶν Ἀμαζόνων· οὐ γὰρ ὁμολογεῖται τοῦτο· ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν, οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τοιούτου, οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι· Κλείταρχος δέ φησι τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον, εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίας εἰς Θερμώδοντα στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων.

5. Καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον θρυληθέντα οὐχ ἀνωμολόγηται παρὰ πάντων, οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν οἱ κολακείας μᾶλλον ἢ ἀληθείας φροντίζοντες· οἷον τὸ τὸν Καύκασον μετενεγκεῖν εἰς τὰ Ἰνδικὰ ὄρη καὶ τὴν πλησιάζουσαν ἐκείνοις ἑῴαν θάλατταν ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων τῆς Κολχίδος καὶ τοῦ Εὐξείνου ὀρῶν· ταῦτα γὰρ οἱ Ἕλληνες καὶ Καύκασον ὠνόμαζον, διέχοντα τῆς Ἰνδικῆς πλείους ἢ τρισμυρίους σταδίους, καὶ ἐνταῦθα ἐμύθευσαν τὰ περὶ Προμηθέα καὶ τὸν δεσμὸν αὐτοῦ· ταῦτα γὰρ τὰ ὕστατα πρὸς ἕω ἐγνώριζον οἱ τότε. ἡ δὲ ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατεία Διονύσου καὶ Ἡρακλέους ὑστερογενῆ τὴν μυθοποιίαν ἐμφαίνει, ἅτε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τὸν Προμηθέα λῦσαι λεγομένου χιλιάσιν ἐτῶν ὕστερον. καὶ ἦν μὲν ἐνδοξότερον τὸ τὸν Ἀλέξανδρον μέχρι τῶν Ἰνδικῶν ὀρῶν καταστρέψασθαι τὴν Ἀσίαν ἢ μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Εὐξείνου καὶ τοῦ Καυκάσου· ἀλλ' ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα καὶ τὸ τοὺς περὶ Ἰάσονα δοκεῖν μακροτάτην στρατείαν τελέσαι τὴν μέχρι τῶν πλησίον Καυκάσου καὶ τὸ τὸν Προμηθέα παραδεδόσθαι δεδεμένον ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χα-

Reliquæ enim fabulas a vera historia separatas habent; etenim antiqua, falsa et portentosa, fabulæ vocantur, historia autem veritatem requirit, sive prisca ea sive nova sit; monstrosa aut nulla admittit, aut raro. De Amazonibus vero eadem et nunc et antiquitus traduntur prodigiosa et a fide procul remota. Quis enim crediderit mulierum exercitum aut civitatem aut gentem absque viris constitisse? ac non constitisse modo, sed expeditiones etiam fecisse in aliorum ditionem, ac non viciniam modo subegisse et usque ad eam, quæ nunc est Ionia, progressum, sed et trans mare ad Atticam usque copias emisisse? Perinde enim hoc est, ac si quis diceret, viros ea tempestate mulieres, mulieres viros fuisse. Attamen hæc ipsa etiamnunc de iis prædicantur: augetque rei singularis admirationem, quod antiquis quam recentibus fides facilius adhibetur.

4. Urbes itaque ab iis conditæ denominatæque feruntur, ut Ephesus, Smyrna, Cuma, Myrina, et sepulcra (*codd.* πάφου s. πάφαι) earum aliaque monumenta memorantur, atque Themiscyram et campos juxta Thermodontem, montesque supra positos omnes Amazonibus adscribunt, aiuntque inde eas expulsas fuisse. Ubi vero nunc sint, id pauci sine demonstratione et præter fidem narrant; sicuti etiam de Thalestria, quam Alexandrum convenisse ferunt in Hyrcania et prolis concipiendæ causa cum eo rem habuisse, reginam Amazonum; non enim in confesso hoc est, sed e tanto scriptorum numero, ii qui maxime veritatis habent rationem, nihil ea de re dicunt, nullaque fit mentio ejus ab his, quibus plurimum fidei habetur: qui vero tradiderunt, non consentiunt. Clitarchus autem ait, Thalestriam a Caspiis portis et Thermodonte profectam ad Alexandrum venisse: attamen a Caspiis portis ad Thermodontem sexies mille stadia sunt et amplius.

5. Quæ autem augendæ gloriæ causa vulgata sunt, de iis non consentiunt omnes, atque qui hæc confinxere, adulandi quam veritatis fuerunt studiosiores. Quale est, quod Caucasum in montes Indicos eisque vicinum mare orientale transtulerunt a montibus qui supra Colchidem et Euxinum mare siti sunt; hos enim Græci Caucasum nominabant, amplius triginta stadiorum millibus ab India distantes, ibique Prometheum vinctum fabulose tradebant, quia nihil ulterius versus ortum solis tunc cognoverant. Bacchi enim et Herculis in Indos expeditio posterius tempore commentum præ se ferunt, quippe quum Hercules etiam Prometheum mille post annis dicatur solvisse. Fuit sane gloriosius, Alexandrum usque ad Indicos montes, quam usque ad intimum Euxini sinum et Caucasum subegisse Asiam: sed gloria montis nomenque, et quod Iason cum suis longissimam creditus est expeditionem fecisse progressus usque ad Caucaso vicina loca, quodque traditum fuit, Prometheum in extremis terræ finibus ad Caucasum fuisse alligatum:

ριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον, τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν.

6. Τὰ μὲν οὖν ὑψηλότατα τοῦ ὄντως Καυκάσου τὰ νοτιώτατά ἐστι, τὰ πρὸς Ἀλβανίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ καὶ Κόλχοις καὶ Ἡνιόχοις· οἰκοῦσι δὲ οὓς εἶπον τοὺς συνερχομένους εἰς τὴν Διοσκουριάδα· συνέρχονται δὲ τὸ πλεῖστον ἁλῶν χάριν. τούτων δ' οἱ μὲν τὰς ἀκρωρείας κατέχουσιν, οἱ δὲ ἐν νάπαις αὐλίζονται καὶ ζῶσιν ἀπὸ θηρείων σαρκῶν τὸ πλέον καὶ καρπῶν ἀγρίων καὶ γάλακτος. αἱ δὲ κορυφαὶ χειμῶνος μὲν ἄβατοι, θέρους δὲ προσβαίνουσιν, ὑποδούμενοι κεντρωτὰ ὠμοβόϊνα δίκην τυμπάνων πλατεῖα διὰ τὰς χιόνας καὶ τοὺς κρυστάλλους. καταβαίνουσι δ' ἐπὶ δορᾶς κείμενοι σὺν τοῖς φορτίοις καὶ κατολισθαίνοντες, ὅπερ καὶ κατὰ τὴν Ἀτροπατίαν Μηδίαν καὶ κατὰ τὸ Μάσιον ὄρος τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ συμβαίνει· ἐνταῦθα δὲ καὶ τροχίσκοι ξύλινοι κεντρωτοὶ τοῖς πέλμασιν ὑποτίθενται. τοῦ γοῦν Καυκάσου τὰ μὲν ἄκρα τοιαῦτα.

7. Καταβαίνοντι δ' εἰς τὰς ὑπωρείας ἀρκτικώτερα μὲν ἐστι τὰ κλίματα, ἡμερώτερα δέ· ἤδη γὰρ συνάπτει τοῖς πεδίοις τῶν Σιράκων. εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύται τινὲς ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη, παρ' οἷς ἤδη καὶ ἀλφίτων ἐστὶν εὐπορία· μετὰ δὲ τοὺς Τρωγλοδύτας καὶ † Χαιανοῖται καὶ Πολυφάγοι τινὲς καλούμενοι καὶ αἱ τῶν Εἰσαδίκων κῶμαι, δυναμένων γεωργεῖν διὰ τὸ μὴ παντελῶς ὑποπεπτωκέναι ταῖς ἄρκτοις.

8. Οἱ δ' ἐφεξῆς ἤδη νομάδες οἱ μεταξὺ τῆς Μαιώτιδος καὶ τῆς Κασπίας Ναβιανοὶ καὶ † Πανξανοὶ καὶ ἤδη τὰ τῶν Σιράκων καὶ Ἀόρσων φῦλα. δοκοῦσι δ' οἱ Ἄορσοι καὶ οἱ Σίρακες φυγάδες εἶναι τῶν ἀνωτέρω, † καὶ προσάρκτιοι μᾶλλον Ἀόρσων. Ἀβέακος μὲν οὖν, ὁ τῶν Σιράκων βασιλεύς, ἡνίκα Φαρνάκης τὸν Βόσπορον εἶχε, δύο μυριάδας ἱππέων ἔστειλε, Σπαδίνης δ', ὁ τῶν Ἀόρσων, καὶ εἴκοσιν, οἱ δὲ ἄνω Ἄορσοι καὶ πλείονας· καὶ γὰρ ἐπεκράτουν πλείονος γῆς, καὶ σχεδόν τι τῆς Κασπίων παραλίας τῆς πλείστης ἦρχον, ὥστε καὶ ἐνεπορεύοντο καμήλοις τὸν Ἰνδικὸν φόρτον καὶ τὸν Βαβυλώνιον, παρά τε Ἀρμενίων καὶ Μήδων διαδεχόμενοι· ἐχρυσοφόρουν δὲ διὰ τὴν εὐπορίαν. οἱ μὲν οὖν Ἄορσοι τὸν Τάναϊν παροικοῦσιν, οἱ Σίρακες δὲ τὸν Ἀχαρδέον, ὃς ἐκ τοῦ Καυκάσου ῥέων ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Μαιῶτιν.

hæc, inquam, fecerunt, ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucasi in Indiam transportassent.

6. Porro autem ejus, qui re vera est, Caucasi excelsissimæ partes sunt quæ maxime versus meridiem tendunt ad Albaniam, Iberiam, Colchos et Heniochos. Habitantur ab iis, quos Dioscuriadem convenire dixi : conveniunt autem maxime salis causa. Horum alii summa montium incolunt, alii in saltibus degunt, vivuntque potissimum carnibus ferinis, frugibus silvestribus et lacte. Vertices hieme conscendi non possunt; æstate vero in eos ascendunt, pedibus subligantes calceos aculeatos, e tergore bovis crudo confectos, latos instar tympanorum, propter nives et glaciem. Descendunt pelli insidentes una cum fasciculis suis, ac sic delabuntur; quod idem fit etiam in Atropatia Media et in Masio, Armeniæ monte : ibi etiam rotulæ ligneæ aculeatæ plantis pedum subduntur. Summa ergo Caucasi talia sunt.

7. Quum descenditur ad radices montium, magis quidem versus septentrionem jam loca inclinant, leniora tamen sunt, et jam planitiem Siracum attingunt. Troglodytæ etiam ibi quidam sunt, in speluncis habitantes frigoris causa, quanquam apud eos etiam farinæ jam est copia. Post Troglodytas sunt Chamæcœtæ (Χαμαικοῖται) sive humi decumbentes et Polyphagi, quasi voraces, dicti, et quidam Isadicorum pagi, quibus agros colere licet, quia non omnino subjacent septentrionibus.

8. Qui deinceps sequuntur inter Mæotidem et mare Caspium, jam sunt Nomades sive vagi, Nabiani et Panxani (*v. l.* Paxani, Penzani) ac Siracum jam et Aorsorum nationes. Videntur hi Aorsi et Siraces a superioribus Aorsis huc ejecti esse, et magis quam Siraces versus septentrionem habitare Aorsi (Ἄορσοι) inferiores. Abeacus, Siracum rex, quum Pharnaces Bosporum teneret, viginti equitum millia mittebat; Spadines, Aorsorum rex, etiam ducenta : plures his Aorsi superius habitantes, quippe qui etiam terræ plus obtinerent, ac fere in maximam partem oræ maris Caspii dominarentur, adeo ut negotiarentur etiam camelis Indicas et Babylonicas merces, a Medis et Armeniis excipientes : aurum quoque ob divitias gestabant. Aorsi Tanain accolunt, Siraces Achardeum : is e Caucaso fluens in Mæotin exit.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἡ δὲ δευτέρα μερὶς ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης, εἰς ἣν κατέπαυεν ἡ προτέρα· καλεῖται δ' ἡ αὐτὴ θάλαττα καὶ Ὑρκανία. δεῖ δὲ περὶ τῆς θαλάττης εἰπεῖν πρότερον ταύτης καὶ τῶν προσοίκων ἐθνῶν. ἔστι δ' ὁ κόλπος ἀνέχων ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ πρὸς μεσημβρίαν κατ' ἀρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός, ἐνδοτέρω δὲ πλατύνεται προϊών, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν μυχὸν ἐπὶ σταδίους που καὶ πεντακισχιλίους· ὁ δ' εἴσπλους μέχρι τοῦ μυχοῦ μικρῷ πλειόνων ἂν εἴη, συνάπτων πως

CAP. VI.

Secunda Asiæ pars a Caspio mari incipit, in quod prior desinebat. Mare hoc etiam Hyrcanum nominatur. De hoc mari gentibusque id accolentibus prius est dicendum. Sinus est mare illud, ab Oceano versus meridiem protentus, ab initio satis angustus, intus autem dum progreditur, in latum se pandit, maxime in intimo ad quinque millia fere stadiorum. Introitus usque ad intimum recessum fortasse aliquanto est major, jam quodammodo terram ha-

ἤδη τῇ ἀοικήτῳ. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης, τὸν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης, τὸν μὲν παρὰ τοὺς Ἀλβανοὺς καὶ τοὺς Καδουσίους εἶναι πεντακισχιλίων καὶ τετρακοσίων, τὸν δὲ παρὰ τὴν Ἀναριακῶν καὶ Μάρδων καὶ Ὑρκανῶν μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Ὤξου ποταμοῦ τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων· ἔνθεν δ' ἐπὶ τοῦ Ἰαξάρτου δισχιλίων τετρακοσίων. δεῖ δὲ περὶ τῶν ἐν τῇ μερίδι ταύτῃ καὶ τοῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἐκτετοπισμένοις ἁπλούστερον ἀκούειν, καὶ μάλιστα περὶ τῶν διαστημάτων.

2. Εἰσπλέοντι δ' ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς Εὐρωπαίοις οἱ συνεχεῖς Σκύθαι νέμονται καὶ Σαρμάται οἱ μεταξὺ τοῦ Τανάιδος καὶ τῆς θαλάττης ταύτης, νομάδες οἱ πλείους, περὶ ὧν εἰρήκαμεν· ἐν ἀριστερᾷ δ' οἱ πρὸς ἕω Σκύθαι, νομάδες καὶ οὗτοι, μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης καὶ τῆς Ἰνδικῆς παρατείνοντες. ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβόρους κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας καὶ Κελτοσκύθας ἐκάλουν· οἱ δ' ἔτι πρότερον διελόντες τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ Εὐξείνου καὶ Ἴστρου καὶ τοῦ Ἀδρίου κατοικοῦντας Ὑπερβορέους ἔλεγον καὶ Σαυρομάτας καὶ Ἀριμασπούς, τοὺς δὲ πέραν τῆς Κασπίας θαλάττης τοὺς μὲν Σάκας, τοὺς δὲ Μασσαγέτας ἐκάλουν, οὐκ ἔχοντες ἀκριβῶς λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδέν, καίπερ πρὸς Μασσαγέτας τοῦ Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες. ἀλλ' οὔτε περὶ τούτων οὐδὲν ἠκρίβωτο πρὸς ἀλήθειαν, οὔτε τὰ παλαιὰ τῶν Περσικῶν οὔτε τῶν Μηδικῶν ἢ Συριακῶν ἐς πίστιν ἀφικνεῖτο μεγάλην διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἁπλότητα καὶ τὴν φιλομυθίαν.

3. Ὁρῶντες γὰρ τοὺς φανερῶς μυθογράφους εὐδοκιμοῦντας ᾠήθησαν καὶ αὐτοὶ παρέξεσθαι τὴν γραφὴν ἡδεῖαν, ἐὰν ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν, ἃ μηδέποτε εἶδον μηδὲ ἤκουσαν, ἢ οὐ παρά γε εἰδότων, σκοποῦντες δι' αὐτὸ (δὲ) μόνον τοῦτο, ὅτι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει καὶ θαυμαστήν. ῥᾷον δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ πιστεύσειεν ἡρωολογοῦσι καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς ἢ Κτησίᾳ τε καὶ Ἡροδότῳ καὶ Ἑλλανίκῳ καὶ ἄλλοις τοιούτοις.

4. Οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου δὲ συγγράψασιν (οὐ) ῥᾴδιον πιστεύειν τοῖς πολλοῖς· καὶ γὰρ οὗτοι ῥᾳδιουργοῦσι διά τε τὴν δόξαν τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ διὰ τὸ τὴν στρατείαν πρὸς τὰς ἐσχατιὰς γεγονέναι τῆς Ἀσίας πόρρω ἀφ' ἡμῶν· τὸ δὲ πόρρω δυσέλεγκτον. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια καὶ ἡ τῶν Παρθυαίων πλεῖόν τι προσεκκαλύπτει τῶν παραδεδομένων πρότερον· οἱ γὰρ περὶ ἐκείνων συγγράφοντες καὶ τὰ χωρία καὶ τὰ ἔθνη, ἐν οἷς αἱ πράξεις, πιστότερον λέγουσιν ἢ οἱ πρὸ αὐτῶν· μᾶλλον γὰρ κατωπτεύκασι.

ΚΕΦ. Ζ'.

Τοὺς δ' οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους· εἶτ' ἔρημος πρόκειται μεταξύ, καὶ ἐφεξῆς ἡ Ὑρκανία, καθ' ἣν

bitatoribus carentem attingens. Eratosthenes profitetur maris hujus circumnavigationem, ut Græcis nota est, juxta Albanos et Cadusios, stadiorum esse quinque millium quadringentorum; juxta Anariacos, Mardos et Hyrcanos usque ad ostia Oxi fluminis, quattuor millium octingentorum, hinc ad Iaxartem duorum millium quadringentorum. Verum de his, quæ in hac parte sita sunt, et tam longe a nobis remota, caute adhibenda est fides, maxime ubi distantiæ locorum recitantur.

2. Innaviganti ad dextram Europæis continui Scythæ habitant, et Sarmatæ, qui inter Tanaidem sunt et hoc mare, incertis plerique vagantes sedibus, de quibus disseruimus; ad lævam sunt Scythæ orientales, ipsi quoque vagi, qui usque ad mare orientale et Indiam porriguntur. Veteres enim Græcorum scriptores universas gentes septentrionales Scytharum et Celtoscytharum communi nomine affecerunt. Qui vero primi (οἱ δὲ τὸ πρῶτον) partes distinxerunt, supra Pontum Euxinum et Istrum et Adriam habitantes Hyperboreos dicebant et Sauromatas et Arimaspos, eos vero qui trans mare Hyrcanum, partim Sacas appellabant, partim Massagetas, nihil tamen accuratius de iis dicere habentes, quamvis Cyri adversus Massagetas bellum narrarent. Sed neque de his quisquam veritatem exacte perhibuit, neque de priscis Persarum, Medorum, Syrorum rebus fidem admodum magnam invenerunt scriptores: idque ob ipsorum simplicitatem et fabulas edendi studium.

3. Quum enim viderent in honore esse eos qui e professo fabulas scriberent, existimaverunt suam quoque scriptionem lectoribus jucundam fore, si sub narrationis veræ specie ea dicerent, quæ neque vidissent, neque audivissent, vel saltem non ex iis audivissent, quibus probe cognita ista essent, id unum spectantes, ut auditio historiæ amœna fieret (ἔχοι) atque admirabilis. Certe facilius Hesiodo et Homero aliquis fidem adhibuerit, quum de heroibus verba faciunt, itemque tragicis poetis, quam Ctesiæ, Herodoto, Hellanico et eorum similibus.

4. Plerisque etiam eorum qui de Alexandro scripserunt, credere non est satis tutum: nam et isti facile verba dant, quum ob Alexandri gloriam, tum quod expeditio procul a nobis in extremos Asiæ fines facta fuit; difficulter autem redarguuntur, quæ de longe dissitis narrantur. Romanorum autem et Parthorum imperium magis aperuit istarum rerum cognitionem, quam ante tradita. Qui enim ista describunt, de gentibus et de rebus gestis fidelius quam priores exponunt: plenius enim perspexerunt.

CAP. VII

Qui ad sinistram in Caspium mare intranti offeruntur Scythæ vagantes, a nostris hodie appellantur Daæ, et cognomento Parni (*codd.* Sparni): post solitudo interjacet, quam proxime sequitur Hyrcania, juxta quam mare altum

ἤδη πελαγίζει μέχρι τοῦ συνάψαι τοῖς Μηδικοῖς ὄρεσι καὶ τοῖς Ἀρμενίων. τούτων δ' ἐστὶ μηνοειδὲς τὸ σχῆμα κατὰ τὰς ὑπωρείας, αἳ τελευτῶσαι πρὸς θάλατταν ποιοῦσι τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου. Οἰκεῖ δὲ τὴν παρώρειαν ταύτην μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις ἐπὶ μικρὸν μὲν τῶν Ἀλβανῶν τι μέρος καὶ τῶν Ἀρμενίων, τὸ δὲ πλέον Γῆλαι καὶ Καδούσιοι καὶ Ἄμαρδοι καὶ Οὐίτιοι καὶ Ἀναριάκαι. φασὶ δὲ Παρρασίων τινὰς συνοικῆσαι τοῖς Ἀναριάκαις, οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρσίους· Αἰνιᾶνας δ' ἐν τῇ Οὐιτίᾳ τειχίσαι πόλιν, ἣν † Αἰνιάνα καλεῖσθαι, καὶ δείκνυσθαι ὅπλα τε Ἑλληνικὰ ἐνταῦθα καὶ σκεύη χαλκᾶ καὶ ταφάς· ἐνταῦθα δὲ καὶ πόλιν Ἀναριάκην, ἐν ᾗ, φασί, δείκνυται μαντεῖον ἐγκοιμωμένων, καὶ ἄλλα τινὰ ** ἔθνη ληστρικὰ καὶ μάχιμα μᾶλλον ἢ γεωργικά· ποιεῖ δὲ τοῦτο ἡ τραχύτης τῶν τόπων. τὸ μέντοι πλέον τῆς περὶ τὴν ὀρεινὴν παραλίας Καδούσιοι νέμονται, σχεδὸν δέ τι ἐπὶ πεντακισχιλίους σταδίους, ὥς φησι Πατροκλῆς, ὃς καὶ πάρισον ἡγεῖται τὸ πέλαγος τοῦτο τῷ Ποντικῷ. ταῦτα μὲν οὖν τὰ χωρία λυπρά.

2. Ἡ δ' Ὑρκανία σφόδρα εὐδαίμων καὶ πολλὴ καὶ τὸ πλέον πεδιὰς πόλεσί τε ἀξιολόγοις διειλημμένη, ὧν ἐστι Ταλαβρόκη καὶ Σαμαριανὴ καὶ Κάρτα καὶ τὸ βασίλειον Τάπη· ὅ φασι μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένον διέχειν τῶν Κασπίων πυλῶν σταδίους χιλίους τετρακοσίους, καὶ διὰ τὸ μὲν εἶδος.... τῆς εὐδαιμονίας σημεῖα ἡγοῦντο· ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος μετρητὴν οἴνου φέρει, ἡ δὲ συκῆ μεδίμνους ἑξήκοντα, ὁ δὲ σῖτος ἐκ τοῦ ἐκπεσόντος καρποῦ τῆς καλάμης φύεται, ἐν δὲ τοῖς δένδρεσι σμηνουργεῖται καὶ τῶν φύλλων ἀπορρεῖ μέλι· τοῦτο δὲ γίνεται καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ καὶ τῇ Ἀραξηνῇ. τῆς μέντοι προσηκούσης ἐπιμελείας οὐκ ἔτυχεν οὔτε αὐτὴ οὔτε ἡ ἐπώνυμος αὐτῇ θάλαττα, ἄπλους τε οὖσα καὶ ἀργός· νῆσοί τέ εἰσιν οἰκεῖσθαι δυνάμεναι, ὡς δ' εἰρήκασί τινες, καὶ χρυσῖτιν ἔχουσαι γῆν. αἴτιον δ', ὅτι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἵ τ' ἐξαρχῆς ἐτύγχανον βάρβαροι ὄντες οἱ τῶν Ὑρκανῶν, Μῆδοί τε καὶ Πέρσαι, καὶ οἱ ὕστατοι Παρθυαῖοι, χείρους ἐκείνων ὄντες, καὶ ἡ γείτων ἅπασα χώρα ληστῶν καὶ νομάδων μεστὴ καὶ ἐρημίας. Μακεδόνες δ' ὀλίγον μὲν χρόνον ἐπῆρξαν, καὶ ἐν πολέμοις ὄντες καὶ τὰ πόρρω σκοπεῖν οὐ δυνάμενοι. φησὶ δ' Ἀριστόβουλος ὑλώδη οὖσαν τὴν Ὑρκανίαν δρῦν ἔχειν, πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν, τὴν δ' Ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις. τῆς δὲ Ὑρκανίας ἐστὶ καὶ ἡ Νησαία· τινὲς δὲ καὶ καθ' αὑτὴν τιθέασι τὴν Νησαίαν.

3. Διαρρεῖται δὲ καὶ ποταμοῖς ἡ Ὑρκανία τῷ τε Ὤχῳ καὶ τῷ Ὤξῳ μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς, ὧν ὁ Ὦχος καὶ διὰ τῆς Νησαίας ῥεῖ· ἔνιοι δὲ τὸν Ὦχον εἰς τὸν Ὦξον ἐμβάλλειν φασίν. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν Ὦξον τῶν ἑωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν, πλὴν τῶν Ἰνδικῶν· φησὶ δὲ καὶ εὔπλουν εἶναι (καὶ οὗτος καὶ Ἐρατοσθένης παρὰ Πατροκλέους λαβὼν) καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων

jam fit, donec Medicos et Armenios attingat montes. Horum montium radices in lunæ formam curvantur, quæ ad mare desinentes intimum maris istius secessum conficiunt. Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, usque ad vertices, a mari initio sumpto, parva ex parte habitant nonnulli Albanorum et Armeniorum, majorem vero partem Gelæ (*codd.* Γέλαι) et Cadusii (*codd.* Docusini), Amardi, Uitii (*codd.* Cuitii) et Anariacæ. Ferunt quosdam de Parrhasiis habitasse cum Anariacis, et nunc eos Parsios (*codd.* Parrhasios) vocari; Ænianes autem in Uitia munivisse urbem, quæ dicatur Æniana (*Æniæ?*) ibique Græcanica ostendi arma, et vasa ærea ac sepulcra; esse ibidem etiam Anariacam (*codd.* Abarcam *s.* Nabarcam) urbem, ubi aiunt monstrari oraculum incubantium et alia quædam [*Græcorum colonorum vestigia. Ceterum omnes hæ* (ἴχνη τοῦ τῶν Ἑλλήνων συνοικισμοῦ. ἔστι δὲ πάντα ταῦτα τὰ)] gentes latrociniis bellisque magis quam agriculturæ deditæ sunt. In causa est locorum asperitas. Majorem partem oræ montosæ Cadusii tenent, fere ad quinquies mille stadia, ut ait Patrocles, qui etiam putat hoc mare Euxino æquale esse. Atque hæc quidem loca sterilia sunt.

2. Hyrcania opulenta admodum est et ampla et majorem partem planities, urbibus memorabilibus distincta, de quibus sunt Talabroca, Samariana, Carta et regia Tape, quam paullulum supra mare sitam abesse aiunt a Caspiis portis mille quadringentis stadiis; et propter speciem **. *Felicitatis* [*autem*] signa hæc memorant (διηγοῦνται). Etenim vitis metretam vini fert, ficus medimnos sexaginta, frumentum e semine, quod ex arista excidit, nascitur: in arboribus apiaria exstant, et mel de foliis defluit. Idem fit in Matiana Mediæ, et in Armeniæ Sacasena et Araxena. Tamen neque Hyrcania neque mare Caspium eo modo coluntur, quo par erat. Mare enim non navigatur, neque exercetur. Insulas quoque habet, quæ habitari poterant et quas etiam auriferam habere terram nonnulli dicunt. Causa est tum quod barbari erant et primi Hyrcanorum principes, Medi scilicet Persæque, et ultimi, istis vel deteriores, Parthi, tum quod vicina omnis regio prædonum et nomadum plena erat et solitudinum; Macedones vero eam per breve duntaxat tempus tenuerunt, et bellis occupati, et qui longe dissita non possent inspicere. Aristobulus ait Hyrcaniam silvosam esse et quercum ferre, picea, abiete ac pinu carere, quibus India abundet. Pars Hyrcaniæ etiam Nesæa est, quam tamen alii ab ea separant.

3. Fluminibus quoque permeatur Hyrcania, Ocho et Oxo, usque ad ostia eorum, quibus in mare exeunt; ex his Ochus per Nesæam quoque fluit: quidam vero Ochum in Oxum illabi dicunt. Aristobulus autem Oxum affirmat maximum esse fluviorum quos in Asia viderit, Indicis exceptis. Navigationi etiam commodum inquit (et ipse et Eratosthenes qui a Patrocle id sumpsit), multasque Indicas merces per eum devehi in mare Ca-

κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν, ἐντεῦθεν δ᾽ εἰς τὴν Ἀλβανίαν περαιοῦσθαι, καὶ διὰ τοῦ Κύρου καὶ τῶν ἑξῆς τόπων εἰς τὸν Εὔξεινον καταφέρεσθαι. οὐ πάνυ δὲ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὁ Ὦχος ὀνομάζεται. Ἀπολλόδωρος μέντοι ὁ τὰ Παρθικὰ γράψας συνεχῶς αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς ἐγγυτάτω τοῖς Παρθυαίοις ῥέοντα.

4. Προσεδοξάσθη δὲ καὶ περὶ τῆς θαλάττης ταύτης πολλὰ ψευδῆ διὰ τὴν Ἀλεξάνδρου φιλοτιμίαν· ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγητο ἐκ πάντων, ὅτι διείργει τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὁ Τάναϊς ποταμός, τὸ δὲ μεταξὺ τῆς θαλάττης καὶ τοῦ Τανάιδος, πολὺ μέρος τῆς Ἀσίας ὄν, οὐχ ὑπέπιπτε τοῖς Μακεδόσι, στρατηγεῖν δ᾽ ἔγνωστο, ὥστε τῇ φήμῃ γε κἀκείνων δόξαι τῶν μερῶν κρατεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· εἰς ἓν οὖν συνῆγον τήν τε Μαιῶτιν λίμνην τὴν δεχομένην τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Κασπίαν θάλατταν, λίμνην καὶ ταύτην καλοῦντες καὶ συντετρῆσθαι φάσκοντες πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρας, ἑκατέραν δὲ εἶναι μέρος τῆς ἑτέρας. Πολύκλειτος δὲ καὶ πίστεις προσφέρεται περὶ τοῦ λίμνην εἶναι τὴν θάλατταν ταύτην (ὄφεις τε γὰρ ἐκτρέφειν καὶ ὑπόγλυκυ εἶναι τὸ ὕδωρ), ὅτι δὲ καὶ οὐχ ἑτέρα τῆς Μαιώτιδός ἐστι, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ τὸν Τάναϊν εἰς αὐτὴν ἐμβάλλειν· ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν ὀρῶν τῶν Ἰνδικῶν, ἐξ ὧν ὅ τε Ὦχος καὶ ὁ Ὦξος καὶ ἄλλοι πλείους, φέρεται καὶ ὁ Ἰαξάρτης ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος. τοῦτον οὖν ὠνόμασαν Τάναϊν, καὶ προσέθεσαν (καὶ) τούτῳ πίστιν, ὡς εἴη Τάναϊς, ὃν εἴρηκεν ὁ Πολύκλειτος· τὴν γὰρ περαίαν τοῦ ποταμοῦ τούτου φέρειν ἐλάτην καὶ ὀϊστοῖς ἐλατίνοις χρῆσθαι τοὺς ταύτῃ Σκύθας, τοῦτο δὲ καὶ τεκμήριον τοῦ τὴν χώραν τὴν πέραν τῆς Εὐρώπης εἶναι, μὴ τῆς Ἀσίας· τὴν γὰρ Ἀσίαν τὴν ἄνω καὶ τὴν πρὸς ἕω μὴ φύειν ἐλάτην. Ἐρατοσθένης δέ φησι καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ φύεσθαι ἐλάτην καὶ ἐντεῦθεν ναυπηγήσασθαι τὸν στόλον Ἀλέξανδρον· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα συγκρούειν Ἐρατοσθένης πειρᾶται, ἡμῖν δ᾽ ἀποχρώντως εἰρήσθω περὶ αὐτῶν.

5. Καὶ τοῦτο δ᾽ ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ὑρκανίαν ἱστορουμένων παραδόξων ἐστὶν ὑπὸ Εὐδόξου καὶ ἄλλων, ὅτι πρόκεινταί τινες ἀκταὶ τῆς θαλάττης ὕπαντροι, τούτων δὲ μεταξὺ καὶ τῆς θαλάττης ὑπόκειται ταπεινὸς αἰγιαλός, ἐκ δὲ τῶν ὕπερθεν κρημνῶν ποταμοὶ ῥέοντες τοσαύτῃ προφέρονται βίᾳ, ὥστε ταῖς ἀκταῖς συνάψαντες ἐξακοντίζουσι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν θάλατταν, ἄρραντον φυλάττοντες τὸν αἰγιαλόν, ὥστε καὶ στρατοπέδοις ὁδεύσιμον εἶναι, σκεπαζομένοις τῷ ῥεύματι, οἱ δ᾽ ἐπιχώριοι κατάγονται πολλάκις εὐωχίας καὶ θυσίας χάριν εἰς τὸν τόπον καὶ ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῖς ἄντροις κατακλίνονται, ποτὲ δ᾽ ὑπ᾽ αὐτῷ τῷ ῥεύματι ἡλιαζόμενοι, ἄλλως δ᾽ ἄλλοι τέρπονται, παραφαινομένης ἅμα καὶ τῆς θαλάττης ἑκατέρωθεν καὶ τῆς ἠιόνος, ποώδους καὶ ἀνθηρᾶς οὔσης διὰ τὴν ἰκμάδα.

spium : indeque in Albaniam transportatas, per Cyrum et loca quæ deinceps sunt, in pontum Euxinum perferri. Ochi non multa est apud veteres mentio. Apollodorus tamen, is qui Parthica conscripsit, identidem eum nominat, ut proxime Parthos labentem.

4. Multa etiam de hoc mari mendacia afficta sunt ob Alexandri ambitionem. Quia enim in confesso erat, Asiam ab Europa dividi Tanai fluvio, magna vero illa Asiæ portio, quæ inter Tanaim est et mare, non venerat in potestatem Macedonum : decreverant aliqua id arte conficere, ut saltem fama jactaret, istas quoque partes ab Alexandro fuisse subactas : itaque in unum conduxerunt Mæotidem paludem quæ Tanaim excipit et Caspium mare, hanc quoque paludem nuncupantes, dicentesque meatu quodam eas inter se conjungi, et alteram esse alterius partem. Polycletus etiam argumenta profert, quibus fidem faciat Hyrcanum mare paludem esse (quia et serpentes educet, et aquam habeat subdulcem); porro eandem cum Mæotide esse inde colligit, quia Caspius lacus Tanaim recipiat. Etenim ex iisdem Indicis montibus, unde Ochus et Oxus aliique complures profluunt, labitur etiam Iaxartes, utque reliqui in Caspium mare exit, de omnibus septentrioni proximus. Hunc ergo Iaxarten Tanaidis nomine insigniverunt, atque fidem etiam adjecerunt, re vera censentes eum esse Tanaim, quem Polycletus dixit; nam cis sitam regionem ferre abietem, ibique degentes Scythas abiegnis uti sagittis; quod sit indicium, eam Europæ esse, non Asiæ partem : nam Asiam superiorem et orientalem non producere abietes. At Eratosthenes ait in India quoque nasci abietem, indeque classem constructam ab Alexandro; alia quoque id genus multa studet congerere Eratosthenes. Nobis hæc satis sit de ista re dixisse.

5. Hoc quoque de iis quæ in Hyrcania sunt admirabilibus, est ab Eudoxo et aliis narratum : scilicet actæ quædam ad mare sitæ sunt, inferne specus habentes; infer eas et mare littus jacet humile; e præcipitiis vero superne imminentibus fluvii tanta cum vi se proruunt, ut, ubi ad actam pervenerint, aquam ejaculentur in mare, ne consperso quidem litore; itaque id etiam exercitibus est pervium, flumine contectum, et incolæ sæpius sacrificandi aut convivia agitandi gratia eo se conferunt, aliquando sub specubus istis discumbentes, aliquando sub flumine apricantes, aliique aliter sese oblectantes, simul mari ab utraque parte conspicuo, et litore ob humorem herboso atque florido.

ΚΕΦ. Η.

Ἀπὸ δὲ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης προϊόντι ἐπὶ τὴν ἕω δεξιὰ μέν ἐστι τὰ ὄρη μέχρι τῆς Ἰνδικῆς θαλάττης παρατείνοντα, ἅπερ οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσι Ταῦρον, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Παμφυλίας καὶ τῆς Κιλικίας καὶ μέχρι δεῦρο προϊόντα ἀπὸ τῆς ἑσπέρας συνεχῆ καὶ τυγχάνοντα ἄλλων καὶ ἄλλων ὀνομάτων. προσοικοῦσι δ' αὐτοῦ τὰ προσάρκτια μέρη πρῶτοι μὲν οἱ Γῆλαι καὶ Καδούσιοι καὶ Ἄμαρδοι, καθάπερ εἴρηται, καὶ τῶν Ὑρκανίων τινές, ἔπειτα τὸ τῶν Παρθυαίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Μαργιανῶν καὶ τῶν Ἀρίων καὶ ἡ ἔρημος, ἣν ἀπὸ τῆς Ὑρκανίας ὁρίζει ὁ Σάρνιος ποταμὸς πρὸς ἕω βαδίζουσι καὶ ἐπὶ τὸν Ὦχον. καλεῖται δὲ τὸ μέχρι δεῦρο ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας διατεῖνον, ἢ μικρὸν ἀπολεῖπον, Παραχοάθρας. ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης εἰς τοὺς Ἀρίους περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους, εἶθ' ἡ Βακτριανή ἐστι καὶ ἡ Σογδιανή, τελευταῖοι δὲ Σκύθαι νομάδες. τὰ δ' ὄρη Μακεδόνες μὲν ἅπαντα τὰ ἐφεξῆς ἀπὸ Ἀρίων Καύκασον ἐκάλεσαν, παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις † τά τε ἄκρα καὶ τοῦ Παροπαμίσου τὰ προσβόρεια καὶ τὰ Ἠμωδὰ καὶ τὸ Ἴμαον καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὀνόματα ἑκάστοις μέρεσιν ἐπέκειτο.

2. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τούτοις ἀντιπαράκειται [τὰ] Σκυθικὰ ἔθνη καὶ τὰ νομαδικά, ἅπασαν ἐκπληροῦντα τὴν βόρειον πλευράν. οἱ μὲν δὴ πλείους τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται, τοὺς δὲ προσεῴους τούτων μᾶλλον Μασσαγέτας καὶ Σάκας ὀνομάζουσι, τοὺς δ' ἄλλους κοινῶς μὲν Σκύθας ὀνομάζουσιν, ἰδίᾳ δ' ὡς ἑκάστους· ἅπαντες δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νομάδες. μάλιστα δὲ γνώριμοι γεγόνασι τῶν νομάδων οἱ τοὺς Ἕλληνας ἀφελόμενοι τὴν Βακτριανήν, Ἄσιοι καὶ Πασιανοὶ καὶ Τόχαροι καὶ Σακάραυλοι, (καὶ) ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς περαίας τοῦ Ἰαξάρτου τῆς κατὰ Σάκας καὶ Σογδιανούς, ἣν κατεῖχον Σάκαι. καὶ τῶν Δαῶν οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἄπαρνοι, οἱ δὲ Ξάνθιοι, οἱ δὲ Πίσσουροι· οἱ μὲν οὖν Ἄπαρνοι πλησιαίτατα τῇ Ὑρκανίᾳ παράκεινται καὶ τῇ κατ' αὐτὴν θαλάττῃ, οἱ δὲ λοιποὶ διατείνουσι καὶ μέχρι τῆς ἀντιπαρηκούσης τῇ Ἀρίᾳ.

3. Μεταξὺ δ' αὐτῶν καὶ τῆς Ὑρκανίας καὶ τῆς Παρθυαίας μέχρι Ἀρίων ἔρημος πρόκειται πολλὴ καὶ ἄνυδρος, ἣν διεξιόντες μακραῖς ὁδοῖς κατέτρεχον τήν τε Ὑρκανίαν καὶ τὴν Νησαίαν καὶ τὰ τῶν Παρθυαίων πεδία· οἱ δὲ συνέθεντο φόρους· φόρος δ' ἦν τὸ ἐπιτρέπειν τακτοῖς τισι χρόνοις τὴν χώραν κατατρέχειν καὶ φέρεσθαι λείαν. ἐπιπολαζόντων δ' αὐτῶν παρὰ τὰ συγκείμενα, ἐπολεμεῖτο, καὶ πάλιν διαλύσεις καὶ ἀναπολεμήσεις ὑπῆρχον. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῶν ἄλλων νομάδων βίος, ἀεὶ τοῖς πλησίον ἐπιτιθεμένων, τοτὲ δ' αὖ διαλλαττομένων.

4. Σάκαι μέντοι παραπλησίας ἐφόδους ἐποιήσαντο τοῖς Κιμμερίοις καὶ Τρήρεσι, τὰς μὲν μακροτέρας, τὰς δὲ καὶ ἐγγύθεν· καὶ γὰρ τὴν Βακτριανὴν κατέσχον καὶ

CAP. VIII.

Ab Hyrcano mari si quis versus orientem progrediatur, ad dextram sunt montes usque ad Indiam pertinentes, quos Græci Taurum vocant, a Pamphylia et Cilicia ordientem et ab occasu continenter hucusque porrectum, et aliis aliisque subinde nominibus affectum. Hujus septentrionalia primi accolunt Gelæ, Cadusii et Amardi, ut diximus, atque pars Hyrcanorum; deinde, si orientem versus et Ochum progrediaris, Parthorum natio et Margianorum et Ariorum; tum solitudo, quam ab Hyrcania dividit Sarnius fluvius. Mons, qui ab Armenia eo usque protenditur, aut non procul inde desinit, Parachoathras appellatur. A mari Hyrcano ad Arios sunt stadiorum circiter sex millia. Deinceps Bactriana est, et Sogdiana: ultimi sunt Scythæ Nomades. Montes, qui porro ab Ariis excurrunt, Macedones universos Caucasi nomine notaverunt; apud barbaros autem [*Agrianæ et Indicæ montes*] boreales [*alia suorum parte appellabantur Paropamisus*] alia Emodi montes, alia Imaus, et plura ejusmodi nomina singulis partibus erant indita. [Παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις τὰ τῆς Ἀριανῆς καὶ τῆς Ἰνδικῆς ὄρη τὰ προσβόρεια κατὰ μέρος ὠνομάζετο ὁ Παροπάμισος καὶ τὰ Ἠμωδὰ κτλ. *coll.* 15, *p.* 689.]

2. In læva parte his opponuntur Scythicæ gentes ac Nomadicæ, totum complentes boreale latus. Plerique Scytharum, qui a Caspio mari incipiunt, Daæ appellantur: orienti viciniores Massagetæ et Sacæ: reliquos communi quidem nomine Scythas dicunt, quanquam singuli populi etiam sua nomina habent. Plerique omnes vagam degunt vitam, id est Nomades sunt. De his maxime innotuerunt, qui Græcis Bactrianam ademerunt, Asii et Pasiani (*sive Asiani?*) et Tochari (*codd.* Tachari) ac Sacarauli, profecti a regione quæ trans Iaxarten est juxta Sacas et Sogdianos, quam ipsam quoque tenebant Sacæ. De Dais alii Aparni dicuntur, alii Xanthii, alii Pissuri. Aparni Hyrcaniæ proxime adjacent, marique Caspio; reliqui pertingunt etiam usque ad loca, quæ ad regionem Ariæ porriguntur.

3. Inter hos et Hyrcaniam et Parthiam usque ad Arios ingens est solitudo et aqua carens, quam illi magnis peragrantes itineribus, incursiones faciebant in Hyrcaniam, Nesæam (*codd.* Isæam) et campestria Parthorum. Hi vero populi tributum paciscebantur: id erat, ut statis temporibus concederent illis regionis suæ invasionem prædæque aversionem. Sed quum Scythæ præter constitutum tempus molesti essent, bellum est conflatum; rursum inde pacta, et denuo belli instauratio evenerunt. Talis est etiam Nomadum ceterorum vita, subinde vicinos adorientium, et rursum pacem componentium.

4. Sacæ Cimmeriorum et Trerum modo incursiones fecerunt, alias in remotiora, alias in vicina; nam et Bactrianam occupaverunt, et optima Armeniæ parte potiti sunt, quam

τῆς Ἀρμενίας κατεκτήσαντο τὴν ἀρίστην γῆν, ἣν καὶ ἐπώνυμον ἑαυτῶν κατέλιπον τὴν Σακασηνήν, καὶ μέχρι Καππαδόκων, καὶ μάλιστα τῶν πρὸς Εὐξείνῳ, οὓς Ποντικοὺς νῦν καλοῦσι, προῆλθον. ἐπιθέμενοι δ' αὐτοῖς πανηγυρίζουσιν ἀπὸ τῶν λαφύρων οἱ ταύτη τότε τῶν Περσῶν στρατηγοί, νύκτωρ ἄρδην αὐτοὺς ἠφάνισαν. ἐν δὲ τῷ πεδίῳ πέτραν τινὰ προσχώματι συμπληρώσαντες εἰς βουνοειδὲς σχῆμα ἐπέθηκαν τεῖχος καὶ τὸ τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τῶν συμβώμων θεῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο, Ὠμανοῦ καὶ Ἀναδάτου, Περσικῶν δαιμόνων, ἀπέδειξάν τε πανήγυριν κατ' ἔτος ἱεράν, τὰ Σάκαια, ἣν μέχρι νῦν ἐπιτελοῦσιν οἱ τὰ Ζῆλα ἔχοντες· οὕτω γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον· ἔστι δὲ ἱεροδούλων πόλισμα τὸ πλέον, Πομπήιος δὲ προσθεὶς χώραν ἀξιόλογον καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ συνοικίσας εἰς τὸ τεῖχος μίαν τῶν πόλεων ἀπέφηνεν, ὧν διέταξε μετὰ τὴν Μιθριδάτου κατάλυσιν.

5. Οἱ μὲν [οὖν] οὕτω λέγουσι περὶ τῶν Σακῶν, οἱ δ', ὅτι Κῦρος ἐπιστρατεύσας τοῖς Σάκαις, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ φεύγει, στρατοπεδευσάμενος δ' ἐν ᾧ χωρίῳ τὰς παρασκευὰς ἀπολελοίπει πλήρεις ἀφθονίας ἁπάσης, καὶ μάλιστα οἴνου, διαναπαύσας μικρὰ τὴν στρατιάν, ἤλαυνεν ἀφ' ἑσπέρας, ὡς φεύγων, πλήρεις ἀφεὶς τὰς σκηνάς· προελθὼν δ', ὅσον ἐδόκει συμφέρειν, ἱδρύθη· ἐπιόντες δ' ἐκεῖνοι καὶ καταλαβόντες ἔρημον ἀνδρῶν τὸ στρατόπεδον, τῶν δὲ πρὸς ἀπόλαυσιν μεστόν, ἀνέδην ἐνεπίμπλαντο· ὁ δ' ὑποστρέψας ἐξοίνους κατέλαβε καὶ παραπλῆγας, ὥσθ' οἱ μὲν ἐν κάρῳ κείμενοι καὶ ὕπνῳ κατεκόπτοντο, οἱ δ' ὀρχούμενοι καὶ βακχεύοντες γυμνοὶ περιέπιπτον τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις, ὀλίγου δ' ἀπώλοντο ἅπαντες. ὁ δὲ θεῖον νομίσας τὸ εὐτύχημα, τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀνιερώσας τῇ πατρίῳ θεῷ προσηγόρευσε Σάκαια· ὅπου δ' ἂν ᾖ τῆς θεοῦ ταύτης ἱερόν, ἐνταῦθα νομίζεται καὶ ἡ τῶν Σακαίων ἑορτὴ βακχεία τις μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ, διεσκευασμένων Σκυθιστί, πινόντων ἅμα καὶ πληκτιζομένων πρὸς ἀλλήλους ἅμα τε καὶ τὰς συμπινούσας γυναῖκας.

6. Μασσαγέται δ' ἐδήλωσαν τὴν σφετέραν ἀρετὴν ἐν τῷ πρὸς Κῦρον πολέμῳ, περὶ ὧν θρυλοῦσι πολλοί, καὶ δεῖ πυνθάνεσθαι παρ' ἐκείνων. λέγεται δὲ καὶ τοιαῦτα περὶ τῶν Μασσαγετῶν, ὅτι κατοικοῦσιν οἱ μὲν ὄρη, τινὲς δ' αὐτῶν πεδία, οἱ δὲ ἕλη, ἃ ποιοῦσιν οἱ ποταμοί, οἱ δὲ τὰς ἐν τοῖς ἕλεσι νήσους. μάλιστα δέ φασι τὸν Ἀράξην ποταμὸν κατακλύζειν τὴν χώραν πολλαχῇ σχιζόμενον, ἐκπίπτοντα δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις στόμασιν εἰς τὴν ἄλλην τὴν πρὸς ἄρκτοις θάλατταν, ἑνὶ δὲ μόνῳ πρὸς τὸν κόλπον τὸν Ὑρκάνιον. θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται, τούτῳ δὲ ἱπποθυτοῦσι· γαμεῖ δ' ἕκαστος μίαν, χρῶνται δὲ καὶ ταῖς ἀλλήλων οὐκ ἀφανῶς, ὁ δὲ μιγνύμενος τῇ ἀλλοτρίᾳ, τὴν φαρέτραν ἐξαρτήσας ἐκ τῆς ἁμάξης, φανερῶς μίγνυται· θάνατος δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς ἄριστος, ὅταν γηράσαντες κατακοπῶσι μετὰ προβατείων κρεῶν καὶ ἀναμὶξ βρωθῶσι· τοὺς δὲ νόσῳ θανόντας ῥίπτουσιν, ὡς ἀσεβεῖς καὶ ἀξίους ὑπὸ

a se Sacasenam denominaverunt; et usque ad Cappadoces, maxime eos, qui ad mare Euxinum habitantes nunc Pontici dicuntur, progressi sunt. Hos, quum ob prædam partam festos dies agitarent, Persarum præfecti, qui tum circum ista erant loca, noctu adorti funditus deleverunt. In campo autem petram quandam aggere complentes, ita ut rotundi collis figuram referret, muro cinxerunt; ibique deæ Anaitidis et eodem altari gaudentium deorum Omani et Anadati, Persicorum geniorum, templum posuerunt, et Sacæa, sollemnem conventum, quotannis indixerunt. Is etiam nunc ab iis celebratur, qui Zela tenent: hoc enim nomen loco. Majorem vero partem oppidum illud sacrorum servi tenent. Pompeius, adjecta haud exigua regione, jussisque intra murum migrare ejus incolis, unam fecit earum urbium, quas constituit, Mithridate dejecto.

5. Ac nonnulli quidem sic de Sacis tradunt, alii autem Cyrum narrant, quum fecisset expeditionem in Sacas, prœlio victum fugisse; proinde, aiunt, quum castra posuisset eo loco, ubi impedimenta reliquerat, omni rerum copia, ac maxime vini suppeditante, paululum quiete refecto exercitu, sub vesperam duxit fugam simulans, et tabernacula plena relinquens: ac progressus, quantum videbatur ex usu fore, substitit. Sacæ insequentes, quum castra hominum vacua, cibo potuque plena reperissent, affatim se impleverunt. Cyrus reversus vinolentos eos et stupidos deprehendit: itaque alii gravedine et somno obruti profundo trucidati sunt, alii inter saltandum et bacchandum nudi in arma hostium inciderunt, ac pæne universi perierunt. At Cyrus divinitus oblatam sibi hanc victoriam arbitratus, diem istam deæ, quam patrio more colebat, consecravit, et Sacæa appellavit: ubicunque autem fanum ejus deæ est, ibidem statutum est celebrari Sacæa festum bacchicum per diem et noctem Scythico habitu, potantibus viris ac mulieribus, atque in vino invicem per joca et lasciviam concertantibus.

6. Massagetæ suam fortitudinem demonstraverunt in bello adversus Cyrum: de quo (περὶ οὗ) multi narrationes invulgaverunt, quas ex illis audire licet. Sed hæc quoque de Massagetis dicuntur: alios habitare in montibus, alios in campis, quosdam paludes, quas fluvii faciunt, nonnullos insulas in paludibus sitas. Maxime inundari regionem eorum ab Araxo flumine perhibent, subinde diviso, et reliquis ostiis in mare septentrionale, unico in sinum Hyrcanium effluente. Solem unicum deum agnoscunt, eique equos sacrificant. Unam quisque uxorem ducit: interim etiam alienis utuntur, neque id occulte: qui cum aliena coit, pharetra de curru suspensa id aperte facit. Mortis genus optimum censent, si senio confecti cum carnibus ovillis in frusta concidantur, unaque devorentur. Qui e morbo decedunt, eos abjiciunt tanquam impios et dignos qui a fe-

θηρίων βεβρῶσθαι. ἀγαθοὶ δὲ ἱππόται καὶ πεζοί, τόξοις δὲ χρῶνται καὶ μαχαίραις καὶ θώραξι καὶ σαγάρεσι χαλκαῖς, ζῶναι δὲ αὐτοῖς εἰσι χρυσαῖ καὶ διαδήματα ἐν ταῖς μάχαις· οἵ τε ἵπποι χρυσοχάλινοι, καὶ μασχαλιστῆρες δὲ χρυσοῖ· ἄργυρος δ' οὐ γίνεται παρ' αὐτοῖς, σίδηρος δ' ὀλίγος, χαλκὸς δὲ καὶ χρυσὸς ἄφθονος.

7. Οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς νήσοις, οὐκ ἔχοντες σπόριμα, ῥιζοφαγοῦσι καὶ ἀγρίοις χρῶνται καρποῖς, ἀμπέχονται δὲ τοὺς τῶν δένδρων φλοιούς (οὐδὲ γὰρ βοσκήματα ἔχουσι), πίνουσι δὲ τὸν ἐκ τῶν δένδρων καρπὸν ἐκθλίβοντες· οἱ δ' ἐν τοῖς ἕλεσιν ἰχθυοφαγοῦσιν, ἀμπέχονται δὲ τὰ τῶν φωκῶν δέρματα τῶν ἐκ θαλάττης ἀνατρεχουσῶν· οἱ δ' ὄρειοι τοῖς ἀγρίοις τρέφονται καὶ αὐτοὶ καρποῖς· ἔχουσι δὲ καὶ πρόβατα ὀλίγα, ὥστ' οὐδὲ κατακόπτουσι, φειδόμενοι τῶν ἐρίων χάριν καὶ τοῦ γάλακτος· τὴν δ' ἐσθῆτα ποικίλλουσιν ἐπιχρίστοις φαρμάκοις δυσεξίτηλον ἔχουσι τὸ ἄνθος. οἱ δὲ πεδινοί, καίπερ ἔχοντες χώραν, οὐ γεωργοῦσιν, ἀλλὰ ἀπὸ προβάτων καὶ ἰχθύων ζῶσι νομαδικῶς καὶ Σκυθικῶς. ἔτι γάρ τις καὶ κοινὴ ἡ δίαιτα πάντων τῶν τοιούτων, ἣν πολλάκις λέγω, καὶ ταφαὶ δ' εἰσὶ παραπλήσιαι καὶ ἤθη καὶ ὁ σύμπας βίος, αὐθέκαστος μέν, σκαιὸς δὲ καὶ ἄγριος καὶ πολεμικός, πρὸς δὲ τὰ συμβόλαια ἁπλοῦς καὶ ἀκάπηλος.

8. Τοῦ δὲ τῶν Μασσαγετῶν καὶ τῶν Σακῶν ἔθνους καὶ οἱ Ἀττάσιοι καὶ οἱ Χωράσμιοι, εἰς οὓς ἀπὸ τῶν Βακτριανῶν καὶ τῶν Σογδιανῶν ἔφυγε Σπιταμένης, εἷς ἐκ τῶν ἀποδράντων Περσῶν τὸν Ἀλέξανδρον, καθάπερ καὶ Βῆσσος· καὶ ὕστερον δὲ Ἀρσάκης τὸν Καλλίνικον φεύγων Σέλευκον εἰς τοὺς Ἀπασιάκας ἐχώρησε. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τοὺς Ἀραχωτοὺς καὶ Μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρακεῖσθαι (πρὸς δύσιν) παρὰ τὸν Ὦξον, καὶ Σάκας μὲν καὶ Σογδιανοὺς τοῖς ὅλοις ἐδάφεσιν ἀντικεῖσθαι τῇ Ἰνδικῇ, Βακτρίους δ' ἐπ' ὀλίγον· τὸ γὰρ πλέον τῷ Παροπαμισῷ παρακεῖσθαι· διείργειν δὲ Σάκας μὲν καὶ Σογδιανοὺς τὸν Ἰαξάρτην, καὶ Σογδιανοὺς δὲ καὶ Βακτριανοὺς τὸν Ὦξον, μεταξὺ δὲ Ὑρκανῶν καὶ Ἀρίων Ταπύρους οἰκεῖν· κύκλῳ δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ τοὺς Ὑρκανοὺς Ἀμάρδους τε καὶ Ἀναριάκας καὶ Καδουσίους καὶ Ἀλβανοὺς καὶ Κασπίους καὶ Οὐιτίους, τάχα δὲ καὶ ἑτέρους μέχρι Σκυθῶν, ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τῶν Ὑρκανῶν Δέρβικας, τοὺς δὲ Καδουσίους συμψαύειν Μήδων καὶ Ματιανῶν ὑπὸ τὸν Παραχοάθραν.

9. Τὰ δὲ διαστήματα οὕτω λέγει· ἀπὸ μὲν τοῦ Κασπίου ἐπὶ τὸν Κῦρον ὡς χιλίους ὀκτακοσίους σταδίους, ἔνθεν δ' ἐπὶ Κασπίας πύλας πεντακισχιλίους ἑξακοσίους, εἶτ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις ἑξακισχιλίους τετρακοσίους, εἶτ' εἰς Βάκτραν τὴν πόλιν, ἣ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται, τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα, εἶτ' ἐπὶ τὸν Ἰαξάρτην ποταμόν, ἐφ' ὃν Ἀλέξανδρος ἧκεν, ὡς πεντακισχιλίους· ὁμοῦ δισμύριοι δισχίλιοι ἑξακόσιοι ἑβδομήκοντα. λέγει δὲ καὶ οὕτω τὰ διαστήματα· ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Ἰνδούς, εἰς μὲν Ἑκατόμπυλον χιλίους ἐνναкοσίους ἑξήκοντά φα-

ris vorentur. Equites boni sunt, et pedites; arcubus utuntur, et gladiis et thoracibus æreisque securibus; cingula iis aurea et diademata in pugnis; aurata etiam equorum frena et lora humeralia. Argentum apud eos non nascitur, neque ferri multum; æs et aurum abunde.

7. Qui in insulis degunt, quia sementem non faciunt, radicibus vescuntur, et fructibus utuntur silvestribus; amiciunt se arborum corticibus, quia pecore etiam carent: succum bibunt ex arboreis fructibus elisum. *Qui paludes* incolunt, ii piscium esu vivunt; vestiuntur vitulorum marinorum pellibus, qui e mari ad eos sursum ascendunt. Montani silvestribus ipsi quoque fructibus aluntur: habent etiam paucas aliquas oves, sed non cædunt eas, lanæ causa et lactis parcentes; vestem pigmentis illitis variant, quorum vigor non facile evanescat. Campestres agrum quanquam habent, non colunt, sed victum ex ovibus et piscibus petunt, Nomadum ac Scythico more. Est enim quædam communis vivendi ratio omnium istorum populorum, quam sæpe dixi. Sepultura quoque et mores similes sunt, et tota vitæ ratio simplex quidem, sed prava, fera et bellicosa, ad contractus vero bonæ fidei et a fraude vacua.

8. De Massagetarum et Sacarum gente sunt etiam Attasii et Chorasmii, ad quos e Bactrianis et Sogdianis fugit Spitamenes, Persarum unus, qui ab Alexandro profugerunt, ut et Bessus. Postea etiam Arsaces Seleucum Callinicum fugiens ad Apasiacas se contulit. Eratosthenes tradit Arachotos et Massagetas sitos juxta Bactrios ad Oxum; et Sacas quidem ac Sogdianos toto solo Indiæ oppositos: Bactrios exigua tantum sui parte, quorum major pars Paropamiso sit apposita; Sacas et Sogdianos Iaxarte dirimi; Sogdianos et Bactrianos Oxo; inter Hyrcanos et Arios habitare Tapyros. In orbem circum mare post Hyrcanos esse Amardos, Anariacas, Cadusios, Albanos, Caspios, Uitios ac fortasse etiam alios quosdam usque ad Scythas: ab altera Hyrcanorum parte Derbicas; a Cadusiis Medos attingi et Matianos sub Parachoathram.

9. Intervalla sic tradit. A mari Caspio usque ad Cyrum, octo fere millia stadiorum; inde ad Caspias portas quinque millia sexcenta; hinc ad Alexandriam in Ariis sex millia quadringenta; porro ad Bactram, quæ urbs etiam Zariaspa dicitur, tria millia octingenta septuaginta; deinde ad Iaxarten fluvium, ad quem Alexander venit, quinque circiter millia; hinc summa conflatur stadiorum viginti millium sexcentorum septuaginta. Verum sic quoque distantias refert a Caspiis portis ad Indos: Hecatompylum

σιν, εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα, εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δραγγῇ χιλίους ἑξακοσίους, οἱ δὲ πεντακοσίους, εἶτ' εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσιν, εἶτ' εἰς Ὀρτόσπανα, ἐπὶ τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον, δισχιλίους, εἶτ' εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰνδικῆς χιλίους· ὁμοῦ μύριοι πεντακισχίλιοι τριακόσιοι. ἐπ' εὐθείας δὲ τῷ διαστήματι τούτῳ τὸ συνεχὲς δεῖ νοεῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης μῆκος τῆς Ἰνδικῆς. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς Σάκας.

ΚΕΦ. Θ.

Ἡ δὲ Παρθυαία πολλὴ μὲν οὐκ ἔστι· συνετέλει γοῦν μετὰ τῶν Ὑρκανῶν [κατὰ] τὰ Περσικά, καὶ μετὰ ταῦτα, τῶν Μακεδόνων κρατούντων ἐπὶ χρόνον πολύν. πρὸς δὲ τῇ σμικρότητι δασεῖα καὶ ὀρεινή ἐστι καὶ ἄπορος, ὥστε διὰ τοῦτο δρόμῳ διεξιᾶσι τὸν ἑαυτῶν οἱ βασιλεῖς ὄχλον, οὐ δυναμένης τρέφειν τῆς χώρας οὐδ' ἐπὶ μικρόν· ἀλλὰ νῦν ηὔξηται. μέρη δ' ἐστὶ τῆς Παρθυηνῆς ἥ τε Κωμισηνὴ καὶ ἡ Χωρηνή, σχεδὸν δέ τι καὶ τὰ μέχρι πυλῶν Κασπίων καὶ Ῥαγῶν καὶ Ταπύρων, ὄντα τῆς Μηδίας πρότερον. ἔστι δ' Ἀπάμεια καὶ Ἡράκλεια, πόλεις περὶ τὰς Ῥάγας. εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς μὲν Ῥάγας στάδιοι πεντακόσιοι, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος, εἰς δ' Ἑκατόμπυλον, τὸ τῶν Παρθυαίων βασίλειον, χίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα· τοὔνομα δὲ ταῖς Ῥάγαις ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασίν, ὑφ' ὧν πόλεις τε συχναὶ καὶ κῶμαι δισχίλιαι, ὡς Ποσειδώνιός φησι, ἀνετράπησαν. τοὺς δὲ Ταπύρους οἰκεῖν φασι μεταξὺ Δερβίκων τε καὶ Ὑρκανῶν. ἱστοροῦσι δὲ περὶ τῶν Ταπύρων, ὅτι αὐτοῖς εἴη νόμιμον τὰς γυναῖκας ἐκδιδόναι τὰς γαμετὰς ἑτέροις ἀνδράσιν, ἐπειδὰν ἐξ αὐτῶν ἀνέλωνται δύο ἢ τρία τέκνα, καθάπερ καὶ Κάτων Ὁρτησίῳ δεηθέντι ἐξέδωκε τὴν Μαρκίαν ἐφ' ἡμῶν κατὰ παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος.

2. Νεωτερισθέντων δὲ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου διὰ τὸ πρὸς † ἀλλήλοις εἶναι τοὺς τῆς Συρίας καὶ τῆς Μηδίας βασιλέας τοὺς ἔχοντας καὶ ταῦτα, πρῶτον μὲν τὴν Βακτριανὴν ἀπέστησαν οἱ πεπιστευμένοι καὶ τὴν ἐγγὺς αὐτῆς πᾶσαν, οἱ περὶ Εὐθύδημον. ἔπειτ' Ἀρσάκης, ἀνὴρ Σκύθης, τῶν Δαῶν τινας ἔχων, τοὺς Πάρνους καλουμένους νομάδας, παροικοῦντας τὸν Ὦχον, ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθυαίαν καὶ ἐκράτησεν αὐτῆς. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀσθενὴς ἦν διαπολεμῶν πρὸς τοὺς ἀφαιρεθέντας τὴν χώραν καὶ αὐτὸς καὶ οἱ διαδεξάμενοι ἐκεῖνον, ἔπειθ' οὕτως ἴσχυσαν ἀφαιρούμενοι τὴν πλησίον ἀεὶ διὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις κατορθώσεις, ὥστε τελευτῶντες ἁπάσης τῆς ἐντὸς Εὐφράτου κύριοι κατέστησαν. ἀφείλοντο δὲ καὶ τῆς Βακτριανῆς μέρος βιασάμενοι τοὺς Σκύθας καὶ ἔτι πρότερον τοὺς περὶ Εὐκρατίδαν, καὶ νῦν ἐπάρχουσι τοσαύτης γῆς καὶ τοσούτων ἐθνῶν, ὥστε ἀντίπαλοι τοῖς Ῥωμαίοις τρόπον τινὰ γεγόνασι κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. αἴτιος δ' ὁ βίος αὐτῶν καὶ τὰ ἔθη τὰ ἔχοντα πολὺ

quidem stadia mille nongenta sexaginta; ad Alexandriam autem Arianam quattuor millia quingenta triginta; hinc Prophthasiam in Dranga mille sexcenta, vel secundum alios, quingenta; inde ad Arachotos urbem quattuor millia centum viginti; inde ad Ortospana ad trivium e Bactris, duo millia; inde ad fines Indiæ mille. Summa quindecim millia trecenta (*codd.* quingenta). Ad rectam vero lineam huic intervallo respondere intelligendum est longitudinem Indiæ continuam ab Indo usque ad orientale mare. Atque hæc de Sacis.

CAP. IX.

Parthia ampla non est; sub Persis, atque etiam post, Macedonibus rerum potitis, cum Hyrcania est censa. Præterquam quod parva, densa silvis est, montosa et inops: itaque reges suam catervam cursu eam pervehi jubebant, quod ne ad parvum quidem tempus alendo sufficeret; nunc tamen aucta est; nam partes ejus sunt Comisena et Chorena, et fere etiam quicquid est usque ad portas Caspias, et Rhagas ac Tapyros, quæ olim Mediæ fuerunt. Apamea et Heraclea urbes sunt apud Rhagas. A Caspiis portis ad Rhagas stadia sunt quingenta, auctore Apollodoro; ad Hecatompylum Parthorum regiam mille ducenta sexaginta. Nomen Rhagis (rupturas diceres) a terræ motibus factum aiunt, quibus urbes complures et pagos bis mille subversos Posidonius scribit. Tapyros habitare ferunt inter Derbicas et Hyrcanos. De Tapyris narratur, lege apud eos receptum esse, ut uxores suas aliis viris elocent, postquam ipsi ex iis duos aut tres sustulerint liberos; sicut etiam Cato Hortensio roganti Marciam suam nostra ætate tradidit, secutus veterem Romanorum consuetudinem.

2. Ceterum rebus extra Taurum novatis, quod Syriæ et Mediæ reges aliis rebus intenti erant (πρὸς ἄλλοις εἶναι), quibus istæ regiones parebant: primum Bactrianam ad defectionem pertraxit Euthydemus, cui ejus custodia demandata fuerat, et vicinas regiones. Post Arsaces Scytha, Dais quibusdam imperans, cognomento Parnis, nomadibus, qui ad Ochum accolebant, Parthiam invasit et occupavit. Atque ab initio quidem infirmus fuit, bellum continenter sustinens adversus eos, quibus Parthiam ademerat, quum ipse, tum successores ejus: postea ita viribus aucti sunt, rem bello præclare gerentes, et subinde vicina sibi adjicientes, ut ad extremum, quidquid est intra Euphratem ditionis, in suam potestatem redegerint. Scythis quoque et ante Eucratidæ vim fecerunt, ac partem Bactrianæ ademerunt; et hodie tot terras gentesque imperio tenent, ut ob imperii magnitudinem Romanorum potentiæ quodammodo sint pares. In causa est vitæ ratio et mores,

μὲν τὸ βάρβαρον καὶ τὸ Σκυθικόν, πλέον μέντοι τὸ χρήσιμον πρὸς ἡγεμονίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις κατόρθωσιν.

3. Φασὶ δὲ τοὺς Πάρνους Δάας μετανάστας εἶναι ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Δαῶν, οὓς Ξανδίους ἢ Παρίους καλοῦσιν· οὐ πάνυ δ' ὡμολόγηται Δάας εἶναί τινας τῶν ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος Σκυθῶν· ἀπὸ τούτων δ' οὖν ἕλκειν φασὶ τὸ γένος τὸν Ἀρσάκην, οἱ δὲ Βακτριανὸν λέγουσιν αὐτόν, φεύγοντα δὲ τὴν αὔξησιν τῶν περὶ Διόδοτον ἀποστῆσαι τὴν Παρθυαίαν. εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν δόξωμεν, τοσοῦτον εἰπόντες μόνον, ὅτι τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησιν εἶναι Ποσειδώνιος διττόν, τὸ μὲν συγγενῶν, τὸ δὲ σοφῶν καὶ μάγων, ἐξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστασθαι.

ΚΕΦ. Ι.

Ἡ δ' Ἀρία καὶ ἡ Μαργιανὴ κράτιστα χωρία ἐστὶ ταύτῃ, τῇ μὲν ὑπὸ τῶν ὀρῶν ἐγκλειόμενα, τῇ δ' ἐν πεδίοις τὰς οἰκήσεις ἔχοντα. τὰ μὲν οὖν ὄρη νέμονται σκηνῖταί τινες, τὰ δὲ πεδία ποταμοῖς διαρρεῖται· ποτίζουσιν αὐτὰ τὰ μὲν τῷ Ἀρίῳ, τὰ δὲ Μάργῳ. ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ † καὶ τὴν ὑποστᾶσαν ὄρει τῷ ἔχοντι τὴν Βακτριανήν· διέχει δὲ τῆς Ὑρκανίας περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους. συντελὴς δ' ἦν αὐτῇ καὶ ἡ Δραγγιανὴ μέχρι Καρμανίας, τὸ μὲν πλέον τοῖς νοτίοις μέρεσι τῶν ὀρῶν ὑποπεπτωκυῖα, ἔχουσα μέντοι τινὰ τῶν μερῶν καὶ τοῖς ἀρκτικοῖς πλησιάζοντα τοῖς κατὰ τὴν Ἀρίαν· καὶ ἡ Ἀραχωσία δὲ οὐ πολὺ ἄπωθέν ἐστι, καὶ αὐτὴ τοῖς νοτίοις μέρεσι τῶν ὀρῶν ὑποπεπτωκυῖα καὶ μέχρι τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τεταμένη, μέρος οὖσα τῆς Ἀριανῆς. μῆκος δὲ τῆς Ἀρίας ὅσον δισχίλιοι στάδιοι, πλάτος δὲ τριακόσιοι τοῦ πεδίου· πόλεις δὲ Ἀρτακάηνα καὶ Ἀλεξάνδρεια καὶ Ἀχαΐα, ἐπώνυμοι τῶν κτισάντων. εὐοινεῖ δὲ σφόδρα ἡ γῆ· καὶ γὰρ εἰς τριγονίαν παραμένει ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι.

2. Παραπλησία δ' ἐστὶ καὶ ἡ Μαργιανή, ἐρημίαις δὲ περιέχεται τὸ πεδίον. θαυμάσας δὲ τὴν εὐφυΐαν ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος τείχει περιέβαλε κύκλον ἔχοντι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων, πόλιν δὲ ἔκτισεν Ἀντιόχειαν. εὐάμπελος δὲ καὶ αὕτη ἡ γῆ· φασὶ γοῦν τὸν πυθμένα εὑρίσκεσθαι πολλάκις δυσὶν ἀνδράσι περιληπτόν, τὸν δὲ βότρυν δίπηχυν.

ΚΕΦ. ΙΑ.

Τῆς δὲ Βακτρίας μέρη μέν τινα τῇ Ἀρίᾳ παραβέβληται πρὸς ἄρκτον, τὰ πολλὰ δ' ὑπέρκειται πρὸς ἕω· πολλὴ δ' ἐστὶ καὶ πάμφορος πλὴν ἐλαίου. τοσοῦτον δὲ ἴσχυσαν οἱ ἀποστήσαντες Ἕλληνες αὐτὴν διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, ὥστε τῆς τε Ἀριανῆς ἐπεκράτουν

in quibus multum quidem est barbaricum et Scythicum, plus tamen ad imperium conducens, et rem bello recte gerendam.

3. Aiunt Parnos Daas demigrasse a Dais, qui supra Mæotidem habitant, Xandii (*Xanthii?*) dicti aut Parii : non est autem prorsus in confesso esse quosdam Daas Scythas supra Mæotidem. Ab his igitur Arsacen genus traxisse ferunt; alii Bactrianum fuisse tradunt, quumque incrementa Diodoti fugeret, Parthiam ad defectionem pertraxisse. Sed quum multa de legibus et institutis Parthorum dixerimus in sexto Historicorum commentariorum libro, sive in secundo eorum, quæ Polybio subjunximus : nunc ea prætermittemus, ne videamur eadem bis inculcare; id unum dicamus, Posidonio teste, duplex esse concilium Parthorum, unum cognatorum, alterum sapientum et magorum : reges ex utroque deligi.

CAP. X.

Aria et Margiana præstantissimæ ibi sunt regiones, partim montibus inclusæ, partim domicilia locis planis habentes. Montes ergo inhabitant Scenitæ quidam in tabernaculis degentes : campestria amnibus perfluuntur. Rigant ea partim Arius, partim Margus. Contermina est Aria Bactrianæ *quæ est sub Saripho* (τῇ ὑπὸ Σαρίφῳ ὄρ.) *monte Bactrianam dirimente* : distat ab Hyrcania stadiis circiter sexies mille. Cum ea censebatur etiam Drangiana usque ad Carmaniam, majori parte sub austrinis *montium* partibus jacens, habens tamen etiam quasdam partes borealibus montibus propinquas juxta Ariam. Arachosia etiam non procul abest, ipsa quoque meridionalibus montium partibus subjacens, et usque ad Indum amnem porrecta, pars Arianæ. Longitudo Ariæ bis mille fere stadiorum; latitudo planitiei trecentorum. Urbes Artacaena, Alexandria, Achaia, nomina a conditoribus habentes. Terra est vini ferax, quod in tertiam usque ætatem durat in vasis non picatis.

2. Vicina est etiam Margiana, sed solitudine campi ejus cinguntur. Miratus autem regionis fertilitatem Antiochus Soter, muro eam circumdedit, cujus circulus continet stadia mille quingenta, urbemque in ea condidit Antiochiam. Hæc quoque terra vitibus pollet. Ferunt inveniri vites ibi frequenter, quarum caudex tantus sit, quantum duo viri queant amplecti, uvam autem bicubitalem.

CAP. XI.

Bactriæ partes quædam juxta Ariam versus septentrionem sitæ sunt, pleræque autem supra eam versus ortum porriguntur. Ampla est regio et omnium rerum ferax, excepto oleo. Tanta autem fuit Græcorum, qui eam abalienaverunt, potentia ob soli præstantiam, ut et Arianam

καὶ τῶν Ἰνδῶν, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀρταμιτηνός, καὶ πλείω ἔθνη κατεστρέψαντο ἢ Ἀλέξανδρος, καὶ μάλιστα Μένανδρος (εἴ γε καὶ τὸν Ὕπανιν διέβη πρὸς ἕω, καὶ μέχρι τοῦ Ἰσάμου προῆλθε), τὰ μὲν (γὰρ) αὐτός, τὰ δὲ Δημήτριος ὁ Εὐθυδήμου υἱός, τοῦ Βακτρίων βασιλέως· οὐ μόνον δὲ τὴν Παταληνὴν κατέσχον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης παραλίας τήν τε Σαραόστου καλουμένην καὶ τὴν Σιγέρδιδος βασιλείαν. καθ' ὅλου δέ φησιν ἐκεῖνος τῆς συμπάσης Ἀριανῆς πρόσχημα εἶναι τὴν Βακτριανήν· καὶ δὴ καὶ μέχρι Σηρῶν καὶ Φρυνῶν ἐξέτεινον τὴν ἀρχήν.

2. Πόλεις δ' εἶχον τά τε Βάκτρα, ἥνπερ καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσιν, ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς ἐκβάλλων εἰς τὸν Ὦξον, καὶ Δάραψα καὶ ἄλλας πλείους· τούτων δ' ἦν καὶ ἡ Εὐκρατιδία, τοῦ ἄρξαντος ἐπώνυμος. οἱ δὲ κατασχόντες αὐτὴν Ἕλληνες καὶ εἰς σατραπείας διῃρήκασιν, ὧν τήν τε Ἀσπιώνου καὶ τὴν Τουριούαν ἀφῄρηντο Εὐκρατίδην οἱ Παρθυαῖοι. ἔσχον δὲ καὶ τὴν Σογδιανὴν ὑπερκειμένην πρὸς ἕω τῆς Βακτριανῆς μεταξὺ τοῦ τε Ὤξου ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τήν τε τῶν Βακτρίων καὶ τὴν τῶν Σογδίων, καὶ τοῦ Ἰαξάρτου· οὗτος δὲ καὶ τοὺς Σογδίους ὁρίζει καὶ τοὺς νομάδας.

3. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν νομάδων οἵ τε Σογδιανοὶ καὶ οἱ Βακτριανοί, μικρὸν δ' ὅμως ἡμερώτερα ἦν τὰ τῶν Βακτριανῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ περὶ Ὀνησίκριτον· τοὺς γὰρ ἀπειρηκότας διὰ γῆρας ἢ νόσον ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις κυσὶν ἐπίτηδες πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλεῖσθαι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ, καὶ ὁρᾶσθαι τὰ μὲν ἔξω τείχους τῆς μητροπόλεως τῶν Βάκτρων καθαρά, τῶν δ' ἐντὸς τὸ πλέον ὀστέων πλήρες ἀνθρωπίνων· καταλῦσαι δὲ τὸν νόμον Ἀλέξανδρον. τοιαῦτα δέ πως καὶ τὰ περὶ τοὺς Κασπίους ἱστοροῦσι· τοὺς γὰρ γονέας, ἐπειδὰν ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότες τυγχάνωσιν, ἐγκλεισθέντας λιμοκτονεῖσθαι. τοῦτο μὲν οὖν ἀνεκτότερον καὶ τῷ Κείων νόμῳ παραπλήσιον, καίπερ ὂν Σκυθικόν, πολὺ μέντοι Σκυθικώτερον τὸ τῶν Βακτριανῶν. καὶ δὴ διαπορεῖν ἄξιον ἦν, ἡνίκα Ἀλέξανδρος τοιαῦτα κατελάμβανε τἀνταῦθα, τί χρὴ ποιεῖν τὰ ἐπὶ τῶν πρώτων Περσῶν καὶ τῶν ἔτι πρότερον ἡγεμόνων, ὁποῖα εἰκὸς ἦν παρ' αὐτοῖς νεμομίσθαι.

4. Φασὶ δ' οὖν ὀκτὼ πόλεις τὸν Ἀλέξανδρον ἔν τε τῇ Βακτριανῇ καὶ τῇ Σογδιανῇ κτίσαι, τινὰς δὲ κατασκάψαι, ὧν Καριάτας μὲν τῆς Βακτριανῆς, ἐν ᾗ Καλλισθένης συνελήφθη καὶ παρεδόθη φυλακῇ, Μαράκανδα δὲ τῆς Σογδιανῆς καὶ τὰ Κῦρα, ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα, ἐπὶ τῷ Ἰαξάρτῃ ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ἦν ὅριον τῆς Περσῶν ἀρχῆς· κατασκάψαι δὲ τὸ κτίσμα τοῦτο, καίπερ ὄντα φιλόκυρον, διὰ τὰς πυκνὰς ἀποστάσεις· ἑλεῖν δὲ καὶ πέτρας ἐρυμνὰς σφόδρα ἐκ προδοσίας, τήν τε ἐν τῇ Βακτριανῇ, τὴν Σισιμίθρου, ἐν ᾗ εἶχεν Ὀξυάρτης τὴν θυγατέρα Ῥωξάνην, καὶ τὴν ἐν τῇ Σογδιανῇ (καὶ) τὴν τοῦ Ὤξου, οἱ δ' Ἀριαμάζου

obtinuerint, et Indiam, ut ait Apollodorus Artamitenus, ac plures, quam Alexander, gentes subegerint, maxime Menander (siquidem is et Hypanim transivit versus ortum, et ad Isamum (*Iomanum vel Imaum?*) usque pervenit), partim ipse partim Demetrius Euthydemi filius, Bactriorum regis. Non modo autem Patalenam occupaverunt, sed etiam in reliqua ora maritima quod Saraosti dicitur ac quod Sigerdidis regnum. Omnino autem ille ait totius Arianæ ornamentum esse Bactrianam. Quin et usque ad Seres et Phrynos (*codd.* Phaunos) dominium suum protulerunt.

2. Urbes habuerunt Bactra (quæ et Zariaspa dicitur, eamque fluvius ejusdem nominis perfluit, in Oxum se evolvens), Darapsa (Adrapsa *lib.* 15, 2, 10) et alias plures, inter quas et Eucratidia fuit, a principe nomen habens. Græci Bactriana potiti, in satrapias eam diviserunt, de quibus illam Aspioni et Turivam (*Tapuriam?*) Parthi Eucratidæ eripuerunt. Possederunt etiam Sogdianam, supra Bactriam versus ortum sitam, inter Oxum fluvium, qui Bactrios a Sogdiis dividit, et Iaxartem amnem, Sogdios a Nomadibus distinguentem.

3. Antiquitus Sogdii et Bactriani vitæ ratione et moribus non multum erant absimiles Nomadum, paulo tamen mansuetiores erant Bactriani, quanquam Onesicritus de his quoque narrat minime laudanda: eos enim, qui senio confecti sint, aut morbo, vivos ait projici canibus, dedita opera ad hoc nutritis, quos sua lingua entaphiastas, quasi vespillones, vocent; ac videri quidem, quæ extra murum primariæ Bactriorum urbis sunt, pura; intus autem pleraque humanis plena ossibus; morem eum ab Alexandro fuisse sublatum. Similia horum etiam de Caspiis tradunt: ab iis parentes, ubi septuagesimum ætatis annum impleverint, inclusos fame necari. Id sane tolerabilius, et Ceorum (τῷ οἰκείῳ νόμῳ *codd.*) legi simile, quanquam est Scythicum: multo magis tamen Scythicus est Bactrianorum mos. Ac dubitari merito potest, siquidem Alexander in his partibus ista invenit, quid dicendum (εἰπεῖν?) foret de iis quæ sub primis Persis atque illos antecedentibus principibus probabiliter in usu apud illos essent.

4. Alexandrum perhibent octo urbes in Bactriana et Sogdiana condidisse, quasdam etiam evertisse, de quibus fuissent Cariatæ Bactrianæ, ubi Callisthenes comprehensus et in custodiam datus est, ac Maracanda Sogdianæ, itemque Cyra, ultima earum, quas Cyrus condidit, ad Iaxartem fluvium sita, et terminus imperii Persici; eam delevisse Alexandrum, quanquam Cyri studiosum, ob crebras defectiones. Ferunt etiam petras eum admodum munitas, proditione interveniente, cepisse, nimirum petram Sisimithræ in Bactriana, in qua Oxyartes filiam custodiebat Roxanen, et in Sogdiana Oxi petram, quam alii Ariamazæ

φασί. τὴν μὲν οὖν Σισιμίθρου πεντεκαίδεκα σταδίων ἱστοροῦσι τὸ ὕψος, ὀγδοήκοντα δὲ τὸν κύκλον· ἄνω δ' ἐπίπεδον καὶ εὔγεων, ὅσον πεντακοσίους ἄνδρας τρέφειν δυναμένην, ἐν ᾗ καὶ ξενίας τυχεῖν πολυτελοῦς, καὶ γάμους ἀγαγεῖν Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου θυγατρὸς τὸν Ἀλέξανδρον· τὴν δὲ τῆς Σογδιανῆς διπλασίαν τὸ ὕψος φασί. περὶ τούτους δὲ τοὺς τόπους καὶ τὸ τῶν Βραγχιδῶν ἄστυ ἀνελεῖν, οὓς Ξέρξην μὲν ἱδρῦσαι αὐτόθι, συναπάραντας αὐτῷ ἑκόντας ἐκ τῆς οἰκείας διὰ τὸ παραδοῦναι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ τὰ ἐν Διδύμοις καὶ τοὺς θησαυρούς· ἐκεῖνον δ' ἀνελεῖν μυσαττόμενον τὴν ἱεροσυλίαν καὶ τὴν προδοσίαν.

5. Τὸν δὲ διὰ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα ποταμὸν † καὶ Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος, τῶν Μακεδόνων θεμένων (καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ μὲν καινὰ ἔθεσαν, τὰ δὲ παρωνόμασαν), ἄρδοντα δὲ τὴν χώραν, ἐκπίπτειν εἰς ἔρημον καὶ ἀμμώδη γῆν, καταπίνεσθαί τε εἰς τὴν ἄμμον, ὡς καὶ τὸν Ἄριον τὸν δι' Ἀρίων ῥέοντα. τοῦ δὲ Ὤχου ποταμοῦ πλησίον ὀρύττοντας εὑρεῖν ἐλαίου πηγὴν λέγουσιν· εἰκὸς δέ, ὥσπερ νιτρώδη τινὰ καὶ στύφοντα ὑγρὰ καὶ ἀσφαλτώδη καὶ θειώδη διαρρεῖ τὴν γῆν, οὕτω καὶ λιπαρὰ εὑρίσκεσθαι, τὸ δὲ σπάνιον ποιεῖ τὴν παραδοξίαν. ῥεῖν δὲ τὸν Ὦχον οἱ μὲν διὰ τῆς Βακτριανῆς φασιν, οἱ δὲ παρ' αὐτήν, καὶ οἱ μὲν ἕτερον τοῦ Ὤξου μέχρι τῶν ἐκβολῶν, νοτιώτερον ἐκείνου, ἀμφοτέρων δ' ἐν τῇ Ὑρκανίᾳ τὰς εἰς τὴν θάλατταν ὑπάρχειν ἐκρύσεις, οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἕτερον, συμβάλλειν δ' εἰς ἓν τὸ τοῦ Ὤξου ῥεῖθρον, πολλαχοῦ καὶ ἓξ καὶ ἑπτὰ σταδίων ἔχοντα τὸ πλάτος. ὁ μέντοι Ἰαξάρτης ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἕτερός ἐστι τοῦ Ὤξου, καὶ εἰς μὲν τὴν αὐτὴν τελευτῶν θάλατταν, αἱ δ' ἐμβολαὶ διέχουσιν ἀλλήλων, ὥς φησι Πατροκλῆς, παρασάγγας ὡς ὀγδοήκοντα· τὸν δὲ παρασάγγην τὸν Περσικὸν οἱ μὲν ἑξήκοντα σταδίων φασίν, οἱ δὲ τριάκοντα ἢ τετταράκοντα. ἀναπλεόντων δ' ἡμῶν τὸν Νεῖλον ἄλλοτ' ἄλλοις μέτροις χρώμενοι τὰς σχοίνους ὠνόμαζον ἀπὸ πόλεως ἐπὶ πόλιν, ὥστε τὸν αὐτὸν τῶν σχοίνων ἀριθμὸν ἀλλαχοῦ μὲν μείζω παρέχειν πλοῦν, ἀλλαχοῦ δὲ βραχύτερον· οὕτως ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον καὶ φυλαττόμενον μέχρι νῦν.

6. Μέχρι μὲν δὴ τῆς Σογδιανῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἰόντι ἀπὸ τῆς Ὑρκανίας γνώριμα ὑπῆρξε τὰ ἔθνη καὶ τοῖς Πέρσαις πρότερον τὰ ἔξω τοῦ Ταύρου καὶ τοῖς Μακεδόσι μετὰ ταῦτα καὶ τοῖς Παρθυαίοις. τὰ δ' ἐπέκεινα ἐπ' εὐθείας ὅτι μὲν Σκυθικά ἐστιν, ἐκ τῆς ὁμοειδείας εἰκάζεται, στρατεῖαι δ' οὐ γεγόνασιν ἐπ' αὐτοὺς ἡμῖν γνώριμοι, καθάπερ οὐδὲ ἐπὶ τοὺς βορειοτάτους τῶν νομάδων· ἐφ' οὓς ἐπεχείρησε μὲν ὁ Ἀλέξανδρος ἄγειν στρατείαν, ὅτε τὸν Βῆσσον μετῄει καὶ τὸν Σπιταμένην, ζωγρίᾳ δ' ἀναχθέντος τοῦ Βήσσου, τοῦ δὲ Σπιταμένους ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρέντος, ἐπαύσατο τῆς ἐπιχειρήσεως. οὐχ ὁμολογοῦσι δ', ὅτι περιέπλευσάν τινες ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, ὅτι δὲ δυνατόν, Πατροκλῆς εἴρηκε.

nominant. Sisimithræ petram aiunt altitudine fuisse quindecim stadiorum, ambitu octoginta, superne autem planam ac glebosam et quingentis viris alendis sufficientem: ibi sumptuose admodum hospitio exceptum Alexandrum cum Roxana, Oxyartæ filia, nuptias peregisse: Sogdianam duplæ altitudinis esse. Circa hæc loca eum etiam Branchidarum urbem excidisse, quos eo Xerxes collocarat, ultro eum e patria secutos, quod opes dei in Didymis et thesauros ei prodidissent: at Alexandrum sacrilegia eorum et proditionem abominatum, urbem delevisse.

5. Amnem per Sogdianam fluentem Polytimetum Aristobulus vocat (καλεῖ): Macedonibus [*hoc nomen*, τοὔνομα] ei tribuentibus, sicut alia quoque multa partim nova partim ex antiquis deflexa nomina posuerunt: eum rigata tellure in solitudinem et arenosam exire terram, absorberique sabulo, sicut et Arium, qui per Ariam labitur. Fodientes quoque prope Ochum flumen, invenire perhibent olei scaturiginem. Ac verisimile est, sicut nitrosi quidam et adstringentes humores ac bituminosi etiam et sulfurei terram perfluunt, ita et pingues reperiri; raritas autem facit ut fides minus facile adhibeatur. Labi Ochum alii per, alii præter Bactrianam affirmant, alii diversum ad ostia usque ab Oxo, et versus austrum ab eo dissitum; utrumque autem in Hyrcania in mare exire: alii ab initio quidem Ochum ab Oxo diversum esse dicunt, deinde vero cum eo in unum coire, multisque locis alveum habere sex vel septem stadiorum latitudinem. Iaxartes autem ab initio ad finem usque alius est ab Oxo; in idem sane mare effunditur, sed ostia horum fluviorum inter se distant, ut Patrocles refert, ad octoginta parasangas. Parasangam Persicum alii sexaginta stadiorum esse aiunt, alii triginta, alii quadraginta. Nos quum adverso Nilo subveheremur, alias aliis usi mensuris schœnos numerabant ab urbe ad urbem: ita ut idem schœnorum numerus alibi longioris, alibi brevioris navigationis spatio conveniret: re ita inde ab initio tradita, et in hunc usque diem observata.

6. Enimvero usque ad Sogdianam versus ortum solis ab Hyrcania sitæ gentes extra (*intra?*) Taurum, quum Persis prius, tum post hos Macedonibus fuerunt cognitæ ac Parthis. Quæ vero ulterius in eadem recta sunt linea, Scythicas esse ex similitudine conjicitur: expeditiones tamen nobis notæ in eas nullæ sunt factæ, ut neque in septentrioni proximos Nomades. Intenderat quidem Alexander in eos ducere, quando Bessum persequebatur ac Spitamenem: sed quum Bessus captus adduceretur, et Spitamenes barbarorum manu interiisset, a conatu suo destitit. Non convenit etiam de hoc, quod quidam dicuntur circumnavigasse ab India in Hyrcaniam: fieri tamen id posse Patrocles pronuntiavit.

7. Λέγεται δέ, διότι τοῦ Ταύρου τὸ τελευταῖον, ὃ καλοῦσιν Ἰμάϊον, τῇ Ἰνδικῇ θαλάττῃ ξυνάπτον, οὐδὲν οὔτε προὔχει πρὸς ἕω τῆς Ἰνδικῆς μᾶλλον οὔτ' εἰσέχει· παριόντι δ' εἰς τὸ βόρειον πλευρόν, ἀεί τι τοῦ μήκους ὑφαιρεῖ καὶ τοῦ πλάτους ἡ θάλαττα, ὥστ' ἀποφαίνειν μείουρον πρὸς ἕω τὴν νῦν ὑπογραφομένην μερίδα τῆς Ἀσίας, ἣν ὁ Ταῦρος ἀπολαμβάνει πρὸς τὸν ὠκεανόν, τὸν πληροῦντα τὸ Κάσπιον πέλαγος. μῆκος δ' ἐστὶ ταύτης τῆς μερίδος τὸ μέγιστον ἀπὸ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν τὸν κατὰ τὸ Ἰμάϊον τρισμυρίων που σταδίων, παρὰ τὴν ὀρεινὴν τοῦ Ταύρου τῆς πορείας οὔσης, πλάτος δ' ἔλαττον τῶν μυρίων. εἴρηται γάρ, ὅτι περὶ τετρακισμυρίους σταδίους ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης τῆς κατὰ Ἰνδούς, ἐπὶ δ' Ἰσσὸν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἄκρων τῶν κατὰ Στήλας ἄλλοι τρισμύριοι· ἔστι δὲ ὁ μυχὸς τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μικρὸν ἢ οὐδὲν Ἀμισοῦ ἑωθινώτερος, τὸ δὲ ἀπὸ Ἀμισοῦ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν γῆν περὶ μυρίους ἐστὶ σταδίους, παράλληλον ὂν τῷ ἀπὸ τοῦ Ἰσσοῦ λεχθέντι ἐπὶ τοὺς Ἰνδούς. λείπεται δή, τὸ λεχθὲν μῆκος ἐπὶ τὴν ἕω τῆς περιωδευμένης νυνὶ μερίδος οἱ τρισμύριοι στάδιοι. πάλιν δὲ τοῦ πλάτους τοῦ μεγίστου τῆς οἰκουμένης ὄντος περὶ τρισμυρίους σταδίους, χλαμυδοειδοῦς οὔσης, τὸ διάστημα τοῦτο ἐγγὺς ἂν εἴη τοῦ μεσημβρινοῦ τοῦ διὰ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης γραφομένου καὶ τῆς Περσικῆς, εἴπερ ἐστὶ τὸ μῆκος τῆς οἰκουμένης ἑπτὰ μυριάδες· εἰ οὖν ἀπὸ τῆς Ὑρκανίας ἐπὶ Ἀρτεμίταν τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ στάδιοί εἰσιν ὀκτακισχίλιοι, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος [ὁ] ἐκ τῆς Ἀρτεμίτας, ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης ἄλλο τοσοῦτόν ἐστι, καὶ πάλιν τοσοῦτον ἢ μικρὸν ἀπολεῖπον εἰς τὰ ἀνταίροντα τοῖς ἄκροις τῆς Αἰθιοπίας, λοιπὸν ἂν εἴη τοῦ πλάτους τῆς οἰκουμένης τοῦ λεχθέντος ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτῆς ὅσον εἰρήκαμεν. μειούρου δ' ὄντος τοῦ τμήματος τούτου τῆς γῆς ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη, γίνοιτ' ἂν τὸ σχῆμα προσόμοιον μαγειρικῇ κοπίδι, τοῦ μὲν ὄρους ἐπ' εὐθείας ὄντος, καὶ νοουμένου κατὰ τὴν ἀκμὴν τῆς κοπίδος, τῆς δ' ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Ὑρκανίου παραλίας ἐπὶ Τάμαρον κατὰ θάτερον πλευρὸν εἰς περιφερῆ καὶ μείουρον γραμμὴν ἀπολῆγον.

8. Ἐπιμνηστέον δὲ καὶ τῶν παραδόξων ἐνίων, ἃ θρυλοῦσι περὶ τῶν τελέως βαρβάρων, οἷον τῶν περὶ τὸν Καύκασον καὶ τὴν ἄλλην ὀρεινήν. τοῖς μὲν γὰρ νόμιμον εἶναί φασι τὸ τοῦ Εὐριπίδου,

τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων·

ἑτέροις δὲ μηδένα ἀποκτείνειν τῶν ἐξαμαρτόντων τὰ μέγιστα, ἀλλ' ἐξορίζειν μόνον μετὰ τῶν τέκνων, ὑπεναντίως τοῖς Δέρβιξι· καὶ γὰρ ἐπὶ μικροῖς οὗτοι σφάττουσι. σέβονται δὲ γῆν οἱ Δέρβικες· θύουσι δ' οὐδὲν θῆλυ οὐδὲ ἐσθίουσι· τοὺς δὲ ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γε-

7. Dicunt etiam ultimam Tauri partem, quæ Imaium (*codd.* ἴμεον, ἴμαιον) vocatur, Indicum pelagus attingentem, neque magis quam Indiam accedere ad ortum, neque magis recedere : quum autem progrediaris ad septentrionale latus, maris subinde latitudo et longitudo fit minor, ita ut ea pars Asiæ, quam nunc descripsimus a Tauro contentam versus Oceanum, qui Caspium mare implet, figuram habeat orientem versus in acutum desinentem. Longitudo hujus partis est maxima ab Hyrcano mari ad Oceanum juxta Imaium, triginta millia circiter stadiorum, itinere secundum montana Tauri porrecto : latitudo autem minor est decies mille (*sexies mille?*) stadiis. Diximus enim lineam, quæ ab Issico sinu est usque ad orientalem Oceanum apud Indos, stadiorum esse quadraginta fere millium; ad Issum vero ab occidua extremitate apud Columnas, triginta millium : est autem intimum sinus Issici aut nihilo aut paulo magis versus ortum quam Amisus : ab Amiso ad Hyrcaniam circiter decem millia sunt stadiorum : quæ linea æqualibus intervallis abest ab ea, quam ab Issico sinu ad Indos duci monuimus. Relinquitur ergo dicta longitudo versus orientem partis jam a nobis descriptæ, triginta stadiorum millia. Rursum quum latitudo maxima habitatæ terræ sit ad triginta stadiorum millia, quæ quidem terra chlamydis formam refert, intervallum hoc fere fuerit meridiani, qui per Caspium mare et Persicum ducitur, siquidem longitudo habitatæ terræ est septuaginta millium stadiorum. Ergo si ab Hyrcania ad Artemitam Babyloniæ stadiorum sunt octo millia, ut Apollodorus Artemitenus dixit, inde autem ad fauces Persici maris totidem, rursusque totidem aut non multo pauciora ad loca extremis Æthiopiæ opposita : relinquitur latitudo habitatæ terræ, quæ descripta est ab intimo Hyrcani maris sinu usque ad ejus exitum, quantum diximus. Quumque figura hujus segmenti in fine contrahatur atque deficiat versus ortum, fuerit hæc similis cultro popinario : ita ut mons in longum porrectus juxta cuspidem cultri cogitetur, ora autem a faucibus Caspii maris ad Tamarum in altero latere, in rotundam ac cauda deficientem lineam desinens.

8. Facienda hic mentio est quorundam admirabilium, quæ de plane barbaris vulgo narrantur, veluti de his, qui circa Caucasum et in reliquis sunt montanis. Aliis enim in more positum aiunt Euripideum hoc (*in Cresphonte fab.*) :

Lugere natum ob multa in quæ venit mala,
et morte liberatum tot laboribus,
efferre lætos cumque faustis vocibus.

Aliis usum esse, neminem eorum, qui gravissimum in se admiserint scelus, interficere, sed tantum cum liberis extra fines ejicere, contra ac Derbices, qui etiam ob levia facinora morte multant. Derbices terram venerantur religiose; nihil feminini generis immolant aut edunt; qui septuagesimum

γονότας σφάττουσι, ἀναλίσκουσι δὲ τὰς σάρκας οἱ ἄγχιστα γένους· τὰς δὲ γραίας ἀπάγχουσιν, εἶτα θάπτουσι· τοὺς δὲ ἐντὸς ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἀποθανόντας οὐκ ἐσθίουσιν, ἀλλὰ θάπτουσι. Σίγιννοι δὲ τἆλλα μὲν περσίζουσιν, ἱππαρίοις δὲ χρῶνται μικροῖς, δασέσιν, ἅπερ ἱππότην ὀχεῖν μὲν οὐ δύνανται, τέθριππα δὲ ζευγνύουσιν· ἡνιοχοῦσι δὲ γυναῖκες, ἐκ παίδων ἠσκημέναι, ἡ δ' ἄριστα ἡνιοχοῦσα συνοικεῖ ᾧ βούλεται· τινὰς δ' ἐπιτηδεύειν φασίν, ὅπως ὡς μακροκεφαλώτατοι φανοῦνται, καὶ προπεπτωκότες τοῖς μετώποις, ὥσθ' ὑπερκύπτειν τῶν γενείων. Ταπυρίων δ' ἐστὶ καὶ τὸ τοὺς μὲν ἄνδρας μελανειμονεῖν καὶ μακροκομεῖν, τὰς δὲ γυναῖκας λευχειμονεῖν καὶ βραχυκομεῖν· * οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ Δερβίκων καὶ Ὑρκανῶν· * καὶ ὁ ἀνδρειότατος κριθεὶς γαμεῖ ἣν βούλεται. Κάσπιοι δὲ τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη λιμοκτονήσαντες εἰς τὴν ἐρημίαν ἐκτιθέασιν, ἄπωθεν δὲ σκοπεύοντες ἐὰν μὲν ὑπ' ὀρνίθων κατασπωμένους ἀπὸ τῆς κλίνης ἴδωσιν, εὐδαιμονίζουσι, ἐὰν δὲ ὑπὸ θηρίων ἢ κυνῶν, ἧττον, ἐὰν δ' ὑπὸ μηδενός, κακοδαιμονίζουσι.

ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ

ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ· τίς γὰρ ἂν νοηθείη πέπλου ἀνάθεσις παρὰ τοῖς γόνασι; καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν δὲ διαστρέφοντες, γουνάσιν, ὡς θυιάσιν, ὁποτέρως ἂν δέξωνται, ἀπεραντολογοῦσιν, εἴθ' † ἱκετεύοντές τε φρένας. πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ, ἄλλαις πλείοσιν. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ οἱ νεώτεροι τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως, ὧν ἐστι καὶ Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ· μνησθεὶς γὰρ τῆς Ἰλιέων πόλεως φησί· τίς οὐκ ἀκήκοεν, ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφθη, ἀοίκητον οὖσαν;

42. Εἰκάζουσι δὲ τοὺς ὕστερον ἀνακτίσαι διανοουμένους οἰωνίσασθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἴτε διὰ τὰς συμφοράς, εἴτε καὶ καταρασαμένου τοῦ Ἀγαμέμνονος κατὰ παλαιὸν ἔθος (καθάπερ καὶ ὁ Κροῖσος ἐξελὼν τὴν Σιδηνήν, εἰς ἣν ὁ τύραννος κατέφυγε Γλαυκίας, ἀρὰς ἔθετο κατὰ τῶν τειχιούντων πάλιν τὸν τόπον), ἐκείνου μὲν οὖν ἀποστῆναι τοῦ χωρίου, ἕτερον δὲ τειχίσαι. πρῶτοι μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς οἱ τὸ Ῥοίτειον κατασχόν-

40. Id quoque nostræ ætatis Ilienses dicunt, Ilium ab Achivis captum non prorsus deletum, nec unquam desertum fuisse. Locrenses quidem virgines paulo post cœperunt Ilium mitti quotannis. Atqui hæc non sunt Homerica; nihil enim de violata Casandra novit Homerus, qui quidem sub id tempus eam virginem commemorat (*Il.* 13, 363):

Interfecit enim Othryoneum e Cabeso ingressum,
qui nuper belli ad famam venerat;
petebat autem Priami filiarum forma præstantissimam,
Cassandram, indotatam;

sed de vi facta virgini nulla apud eum mentio; neque interitum Æanti in naufragio ira Minervæ attulit vel similis causa, sed invisum quidem Minervæ fuisse in commune dicit (nam quum omnes in templum peccassent, omnibus etiam irascebatur dea), periisse autem a Neptuno ob verborum jactantiam. Locrides vero puellæ Persis demum obtinentibus mitti cœperunt.

41. Ista igitur sic Ilienses narrant, Homerus autem diserte urbis deletionem exprimit:

Erit quondam dies, quando perierit Ilium sacrum (*Il.* 6, 448).
Sane Priami urbem destruximus celsam (*Od.* 3, 130)
consiliis et verbis [*et vafra fraudium arte*]
Eversa est Priami urbs decimo anno (*Il.* 12, 15).

Et sic alia ejusdem rei accedunt argumenta, veluti quod Minervæ simulacrum stans hodie conspicitur, quod Homerus sedere indicat; jubet enim ille peplum (*Il.* 6, 92 *et* 273):

Palladis in genibus poni,

ut alias dicit (*Il.* 9, 455):

Ne quondam in genibus ipsi sederet carus filius;

Sic enim melius habet quam si cum nonnullis verba exponas *juxta genua poni*, collato hoc (*Il.* 6, 305):

Illa in foco sedet ad flammas ignis.

pro *juxta focum*: qui enim intelligatur peplum juxta genua deponi? Qui vero accentu trajecto pro γούνασιν legunt γουνάσιν, ut θυιάσιν, utro ii modo accipiant, exitum non inveniunt, sive *interpretentur ad supplicationes faciendas* (εἴτ' ἐφ' ἱκετείαις?) *sive* **. Et antiquorum Minervæ simulacrorum multa sedentia videntur, ut Phocææ, Massiliæ, Romæ, in Chio aliisque locis pluribus. Porro recentiores quoque testantur Ilium deletum fuisse, e quibus Lycurgus orator, mentione ejus urbis illata, « Quis, inquit, non auditu percepit, eam, postquam semel a Græcis eversa fuit, habitatoribus carere? »

42. Conjiciunt porro, eos, qui postmodo instaurare Ilium intenderunt, locum antiqui Ilii abominatos fuisse, sive ob calamitates sive quod Agamemno diris eum exsecratus esset veteri quadam consuetudine (quo modo etiam Crœsus, Sidena diruta, in quam tyrannus Glaucias confugerat, diris eos devovit, qui muris rursus locum cingerent); itaque isto loco omisso, urbem alio posuisse. Primi adeo Astypalæenses, qui Rhœteum occupaverant, oppidulum

τες συνῴκισαν πρὸς τῷ Σιμόεντι Πόλιον, ὃ νῦν καλεῖται Πόλισμα, οὐκ ἐν εὐερκεῖ τόπῳ· διὸ κατεσπάσθη ταχέως. ἐπὶ δὲ τῶν Λυδῶν ἡ νῦν ἐκτίσθη κατοικία καὶ τὸ ἱερόν· οὐ μὴν πόλις γε ἦν, ἀλλὰ πολλοῖς χρόνοις ὕστερον, καὶ κατ' ὀλίγον, ὡς εἴρηται, τὴν αὔξησιν ἔσχεν. Ἑλλάνικος δὲ χαριζόμενος τοῖς Ἰλιεῦσιν, οἷος ἐκείνου θυμός, συνηγορεῖ τὸ τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε. τὴν δὲ χώραν, ἀφανισθείσης τῆς πόλεως, οἱ τὸ Σίγειον καὶ τὸ Ῥοίτειον ἔχοντες διενείμαντο καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἕκαστοι τῶν πλησιοχώρων, ἀπέδοσαν δ' ἀνοικισθείσης.

43. Πολυπίδακον δὲ τὴν Ἴδην ἰδίως οἴονται λέγεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξ αὐτῆς ῥεόντων ποταμῶν, καθ' ἃ μάλιστα ἡ Δαρδανικὴ ὑποπέπτωκεν αὐτῇ καὶ μέχρι Σκήψεως καὶ τὰ περὶ Ἴλιον. ἔμπειρος δ' ὢν τῶν τόπων, ὡς ἂν ἐπιχώριος ἀνήρ, ὁ Δημήτριος τοτὲ μὲν οὕτως λέγει περὶ αὐτῶν· ἔστι γὰρ λόφος τις τῆς Ἴδης Κότυλος· ὑπέρκειται δ' οὗτος ἑκατόν που καὶ εἴκοσι σταδίοις Σκήψεως, ἐξ οὗ ὅ τε Σκάμανδρος ῥεῖ καὶ ὁ Γράνικος καὶ Αἴσηπος, οἱ μὲν πρὸς ἄρκτον καὶ τὴν Προποντίδα, ἐκ πλειόνων πηγῶν συλλειβόμενοι, ὁ δὲ Σκάμανδρος ἐπὶ δύσιν ἐκ μιᾶς πηγῆς· πᾶσαι δ' ἀλλήλαις πλησιάζουσιν, ἐν εἴκοσι σταδίων περιεχόμεναι διαστήματι· πλεῖστον δ' ἀφέστηκεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ τοῦ Αἰσήπου τέλος, σχεδόν τι καὶ πεντακοσίους σταδίους. παρέχει δὲ λόγον, πῶς φησιν ὁ ποιητής·

κρουνὼ δ' ἵκανον καλλιρρόω, ἔνθα δὲ πηγαί
δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος·
ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει,

ὅ ἐστι θερμῷ· ἐπιφέρει δέ·

ἀμφὶ δὲ καπνὸς
γίγνεται ἐξ αὐτῆς, ὡσεὶ πυρός.
ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ.

οὔτε γὰρ θερμὰ νῦν ἐν τῷ τόπῳ εὑρίσκεται, οὔθ' ἡ τοῦ Σκαμάνδρου πηγὴ ἐνταῦθα, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει· καὶ μία, ἀλλ' οὐ δύο. τὰ μὲν οὖν θερμὰ ἐκλελεῖφθαι εἰκός, τὸ δὲ ψυχρὸν κατὰ διάδοσιν ὑπεκρέον ἐκ τοῦ Σκαμάνδρου κατὰ τοῦτ' ἀνατέλλειν τὸ χωρίον, ἢ καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Σκαμάνδρου καὶ τοῦτο τὸ ὕδωρ λέγεσθαι τοῦ Σκαμάνδρου πηγήν· οὕτω γὰρ λέγονται πλείους πηγαὶ τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ.

44. Συμπίπτει δ' εἰς αὐτὸν ὁ Ἄνδιρος ἀπὸ τῆς Καρησηνῆς, ὀρεινῆς τινος πολλαῖς κώμαις συνοικουμένης καὶ γεωργουμένης καλῶς, παρακειμένης τῇ Δαρδανικῇ μέχρι τῶν περὶ Ζέλειαν καὶ Πιτύειαν τόπων· ὠνομάσθαι δὲ τὴν χώραν φασὶν ἀπὸ τοῦ Καρήσου ποταμοῦ, ὃν ὠνόμακεν ὁ ποιητής·

Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε Κάρησός τε Ῥοδίος τε·

τὴν δὲ πόλιν κατεσπάσθαι τὴν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ. πάλιν δ' οὗτός φησιν· ὁ μὲν Ῥῆσος ποταμὸς νῦν καλεῖται Ῥοείτης, εἰ μὴ ἄρα ὁ εἰς τὸν Γράνικον ἐμβάλλων Ῥῆσός ἐστιν. Ἑπτάπορος δέ, ὃν καὶ Πολύπορον λέγουσιν, ἑπτάκις διαβαινόμενος ἐκ τῶν περὶ τὴν Καλὴν

ad Simoentem condidere Polium, quod nunc Polisma dicitur, loco non satis firmo; quam ob rem mox dirutum est; sub Lydis autem ea, quæ hodie exstat, domorum exstructio facta est et templum; nondum tamen urbs fuit, sed multo post tempore, quum, ut diximus, paulatim crevisset. Hellanicus, Iliensium gratiam captans more suo, affirmat recentem cum antiqua urbem eandem esse. Agrum vero Iliensium, urbe subversa, Sigei et Rhœtei incolæ aliique, prout erant contermini, diviserunt inter se, instaurata autem urbe reddiderunt.

43. Fontosam vero Idam proprie dictam existimant, ob multitudinem ex ea delabentium amnium, maxime ubi Dardania ei subjacet usque ad Scepsin, et Ilio vicina loca. Demetrius, homo locorum peritus (quippe ibi natus), primum ita de iis scribit : « Collis quidam Idæ est, nomine Cotylus, supra Scepsin stadiis circiter centum viginti situs. Ex eo manant Scamander, Granicus et Æsepus : hi quidem versus septentrionem et Propontidem e pluribus fontibus confluentes, Scamander autem ex unico versus occasum. Omnes hi fontes inter se vicini, ambitu viginti stadiorum continentur. Plurimum ab initio suo abest exitus Æsepi, fere ad quingenta stadia. » Ceterum quæri potest quonam pacto dixerit poeta (*Il.* 22, 147) :

ad scaturigines venerunt pulcre fluentes, ubi fontes
duo erumpunt Scamandri vorticosi;
alter eorum aqua fluit tepida,

id est calida; pergit vero :

et circum fumus
oritur ex eo veluti ab igni;
alter vero æstate profluit similis grandini
vel nivi frigidæ.

Nam neque calidæ aquæ ibi nunc locorum inveniuntur, nec Scamandri fons istic, sed in monte est : atque unus is, non duo. Sane probabile est, calidas aquas defecisse, frigidas autem e Scamandro per alveum subterraneum effluentes illic emergere, aut etiam hanc aquam, quia vicina est Scamandro, fontem Scamandri dici; sic enim plures fontes ejusdem fluminis commemorari solent.

44. In Scamandrum Andirus influit e Caresena, quæ est montana regio multis pagis habitata et probe culta, Dardaniæ adjacens usque ad loca Zeliæ et Pityeæ vicina; nomen habere a Careso flumine aiunt, quem Homerus nominat (*Il.* 12, 20) :

Rhesusque Heptaporusque Caresusque Rhodiusque;

urbem fluvio cognominem esse eversam. Deinde vero Demetrius ita perhibet : Rhesus amnis nunc Rhoites dicitur, nisi forte Rhesus est, qui in Granicum exit. Heptaporus, quem etiam Polyporum dicunt, septies transitur via, quæ a Pulcra picea ad pagum Melænas ducit et Æsculapii tem-

πεύκην χωρίων ἐπὶ Μελαινὰς κώμην ἰοῦσι καὶ τὸ Ἀσκληπίειον, ἵδρυμα Λυσιμάχου. περὶ δὲ τῆς Καλῆς πεύκης Ἄτταλος ὁ πρῶτος βασιλεύσας οὕτως γράφει· τὴν μὲν περίμετρον εἶναί φησι ποδῶν τεττάρων καὶ εἴκοσι, τὸ δὲ ὕψος ἀπὸ μὲν ῥίζης (ἐαν) ἐπὶ ἑξήκοντα καὶ ἑπτὰ πόδας, εἶτ' εἰς τρία σχιζομένην ἴσον ἀλλήλων διέχοντα, εἶτα πάλιν συναγομένην εἰς μίαν κορυφήν, ἀποτελοῦσαν τὸ πᾶν ὕψος δυεῖν πλέθρων καὶ πεντεκαίδεκα πηχῶν· Ἀδραμυττίου δὲ διέχει πρὸς ἄρκτον ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. Κάρησος δ' ἀπὸ Μαλοῦντος ῥεῖ, τόπου τινὸς κειμένου μεταξὺ Παλαισκήψεως καὶ Ἀχαιίου τῆς Τενεδίων περαίας· ἐμβάλλει δὲ εἰς τὸν Αἴσηπον. Ῥοδίος δὲ ἀπὸ Κλεανδρίας καὶ Γόρδου, ἃ διέχει τῆς Καλῆς πεύκης ἑξήκοντα σταδίους· ἐμβάλλει δ' εἰς τὸν Αἴνιον.

45. Τοῦ δ' αὐλῶνος τοῦ περὶ τὸν Αἴσηπον ἐν ἀριστερᾷ τῆς ῥύσεως αὐτοῦ πρῶτόν ἐστι Πολίχνα, τειχῆρες χωρίον, εἶθ' ἡ Παλαίσκηψις, εἶτ' Ἀλαζόνιον, τοῦτ' ἤδη πεπλασμένον πρὸς τὴν τῶν Ἁλιζώνων ὑπόθεσιν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν· εἶτα Κάρησος ἐρήμη καὶ ἡ Καρησηνὴ καὶ ὁμώνυμος ποταμός, ποιῶν καὶ αὐτὸς αὐλῶνα ἀξιόλογον, ἐλάττω δὲ τοῦ περὶ τὸν Αἴσηπον. τὰ δ' ἑξῆς ἤδη τὰ τῆς Ζελείας ἐστὶ πεδία καὶ ὀροπέδια καλῶς γεωργούμενα· ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα Κώμη καὶ Ἀργυρία, καὶ τοῦτο πάλιν πλάσμα (τὰ ἀργύρια) πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, ὅπως σωθείη τὸ

ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

ἡ οὖν Ἀλύβη ποῦ, ἢ Ἀλόπη ἢ ὅπως βούλονται παρονομάζειν; ἐχρῆν γὰρ καὶ τοῦτο πλάσαι παρατριψαμένους τὸ μέτωπον καὶ μὴ χωλὸν ἐᾶν καὶ ἕτοιμον πρὸς ἔλεγχον ἅπαξ ἤδη ἀποτετολμηκότας. ταῦτα μὲν οὖν ἔνστασιν ἔχει τοιαύτην, τἆλλα δὲ ὑπολαμβάνομεν, ἢ τά γε πλεῖστα, δεῖν προσέχειν, ὡς ἀνδρὶ ἐμπείρῳ καὶ ἐντοπίῳ, φροντίσαντί τε τοσοῦτον περὶ τούτων, ὥστε τριάκοντα βίβλους συγγράψαι στίχων ἐξήγησιν μικρῷ πλειόνων ἑξήκοντα, τοῦ καταλόγου τῶν Τρώων. φησὶ δ' οὖν τὴν Παλαίσκηψιν τῆς μὲν Αἰνέας διέχειν πεντήκοντα σταδίους, τοῦ δὲ ποταμοῦ τοῦ Αἰσήπου τριάκοντα· ἀπὸ δὲ τῆς Παλαισκήψεως ταύτης διατεῖναι τὴν ὁμωνυμίαν καὶ εἰς ἄλλους πλείους τόπους. ἐπάνιμεν δὲ ἐπὶ τὴν παραλίαν, ὅθενπερ ἀπελίπομεν.

46. Ἔστι δ' ἡ μετὰ τὴν Σιγειάδα ἄκραν καὶ τὸ Ἀχίλλειον ἡ Τενεδίων περαία, τὸ Ἀχαίιον, καὶ αὐτὴ ἡ Τένεδος, οὐ πλείους τῶν τετταράκοντα σταδίων διέχουσα τῆς ἠπείρου· ἔχει δὲ τὴν περίμετρον ὅσον ὀγδοήκοντα σταδίων καὶ πόλιν Αἰολίδα καὶ λιμένας δύο καὶ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς μαρτυρεῖ·

Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις,
Σμινθεῦ.

περίκειται δ' αὐτῇ νησία πλείω, καὶ δὴ καὶ δύο, ἃ καλοῦσι Καλύδνας, κειμένας κατὰ τὸν ἐπὶ Λεκτὸν πλοῦν·

plum a Lysimacho dedicatum. De Pulcra ista picea Attalus, qui primus regnavit, sic scribit: ambitum ejus esse pedum viginti quattuor, altitudinem a radice circa pedes sexaginta septem, deinde scindi in tres truncos æqualiter a se invicem distantes, qui rursus in unum coeant cacumen, ut tota ejus altitudo sit jugerum duorum cubitorumque quindecim; abesse ab Adramyttio versus septentrionem stadia centum octoginta. Caresus a Malunte fluit, loco quodam sito inter Palæscepsim et Achæium in continente Tenedo opposita; in Æsepum autem exit. Rhodius a Cleandria et Gordo labitur, quæ loca a Pulcra picea absunt sexaginta stadia; influit in Ænium.

45. In convalle circa Æsepum ad lævam fluminis partem initio est Polichna, muris munitum oppidulum, deinde Palæscepsis et Alazonium, hoc tamen jam confictum gratia argumenti de Halizonibus, de quibus supra (12, 3, 21) diximus; tum Caresus deserta et Caresena ac fluvius Caresus, ipse etiam convallem faciens memorabilem, sed Æsepea minorem. Sequuntur jam Zeliæ campi et plani colles pulcre culti. Ad dextram Æsepi inter Polichnam et Palæscepsin est Novus (*Ænea?*) pagus et Argyria, hæc quoque conficta ejusdem argumenti causa, ut servari possit illud (*Il.* 2, 856):

unde argenti est origo.

Ubi ergo est Alybe illa vel Alope, vel quocunque tandem modo placet nominare? nam hanc quoque oportuit eos, semel jacta jam alea, perfricta fronte comminisci, neque mancum relinquere ac reprehensioni obnoxium quod finxerant. Hæc ergo sic contradicuntur. In ceteris autem vel certe in plerisque eorum fidem habendam esse censemus Demetrio, utpote viro perito et his in locis nato, ac cui res ea tantæ fuerit curæ, ut interpretandis sexaginta paulo amplius Homeri versibus de Troum recensione triginta libros conscripserit. Palæscepsin is ab Ænea distare ait quinquaginta stadia, ab Æsepo flumine triginta; atque ab hac Palæscepsi eandem appellationem jam ad alia plura loca transiisse. Sed nos ad oram revertamur maritimam, unde sumus digressi.

46. Post Sigeum promontorium et Achillis monumentum continens est Tenedo opposita, Achæium, tum et ipsa Tenedus, non amplius quadraginta stadiis a continente dissita; ambitu est octoginta fere stadiorum, urbem habet Æolicam, portus duos et templum Apollinis Sminthei, quod et Homerus testatur (*Il.* 1, 38):

Tenedoque fortiter imperas
Smintheu.

Circa hanc minutæ insulæ complures jacent, de quibus duæ sunt, quas Calydnas dicunt, sitas quá ad Lectum a

καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Τένεδον Καλυδνάν τινες εἶπον, ἄλλοι δὲ Λεύκοφρυν. μυθεύουσι δ' ἐν αὐτῇ τὰ περὶ τὸν Τέννην, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα τῇ νήσῳ, καὶ τὰ περὶ τὸν Κύκνον, Θρᾷκα τὸ γένος, πατέρα δ', ὥς τινες, τοῦ Τέννου, βασιλέα δὲ Κολωνῶν.

47. Ἦν δὲ τῷ Ἀχαιίῳ συνεχὴς ἥ τε Λάρισα καὶ Κολωναί, τῆς...... δίας οὖσαι πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύσα, ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, καὶ ἡ Ἀμαξιτὸς ἡ τῷ Λεκτῷ ὑποκειμένη συνεχής· νῦν δ' ἡ Ἀλεξάνδρεια συνεχής ἐστι τῷ Ἀχαιίῳ· τὰ δὲ πολίσματα ἐκεῖνα συνῳκισμένα τυγχάνει, καθάπερ καὶ ἄλλα πλείω τῶν φρουρίων, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὧν καὶ Κεβρήνη καὶ Νεανδρία ἐστί, καὶ τὴν χώραν ἔχουσιν ἐκεῖνοι· ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ νῦν κεῖται ἡ Ἀλεξάνδρεια, Σιγία ἐκαλεῖτο.

48. Ἐν δὲ τῇ Χρύσῃ ταύτῃ καὶ τὸ τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερὸν καὶ τὸ σύμβολον τὸ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος σῷζον, ὁ μῦς, ὑπόκειται τῷ ποδὶ τοῦ ξοάνου· Σκόπα δ' ἐστὶν ἔργα τοῦ Παρίου· συνοικειοῦσι δὲ καὶ τὴν ἱστορίαν εἴτε μῦθον τούτῳ τῷ τόπῳ τὴν περὶ τῶν μυῶν. τοῖς γὰρ ἐκ τῆς Κρήτης ἀφιγμένοις Τεύκροις (οὓς πρῶτος παρέδωκε Καλλῖνος ὁ τῆς ἐλεγείας ποιητής, ἠκολούθησαν δὲ πολλοί) χρησμὸς ἦν, αὐτόθι ποιήσασθαι τὴν μονήν, ὅπου ἂν οἱ γηγενεῖς αὐτοῖς ἐπιθῶνται· συμβῆναι δὲ τοῦτ' αὐτοῖς φασι περὶ Ἀμαξιτόν· νύκτωρ γὰρ πολὺ πλῆθος ἀρουραίων μυῶν ἐξανθῆσαν διαφαγεῖν ὅσα σκύτινα τῶν τε ὅπλων καὶ τῶν χρηστηρίων· τοὺς δὲ αὐτόθι μεῖναι· τούτους δὲ καὶ τὴν Ἴδην ἀπὸ τῆς ἐν Κρήτῃ προσονομάσαι. Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς πληθύοντάς φησι τοὺς μύας περὶ τὸ ἱερὸν νομισθῆναί τε ἱεροὺς καὶ τὸ ξόανον οὕτω κατασκευασθῆναι βεβηκὸς ἐπὶ τῷ μυΐ. ἄλλοι δ' ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφῖχθαί τινα Τεῦκρόν φασιν ἐκ δήμου Τρώων, ὃς νῦν Ξυπετέων λέγεται, Τεύκρους δὲ μηδένας ἐλθεῖν ἐκ τῆς Κρήτης. τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἀττικοὺς ἐπιπλοκῆς τῶν Τρώων τιθέασι σημεῖον καὶ τὸ παρ' ἀμφοτέροις Ἐριχθόνιόν τινα γενέσθαι τῶν ἀρχηγετῶν. λέγουσι μὲν οὖν οὕτως οἱ νεώτεροι, τοῖς δ' Ὁμήρου μᾶλλον ἔπεσι συμφωνεῖ τὰ ἐν τῷ Θήβης πεδίῳ καὶ τῇ αὐτόθι Χρύσῃ ἱδρυμένῃ ποτὲ δεικνύμενα ἴχνη, περὶ ὧν αὐτίκα ἐροῦμεν. πολλαχοῦ δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Σμινθέως ὄνομα· καὶ γὰρ περὶ αὐτὴν τὴν Ἀμαξιτὸν χωρὶς τοῦ κατὰ τὸ ἱερὸν Σμινθίου δύο τόποι καλοῦνται Σμίνθια· καὶ ἄλλοι δ' ἐν τῇ πλησίον Λαρισαίᾳ· καὶ ἐν τῇ Παριανῇ δ' ἐστὶ χωρίον τὰ Σμίνθια καλούμενον καὶ ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐν Λίνδῳ καὶ ἄλλοθι δὲ πολλαχοῦ· καλοῦσι δὲ νῦν τὸ ἱερὸν Σμίνθιον. χωρὶς γοῦν καὶ τὸ Ἁλήσιον πεδίον οὐ μέγα ἐντὸς τοῦ Λεκτοῦ καὶ τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον πρὸς Ἀμαξιτῷ. ἐπὶ δὲ τῷ Λεκτῷ βωμὸς τῶν δώδεκα θεῶν δείκνυται, καλοῦσι δ' Ἀγαμέμνονος ἵδρυμα· ἐν ἐπόψει δὲ τῷ Ἰλίῳ ἐστὶ τὰ χωρία ταῦτα, ὡς ἐν διακοσίοις σταδίοις ἢ μικρῷ πλείοσιν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ περὶ Ἄβυδον ἐκ θατέρου μέρους, μικρὸν δ' ὅμως ἐγγυτέρω ἡ Ἄβυδος.

Tenedo navigatur. Sunt qui ipsam Tenedum Calydnam nominent, alii eam Leucophryn vocant. Ibi fabulantur de Tenne historiam, a quo nomen habet insula, et de Cycno e Thracia oriundo, patre (ut quidam volunt) Tennis, et rege Colonarum.

47. Achæio contigua fuit Larisa et Colonæ, quæ ante ad Tenediorum in continente ditionem pertinuerunt (τῆς Τενεδίων περαίας οὖσαι πρ.), et hodierna Chrysa, posita in saxosa quadam summitate supra mare, et Hamaxitus, continenter Lecto subjecta; nunc autem Alexandria Achæio contigua est. Ex istis vero oppidulis aliisque pluribus castellis cives Alexandriam translati sunt, de quibus Cebrena quoque est et Neandria, quorum agrum Alexandrenses habent. Locus in quo nunc Alexandria sita est, Sigia vocabatur.

48. In Chrysa autem ista templum est Apollinis Sminthei, ac signum nominis veritatem rationemque conservans mus, sub pede est simulacri; opus est Scopæ Parii; historiam quoque sive fabulam de muribus huic loco accommodant. Etenim advenientibus e Creta Teucris (de quibus primus tradidit elegiarum poeta Callinus, deinde hunc secuti alii multi) fuit oraculo præceptum, ut sedes ibi ponerent, ubi ipsos terrigenæ essent impetituri; id eis apud Hamaxitum evenisse; nam noctu magnam terrestrium murium multitudinem erupisse, quæ quidquid armorum aut utensilium e corio factum aderat, corroserit; ita eos ibi mansisse; eosdem Idam quoque a Cretensi monte denominasse. Heraclides vero Ponticus ait mures qui circa templum abundarent, sacros esse habitos, atque ita simulacrum factum, quod muri insisteret. Alii venisse ex Attica quendam Teucrum narrant, e pago Troum qui nunc Xypeteôn dicatur, nullos autem e Creta venisse Teucros. Trojanorum cum Cretensibus conjunctionis eo quoque utuntur indicio, quod apud utrosque Erichthonius quidam fuerit gentis princeps. Sic ergo recentiores dicunt; Homeri versibus magis consentiunt vestigia, quæ in Thebes campo et ibi posita Chrysa ostenduntur: de quibus mox (§ 63) dicemus. Nomen Sminthei multis in locis exstat; nam et apud ipsam Hamaxitum præter Sminthium templo adjacens, duo alia loca Sminthia vocantur, et alia in vicino Larisæo agro; in Pariano etiam locus est Sminthia dictus, itemque in Rhodo et Lindo, ac alibi multa. Nunc templum appellant Sminthium. Seorsum ibi est etiam Halesius campus non magnus, cis Lectum situs, et salinæ Tragasææ apud Hamaxitum, ubi sal sponte sua cogitur spirantibus etesiis. In Lecto ara ostenditur duodecim deorum, quam Agamemnon dicitur posuisse. Hæc omnia sunt in conspectu Ilii intra ducenta aut paulo plura stadia, itemque ab altera parte ea quæ sunt circa Abydum; tamen paulo propinquior est Abydus.

49. Κάμψαντι δὲ τὸ Λεκτὸν ἐλλογιμώταται πόλεις τῶν Αἰολέων καὶ ὁ Ἀδραμυττηνὸς κόλπος ἐκδέχεται, ἐν ᾧ τοὺς πλείους τῶν Λελέγων κατοικίζων ὁ ποιητὴς φαίνεται καὶ τοὺς Κίλικας, διττοὺς ὄντας. ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ τῶν Μιτυληναίων ἐστὶν αἰγιαλός, κώμας τινὰς ἔχων τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον τῶν Μιτυληναίων. τὸν δὲ αὐτὸν κόλπον καὶ Ἰδαῖον λέγουσιν· ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ Λεκτοῦ ῥάχις, ἀνατείνουσα πρὸς τὴν Ἴδην, ὑπέρκειται τῶν πρώτων τοῦ κόλπου μερῶν· ἐν οἷς πρῶτον τοὺς Λέλεγας ἱδρυμένους ὁ ποιητὴς πεποίηκεν.

50. Εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ πρότερον· καὶ νῦν δὲ προσληπτέον, ὅτι Πήδασόν τινα λέγει πόλιν αὐτῶν ὑπὸ Ἄλτῃ τεταγμένην·

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει,
Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι.

καὶ νῦν ὁ τόπος δείκνυται τῆς πόλεως ἔρημος. γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ ὑπὸ Σατνιόεντι, ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως· οὐδὲν δ' ἐστὶν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προσαγορευόμενον, ἀλλὰ ποταμός, ἐφ' ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις· νῦν δ' ἐστὶν ἐρήμη. ὀνομάζει δὲ τὸν ποταμὸν ὁ ποιητής·

Σάτνιον (γὰρ) οὔτασε δουρὶ
Οἰνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε Νηῒς ἀμύμων
Οἴνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθαις Σατνιόεντος·

καὶ πάλιν·

ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐϋρρείταο παρ' ὄχθαις
Πήδασον αἰπεινήν.

Σατνιόεντα δ' ὕστερον εἶπον, οἱ δὲ Σαφνιόεντα· ἔστι δὲ χείμαρρος μέγας· ἄξιον δὲ μνήμης πεποίηκεν ὀνομάζων ὁ ποιητὴς αὐτόν. οὗτοι δ' οἱ τόποι συνεχεῖς εἰσι τῇ Δαρδανίᾳ καὶ τῇ Σκηψίᾳ, ὥσπερ ἄλλη τις Δαρδανία, ταπεινοτέρα δέ.

51. Ἀσσίων δ' ἐστὶ νῦν καὶ Γαργαρέων ἕως τῆς κατὰ Λέσβον θαλάττης περιεχόμενα τῇ τε Ἀντανδρίᾳ καὶ τῇ Κεβρηνίων καὶ Νεανδριέων καὶ Ἁμαξιτέων. τῆς μὲν γὰρ Ἁμαξιτοῦ Νεανδριεῖς ὑπέρκεινται, καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐντὸς Λεκτοῦ, μεσογειότεροι δὲ καὶ πλησιαίτεροι τῷ Ἰλίῳ· διέχουσι γὰρ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους. τούτων δὲ καθύπερθε Κεβρήνιοι, τούτων δὲ Δαρδάνιοι μέχρι Παλαισκήψεως καὶ αὐτῆς τῆς Σκήψεως. τὴν δὲ Ἄντανδρον Ἀλκαῖος μὲν καλεῖ Λελέγων πόλιν·

πρῶτα μὲν Ἄντανδρος Λελέγων πόλις.

ὁ δὲ Σκήψιος ἐν ταῖς παρακειμέναις τίθησιν, ὥστ' ἐκπίπτοι ἂν εἰς τὴν τῶν Κιλίκων· οὗτοι γάρ εἰσι συνεχεῖς τοῖς Λέλεξι μᾶλλόν πως, τὸ νότιον πλευρὸν τῆς Ἴδης ἀφορίζοντες· ταπεινοὶ δ' ὅμως καὶ οὗτοι καὶ (οἱ) τῇ παραλίᾳ συνάπτοντες μᾶλλον τῇ κατὰ Ἀδραμύττιον. μετὰ γὰρ τὸ Λεκτὸν τὸ Πολυμήδιόν ἐστι χωρίον τι ἐν τετταράκοντα σταδίοις, εἶτ' ἐν ὀγδοήκοντα Ἄσσος, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, εἶτ' ἐν ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα Γάργαρα· κεῖται δὲ τὰ Γάργαρα ἐπ' ἄκρας ποιούσης τὸν ἰδίως Ἀδραμυττηνὸν καλούμενον κόλπον. λέγεται γὰρ καὶ πᾶσα ἡ ἀπὸ Λεκτοῦ μέχρι Κανῶν

49. Ubi Lectum circumflexeris, urbes Æolensium nobilissimæ sequuntur et sinus Adramyttenus, ad quem Homerus majorem Lelegum partem collocare videtur et Cilices divisos bifariam. Ibi etiam Mitylenæorum est litus, Mitylenæorum quosdam pagos habens in continente positos. Eundem sinum etiam Idæum appellant; nam dorsum, quod a Lecto ad Idam porrigitur, supra primas situm est sinus partes; in quibus primum positos Leleges poeta facit (*Il.* 10, 429).

50. De his quanquam dictum est supra, nunc tamen addamus, Pedasum quandam eorum urbem ab Homero nominari, quæ Altæ paruerit (*Il.* 21, 86):

Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat,
Pedason excelsam tenens prope Satnioentem.

Etiamnunc ostenditur locus urbe vacuus. Quidam non recte scribunt *sub Satnioente*, quasi urbs sub monte Satnioente sita esset; neque enim ullus ibi mons eo nomine exstat, sed fluvius, ad quem urbs fuit condita, quæ nunc est deserta. Fluvium poeta nominat (*Il.* 14, 443):

Satnium vulneravit hasta
Enopidem (Ἠνοπίδην), quem nympha peperit Nais eximia
Enopi (Ἤνοπι) armenta pascenti ad ripas Satnioentis;

et rursum (*Il.* 6, 34):

Habitabat Satnioentis pulcre fluentis ad ripas
Pedasum altam.

Satioentem (Σατιόεντα) posterius, quidam Saphnioentem appellaverunt [*vel potius :* Posteriores vero Satnioentem vocarunt Saphnioentem]; magnus est torrens; memorabilem fecit Homerus, dum nominavit. Hæc loca contermina sunt agro Dardanio et Scepsio, uti alia quædam sed humilior Dardania.

51. Assiorum nunc loca sunt et Gargarensium usque ad mare prope Lesbum, inclusa regionibus Antandriæ, Cebreniorum, Neandriensium et Hamaxitensium. Supra Hamaxitum quidem Neandria sita est, cujus incolæ ipsi quoque intra Lectum sunt, sed magis in mediterranea et versus Ilium vergentes, a quo distant centum triginta stadiis. Supra hos Cebrenii sunt, et supra Cebrenios Dardanii usque ad Palæscepsin et ipsam Scepsin. Antandrum Alcæus quidem Lelegum urbem vocat:

Primum Antandrus Lelegum urbs.

Scepsius vero Demetrius eam in adjacentibus Lelegum ditioni locis numerat, ita ut in Cilicum regionem excidere videatur; hi enim quodammodo magis contigui sunt Lelegibus, quum austrinum Idæ latus determinent; humiles tamen sunt hi quoque, et ad oram maris Adramyttio vicinam propius accedunt. Nam post Lectum est Polymedium locus quidam intra quadraginta stadia; tum post stadia octoginta Assus paulum supra mare; deinde intra centum quadraginta Gargara. Sita sunt Gargara in promontorio, quod sinum efficit, qui proprie Adramyttenus dicitur. Etenim hoc nomine dicitur etiam tota maris ora,

παραλία τῷ αὐτῷ τούτῳ ὀνόματι, ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἐλαϊτικὸς περιλαμβάνεται· ἰδίως μέντοι τοῦτόν φασιν Ἀδραμυττηνόν, τὸν κλειόμενον ὑπὸ ταύτης τε τῆς ἄκρας, ἐφ᾽ ᾗ τὰ Γάργαρα, καὶ τῆς Πυρρᾶς ἄκρας προσαγορευομένης, ἐφ᾽ ᾗ καὶ Ἀφροδίσιον ἵδρυται. πλάτος δὲ τοῦ στόματός ἐστιν ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ τὴν ἄκραν δίαρμα ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων. ἐντὸς δὲ ἥ τε Ἄντανδρός ἐστιν, ὑπερκείμενον ἔχουσα ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναί φασιν ὑπὸ τοῦ Πάριδος, καὶ ὁ Ἀσπανεύς, τὸ ὑλοτόμιον τῆς Ἰδαίας ὕλης· ἐνταῦθα γὰρ διατίθενται κατάγοντες τοῖς δεομένοις. εἶτ᾽ Ἄστυρα, κώμη καὶ ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον. πλησίον δ᾽ εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ ναύσταθμον· ἔξω δὲ τοῦ κόλπου καὶ τῆς Πυρρᾶς ἄκρας ἥ τε Κισθήνη ἐστὶ πόλις ἔρημος, ἔχουσα λιμένα. ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ μεσογαίᾳ τό τε τοῦ χαλκοῦ μέταλλον καὶ Περπερήνα καὶ Τράριον καὶ ἄλλαι τοιαῦται κατοικίαι. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ ἐφεξῆς αἱ τῶν Μιτυληναίων κῶμαι Κορυφαντίς τε καὶ Ἡράκλεια, καὶ μετὰ ταῦτα Ἄττεα, εἶτ᾽ Ἀταρνεὺς καὶ Πιτάνη καὶ αἱ τοῦ Καΐκου ἐκβολαί· ταῦτα δ᾽ ἤδη τοῦ Ἐλαϊτῶν. κόλπου· καὶ ἔστιν ἐν τῇ περαίᾳ ἡ Ἐλαία καὶ ὁ λοιπὸς μέχρι Κανῶν κόλπος. λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα πάλιν, εἴ τι παραλέλειπται μνήμης ἄξιον, καὶ πρῶτον περὶ τῆς Σκήψεως.

52. Ἔστι δ᾽ ἡ μὲν Παλαίσκηψις ἐπάνω Κεβρῆνος κατὰ τὸ μετεωρότατον τῆς Ἴδης ἐγγὺς Πολίχνης· ἐκαλεῖτο δὲ τότε Σκῆψις, εἴτ᾽ ἄλλως, εἴτ᾽ ἀπὸ τοῦ περίσκεπτον εἶναι τὸν τόπον, εἰ δεῖ τὰ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐν τῷ τότε ὀνόματα ταῖς Ἑλληνικαῖς ἐτυμολογεῖσθαι φωναῖς· ὕστερον δὲ κατωτέρω σταδίοις ἑξήκοντα εἰς τὴν νῦν Σκῆψιν μετῳκίσθησαν ὑπὸ Σκαμανδρίου τε τοῦ Ἕκτορος καὶ Ἀσκανίου τοῦ Αἰνείου παιδός· καὶ δύο γένη ταῦτα βασιλεῦσαι πολὺν χρόνον ἐν τῇ Σκήψει λέγεται· μετὰ ταῦτα δ᾽ εἰς ὀλιγαρχίαν μετέστησαν, εἶτα Μιλήσιοι συνεπολιτεύθησαν αὐτοῖς καὶ δημοκρατικῶς ᾤκουν· οἱ δ᾽ ἀπὸ τοῦ γένους οὐδὲν ἧττον ἐκαλοῦντο βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς· εἶτ᾽ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνεπόλισε τοὺς Σκηψίους Ἀντίγονος, εἶτ᾽ ἀπέλυσε Λυσίμαχος καὶ ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν.

53. Οἴεται δ᾽ ὁ Σκήψιος καὶ βασίλειον τοῦ Αἰνείου γεγονέναι τὴν Σκῆψιν, μέσην οὖσαν τῆς τε ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ καὶ Λυρνησσοῦ, εἰς ἣν φυγεῖν εἴρηται διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως· φησὶ γοῦν ὁ Ἀχιλλεύς·

ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε πέρ σε βοῶν ἄπο μοῦνον ἐόντα
σεῦα κατ᾽ Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσι,
κεῖθεν δ᾽ ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες· αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
πέρσα, μεθορμηθείς.

οὐχ ὁμολογεῖ δὲ τῷ περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λόγῳ τῷ λεχθέντι νῦν τὰ περὶ τοῦ Αἰνείου θρυλούμενα. περιγενέσθαι γὰρ δὴ τοῦτόν φασιν ἐκ τοῦ πολέμου διὰ τὴν πρὸς Πρίαμον δυσμένειαν·

ἀεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ,
οὕνεκ᾽ ἄρ᾽ ἐσθλὸν ἐόντα μετ᾽ ἀνδράσιν οὔ τι τίεσκε·

quæ a Lecto est usque ad Canas, etiam Elaiticum complectens sinum; peculiariter autem Adramyttenum sinum nuncupant, qui promontorio, cui insita sunt Gargara, et promontorio, quod Pyrrha vocatur et Veneris templum impositum habet, includitur. Latitudo oris a promontorio ad promontorium est trajectus centum viginti stadiorum. In hoc sinu est Antandrus cum monte superne imminente, cui Alexandria nomen, ubi controversiam dearum a Paride aiunt esse disceptatam, et Aspaneus, forum cæsorum in Idæa silva lignorum; materiam enim eo devehentes requirentibus divendunt. Tum Astyra pagus et lucus Astyrenæ Dianæ sacer. Huic vicinum statim sequitur Adramyttium, Atheniensium colonia, portum habens et navium stationem. Extra sinum et Pyrrham promontorium Cisthene est, oppidum desertum quod portum habet. Supra hanc in mediterraneis æris fodina est, et Perperene et Trarium aliique id genus pagi. Deinceps in litore sunt Mitylenæorum pagi Coryphantis et Heraclea et post hos Attea; inde Atarneus et Pitana et Caici ostia; hæc vero jam ad Elaiticum sinum pertinent loca; in ulteriori amnis regione est Elæa, sinusque usque ad Canas reliquus. Sed nos redeuntes jam de singulis rursum disseramus, si quæ memoratu digna præterivimus; ac primum de Scepsi.

52. Palæscepsis sive Antiqua Scepsis supra Cebrenem sita est juxta excelsissimam Idæ partem, vicina Polichnæ; vocabatur tunc Scepsis sive alia quacunque de causa, sive quod locus ille e longinquo circumcirca poterat conspici, siquidem barbarica ejus ætatis nomina sunt ad Græci sermonis exigenda rationem; postea urbs quadraginta stadia deorsum translata est in eam quæ nunc est Scepsis, a Scamandrio Hectoris, et Ascanio Æneæ filio; ac duæ hæ familiæ diu Scepsi regnasse traduntur; venit postea urbs in paucorum potestatem; post hæc cum Milesiis in civitatem coaluerunt et popularis reipublicæ administratio est instituta; nihilominus tamen, qui ex istis erant familiis, reges sunt appellati, ac suos peculiares habuerunt honores. Postea Antigonus Scepsios Alexandriam traduxit; remisit deinde in suam eos patriam Lysimachus.

53. Arbitratur Demetrius etiam regiam Æneæ fuisse Scepsin, medio sitam loco inter Æneæ ditionem et Lyrnessum, in quam dicatur fugisse, Achille persequente. Sic enim loquitur Achilles (*Il.* 20, 188):

An non recordaris quando te, quum esses solus a bobus proagitavi de Idæis montibus veloci premens pede? [cui,
inde autem in Lyrnessum evasisti; at ego eam
everti facto impetu.

Ceterum recenti huic de Scepsis auctoribus ac principibus sermoni non consonant ea, quæ de Ænea vulgo memorantur. Hunc enim bello superstitem fuisse perhibent propter inimicitias quæ ei cum Priamo fuerant (*Il.* 13, 460):

semper enim Æneas Priamo succensebat divino;
quod ipsum, quum strenuus esset inter viros, non honorabat;

τοὺς δὲ συνάρχοντας Ἀντηνορίδας καὶ αὐτὸν τὸν Ἀντήνορα διὰ τὴν Μενελάου παρ' αὐτῷ ξενίαν. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν τῇ ἁλώσει τοῦ Ἰλίου παρδαλέαν φησὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀντήνορος προτεθῆναι σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν. τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν περιγενομένων Ἐνετῶν εἰς τὴν Θρᾴκην περισωθῆναι, κἀκεῖθεν διαπεσεῖν εἰς τὴν λεγομένην κατὰ τὸν Ἀδρίαν Ἐνετικήν· τὸν δὲ Αἰνείαν μετ' Ἀγχίσου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου λαὸν ἀθροίσαντα πλεῦσαι, καὶ οἱ μὲν οἰκῆσαι περὶ τὸν Μακεδονικὸν Ὄλυμπόν φασιν, οἱ δὲ περὶ Μαντίνειαν τῆς Ἀρκαδίας κτίσαι Καπύας, ἀπὸ Κάπυος θέμενον τοὔνομα τῷ πολίσματι, οἱ δ' εἰς Αἴγεσταν κατᾶραι τῆς Σικελίας σὺν Ἐλύμῳ Τρωὶ καὶ Ἔρυκα καὶ Λιλύβαιον κατασχεῖν, καὶ ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι Σκάμανδρον καὶ Σιμόεντα· ἔνθεν δ' εἰς τὴν Λατίνην ἐλθόντα μεῖναι κατά τι λόγιον τὸ κελεῦον μένειν, ὅπου ἂν τὴν τράπεζαν καταφάγῃ· συμβῆναι δὲ τῆς Λατίνης περὶ τὸ Λαουίνιον τοῦτο, ἄρτου μεγάλου τεθέντος ἀντὶ τραπέζης κατὰ ἀπορίαν καὶ ἅμα ἀναλωθέντος τοῖς ἐπ' αὐτῷ κρέασιν. Ὅμηρος μέντοι συνηγορεῖν οὐδετέροις ἔοικεν, οὐδὲ τοῖς περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λεχθεῖσιν· ἐμφαίνει γὰρ μεμενηκότα τὸν Αἰνείαν ἐν τῇ Τροίᾳ καὶ διαδεδεγμένον τὴν ἀρχὴν καὶ παραδεδωκότα παισὶ παίδων τὴν διαδοχὴν αὐτῆς, ἠφανισμένου τοῦ τῶν Πριαμιδῶν γένους·

ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων.
νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει
καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

οὕτω δ' οὐδ' ἡ τοῦ Σκαμανδρίου διαδοχὴ σώζοιτ' ἄν. πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς ἑτέροις διαφωνεῖ τοῖς μέχρι καὶ Ἰταλίας αὐτοῦ τὴν πλάνην λέγουσι καὶ αὐτόθι ποιοῦσι τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. τινὲς δὲ γράφουσιν

Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει,
καὶ παῖδες παίδων,

τοὺς Ῥωμαίους λέγοντες.

54. Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος καὶ Κορίσκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς, ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους· ὁ γοῦν Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν, ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος, ὧν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν, ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα· ἐπειδὴ δὲ ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυ-

collegas autem ejus Antenoridas et ipsum Antenorem propterea quod Menelaum hospitio is excepisset. Itaque Sophocles in excidio Ilii ait pardi pellem fuisse foribus Antenoris appositam, quo signo domum ejus immunem a direptione esse significaretur. Proinde Antenorem cum filiis et Henetis superstitibus in Thraciam evasisse, indeque in Venetiam quæ nunc dicitur apud Adriam pervenisse; Æneam vero cum Anchise patre et Ascanio filio, hominum collecta multitudine, enavigasse, atque alii eum sedes posuisse aiunt apud Olympum Macedoniæ, alii apud Mantineam Arcadiæ Capuas condidisse, nomine oppido a Capye facto, alii eum ad Ægestam Siciliæ cum Elymo Troe trajecisse, et occupasse Erycem ac Lilybæum, fluviosque circa Ægestam denominasse Scamandrum et Simoentem; inde autem venisse in Latium, monituque oraculi ibi consedisse, quod manere ibi jubebat, ubi mensam comedisset; id ei in Latio apud Lavinium usu venisse, quum ob inopiam magnus panis loco mensæ positus una cum injectis ei carnibus esset devoratus. Homerus tamen neque his adstipulari videtur, neque iis, quæ de Scepsis auctoribus dicta sunt; innuit enim Æneam mansisse in Troia, inque regnum successisse, et id per successionem ad filiorum filios propagasse, quum stirps Priami esset abolita (*Il.* 20, 306) :

Dudum enim Priami genus odit Saturnius ;
nunc vero certe Æneæ vis Trojanis imperabit,
et filii filiorum, qui in posterum nati fuerint.

Hoc pacto ne Scamandrii quidem successio servari poterit. Multo magis vero hæc discrepant ab iis qui usque in Italiam vagatum eum dicunt, et ibi vitam cum morte commutasse. Quidam vero scribunt :

Æneæ genus cunctis imperabit ,
et filii filiorum,

ad Romanos id referentes.

54. Protulit Scepsis Socraticos Erastum et Coriscum et Neleum Corisci filium, qui auditor fuit Aristotelis et Theophrasti, et hujus etiam bibliothecam successione *nactus est*, in qua Aristotelis etiam fuit bibliotheca; nam Aristoteles suam Theophrasto tradidit, cui et scholam reliquit. Primus omnium, qui nobis sunt noti, Aristoteles bibliothecam conductis libris composuit, idque Ægypti reges facere docuit. Theophrastus bibliothecam Neleo tradidit. Hic libros Scepsin translatos posteris suis reliquit, ineruditis hominibus, qui incurie positos sub clavibus retinuerunt, quumque Attalicorum regum studium intellexissent, quibus Scepsis parebat, conquirentium libros ad instruendam Pergami bibliothecam, sub terra suos in fossa quadam occultaverunt. Ibi ab humore et blattis vitiatos tandem, qui

ρίων τά τε Ἀριστοτέλους καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία· ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικῶν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφήν, ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον οὐκ ἔχουσιν ὅλως τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς δ' ὕστερον, ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν καὶ ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότα λέγειν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο· εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλικῶντος τελευτὴν Σύλλας ἦρε τὴν Ἀπελλικῶντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών, δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο φιλαριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης, καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπόχρη.

55. Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως καὶ ὁ Δημήτριός ἐστιν, οὗ μεμνήμεθα πολλάκις, ὁ τὸν Τρωικὸν διάκοσμον ἐξηγησάμενος γραμματικός, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς Κράτητι καὶ Ἀριστάρχῳ· καὶ μετὰ τοῦτο Μητρόδωρος, ἀνὴρ ἐκ τοῦ φιλοσόφου μεταβεβληκὼς ἐπὶ τὸν πολιτικὸν βίον καὶ ῥητορεύων τὸ πλέον ἐν τοῖς συγγράμμασιν· ἐχρήσατο δὲ φράσεώς τινι χαρακτῆρι καινῷ καὶ κατεπλήξατο πολλούς· διὰ δὲ τὴν δόξαν ἐν Χαλκηδόνι γάμου λαμπροῦ πένης ὢν ἔτυχε καὶ ἐχρημάτιζε Χαλκηδόνιος· Μιθριδάτην δὲ θεραπεύσας τὸν Εὐπάτορα συναπῆρεν εἰς τὸν Πόντον ἐκείνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ ἐτιμήθη διαφερόντως, ταχθεὶς ἐπὶ τῆς δικαιοδοσίας, ἀφ' ἧς οὐκ ἦν τῷ κριθέντι ἀναβολὴ τῆς δίκης ἐπὶ τὸν βασιλέα. οὐ μέντοι διηυτύχησεν, ἀλλ' ἐμπεσὼν εἰς ἔχθραν ἀδικωτέρων ἀνθρώπων ἀπέστη τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν πρὸς Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πρεσβείαν· ὁ δ' ἄκοντα ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Εὐπάτορι, φεύγοντι ἤδη τὴν προγονικήν, κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν κατέστρεψε τὸν βίον εἴθ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως, εἴθ' ὑπὸ νόσου· λέγεται γὰρ ἀμφότερα. περὶ μὲν τῶν Σκηψίων ταῦτα.

56. Μετὰ δὲ Σκῆψιν Ἄνδειρα καὶ Πιονίαι καὶ ἡ Γαργαρίς. ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον, ἣ προσλαβοῦσα χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι· γίνεται δὲ ψευδάργυρος καὶ περὶ τὸν Τμῶλον. ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ χωρία, ἃ οἱ Λέλεγες κατεῖχον· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ περὶ Ἄσσον.

57. Ἔστι δὲ ἡ Ἄσσος ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχής, ἀπὸ θαλάττης καὶ τοῦ λιμένος ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα· ὥστ' ἐπ' αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ κιθαριστοῦ·

Ἄσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

ex ea erant stirpe, Aristotelis Theophrastique libros Apelliconti Teio magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore quam philosophiæ studio majore; itaque erosarum particularum quærens instaurationem, in nova libros transtulit exempla, lacunas non recte implens, ediditque libros mendorum plenos. Usu venit peripateticis antiquis, qui post Theophrastum vixerunt, quum omnino libris istis carerent, paucis duntaxat, præcipue exotericis, exceptis, ut nullum philosophiæ caput rite pertractare possent, sed in locis communibus oratorie exornandis versarentur; posterioribus ab eo tempore, quo libri isti sunt editi, facilius quidem fuit philosophari et Aristotelia tradere, sed ob mendorum multitudinem cogebantur plurima probabiliter modo dicere. Multum huc etiam Roma contulit. Statim enim a morte Apellicontis Sylla, quum Athenas cepisset, bibliothecam illius recepit; quæ quum huc esset allata, Tyrannio a bibliothecæ præfecto obtinuit, ut sibi eorum usus permitteretur, homo Aristotelis studiosus, et librorum venditores nonnulli, qui ineptos adhibebant librarios, neque cum exemplari descripta comparanda curabant; quod ceteris quoque libris accidit, qui exscribuntur vendendi causa et Romæ et Alexandriæ. De his quidem satis.

55. Scepsi natus est et Demetrius grammaticus, cujus sæpe mentionem facimus, qui Catalogum Homeri enarravit, æqualis Cratetis et Aristarchi; et post hunc Metrodorus, qui e philosopho in civilem mutatus hominem, in suis scriptis plerumque rhetorum more disserit; nova ille quadam dicendi forma utebatur, quæ ei apud multos admirationem peperit; idque sua fama consecutus est, ut opulentam uxorem Chalcedone pauper duceret, ac Chalcedonius appellaretur. Mithridatem autem colens Eupatorem, eum cum uxore in Pontum est comitatus, et ad summum ab eo honorem evectus; nam judicis ei officium hic demandavit, a cujus sententia non liceret ad regem provocare. Non tamen ad finem vitæ fortuna permansit secunda, sed iniquorum hominum inimicitiis intricatus, defecit a rege, quum ab eo legatus ad Tigranem Armenium missus esset, qui eum invitum Eupatori remisit, jam ex avito fugienti regno; in itinere autem mortuus est Metrodorus, sive regis opera, sive e morbo; utrumque enim fertur. Hæc quidem hactenus de Scepsiis.

56. Post Scepsin Andera sunt et Pioniæ et Gargaris. Lapis est apud Andera, qui ustus in ferrum transit, deinde cum quadam terra in camino excoctus, pseudargyrum seu falsum argentum stillat; terræ istæ si æs additur, temperamentum fit, quod vocant, et nonnulli orichalcum dicunt; nascitur pseudargyrus etiam apud Tmolum. Hæc sunt loca, quæ Leleges tenuerunt; eorundem vero fuerunt etiam loca circa Assum.

57. Natura et arte munita est Assus, a mari et portu rectam et longam habens adscensionem, ut convenire ei videatur lusus Stratonici citharœdi:

Asson eas, propere (θᾶσσον) exitium si tu tibi quæris.

ὁ δὲ λιμὴν χώματι κατεσκεύασται μεγάλῳ. ἐντεῦθεν ἦν Κλεάνθης, ὁ στωικὸς φιλόσοφος ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολήν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ· ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμείαν τὸν τύραννον κηδείαν. ἦν δὲ Ἑρμείας εὐνοῦχος, τραπεζίτου τινὸς οἰκέτης· γενόμενος δ' Ἀθήνησιν ἠκροάσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους· ἐπανελθὼν δὲ τῷ δεσπότῃ συνετυράννησε, πρῶτον ἐπιθεμένῳ τοῖς περὶ Ἀταρνέα καὶ Ἄσσον χωρίοις· ἔπειτα διεδέξατο ἐκεῖνον, καὶ μετεπέμψατο τόν τε Ἀριστοτέλην καὶ Ξενοκράτην καὶ ἐπεμελήθη αὐτῶν· τῷ δ' Ἀριστοτέλει καὶ θυγατέρα ἀδελφοῦ συνῴκισε. Μέμνων δ' ὁ Ῥόδιος ὑπηρετῶν τότε τοῖς Πέρσαις καὶ στρατηγῶν, προσποιησάμενος φιλίαν καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν ξενίας τε ἅμα καὶ πραγμάτων προσποιητῶν χάριν, συλλαβὼν δ' ἀνέπεμψεν ὡς τὸν βασιλέα, κἀκεῖ κρεμασθεὶς ἀπώλετο· οἱ φιλόσοφοι δ' ἐσώθησαν, φεύγοντες τὰ χωρία, ἃ οἱ Πέρσαι κατέσχον.

58. Φησὶ δὲ Μυρσίλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον, Ἑλλάνικός τε καὶ Αἰολίδα φησίν, ὥς (τε) καὶ τὰ Γάργαρα καὶ ἡ Λαμπωνία Αἰολέων. Ἀσσίων γάρ ἐστι κτίσμα τὰ Γάργαρα, οὐκ εὖ συνοικούμενα· ἐποίκους γὰρ οἱ βασιλεῖς εἰσήγαγον ἐκ Μιλητουπόλεως, ἐρημώσαντες ἐκείνην, ὥστε ἡμιβαρβάρους γενέσθαι φησὶ Δημήτριος αὐτοὺς ὁ Σκήψιος ἀντὶ Αἰολέων. καθ' Ὅμηρον μέντοι ταῦτα πάντα ἦν Λελέγων, οὕς τινες μὲν Κᾶρας ἀποφαίνουσιν, Ὅμηρος δὲ χωρίζει.

> πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες καὶ Παίονες ἀγκυλότοξοι
> καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες.

ἕτεροι μὲν τοίνυν τῶν Καρῶν ὑπῆρξαν· ᾤκουν δὲ μεταξὺ τῶν ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ καὶ τῶν καλουμένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Κιλίκων· ἐκπορθηθέντες δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως μετέστησαν εἰς τὴν Καρίαν, καὶ κατέσχον τὰ περὶ τὴν νῦν Ἁλικαρνασὸν χωρία.

59. Ἡ μέντοι νῦν ἐκλειφθεῖσα ὑπ' αὐτῶν πόλις Πήδασος οὐκέτ' ἐστίν. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασέων τὰ Πήδασα ὑπ' αὐτῶν ὀνομασθέντα ἦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λέγεται. φασὶ δ' ἐν αὐτῇ καὶ ὀκτὼ πόλεις ᾠκίσθαι ὑπὸ τῶν Λελέγων πρότερον εὐανδρησάντων, ὥστε καὶ τῆς Καρίας κατασχεῖν τῆς μέχρι Μύνδου καὶ Βαργυλίων, καὶ τῆς Πισιδίας ἀποτεμέσθαι πολλήν. ὕστερον δ' ἅμα τοῖς Καρσὶ στρατευόμενοι κατεμερίσθησαν εἰς ὅλην τὴν Ἑλλάδα καὶ ἠφανίσθη τὸ γένος, τῶν δ' ὀκτὼ πόλεων τὰς ἓξ Μαύσωλος εἰς μίαν τὴν Ἁλικαρνασὸν συνήγαγεν, ὡς Καλλισθένης ἱστορεῖ· Συάγγελα δὲ καὶ Μύνδον διεφύλαξε. τοῖς δὲ Πηδασεῦσι τούτοις φησὶν Ἡρόδοτος ὅτε μέλλοι τι ἀνεπιτήδειον ἔσεσθαι καὶ τοῖς περιοίκοις, τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς πώγωνα ἴσχειν· τρὶς δὲ συμβῆναι τοῦτο αὐτοῖς. Πήδασον δὲ καὶ ἐν τῇ νῦν Στρατονικέων πολίχνιόν ἐστιν. ἐν ὅλῃ δὲ Καρίᾳ καὶ ἐν Μιλήτῳ Λελέγων τάφοι καὶ ἐρύματα καὶ ἴχνη κατοικιῶν δείκνυται.

60. Μετὰ δὲ τοὺς Λέλεγας τὴν ἑξῆς παραλίαν ᾤκουν

Portus magno aggere constructus est. Hinc natus fuit Cleanthes, stoicus philosophus, qui Zenoni Citiensi in schola successit, et eam Chrysippo Solensi reliquit. Ibidem etiam Aristoteles commoratus est ob affinitatem cum Hermea tyranno. Fuit is Hermeas eunuchus, cujusdam mensarii famulus; quumque venisset Athenas, Platonem audivit et Aristotelem. Reversus inde, tyrannidem primum in Atarnenses et Assios machinanti domino socium se præbuit; post ei successit, accivitque Aristotelem et Xenocratem, eorumque curam habuit; Aristoteli etiam filiam fratris nuptum dedit. At Memnon Rhodius, Persarum eo tempore administer atque dux, simulata amicitia Hermeam ad se vocavit, sub nomine hospitii et simulatorum negotiorum, comprehensumque ad regem misit; ibi Hermeas suspendio affectus periit, philosophi autem evaserunt, fugientes e locis quæ Persæ occuparunt.

58. Myrsilus Assum a Methymnæis conditam ait, Hellanicus etiam Æolicam facit urbem, sic ut Gargara et Lamponia Æolidis sunt. Nam ab Assiis condita sunt Gargara, non satis bene habitatoribus instructa : nam e Miletopoli colonos eo miserunt reges, eam evacuantes ; itaque Demetrius Scepsius ait eos de Æolensibus semibarbaros factos. Homeri ætate omnia ista Lelegum fuerunt, quos Cares esse nonnulli censent, Homerus vero a Caribus distinguit (*Il.* 10, 428) :

> Ad mare sunt Cares, et curvo Pæones arcu,
> et Leleges et Caucones.

Diversi ergo a Caribus erant Leleges; habitabant autem inter Æneæ ditionem et quos Cilices poeta dicit; ab Achille autem evastati in Cariam transiverunt, et occupaverunt quæ circa Halicarnasum sunt loca.

59. Derelicta ab iis Pedasus urbs non amplius exstat; in mediterraneis autem Halicarnasi Pedasa urbs fuit ab ipsis nominata, et etiamnunc regio (καὶ ἔτι καὶ νῦν ἡ χώρα) Pedasis vocatur. Octo urbes aiunt in ea a Lelegibus frequentatas civibus, quum olim illi multitudine hominum florerent, ita ut etiam Cariæ partem tenerent, quæ ad Myndum usque et Bargylia porrigitur, ac bonam etiam Pisidiæ partem occuparent. Postea cum Caribus in bellum profecti divisi sunt per totam Græciam, et gens ipsa deleta est; de octo autem urbibus sex Mausolus in unam Halicarnasum conduxit, ut Callisthenes refert, Suangela vero et Myndum integras reliquit. Pedasensibus his scribit Herodotus (I, 175. VIII, 104), et eorum vicinis si quid adversi impenderet, Minervæ antistitam apud eos barbam edidisse, idque ter accidisse. Ceterum Pedasum oppidulum est etiam in hodierna Stratonicensium ditione. In tota autem Caria et Mileti ostenduntur Lelegum sepulcra, castella pagorumque vestigia.

60. Proximum post Leleges litus Cilices Homerici tene-

Κίλικες καθ' Ὅμηρον, ἣν νῦν ἔχουσιν Ἀδραμυττηνοί τε καὶ Ἀταρνεῖται καὶ Πιταναῖοι μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Καΐκου. διῄρηντο δ' εἰς δύο δυναστείας οἱ Κίλικες, καθάπερ εἴπομεν, τήν τε ὑπὸ τῷ Ἠετίωνι καὶ τὴν ὑπὸ Μύνητι.

61. Τοῦ μὲν οὖν Ἠετίωνος λέγει πόλιν Θήβην·

ᾠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

τούτου δὲ καὶ τὴν Χρύσαν [τὴν ἔχουσαν] τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος ἐμφαίνει, εἴπερ ἡ Χρυσηὶς ἐκ τῆς Θήβης ἑάλω·

ᾠχόμεθα, γάρ φησιν, ἐς Θήβην·
τὴν δὲ διεπράθομέν τε καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα.
καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν [υἷες Ἀχαιῶν],
ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδῃ Χρυσηΐδα.

τοῦ δὲ Μύνητος τὴν Λυρνησσόν· ἐπειδὴ

Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης

τόν τε Μύνητα καὶ τὸν Ἐπίστροφον ἀνεῖλεν Ἀχιλλεύς· ὥστε, ὅταν φῇ ἡ Βρισηΐς,

οὐδέ μ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,

οὐ τὴν Θήβην λέγοι ἄν (αὕτη γὰρ Ἠετίωνος), ἀλλὰ τὴν Λυρνησσόν· ἀμφότεραι δ' ἦσαν ἐν τῷ κληθέντι μετὰ ταῦτα Θήβης πεδίῳ, ὃ διὰ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι φασὶ Μυσοῖς μὲν καὶ Λυδοῖς (τοῖς) πρότερον, τοῖς δ' Ἕλλησιν ὕστερον τοῖς ἐποικήσασιν ἐκ τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Λέσβου. ἔχουσι δὲ νῦν Ἀδραμυττηνοὶ τὸ πλέον· ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἡ Θήβη καὶ ἡ Λυρνησσός, ἐρυμνὸν χωρίον· ἔρημοι δ' ἀμφότεραι· διέχουσι δὲ Ἀδραμυττίου σταδίους ἡ μὲν ἑξήκοντα, ἡ δὲ ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ ἐπὶ θάτερα.

62. Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστι καὶ ἡ Χρῦσα καὶ ἡ Κίλλα· πλησίον οὖν τῆς Θήβης ἔτι νῦν Κίλλα τις τόπος λέγεται, ἐν ᾧ Κιλλαίου Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερόν· παραρρεῖ δ' αὐτῷ ἐξ Ἴδης φερόμενος ὁ Κίλλαιος ποταμός· ταῦτα δ' ἐστὶ κατὰ τὴν Ἀντανδρίαν· καὶ τὸ ἐν Λέσβῳ δὲ Κίλλαιον ἀπὸ ταύτης τῆς Κίλλης ὠνόμασται· ἔστι δὲ καὶ Κίλλαιον ὄρος μεταξὺ Γαργάρων καὶ Ἀντάνδρου. φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωναεὺς ἐν Κολωναῖς ἱδρυθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· καὶ ἐν Χρύσῃ δὲ λέγουσι Κίλλαιον Ἀπόλλωνα ἱδρῦσθαι, ἄδηλον, εἴτε τὸν αὐτὸν τῷ Σμινθεῖ, εἴθ' ἕτερον.

63. Ἡ δὲ Χρῦσα ἐπὶ θαλάττῃ πολίχνιον ἦν ἔχον λιμένα, πλησίον δὲ ὑπέρκειται ἡ Θήβη· ἐνταῦθα δ' ἦν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος καὶ ἡ Χρυσηΐς· ἠρήμωται δὲ νῦν τὸ χωρίον τελέως· εἰς δὲ τὴν νῦν Χρῦσαν τὴν κατὰ Ἀμαξιτὸν μεθίδρυται τὸ ἱερὸν τῶν Κιλίκων τῶν μὲν εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκπεσόντων, τῶν δὲ εἰς Ἀμαξιτόν. οἱ δ' ἀπειρότεροι τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν ἐνταῦθα τὸν Χρύσην καὶ τὴν Χρυσηΐδα γεγονέναι φασὶ καὶ τὸν Ὅμηρον τούτου τοῦ τόπου μεμνῆσθαι. ἀλλ' οὔτε λιμήν ἐστιν ἐνταῦθα, ἐκεῖνος δέ φησιν·

οἱ δ' ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἵκοντο.

bant, quod nunc habent Adramytteni, Atarnitæ et Pitanæi usque ad Caici ostia. Divisi fuerunt Cilices in duas, ut dixi (§ 7. 49), provincias, quarum una Eetioni, altera Myneti pareret.

61. Eetionis urbem Thebam Homerus appellat (*Il.* 1, 366):

Profecti sumus contra Theben sacram urbem Eetionis.

Huic etiam Chrysam adscribit, ubi templum Sminthei Apollinis, siquidem Thebæ capta fuit Chryseis; dicit enim (*Il.* 1, 366):

Profecti sumus contra Theben,
eamque diripuimus et huc adduximus omnia,
et hæc rite inter se diviserunt filii Achæorum,
elegerunt autem Atridæ Chryseidem pulcris genis.

Urbem autem Mynetis Lyrnessum dicit, siquidem (*Il.* 2, 691)

Lyrnessum devastans et mœnia Thebæ

Mynetem et Epistrophum interfecit Achilles, adeo ut, ubi Briseis dicit (Il. 19, 295):

Haud me (plorare) sinebas, quando virum meum velox [Achilles
interfecit, diruitque urbem divini Mynetis,

non Theben dixerit (hæc enim Eetionis erat), sed Lyrnessum: ambæ autem fuerunt in campo, qui deinde Thebes dictus est campus; de quo ob ejus præstantiam certamina fuerunt Lydis et Mysis ante, postea Græcis, qui eo e Lesbo et Æolide migraverunt. Nunc Adramytteni majorem partem obtinent: ibi enim et Thebe est et Lyrnessus, munitum natura castellum, at desertæ sunt ambæ; distant ab Adramyttio hæc sexaginta, illa octoginta stadiis, in contrariam partem.

62. In Adramyttena est et Chrysa et Cila. Ac Thebis vicinus locus quidam etiam nunc Cilla vocatur, in quo Apollinis Cillæi est fanum; præterfluit eum ex Ida delabens Cillus fluvius. Hæc sunt juxta Antandriam. Lesbi quoque Cillæum ab hac Cilla nomen habet; est etiam Cillæus mons inter Gargarum et Antandrum. Daes Colonensis ait Cillæi Apollinis templum primum Colonis fuisse positum e Græcia advectis Æolensibus. Chrysæ quoque Cillæum Apollinem dedicatum fuisse ferunt; idemne sit cum Sminthæo, an alius ab eo, incertum.

63. Chrysa oppidulum fuit ad mare situm, portum habens; paulo supra jacet Thebe; ibi erat Sminthei delubrum Apollinis et Chryseis. Locus nunc plane desertus est; fanum vero Cilicum translatum in eam, quæ nunc est, Chrysam ad Hamaxitum, quum Cilicum alii in Pamphyliam emigrassent, alii Hamaxitum. Qui imperitiores sunt priscarum historiarum, hic fuisse Chrysam et Chryseidem putant, Homerumque ejus loci facere mentionem. Atqui hic nullus est portus, Homerus autem dicit (*Il.* 1, 432):

Illi vero quum intra portum profundum pervenere.

οὔτ' ἐπὶ θαλάττῃ τὸ ἱερόν ἐστιν, ἐκεῖνος δ' ἐπὶ θαλάττῃ ποιεῖ τὸ ἱερόν·

ἐκ δὲ Χρυσηῒς νηὸς βῆ ποντοπόροιο·
τὴν μὲν ἔπειτ' ἐπὶ βωμὸν ἄγων πολύμητις Ὀδυσσεύς
πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει·

οὐδὲ Θήβης πλησίον, ἐκεῖνος δὲ πλησίον· ἐκεῖθεν γοῦν ἁλοῦσαν λέγει τὴν Χρυσηΐδα. ἀλλ' οὐδὲ Κίλλα τόπος οὐδεὶς ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ δείκνυται, οὐδὲ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· ὁ ποιητὴς δὲ συζεύγνυσιν·

ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κίλλαν τε ζαθέην·

ἐν δὲ τῷ Θήβης πεδίῳ δείκνυται πλησίον· ὅ τε πλοῦς ἀπὸ μὲν τῆς Κιλικίου Χρύσης ἐπὶ τὸ ναύσταθμον ἑπτακοσίων που σταδίων ἐστὶν ἡμερήσιός πως, ὅσον φαίνεται πλεύσας ὁ Ὀδυσσεύς. ἐκβὰς γὰρ εὐθὺ παρίστησι τὴν θυσίαν τῷ θεῷ καὶ τῆς ἑσπέρας ἐπιλαβούσης μένει αὐτόθι, πρωῒ δὲ ἀποπλεῖ· ἀπὸ δὲ Ἁμαξιτοῦ τὸ τρίτον μόλις τοῦ λεχθέντος διαστήματός ἐστιν, ὥστε παρῆν τῷ Ὀδυσσεῖ αὐθήμερον ἀναπλεῖν ἐπὶ τὸ ναύσταθμον τελέσαντι τὴν θυσίαν. ἔστι δὲ καὶ Κίλλου μνῆμα περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος, χῶμα μέγα· ἡνίοχον δὲ τοῦτον Πέλοπός φασιν ἡγησάμενον τῶν τόπων, ἀφ' οὗ ἴσως ἡ Κιλικία ἢ ἔμπαλιν.

64. Τὰ οὖν περὶ τοὺς Τεύκρους καὶ τοὺς μύας, ἀφ' ὧν ὁ Σμινθεύς, ἐπειδὴ σμίνθιοι οἱ μύες, δεῦρο μετενεκτέον. παραμυθοῦνται δὲ τὴν ἀπὸ μικρῶν ἐπίκλησιν τοιούτοις τισί· καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν παρνόπων, οὓς οἱ Οἰταῖοι κόρνοπας λέγουσι, Κορνοπίωνα τιμᾶσθαι παρ' ἐκείνοις Ἡρακλέα ἀπαλλαγῆς ἀκρίδων χάριν· Ἰποκτόνον δὲ παρ' Ἐρυθραίοις τοῖς τὸν Μίμαντα οἰκοῦσιν, ὅτι φθαρτικὸς τῶν ἀμπελοφάγων ἰπῶν· καὶ δὴ παρ' ἐκείνοις μόνοις τῶν Ἐρυθραίων τὸ θηρίον τοῦτο μὴ γενέσθαι. Ῥόδιοι δὲ Ἐρυθιβίου Ἀπόλλωνος ἔχουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ἱερόν, τὴν ἐρυσίβην καλοῦντες ἐρυθίβην· παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μείς τις καλεῖται Πορνοπίων, οὕτω τοὺς πάρνοπας καλούντων Βοιωτῶν, καὶ θυσία συντελεῖται Πορνοπίωνι Ἀπόλλωνι.

65. Μυσία μὲν οὖν ἐστιν ἡ περὶ τὸ Ἀδραμύττιον, ἦν δέ ποτε ὑπὸ Λυδοῖς, καὶ νῦν Πύλαι Λύδιαι καλοῦνται ἐν Ἀδραμυττίῳ, Λυδῶν, ὥς φασι, τὴν πόλιν ἐκτικότων. Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. ἦν δὲ πολίχνη ποτέ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μετὰ ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, οἷς μᾶλλον γειτνιᾷ· διέχει δὲ τῆς παλαιᾶς Χρύσης εἴκοσι σταδίους, καὶ αὐτῆς ἐν ἄλσει τὸ ἱερὸν ἐχούσης. αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ Ἀχίλλειος χάραξ· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων ἐστὶν ἡ Θήβη ἔρημος, ἥν φησιν ὁ ποιητὴς ὑπὸ Πλάκῳ ὑλήεσσῃ· οὔτε δὲ Πλάκος ἢ Πλὰξ ἐκεῖ τι λέγεται, οὔθ' ὕλη ὑπέρκειται, καίτοι πρὸς τῇ Ἴδῃ. Ἀστύρων δ' ἡ Θήβη διέχει εἰς ἑβδομήκοντα σταδίους, Ἀνδείρων δὲ ἑξήκοντα. πάντα δὲ ταῦτά ἐστι τὰ ὀνόματα τόπων ἐρήμων ἢ φαύλως οἰκουμένων ἢ ποταμῶν χειμάρρων· τεθρύληται δὲ διὰ τὰς παλαιὰς ἱστορίας.

Neque templum hic ad mare est, poeta autem ad mare ponit (*Il.* 1, 439):

Chryseis egreditur nave pontivaga;
hanc deinde ad aram ducens vafer Ulysses
patri caro in manus dedit;

neque prope Thebam: at Homerica prope fuit; nam ex Thebe abductam ait Chryseidem. Sed neque Cilla in in Alexandrino agro ulla ostenditur, neque Cillæi templum Apollinis; at poeta utrumque conjunxit (*Il.* 1, 37)

qui Chrysam tueris
Cillamque sanctam;

at in Thebes campo propinqua visitur. Et navigatio a Cilicia Chrysa ad Naustathmum septingentorum fere est stadiorum, unius adeo diei; quantam videtur Ulysses confecisse; nam navem egressus statim sacrificium deo præbet deinde vespera occupante, ibi pernoctat, mane avehitur. Ab Hamaxito autem vix tertium ejus intervalli est; itaque sic licuisset Ulyssi sacris operato eadem die ad naustathmum redire. Est etiam tumulus magnus prope fanum Cillæi Apollinis, monumentum Cilli, quem ferunt Pelopis fuisse aurigam, ac principem horum locorum, a quo fortasse Ciliciæ nomen est, aut e contrario.

64. Enimvero quæ de Teucris et muribus traduntur, unde Smintheo nomen sit, siquidem sminthii sunt mures, huc sunt transferenda. Excusant autem hanc a parvis denominationem talibus quibusdam exemplis. *Nam Œtæi* Herculem a locustis, quas πάρνοπας ceteri Græci, κόρνοπας Œtæi nominant, Kornopionem appellatum venerantur, quod a locustis ipsos liberaverit; Ipoctonum Herculem Erythræi, ad Mimantem accolentes, colunt, quia ipes (vermes, a quibus vites corroduntur) exsciderit; ac reapse apud solos Erythræos ea vitium pestis non nasci perhibetur. Rhodii in sua regione Erythibii Apollinis templum habent, ab rubigine frugum aversa dictum, quæ ipsis erythiba, alias erysibe dicitur. Ab Æolensibus Asiaticis mensis quidam Pornopion dicitur, quum parnopas Bœoti locustas vocent, et sacrificatur Pornopioni Apollini.

65. Mysiæ ergo est regio circa Adramyttium. Ea urbs aliquando sub Lydis fuit, et nunc portæ Lydiæ visuntur Adramyttii, quod Lydi, ut ferunt, urbem eam condiderint. Porro Mysiæ esse aiunt Astyra, pagum vicinum; olim fuit oppidum, in cujus luco templum Astyrenæ Dianæ, cui Antandrii religiose præerant, quibus id est vicinius; distat ab antiqua Chrysa stadia viginti, cujus et ipsius in luco templum. Ibidem est etiam Achillis vallum; in mediterraneis autem post stadia quinquaginta Thebe est deserta, quam Homerus sub Placo silvosa sitam ait; at neque Placos aut Plax ulla ibi est, neque silva superne imminet loco, quanquam sit ad Idam. Ab Astyris Thebe abest stadia ad septuaginta, ab Anderis ad sexaginta. Hæc autem omnia sunt nomina locorum desertorum aut male habitatorum aut fluminum torrentium, celebrata tamen sunt ob antiquas historias.

66. Πόλεις δ' εἰσὶν ἀξιόλογοι Ἄσσος τε καὶ Ἀδραμύττιον. ἠτύχησε δὲ τὸ Ἀδραμύττιον ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ· τὴν γὰρ βουλὴν ἀπέσφαξε τῶν πολιτῶν Διόδωρος στρατηγός, χαριζόμενος τῷ βασιλεῖ, προσποιούμενος δ' ἅμα τῶν τε ἐξ Ἀκαδημίας φιλοσόφων εἶναι καὶ δίκας λέγειν καὶ σοφιστεύειν τὰ ῥητορικά· καὶ δὴ καὶ συναπῆρεν εἰς τὸν Πόντον τῷ βασιλεῖ· καταλυθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, ἔτισε δίκας τοῖς ἀδικηθεῖσιν· ἐγκλημάτων γὰρ ἐπενεχθέντων ἅμα πολλῶν, ἀπεκαρτέρησεν αἰσχρῶς, οὐ φέρων τὴν δυσφημίαν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει. ἀνὴρ δὲ Ἀδραμυττηνὸς ῥήτωρ ἐπιφανὴς γεγένηται Ξενοκλῆς, τοῦ μὲν Ἀσιανοῦ χαρακτῆρος, ἀγωνιστὴς δέ, εἴ τις ἄλλος, καὶ εἰρηκὼς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τῆς συγκλήτου, καθ' ὃν καιρὸν αἰτίαν εἶχε Μιθριδατισμοῦ.

67. Πρὸς δὲ τοῖς Ἀστύροις λίμνη καλεῖται Σάπρα βαραθρώδης, εἰς ῥαχιώδη τῆς θαλάττης αἰγιαλὸν τὸ ἔκρηγμα ἔχουσα. ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι Μητρὸς θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον καὶ ἄντρον ὑπόνομον μέχρι Παλαιᾶς. ἔστι δ' ἡ Παλαιὰ κατοικία τις οὕτω καλουμένη, διέχουσα τῶν Ἀνδείρων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους· ἔδειξε δὲ τὴν ὑπονομὴν χίμαρος ἐμπεσὼν εἰς τὸ στόμα καὶ ἀνευρεθεὶς τῇ ὑστεραίᾳ κατὰ Ἄνδειρα ὑπὸ τοῦ ποιμένος κατὰ τύχην ἐπὶ θυσίαν ἥκοντος. Ἀταρνεὺς δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Ἑρμείου τυραννεῖον, εἶτα Πιτάνη, πόλις Αἰολική, δύο ἔχουσα λιμένας, καὶ ὁ παραρρέων αὐτὴν ποταμὸς Εὔηνος, ἐξ οὗ τὸ ὑδραγωγεῖον πεποίηται τοῖς Ἀδραμυττηνοῖς. ἐκ δὲ τῆς Πιτάνης ἐστὶν Ἀρκεσίλαος, ὁ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας, Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως συσχολαστὴς παρὰ Πολέμωνι. καλεῖται δὲ καὶ ἐν τῇ Πιτάνῃ τις τόπος ἐπὶ θαλάττῃ Ἀταρνεὺς ὑπὸ τῇ Πιτάνῃ, κατὰ τὴν καλουμένην νῆσον Ἐλεοῦσσαν. φασὶ δ' ἐν τῇ Πιτάνῃ τὰς πλίνθους ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς ὕδασι, καθάπερ καὶ ἐν τῇ Τυρρηνίᾳ νησίς πέπονθε· κουφοτέρα γὰρ ἡ γῆ τοῦ ἐπισόγκου ὕδατός ἐστιν, ὥστ' ἐποχεῖσθαι. ἐν Ἰβηρίᾳ δέ φησιν ἰδεῖν Ποσειδώνιος ἔκ τινος γῆς ἀργιλώδους, ᾗ τὰ ἀργυρώματα ἐκμάττεται, πλίνθους πηγνυμένας καὶ ἐπιπλεούσας. μετὰ δὲ τὴν Πιτάνην ὁ Κάικος εἰς τὸν Ἐλαΐτην καλούμενον κόλπον ἐν τριάκοντα σταδίοις ἐκδίδωσιν. ἐν δὲ τῷ πέραν τοῦ Καΐκου, δώδεκα διέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους Ἐλαία πόλις Αἰολικὴ καὶ αὕτη Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους διέχουσα τοῦ Περγάμου.

68. Εἶτ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις ἡ Κάνη, τὸ ἀνταῖρον ἀκρωτήριον τῷ Λεκτῷ καὶ ποιοῦν τὸν Ἀδραμυττηνὸν κόλπον, οὗ μέρος καὶ ὁ Ἐλαϊτικός ἐστι. Κάναι δὲ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ νοτιώτατα κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ· αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγά τινες ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζῴῳ· δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγᾶν, ὡς Ἀκτᾶν καὶ Ἀρχᾶν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὃ νῦν Κάνην καὶ Κάνας λέγουσι. κύκλῳ δὲ

66. Urbes sunt memorabiles Assus et Adramyttium. Bello Mithridatico male acceptum fuit Adramyttium. Nam prætor Diodorus in gratiam regis senatum civium suorum occidit, qui quidem se Academicum philosophum simul et causidicum et rhetorem profitebatur. Idem in Pontum etiam cum rege abiit; eo autem dejecto, pœnas ille dedit maleficio affectis; scilicet quum multa simul ei crimina intentarentur, turpiter se ipsum inedia confecit, non ferens dedecus tantum, in nostra patria. Orator insignis Adramyttenus exstitit Xenocles, Asiaticæ quidem formam orationis sectatus, sed si quis alius, vehemens, qui etiam pro Asia ad senatum oravit, quo tempore ea Mithridatis partibus favere insimulata fuit.

67. Apud Astyra lacus est, nomine Sapra, voraginosus, qui erumpit in litus maris saxis in dorsi speciem porrectis asperum. Porro sub Anderis est delubrum Matris deorum Anderenæ sacrum, et antrum cuniculi in morem sub terra usque ad Palæam pertinens. Palæa vicus quidam est, ab Anderis centum triginta stadiis dissitus. Eum subterraneum specum demonstravit caper, quum incidisset in os ejus, et postridie juxta Andera a pastore repertus esset, forte fortuna ad sacrificium eunte. Atarneus sedes fuit Hermiæ tyranni. Sequitur Pitane, urbs Æolica, duos habens portus, et fluvius Evenus eam præterfluens, e quo per aquæductum Adramytteni aquam sibi comparant. Pitane patria fuit Arcesilai Academici, qui una cum Zenone Citieo audivit Polemonem. Vocatur etiam apud Pitanen quidam juxta mare locus Atarneus, sub Pitane situs e regione insulæ, quæ Eleussa (ἔχουσαν *codd.*) vocatur. Aiunt apud Pitanen lateres coctos in aqua non subsidere, quod et in Etruria terræ cuidam (γῆτις?) evenit; levior enim est terra quam aqua, cui injicitur, ideoque ei innatat. Posidonius in Hispania se vidisse affirmat e quadam terra argillacea, qua argentea detergent vasa, lateres concretos et aquæ innatantes. Post Pitanen stadiis triginta Caicus in Elaiticum sinum se effundit. Trans Caicum duodecim a flumine stadiis Elæa est urbs Æolica, eademque Pergamenorum navale, centum viginti stadiis distans a Pergamo.

68. Hinc intra centum stadia Cana est, promontorium Lecto oppositum, Adramyttenumque conficiens sinum, cujus pars est Elaiticus. Canæ autem oppidulum est Locrensium e Cyno eo profectorum, juxta extremas Lesbi versus meridiem partes situm in regione Canæa: ea regio usque ad Arginussas pertinet iisque imminens promontorium, quod Æga nonnulli appellant, quasi capram: est autem Ægân pronunciandum longa syllaba secunda, ut Actân et Archân: sic enim etiam totus mons appellabatur, quem nunc Canen et Canas appellant. Circa eum mon-

περὶ τὸ ὄρος πρὸς νότον μὲν καὶ δύσιν ἡ θάλαττα, πρὸς ἕω δὲ τὸ Καΐκου πεδίον ὑπόκειται, πρὸς ἄρκτον δὲ ἡ Ἐλαΐτις· αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ ἱκανῶς συνέσταλται, προσνεύει δὲ ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα· ὕστερον δὲ αὐτὸ τὸ ἀκρωτήριον Αἰγὰ ἐκλήθη, ὡς Σαπφώ, τὸ δὲ λοιπὸν Κάνη καὶ Κάναι.

69. Μεταξὺ δὲ Ἐλαίας τε καὶ Πιτάνης καὶ Ἀταρνέως καὶ Περγάμου Τευθρανία ἐστί, διέχουσα οὐδεμιᾶς αὐτῶν ὑπὲρ ἑβδομήκοντα σταδίους ἐντὸς τοῦ Καΐκου, καὶ ὁ Τεύθρας Κιλίκων καὶ Μυσῶν ἱστόρηται βασιλεύς. Εὐριπίδης δ' ὑπὸ Ἀλέου φησί, τοῦ τῆς Αὔγης πατρός, εἰς λάρνακα τὴν Αὔγην κατατεθεῖσαν ἅμα τῷ παιδὶ Τηλέφῳ καταποντωθῆναι, φωράσαντος τὴν ἐξ Ἡρακλέους φθοράν· Ἀθηνᾶς δὲ προνοίᾳ τὴν λάρνακα περαιωθεῖσαν ἐκπεσεῖν εἰς τὸ στόμα τοῦ Καΐκου, τὸν δὲ Τεύθραντα, ἀναλαβόντα τὰ σώματα, τῇ μὲν ὡς γαμετῇ χρήσασθαι, τῷ δ' ὡς ἑαυτοῦ παιδί. τοῦτο μὲν οὖν μῦθος, ἄλλην δέ τινα δεῖ γεγονέναι συντυχίαν, δι' ἣν ἡ τοῦ Ἀρκάδος θυγάτηρ τῷ Μυσῶν βασιλεῖ συνῆλθε καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς διεδέξατο τὴν ἐκείνου βασιλείαν. πεπίστευται δ' οὖν, ὅτι καὶ ὁ Τεύθρας καὶ ὁ Τήλεφος ἐβασίλευσαν τῆς χώρας τῆς περὶ τὴν Τευθρανίαν καὶ τὸν Κάϊκον, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπὶ τοσοῦτον μέμνηται μόνον τῆς ἱστορίας ταύτης·

> ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
> ἥρω' Εὐρύπυλον, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
> Κήτειοι κτείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων·

αἴνιγμα τιθεὶς ἡμῖν μᾶλλον ἢ λέγων τι σαφές. οὔτε γὰρ τοὺς Κητείους ἴσμεν, οὕστινας δέξασθαι δεῖ, οὔτε τὸ γυναίων εἵνεκα δώρων· ἀλλὰ καὶ οἱ γραμματικοὶ μυθάρια παραβάλλοντες εὑρεσιλογοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα.

70. Ἐάσθω δὴ ταῦτα, ἐκεῖνο δ', ὅπερ ἐστὶ μᾶλλον ἐν φανερῷ, λαβόντες λέγωμεν· ὅτι ἐν τοῖς περὶ τὸν Κάϊκον τόποις φαίνεται βεβασιλευκὼς καθ' Ὅμηρον ὁ Εὐρύπυλος, ὥστ' ἴσως καὶ τῶν Κιλίκων τι μέρος ἦν ὑπ' αὐτῷ, καὶ οὐ δύο δυναστεῖαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ὑπῆρξαν ἐν αὐτοῖς. τῷ δὲ λόγῳ τούτῳ συνηγορεῖ τὸ ἐν τῇ Ἐλαΐτιδι χειμαρρῶδες ποτάμιον δείκνυσθαι Κήτειον· ἐμπίπτει δ' οὗτος εἰς ἄλλον ὅμοιον, εἶτ' ἄλλον, καταστρέφουσι δὲ εἰς τὸν Κάϊκον· ὁ δὲ Κάϊκος οὐκ ἀπὸ τῆς Ἴδης ῥεῖ, καθάπερ εἴρηκε Βακχυλίδης, οὐθ' * ὡς Εὐριπίδης τὸν Μαρσύαν φησὶ

> τὰς διωνομασμένας
> ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις·

πολὺ γὰρ τῆς Ἴδης ἄπωθεν αἱ Κελαιναί, πολὺ δὲ καὶ αἱ τοῦ Καΐκου πηγαί· δείκνυνται γὰρ ἐν πεδίῳ. Τῆμνον δ' ἐστὶν ὄρος, ὃ διορίζει τοῦτό τε καὶ τὸ καλούμενον Ἀπίας πεδίον, ὃ ὑπέρκειται ἐν τῇ μεσογαίᾳ τοῦ Θήβης πεδίου· ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ Τήμνου ποταμὸς Μύσιος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κάϊκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ, ἀφ' οὗ δέχονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου·

> ἰὼ Κάικε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί.

tem in orbem, versus meridiem et occasum solis, mare est, versus orientem Caici campestria subjacent, versus septentrionem Elaitis regio. Ipse mons pro se satis est contractus, ad mare autem Ægæum inclinat, unde etiam nomen ei; postea ipsum modo promontorium Æga appellatum est, ut Sappho ait, reliqua Cane et Canæ.

69. Inter Elæam ac Pitanen Atarneumque et Pergamum cis Caicum Teuthrania est, distans ab nulla harum urbium ultra stadia septuaginta. Ibi historiæ ferunt Teuthrantem Cilicum fuisse et Mysorum regem. Euripides Augen dicit cum filio Telepho in cistam inclusos, inque mare dejectos fuisse ab Alea patre Auges, quum is vitiatam ab Hercule filiam deprehendisset; sed providentia Minervæ factum, ut cista mari transmisso in ostium Caici excideret; corporibus exemptis Teuthrantem in uxorem accepisse Augen, et Telephum pro filio adoptavisse. Hæc quidem fabula est, sed alio aliquo casu factum oportuit, ut filia Arcadis a Mysorum rege uxor duceretur, mulierisque ejus filius in regnum patri adoptanti succederet. Certe creditum est Teuthrantem et Telephum regnasse ea in regione, quæ circa Teuthraniam est et Caicum; quamquam Homerus de hac historia nihil nisi hæc habet (*Od.* 11, 521):

> sed qualem Telephiden interfecit ferro,
> heroem Eurypylum; multi vero circa eum socii
> Cetei trucidabantur muliebria propter dona;

quibus quidem verbis ænigma potius nobis proponit, quam ut diserte aliquid exponat. Nam neque constat quos Ceteos intelligere debeamus, neque quid sibi velint muliebria illa dona. Grammatici quoque, dum fabellas adducunt, non tam solvunt quæstiones, quam rationes comminiscendo indulgent.

70. Istis ergo missis, loquamur de magis perspicuis; nimirum circa loca vicina Caico fuisse videri regnum Eurypyli, ut fortasse aliqua etiam Cilicum pars ei paruerit, iique non in duas, sed in tres fuerint divisi præfecturas. Huic rationi id favet, quod in Elaitide torrenti similis fluviolus monstratur Ceteus; is in alium haud dissimilem, hic rursus in alium talem illabitur, denique Caicum augent suo influxu. Caicus vero non ex Ida fluit, quod Bacchylides ait, neque recte Euripides (οὐδ' ὀρθῶς Εὐρ.) Marsyam dicit

> nobiles
> habitare Celænas extrema Idæ sub loca;

procul enim ab Ida absunt Celænæ, procul etiam Caici fontes, qui in campo ostenduntur. Temnus autem mons est, qui hunc campum disterminat ab Apiæ dicto campo, qui supra Thebæ campum in mediterraneis situs est. E Temno fluit amnis Mysius, in Caicum illabens infra ejus fontes. De hoc Mysio quidam putant dicere Æschylum in primordio prologi Myrmidonum:

> Io Caice Mysiæque affluentes.

ἐγγὺς δὲ τῶν πηγῶν κώμη Γέργιθά ἐστιν, εἰς ἣν μετῴκισεν Ἄτταλος τοὺς ἐν τῇ Τρῳάδι, τὸ χωρίον ἐξελών.

ΚΕΦ. Β.

Ἐπεὶ δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ ἀπὸ Λεκτοῦ μέχρι Κανῶν ἀντιπαρατέταται νῆσος ἡ Λέσβος, λόγου ἀξία πλείστου (περίκειται δὲ αὐτῇ καὶ νησία, τὰ μὲν ἔξωθεν, τὰ δὲ καὶ ἐν τῷ μεταξὺ αὐτῆς τε καὶ τῆς ἠπείρου), καιρὸς ἤδη περὶ τούτων εἰπεῖν· καὶ γὰρ ταῦτά ἐστιν Αἰολικά, σχεδὸν δέ τι καὶ μητρόπολις ἡ Λέσβος ὑπάρχει τῶν Αἰολικῶν πόλεων. ἀρκτέον δ' ἀφ' ὧνπερ καὶ τὴν παραλίαν ἐπήλθομεν τὴν κατ' αὐτήν.

2. Ἀπὸ Λεκτοῦ τοίνυν ἐπὶ Ἄσσον πλέουσιν ἀρχὴ τῆς Λεσβίας ἐστὶ κατὰ Σίγριον τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς ἄκρον. ἐνταῦθα δέ που καὶ Μήθυμνα πόλις Λεσβίων ἐστὶν ἀπὸ ἑξήκοντα σταδίων τῆς ἐκ Πολυμηδίου πρὸς τὴν Ἄσσον παραλίας. οὔσης δὲ τῆς περιμέτρου σταδίων χιλίων ἑκατόν, ἣν ἡ σύμπασα ἐκπληροῖ νῆσος, τὰ καθέκαστα οὕτως ἔχει· ἀπὸ Μηθύμνης εἰς Μαλίαν τὸ νοτιώτατον ἄκρον ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον, καθ' ὃ αἱ Κάναι μάλιστα ἀντίκεινται τῇ νήσῳ καὶ συναπαρτίζουσι, στάδιοί εἰσι τριακόσιοι τετταράκοντα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Σίγριον, ὅπερ ἐστὶ τῆς νήσου τὸ μῆκος, πεντακόσιοι ἑξήκοντα· εἶτ' ἐπὶ τὴν Μήθυμναν διακόσιοι δέκα. Μιτυλήνη δὲ κεῖται μεταξὺ Μηθύμνης καὶ τῆς Μαλίας ἡ μεγίστη πόλις, διέχουσα τῆς Μαλίας ἑβδομήκοντα σταδίους, τῶν δὲ Κανῶν ἑκατὸν εἴκοσιν, ὅσους καὶ τῶν Ἀργινουσσῶν, αἳ τρεῖς μέν εἰσιν οὐ μεγάλαι νῆσοι, πλησιάζουσι δὲ τῇ ἠπείρῳ, παρακείμεναι (δὲ) ταῖς Κάναις. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Μιτυλήνης καὶ τῆς Μηθύμνης κατὰ κώμην τῆς Μηθυμναίας, καλουμένην Αἴγειρον, στενωτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος, ὑπέρβασιν ἔχουσα εἰς τὸν Πυρραίων Εὔριπον σταδίων εἴκοσιν. Ἵδρυται δ' ἡ Πύρρα ἐν τῷ ἑσπερίῳ πλευρῷ τῆς Λέσβου, διέχουσα τῆς Μαλίας ἑκατόν. ἔχει δ' ἡ Μιτυλήνη λιμένας δύο, ὧν ὁ νότιος κλειστὸς τριήρει * καὶ ἐν ναυσὶ πεντήκοντα, ὁ δὲ βόρειος μέγας καὶ βαθύς, χώματι σκεπαζόμενος· πρόκειται δ' ἀμφοῖν νησίον, μέρος τῆς πόλεως ἔχον αὐτόθι συνοικούμενον· κατεσκεύασται δὲ τοῖς πᾶσι καλῶς.

3. Ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακόν, ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντιμενίδαν, ὅν φησιν Ἀλκαῖος Βαβυλωνίοις συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν ἆθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ῥύσασθαι, κτείναντα

> ἄνδρα μαχαίταν, βασιλήιον
> παλαίσταν (ὥς φησι) ἀπολείποντα μόνον μίαν
> παχέων ἀπὺ πέμπων.

συνήκμασε δὲ τούτοις καὶ ἡ Σαπφώ, θαυμαστόν τι χρῆμα· οὐ γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ τῷ μνημονευομένῳ φανεῖσάν τινα γυναῖκα ἐνάμιλλον, οὐδὲ κατὰ μικρόν, ἐκείνῃ ποιήσεως χάριν. ἐτυραννήθη δὲ ἡ πόλις κατὰ τοὺς χρόνους τούτους ὑπὸ πλειόνων διὰ τὰς

Prope fontes Caici est pagus Gergitha, in quem Attalus Gergithios e Troade traduxit, oppido eorum sublato.

CAP. II.

Quum vero e regione litoris a Lecto ad Canas insula Lesbus porrigatur, plurimo digna sermone, et circumjaceant ibidem etiam minutæ insulæ, aliæ exterius, aliæ intra Lesbum et continentem sitæ : de iis tempus jam est dicendi : nam hæc quoque sunt Æolica, immo Lesbus quodammodo mater est Æolicarum urbium. Inde autem ordiemur, unde et ipsum litus ei oppositum describere cœpimus.

2. A Lecto igitur Assum navigantibus Lesbia terra incipit a Sigrio, ejus versus septentrionem promontorio. Ibi fere est etiam Methymna Lesbiorum urbs, sexaginta stadiis a litore, quod est inter Polymedium et Assum. Ambitus totius insulæ implet stadia mille et centum; singula autem ita se habent : a Methymna ad Maliam, maxime austrinum insulæ promontorium iis qui ad dextram habeant insulam, juxta quod maxime Canæ opponuntur et respondent insulæ, stadia sunt trecenta quadraginta; hinc ad Sigrium quingenta sexaginta, quæ est insulæ longitudo; hinc ad Methymnam ducenta decem. Mitylene inter Methymnam et Maliam sita est, urbium maxima; abest a Malia septuaginta stadiis, a Canis centum viginti, totidemque ab Arginussis. Arginussæ tres sunt insulæ non magnæ, continenti appropinquantes Canisque adjacentes. Inter Mitylenen et Methymnam, juxta pagum agri Methymnæi Ægirum, arctissima est insula, transitum habens usque ad Pyrrhæum Euripum stadiorum viginti. Sita est Pyrrha in occiduo Lesbi latere, centum a Malia stadiis. Mitylena portus habet duos, quorum austrinus conclusus est, triremium capax quinquaginta (τριηρικὸς ναυσὶ π. ?), septentrionalis magnus et profundus, quem tuetur agger; ante utrumque jacet exigua insula, in qua pars civitatis habitat. Omnibus sane rebus bene est apparata Mitylene.

3. Viros tulit præclaros prisco tempore Pittacum, unum de septem sapientibus, et Alcæum poetam ejusque fratrem Antimenidam, quem Alcæus scribit Babyloniis auxiliantem magnum confecisse certamen, eosque e difficultatibus liberasse, quum occidisset

> virum pugnacem, regium
> luctatorem (ut ait), cui deerat unus tantum
> de cubitis quinque.

Floruit eodem tempore Sappho, femina admirabilis : nam per omnem ævi memoriam nullam novimus mulierem, quæ vel aliquo modo cum ea possit comparari poeseos causa. Complures autem ea tempestate tyrannidem in hac urbe tenuerunt ob dissidia, de quibus etiam exstant factiosa,

διχοστασίας, καὶ τὰ στασιωτικὰ καλούμενα τοῦ Ἀλκαίου ποιήματα περὶ τούτων ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς τυράννοις καὶ ὁ Πιττακὸς ἐγένετο. Ἀλκαῖος μὲν οὖν ὁμοίως ἐλοιδορεῖτο καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, Μυρσίλῳ καὶ Μελάγχρῳ καὶ τοῖς Κλεανακτίδαις καὶ ἄλλοις τισίν, οὐδ' αὐτὸς καθαρεύων τῶν τοιούτων νεωτερισμῶν. Πιττακὸς δ' εἰς μὲν τὴν τῶν δυναστειῶν κατάλυσιν ἐχρήσατο τῇ μοναρχίᾳ καὶ αὐτός, καταλύσας δὲ ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν τῇ πόλει. ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ· καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων καὶ Λεσβοκλῆς καὶ Κριναγόρας καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης. οὗτος δὲ καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ὑπῆρξε καὶ Πομπηίῳ τῷ Μάγνῳ κατέστη φίλος, μάλιστα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτήν, καὶ πάσας συγκατώρθωσεν αὐτῷ τὰς πράξεις· ἀφ' ὧν τήν τε πατρίδα ἐκόσμησε τὰ μὲν δι' ἐκείνου, τὰ δὲ δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἑαυτὸν πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν· υἱόν τε ἀπέλιπε Μάρκον Πομπήιον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστός, καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιβερίου φίλων. Ἀθηναῖοι δ' ἐκινδύνευσαν μὲν ἀνηκέστῳ ψόγῳ περιπεσεῖν, ψηφισάμενοι Μιτυληναίους ἡβηδὸν ἀποσφαγῆναι, μετέγνωσαν δέ, καὶ ἔφθη μιᾷ θᾶττον ἡμέρᾳ τὸ ψήφισμα ἀφιγμένον ὡς τοὺς στρατηγούς, πρὶν ἢ πρᾶξαι τὸ προσταχθέν.

4. Ἡ δὲ Πύρρα κατέστραπται, τὸ δὲ προάστειον οἰκεῖται καὶ ἔχει λιμένα, ὅθεν εἰς Μιτυλήνην ὑπέρβασις σταδίων ὀγδοήκοντα. εἶτ' Ἐρεσσός ἐστι μετὰ τὴν Πύρραν· ἵδρυται δ' ἐπὶ λόφου καθήκει τε ἐπὶ θάλατταν· εἶτ' ἐπὶ τὸ Σίγριον ἐντεῦθεν στάδιοι εἰκοσιοκτώ· ἐξ Ἐρεσσοῦ δ' ἦσαν Θεόφραστός τε καὶ Φανίας, οἱ ἐκ τῶν περιπάτων φιλόσοφοι, Ἀριστοτέλους γνώριμοι. Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο ἔμπροσθεν ὁ Θεόφραστος, μετωνόμασε δ' αὐτὸν Ἀριστοτέλης Θεόφραστον, ἅμα μὲν φεύγων τὴν τοῦ προτέρου ὀνόματος κακοφωνίαν, ἅμα δὲ τὸν τῆς φράσεως αὐτοῦ ζῆλον ἐπισημαινόμενος· ἅπαντας μὲν γὰρ λογίους ἐποίησε τοὺς μαθητὰς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δὲ Θεόφραστον. Ἄντισσα δ' ἐφεξῆς ἐστι τῷ Σιγρίῳ πόλις, ἔχουσα λιμένα· ἔπειτα Μήθυμνα· ἐντεῦθεν δ' ἦν Ἀρίων ὁ ἐπὶ τῷ δελφῖνι μυθευόμενος ὑπὸ τῶν περὶ Ἡρόδοτον εἰς Ταίναρον σωθῆναι, καταποντωθεὶς ὑπὸ τῶν λῃστῶν· οὗτος μὲν οὖν κιθαρῳδός. καὶ Τέρπανδρον δὲ τῆς αὐτῆς μουσικῆς τεχνίτην γεγονέναι φασὶ καὶ τῆς αὐτῆς νήσου, τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον· καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται·

σοὶ δ' ἡμεῖς τετράγηρυν ἀποστρέψαντες ἀοιδήν,
ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

καὶ Ἑλλάνικος δὲ Λέσβιος συγγραφεὺς καὶ Καλλίας ὁ τὴν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος.

5. Κατὰ δὲ τὸν πορθμὸν τὸν μεταξὺ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λέσβου νησία ἐστὶ περὶ εἴκοσιν, ὡς δὲ Τιμοσθένης φησί, τετταράκοντα· καλοῦνται δ' Ἑκατόννησοι συνθέτως, ὡς Πελοπόννησος, κατὰ ἔθος τι τοῦ Ν γράμμα-

quæ vocantur, Alcæi carmina. E tyrannis fuit etiam Pittacus, quem, ut ceteros, Myrsilum, Melanchrum et Cleanactidas aliosque nonnullos, insectatus est Alcæus, ne ipse quidem purus studii ejusmodi novandarum rerum. Pittacus, ut dominationes tolleret, potestatem penes unum positam et ipse quidem usurpavit, sed re confecta, libertatem civibus reddidit. Multo post tempore Mitylene protulit Diophanem rhetorem; nostra autem ætate Potamonem, Lesboclem, Crinagoram et historiæ scriptorem Theophanem. Hic in republica etiam versatus est, et usus Pompeii Magni amicitia suam maxime ob virtutem, in omnibus præclare gestis socium se ei præbuit; atque sic partim Pompeii, partim sua ipsius opera patriam ornavit, seque omnium Græcorum illustrissimum præstitit. Filium reliquit M. Pompeium, quem quondam Augustus Cæsar Asiæ procuratorem constituit, et qui hodie inter primos Tiberii Cæsaris amicos censetur. Parum abfuit quin Athenienses in immedicabilem sese conjecissent infamiam, quum decretum fecissent de trucidandis a puero usque omnibus Mitylenæis; resciderunt tamen, unaque die ad imperatores citius hoc decretum posterius perlatum est, quam ii mandatum exsequi inciperent.

4. Pyrrha eversa est; suburbium autem habitatur, habetque portum, a quo Mitylenen transitus est stadiorum octoginta. Post Pyrrham sequitur Eressus in colle sita, et ad mare pertinens; inde ad Sigrium stadia viginti octo. Eressius fuit Theophrastus itemque Phanias, philosophi Peripatetici, auditores Aristotelis. Theophrasto antea nomen fuit Tyrtamo, sed Aristoteles Theophrasti (*divine loquentis*) nomen ei fecit, simul ut prioris asperitatem fugeret, simul ut dictionis studium in eo conspicuum commendaret; nam omnes quidem suos discipulos facundos, sed Theophrastum facundissimum fecit Aristoteles. Post Sigrium urbs Antissa sequitur, portum habens; deinde Methymna; hæc patria fuit Arionis, ejus quem Herodotus delphino vectum in Tænarum evasisse fabulatur, quum a prædonibus esset in mare abjectus; hic citharœdus fuit. Terpandrum quoque ejusdem musicæ artificem ex eademque insula oriundum prædicant, qui primus lyram, ante quattuor contentam fidibus, septem nervis instruxit, sicut etiam in versibus, qui illi tribuuntur, dicitur:

Tibi nos, missa quattuor sonorum cantilena,
septem fidibus instructa lyra novos canemus hymnos.

Lesbii etiam fuerunt Hellanicus, historiæ conditor, et Callias, qui Sapphûs et Alcæi versus interpretatus est.

5. In freto, quod inter Asiam et Lesbum est, insulæ parvæ sunt viginti fere numero, ut vero Timosthenes ait, quadraginta; eæ uno nomine Hecatonnesi vocantur, voce, ut Peloponnesus, composita, abundante ex quadam con-

τος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις, ὡς Μυόννησος καὶ Προκόννησος λέγεται καὶ Ἁλόννησος, ὥστε Ἑκατόννησοί εἰσιν, οἷον Ἀπολλωνόννησοι· Ἕκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων· παρὰ πᾶσαν γὰρ δὴ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχρι Τενέδου, Σμινθεὺς ἢ Κιλλαῖος καλούμενος ἢ Γρυνεὺς ἤ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων. πλησίον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ἡ Πορδοσελήνη, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα ἐν αὐτῇ· καὶ πρὸ τῆς πόλεως ταύτης ἄλλη νῆσος (πόλις) μείζων αὐτῆς ὁμώνυμος, ἔρημος, ἱερὸν ἅγιον ἔχουσα Ἀπόλλωνος.

6. Τὰς δὲ δυσφημίας τῶν ὀνομάτων φεύγοντές τινες ἐνταῦθα μὲν Ποροσελήνην δεῖν λέγειν φασί, τὸ δ' Ἀσπόρδηνον ὄρος τὸ περὶ Πέργαμον, τραχὺ καὶ λυπρὸν ὄν, Ἀσπόρηνον, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐνταῦθα τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν Ἀσπορηνῆς. τί οὖν φήσομεν τὴν Πόρδαλιν καὶ τὸν Σαπέρδην καὶ τὸν Περδίκκαν καὶ τὸ Σιμωνίδου

σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες εἵμασιν

ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις, καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ που κωμῳδίᾳ

πορδακὸν τὸ χωρίον,

τὸ λιμνάζον; διέχει δ' ἡ Λέσβος τὸ ἴσον ἀπὸ τῆς Τενέδου καὶ Λήμνου καὶ Χίου σχεδόν τι τῶν πεντακοσίων ἐνδοτέρω σταδίων.

ΚΕΦ. Γ.

Τοιαύτης δὲ τῆς πρὸς τοὺς Τρῶας οἰκειότητος ὑπαρχούσης τοῖς τε Λέλεξι καὶ τοῖς Κίλιξι, ζητοῦσιν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ συγκαταλέγονται καὶ οὗτοι ἐν τῷ καταλόγῳ. εἰκὸς δὲ διὰ τὴν τῶν ἡγεμόνων διαφθορὰν καὶ τὴν τῶν πόλεων ἐκπόρθησιν ὀλίγους ὑπολειφθέντας τοὺς Κίλικας ὑπὸ τῷ Ἕκτορι τάττεσθαι· ὅ τε γὰρ Ἠετίων καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ λέγονται πρὸ τοῦ καταλόγου διαφθαρῆναι·

ἤτοι μὲν πατέρ' ἁμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,
ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων,
Θήβην ὑψίπυλον.
οἳ δέ μοι ἑπτὰ κασίγνητοι ἔσαν ἐν μεγάροισιν,
οἱ μὲν πάντες ἰῷ κίον ἤματι Ἄιδος εἴσω·
πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

ὡς δ' αὔτως καὶ οἱ ὑπὸ Μύνητι τούς τε ἡγεμόνας ἀποβεβλήκασι καὶ τὴν πόλιν·

καδ' δὲ Μύνητ' ἔβαλε καὶ Ἐπίστροφον,
πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος.

τοὺς δὲ Λέλεγας τοῖς μὲν ἀγῶσι παρόντας ποιεῖ, ὅταν οὕτω λέγῃ·

πρὸς μὲν ἁλὸς Κᾶρες καὶ Παίονες ἀγκυλότοξοι
καὶ Λέλεγες καὶ Καύκωνες·

καὶ πάλιν·

Σάτνιον οὔτασε δουρὶ
Οἰνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε Νηὶς ἀμύμων
Οἴνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας Σατνιόεντος.

οὐ γὰρ οὕτως ἐξελελοίπεσαν τελέως, ὥστε μὴ καὶ καθ' αὑτοὺς ἔχειν τι σύστημα, ἅτε τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἔτι περιόντος,

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει,

suetudine in his altero N, ut in Myonnesus et Proconnesus et Halonnesus. Sunt ergo Hecatonnesi, quasi Apollinis insulæ; nam Hecatus vocatur Apollo; per totam scilicet hanc oram usque ad Tenedum Apollo colitur, cognomento Sminthei, Cillæi, Grynei aut aliquo alio. His vicina est etiam Pordoselena, urbem in se habens cognominem: atque ante hanc urbem alia insula major, cognominis, deserta, sacrum habens fanum Apollinis.

6. Quidam nominum fœditatem fugientes, hîc Poroselenam dici debere aiunt, et Aspordenum, qui est mons apud Pergamum sterilis et asper, Asporenum, et fanum quod ibi est Matris deûm, Asporenæ. Quid faciemus ergo Pordali, Saperdæ, Perdiccæ, et hisce Simonidis verbis

cum *pordacis* excidentes vestibus,

ubi *pordacis* est *permadidis*, et isti, quod in veteri comœdia alicubi legitur (*Aristoph. Pac.* 1148):

pordacus locus,

pro loco stagnante? Distat autem Lesbus a Tenedo et Lemno et Chio æquali fere spatio intra quingenta stadia.

CAP. III.

Ceterum quum tanta fuerit Lelegum et Cilicum cum Trojanis familiaritas, causa quæritur cur non hi quoque in catalogo recenseantur. Probabile est, interfectis ducibus oppidisque evastatis, paucos qui erant superstites Cilices sub Hectore militasse. Nam Eetion et filii ejus dicuntur ante copiarum recensionem periisse (Il. 6, 414, 421):

Nostrum vero patrem occidit divinus Achilles,
et urbem evertit Cilicum,
Theben altis portis. —
Qui mihi septem fratres erant in ædibus
hi omnes uno migrarunt die in orcum;
omnes enim interfecit pedibus celer divinus Achilles.

Itidem Cilices, qui sub Mynete fuerant, duces urbesque amiserant (*Il.* 2,692. 19, 296):

Prostravit Mynetem et Epistrophum,
diruit urbem divini Mynetis.

Leleges autem pugnis quidem interfuisse ostendit, quum sic dicit (*Il.* 10, 428):

Ad mare sunt Cares et curvo Pæones arcu,
et Leleges et Caucones;

et iterum (*Il.* 14, 443):

Satnium perculit hasta
Enopiden (Ἤν.), quem nympha peperit Nais candida
Enopi boves pascenti ad ripas Satnioentis.

Non enim ita prorsus Leleges defecerant, ut non corpus ipsi quoque aliquod per se constituerent, quum adhuc regem haberent incolumem (*Il.* 21, 86),

Alten, qui Lelegibus bellicosis imperat,

καὶ τῆς πόλεως οὐ τελέως ἠφανισμένης· ἐπιφέρει γὰρ

Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι.

ἐν μέντοι τῷ καταλόγῳ παραλέλοιπεν αὐτούς, οὐχ ἱκανὸν ἡγούμενος τὸ σύστημα, ὥστ' ἐν καταλόγῳ τάττεσθαι, ἢ καὶ ὑπὸ τῷ Ἕκτορι καὶ τούτους συγκαταλέγων, οὕτως ὄντας οἰκείους. ὁ γὰρ Λυκάων φησίν, ἀδελφὸς ὢν Ἕκτορος·

μινυνθάδιον δέ με μήτηρ
γείνατο Λαοθόη, θυγάτηρ Ἄλταο γέροντος,
Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.

ταῦτα μὲν οὖν τοιαύτην τινὰ ἔχει τὴν εἰκοτολογίαν.

2. Εἰκοτολογεῖν δ' ἐστί, κἂν εἴ τις τὸν ἀκριβῆ ζητεῖ κατὰ τὸν ποιητὴν ὅρον, μέχρι τίνος οἱ Κίλικες διέτεινον καὶ οἱ Πελασγοὶ καὶ ἔτι οἱ μεταξὺ τούτων Κήτειοι λεγόμενοι οἱ ὑπὸ τῷ Εὐρυπύλῳ. περὶ μὲν οὖν τῶν Κιλίκων καὶ τῶν ὑπ' Εὐρυπύλῳ τὰ ἐνόντα εἴρηται, καὶ διότι [ἐπὶ] τὰ περὶ τὸν Κάικον μάλιστα περατοῦνται. τοὺς δὲ Πελασγοὺς εὔλογον τούτοις ἐφεξῆς τιθέναι ἔκ τε τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἱστορίας. ὁ μὲν γὰρ οὕτω φησίν·

Ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα Πελασγῶν ἐγχεσιμώρων,
τῶν, οἳ Λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον·
τῶν ἦρχ' Ἱππόθοός τε Πύλαιός τ' ὄζος Ἄρηος,
υἷε δύω Λήθοιο Πελασγοῦ Τευταμίδαο.

ἐξ ὧν πλῆθός τε ἐμφαίνει ἀξιόλογον τὸ τῶν Πελασγῶν (οὐ γὰρ φῦλον, ἀλλὰ φῦλα ἔφη) καὶ τὴν οἴκησιν ἐν Λαρίσῃ φράζει. πολλαὶ μὲν οὖν αἱ Λάρισαι, δεῖ δὲ τῶν ἐγγύς τινα δέξασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὴν περὶ Κύμην ὑπολάβοι τις ὀρθῶς· τριῶν γὰρ οὐσῶν, ἡ μὲν καθ' Ἀμαξιτὸν ἐν ὄψει τελέως ἐστὶ τῷ Ἰλίῳ, καὶ ἐγγὺς σφόδρα ἐν διακοσίοις που σταδίοις, ὥστ' οὐκ ἂν λέγοιτο πιθανῶς ὁ Ἱππόθοος πεσεῖν ἐν τῷ ὑπὲρ Πατρόκλου ἀγῶνι

τῆλ' ἀπὸ Λαρίσης,

ταύτης γε, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς περὶ Κύμην· χίλιοι γάρ που στάδιοι μεταξύ· τρίτη δ' ἐστὶ Λάρισα, κώμη τῆς Ἐφεσίας ἐν τῷ Καϋστρίῳ πεδίῳ, ἥν φασι πόλιν ὑπάρξαι πρότερον, ἔχουσαν καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Λαρισηνοῦ, πλησιάζουσαν τῷ Τμώλῳ μᾶλλον ἢ τῇ Ἐφέσῳ· ταύτης γὰρ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα διέχει σταδίους, ὥστε ὑπὸ τοῖς Μῄοσιν ἄν τις τάττοι ταύτην. Ἐφέσιοι δ' αὐξηθέντες ὕστερον πολλὴν τῆς τῶν Μῃόνων, οὓς νῦν Λυδούς φαμεν, ἀπετέμοντο, ὥστ' οὐδ' αὕτη ἂν ἡ τῶν Πελασγῶν Λάρισα εἴη, ἀλλ' ἐκείνη μᾶλλον. καὶ γὰρ τῆς μὲν ἐν τῇ Καϋστριανῇ Λαρίσης οὐδὲν ἔχομεν τεκμήριον ἰσχυρόν, ὡς ἦν ἤδη τότε· οὐδὲ γὰρ τῆς Ἐφέσου· τῆς δὲ περὶ τὴν Κύμην μαρτύριόν ἐστι πᾶσα ἡ Αἰολικὴ ἱστορία, μικρὸν ὕστερον τῶν Τρωικῶν γενομένη.

3. Φασὶ γὰρ τοὺς ἐκ τοῦ Φρικίου τοῦ ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικοῦ ὄρους ὁρμηθέντας καταρᾶραι μὲν εἰς τὸν τόπον, ὅπου νῦν ἡ Κύμη ἐστί, καταλαβόντας δὲ τοὺς Πελασγοὺς κεκακωμένους ὑπὸ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου, κατέχοντας δ' ὅμως ἔτι τὴν Λάρισαν διέχουσαν τῆς

neque urbs plane esset eversa; subjungit enim (*Il.* 21, 87):

Pedason excelsam sub Satnioenta gubernans.

In recensione autem omisit eos Homerus, non satis magnum corpus id existimans, ut quod in catalogo referretur, aut etiam sub Hectoris copiis hos quoque complectens adeo ei familiares. Etenim Lycaon Hectoris frater sic dicit (*Il.* 21, 84):

— me parvo victurum tempore mater
peperit Laothoe, filia Altæ senis,
Altæ, qui Lelegibus bellicosis imperat.

De his ergo hæc possunt dici probabiliter.

2. Probabilem afferre conjecturam licet etiam, si quæratur de sententia Homeri quis sit verus limes usque ad quem pertinuerint Cilices et Pelasgi et qui medii inter eos sunt Cetei Eurypylo subditi. De Cilicibus quidem et Eurypyli ditione diximus, quantum licuit, et quod iis locis quæ ad Caicum sunt, maxime determinantur. Consentaneum autem est his continenter deinceps poni Pelasgos, quum ex Homeri dictis, tum ex reliqua historia. Homerus enim ita dicit (*Il.* 2, 840):

Hippothous gentes ducebat Pelasgorum hastis promptorum,
eorum qui Larisam glebosam habitabant;
his præerat Hippothous et Pylæus, soboles Martis,
filii duo Lethi Pelasgi Teutamo nati.

Hæc verba memorabilem Pelasgorum multitudinem indicant (non enim gentem, sed gentes dicit) et Larisæ illis sedes adscribit. De multis autem Larisis opportet intelligere aliquam vicinam: quod rectissime de ea, quæ Cumæ propinqua est, conjeceris. De tribus enim Larisis ea, quæ juxta Hamaxitum sita, plane in conspectu Ilii nimisque vicina est, intra ducentesimum fere stadium: adeo ut non probabiliter diceretur, Hippothoum in certamine de cadavere Patrocli cecidisse (*Il.* 17, 301)

longe a Larisa,

ab hac quidem; magis hoc Larisæ juxta Cumam sitæ convenit; nam ad mille stadia interveniunt. Tertia Larisa est pagus agri Ephesii in campo Caystrio, quam olim fuisse urbem aiunt, et habuisse templum Larisæi Apollinis, Tmolo quam Epheso viciniorem, quum ab hac absit centum octoginta stadia, et Mæonibus ideo adscribi possit. Ephesii autem postmodo aucti, multum regionis Mæonibus, quos nunc Lydos vocamus, abstulerunt: adeo ut ne hæc quidem sit Pelasgorum Larisa, sed istæc potius. His adde quod nullum de Caystriana Larisa habemus certum argumentum, eam tempore belli Trojani jam fuisse, quum ne de Epheso quidem habeamus; de Cumis vicina autem Larisa testimonium fert omnis Æolica historia Troicis rebus paullo posterior.

3. Narrant enim Græcos, a Phricio Locrico supra Thermopylas monte profectos, appulisse ea in loca, ubi nunc Cyme est; quumque offendissent Pelasgos, afflictos quidem bello Trojano, Larisam tamen adhuc tenentes, adversus eos exstruxisse quod etiamnum dicitur Neontichos, tri-

Κύμης ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους, ἐπιτειχίσαι αὐτοῖς τὸ νῦν ἔτι λεγόμενον Νέον τεῖχος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς Λαρίσης, [ἂν] ελθόντας δὲ κτίσαι τὴν Κύμην καὶ τοὺς περιγενομένους ἀνθρώπους ἐκεῖσε ἀνοικίσαι· ἀπὸ δὲ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους τήν τε Κύμην Φρικωνίδα καλοῦσιν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Λάρισαν· ἐρήμη δ' ἐστὶ νῦν. ὅτι δ' οἱ Πελασγοὶ μέγα ἦν ἔθνος, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἱστορίας οὕτως ἐκμαρτυρεῖσθαί φασι· Μενεκράτης γοῦν ὁ Ἐλαΐτης ἐν τοῖς περὶ κτίσεων φησὶ τὴν παραλίαν τὴν νῦν Ἰωνικὴν πᾶσαν, ἀπὸ Μυκάλης ἀρξαμένην, ὑπὸ Πελασγῶν οἰκεῖσθαι πρότερον καὶ τὰς πλησίον νήσους. Λέσβιοι δ' ὑπὸ Πυλαίῳ τετάχθαι λέγουσι σφᾶς, τῷ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένῳ (τῷ) τῶν Πελασγῶν ἄρχοντι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ὄρος ἔτι Πύλαιον καλεῖσθαι. καὶ Χῖοι δὲ οἰκιστὰς ἑαυτῶν Πελασγούς φασι τοὺς ἐκ τῆς Θετταλίας. πολύπλανον δὲ καὶ ταχὺ τὸ ἔθνος πρὸς ἀπαναστάσεις, ηὐξήθη τε ἐπὶ πολὺ καὶ ἀθρόαν ἔλαβε τὴν ἔκλειψιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῶν Αἰολέων καὶ τῶν Ἰώνων περαίωσιν εἰς τὴν Ἀσίαν.

4. Ἴδιον δέ τι τοῖς Λαρισαίοις συνέβη τοῖς τε Καϋστριανοῖς καὶ τοῖς Φρικωνεῦσι καὶ τρίτοις τοῖς ἐν Θετταλίᾳ· ἅπαντες γὰρ ποταμόχωστον τὴν χώραν ἔσχον, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ Καΰστρου, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Ἕρμου, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Πηνειοῦ. ἐν δὲ τῇ Φρικωνίδι Λαρίσῃ τετιμῆσθαι λέγεται Πίασος, ὅν φασιν ἄρχοντα Πελασγῶν ἐρασθῆναι τῆς θυγατρὸς Λαρίσης, βιασάμενον δ' αὐτὴν τῖσαι τῆς ὕβρεως δίκην· ἐγκύψαντα γὰρ εἰς πίθον οἴνου καταμαθοῦσαν τῶν σκελῶν λαβομένην ἐξᾶραι καὶ καθεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν πίθον. τὰ μὲν οὖν ἀρχαῖα τοιαῦτα.

5. Ταῖς δὲ νῦν Αἰολικαῖς πόλεσιν ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον καὶ τὴν Τῆμνον, ὅθεν ἦν Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας· ἵδρυνται δ' αἱ πόλεις αὗται κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν ὑπερκειμένην τῆς τε Κυμαίας καὶ τῆς Φωκαέων καὶ Σμυρναίων γῆς, παρ' ἣν ὁ Ἕρμος ῥεῖ. οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων οὐδ' ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ἐλευθέρα πόλις ὑπὸ Ῥωμαίων κεκριμένη. καὶ ταύτην δ' ἐκάκωσαν οἱ νεωστὶ γενόμενοι σεισμοί. εἰς δὲ τἀναντία τὰ ἐπὶ τὸν Κάικον νεύοντα ἀπὸ Λαρίσης μὲν διαβάντι τὸν Ἕρμον εἰς Κύμην ἑβδομήκοντα στάδιοι, ἐντεῦθεν δ' εἰς Μύριναν τετταράκοντα στάδιοι, τὸ δ' ἴσον ἐντεῦθεν εἰς Γρύνιον, κἀκεῖθεν εἰς Ἐλαίαν· ὡς δ' Ἀρτεμίδωρος, ἀπὸ τῆς Κύμης εἰσὶν Ἄδαι, εἶτ' ἄκρα μετὰ τετταράκοντα σταδίους, ἣν καλοῦσιν Ὕδραν, ἡ ποιοῦσα τὸν κόλπον τὸν Ἐλαϊτικὸν πρὸς τὴν ἀπεναντίον ἄκραν Ἁρματοῦντα. τοῦ μὲν οὖν στόματος τὸ πλάτος περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους ἐστίν, ἐγκολπίζοντι δὲ Μύρινα ἐν ἑξήκοντα σταδίοις, Αἰολὶς πόλις ἔχουσα λιμένα, εἶτ' Ἀχαιῶν λιμήν, ὅπου οἱ βωμοὶ τῶν δώδεκα θεῶν, εἶτα πολίχνιον Γρύνιον καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον καὶ νεὼς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ, στάδιοι δ' ἐπ' αὐτὴν τετταράκοντα· εἶθ' ἑβδομήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν καὶ ναύσταθμον τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων,

ginta a Larisa stadiis; reversos deinde Cymen condidisse, eoque superstitum hominum coloniam deduxisse. A monte autem Locrico et Cymen Phriconidem dicunt, itemque etiam Larisam, quæ nunc est deserta. Fuisse autem Pelasgos magnam gentem, ex reliqua etiam historia aiunt testatum reddi posse hunc in modum. Etenim Menecrates Elaita in libro De origine urbium narrat oram maritimam universam, quæ nunc Ionica dicitur, sumpto a Mycale initio, itemque vicinas insulas, olim sedes fuisse Pelasgorum. Lesbii vero sub Pylæo se ad Ilium militasse aiunt, quem Pelasgorum ducem facit Homerus, a qui etiamnum mons Pylæus in Lesbo nomen habeat. Chii quoque a Pelasgis se conditos affirmant e Thessalia profectis. Vaga hæc gens Pelasgorum et ad migrationes præceps, magnopere viribus aucta est et subito rursus defecit maxime sub Æolensium et Ionum transitum in Asiam.

4. Peculiare aliquid omnibus Larisæis usu venit, Caystrianis, inquam, et Phriconensibus et tertiis Thessalicis: omnes nimirum agrum tenent a fluviis aggestum, illi a Caystro, hi ab Hermo, Thessali a Peneo. In Larisa Phriconide ferunt cultum honoribus fuisse Piasum, quem aiunt, quum Pelasgorum princeps esset, filiæ, quam deperibat, suæ, Larisæ vim fecisse, et hujus contumeliæ pœnas dedisse; quum enim in dolium vini plenum despicientem Larisa deprehendisset, arreptis cruribus eum sublimem erexit inque dolium dejecit. Hujusmodi sunt antiqua.

5. Æolicis, quæ nunc sunt, urbibus Ægæ etiam addendæ sunt et Temnus patria Hermagoræ, qui præcepta artis rhetoricæ scripsit. Sitæ sunt urbes eæ ad montana, quæ supra agrum Cymæum, Phocæum et Smyrnæum jacent, præter quem Hermus fluit. Non procul ab his urbibus Magnesia abest, sub Sipylo sita, a Romanis libera judicata. Hanc etiam læserunt terræ motus nuper facti. In contrariam partem, quæ ad Caicum inclinant, a Larisa, si Hermum transeas, usque ad Cymen septuaginta stadia sunt, hinc Myrinam quadraginta, inde Grynium tantundem, et hinc iterum Elæam. Ut autem Artemidorus ait, post Cymen sunt Adæ; tum promontorium post quadraginta stadia, quam Hydram vocant; ea sinum efficit Elaiticum cum opposito promontorio Harmatunte. Latitudo sinus ad introitum est octingentorum fere stadiorum; sin juxta litus sinum legeris, post sexaginta stadia occurrit Myrina urbs Æolica portum habens; deinde Achæorum portus, ubi aræ sunt duodecim deorum; oppidulum deinde Myrinæum, Grynium et fanum Apollinis vetusque oraculum et templum sumptuosum e lapide albo: eo usque stadia sunt quadraginta; tum septuaginta stadia usque ad Elæam, quæ urbs portum habet et stationem navium regum Attalicorum; condita est a

Μενεσθέως κτίσμα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον. τὰ δ' ἑξῆς εἴρηται τὰ περὶ Πιτάνην καὶ Ἀταρνέα καὶ τἆλλα τὰ ταύτῃ.

6. Μεγίστη δέ ἐστι τῶν Αἰολικῶν καὶ ἀρίστη Κύμη καὶ σχεδὸν μητρόπολις αὕτη τε καὶ ἡ Λέσβος τῶν ἄλλων πόλεων, περὶ τριάκοντά που τὸν ἀριθμόν, ὧν ἐκλελοίπασιν οὐκ ὀλίγαι. σκώπτεται δ' εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη κατὰ τοιαύτην τινά, ὥς φασιν ἔνιοι, δόξαν, ὅτι τριακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον τῆς κτίσεως ἀπέδοντο τοῦ λιμένος τὰ τέλη, πρότερον δ' οὐκ ἐκαρποῦτο τὴν πρόσοδον ταύτην ὁ δῆμος· κατέσχεν οὖν δόξα, ὡς ὀψὲ ᾐσθημένων, ὅτι ἐπὶ θαλάττῃ πόλιν οἰκοῖεν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ὅτι δανεισάμενοι χρήματα δημοσίᾳ τὰς στοὰς ὑπέθεντο, εἶτ' οὐκ ἀποδιδόντες κατὰ τὴν ὡρισμένην ἡμέραν εἴργοντο τῶν περιπάτων· ὅτε μέντοι ὄμβρος εἴη, κατ' αἰδῶ τινα κηρύττοιεν οἱ δανεισταί, κελεύοντες ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέρχεσθαι· τοῦ δὴ κήρυκος οὕτω φθεγγομένου « ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέλθετε », ἐκπεσεῖν λόγον, ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων, ὡς ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπελθετέον, ἂν μὴ σημάνῃ τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀναντιλέκτως μέν ἐστιν Ἔφορος, τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων· καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτούς, Κύμην Αἰολίδα προλιπών·

> νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀιζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
> Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως· πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ Ἀμαζόνος τῇ πόλει τεθεῖσθαι, καθάπερ καὶ τῇ Μυρίνῃ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Τρωικῷ πεδίῳ κειμένης ὑπὸ τῇ Βατιείᾳ·

> τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
> ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.

σκώπτεται δὲ καὶ ὁ Ἔφορος, διότι τῆς πατρίδος ἔργα οὐκ ἔχων φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων, οὐ μὴν οὐδ' ἀμνημόνευτον αὐτὴν εἶναι θέλων, οὕτως ἐπιφωνεῖ· « Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον. » ἐπεὶ δὲ διεληλύθαμεν τὴν Τρωικὴν ἅμα καὶ τὴν Αἰολικὴν παραλίαν, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὴν μεσόγαιαν ἐπιδραμεῖν μέχρι τοῦ Ταύρου, φυλάσσοντας τὴν αὐτὴν τῆς ἐφόδου τάξιν.

ΚΕΦ. Δ.

1. Ἔχει δέ τινα ἡγεμονίαν πρὸς τοὺς τόπους τούτους τὸ Πέργαμον, ἐπιφανὴς πόλις καὶ πολὺν συνευτυχήσασα χρόνον τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι· καὶ δὴ καὶ ἐντεῦθεν ἀρκτέον τῆς ἑξῆς περιοδείας, καὶ πρῶτον περὶ τῶν βασιλέων, ὁπόθεν ὡρμήθησαν καὶ εἰς ἃ κατέστρεψαν, ἐν βραχέσι δηλωτέον. ἦν μὲν δὴ τὸ Πέργαμον Λυσιμάχου γαζοφυλάκιον τοῦ Ἀγαθοκλέους, ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, αὐτὴν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους συνοικου-

Menestheo et Atheniensibus, qui cum eo ad Ilium fuerunt profecti. De locis quæ deinceps sunt, Pitana, Atarneo ac reliquis, dictum est superius.

6. Æolicarum urbium maxima est et præstantissima Cyme, ac quodammodo hæc et Lesbus quasi matres sunt reliquarum urbium Æolicarum triginta fere numero, quarum haud paucæ defecerunt. Cymæos stoliditatis notant, ob hanc (ut nonnulli putant) famam, quod trecentis demum ab urbe condita annis portorium conduxerint, neque antea eum reditum populus perceperit; itaque opinio obtinuit, sero admodum eos sensisse maritimam se urbem habitare. Alia etiam fertur ratio : publico Cymæos nomine pecuniam mutuam cepisse, pignori oppositis porticibus; quam quum non reddidissent ad diem dictum, prohibitos fuisse ambulationibus : imbribus tamen accidentibus creditores, verecundia ductos, præconis voce eos invitasse, ut sub porticus subirent; proinde quum præco clamaret « Sub porticus subite », diditum sermonem, nescire Cymæos imbribus decidentibus subeundum esse sub porticus, nisi præconio admonerentur. Vir memoria dignus hac in urbe natus citra controversiam est Ephorus, Isocratis rhetoris discipulus, qui historiam conscripsit, et De inventionibus, atque hoc antiquior Hesiodus poeta; ipse enim narrat Dium, patrem suum, Æolica relicta Cyme, in Bœotos commigrasse, ubi (*Op. et D.* 639)

> habitabat prope Heliconem misero in pago,
> Ascra, hieme mala, æstate molesta, nunquam bona.

Homerum vero fuisse Cymæum non est in confesso; multi enim de eo certant. Nomen aiunt urbi factum ab Amazone, ut etiam Myrinæ ab ea quæ sepulta est in Trojano campo sub Batiea (*Il.* 2, 814) :

> quem (collem) homines quidem Batieam vocant,
> immortales autem sepulcrum celeris cursu Myrinæ.

Ceterum Ephorus quoque notatur salse, quod in rerum gestarum enumeratione, quum nihil haberet, quod a suis civibus diceret actum, et tamen patriæ vellet mentionem facere, ita acclamaverit : « Eo tempore quieti erant Cymæi. » Postquam litus Trojanum et Æolicum peragravimus, restat ut deinceps mediterranea etiam usque ad Taurum percurramus, eodem servato ordine.

CAP. IV.

In his locis principatum tenet Pergamum, urbs illustris, et quæ multo tempore rebus secundis floruit sub Attalicis regibus. Hinc ergo peragrationis ducemus principium; primoque loco breviter ostendemus, unde reges isti orti, et quis eorum fuerit finis. Pergami gazam suam asservabat unus de Alexandri Magni successoribus, Lysimachus, Agathoclis filius; erat autem conditum in ipso montis vertice, qui mons coni forma in acutum cacumen desinit. Hujus

μένην ἔχον· ἔστι δὲ στροβιλοειδὲς τὸ ὄρος εἰς ὀξεῖαν κορυφὴν ἀπολῆγον. ἐπεπίστευτο δὲ τὴν φυλακὴν τοῦ ἐρύματος τούτου καὶ τῶν χρημάτων (ἦν δὲ τάλαντα ἐνναχισχίλια) Φιλέταιρος, ἀνὴρ Τιανός, θλιβίας ἐκ παιδός· συνέβη γὰρ ἔν τινι ταφῇ θέας οὔσης καὶ πολλῶν παρόντων, ἀποληφθεῖσαν ἐν τῷ ὄχλῳ τὴν κομίζουσαν τροφὸν τὸν Φιλέταιρον ἔτι νήπιον συνθλιβῆναι μέχρι τοσοῦδε, ὥστε πηρωθῆναι τὸν παῖδα. ἦν μὲν δὴ εὐνοῦχος, τραφεὶς δὲ καλῶς ἐφάνη τῆς πίστεως ταύτης ἄξιος. τέως μὲν οὖν εὔνους διέμεινε τῷ Λυσιμάχῳ, διενεχθεὶς δὲ πρὸς Ἀρσινόην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ διαβάλλουσαν αὐτὸν ἀπέστησε τὸ χωρίον καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς ἐπολιτεύετο, ὁρῶν ἐπιτηδείους πρὸς νεωτερισμόν· ὅ τε γὰρ Λυσίμαχος κακοῖς οἰκείοις περιπεσὼν ἠναγκάσθη τὸν υἱὸν ἀνελεῖν Ἀγαθοκλέα, Σέλευκός τε ἐπελθὼν ὁ Νικάτωρ ἐκεῖνόν τε κατέλυσε καὶ αὐτὸς κατελύθη, δολοφονηθεὶς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Κεραυνοῦ. τοιούτων δὲ θορύβων ὄντων, διεγένετο μένων ἐπὶ τοῦ ἐρύματος ὁ εὐνοῦχος καὶ πολιτευόμενος δι' ὑποσχέσεων καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας ἀεὶ πρὸς τὸν ἰσχύοντα καὶ ἐγγὺς παρόντα· διετέλεσε γοῦν ἔτη εἴκοσι κύριος ὢν τοῦ φρουρίου καὶ τῶν χρημάτων.

2. Ἦσαν δ' αὐτῷ δύο ἀδελφοί, πρεσβύτερος μὲν Εὐμένης, νεώτερος δ' Ἄτταλος· ἐκ μὲν οὖν τοῦ Εὐμένους ἐγένετο ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Εὐμένης, ὅσπερ καὶ διεδέξατο τὸ Πέργαμον, καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων, ὥστε καὶ περὶ Σάρδεις ἐνίκησε μάχῃ συμβαλὼν Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου· δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἄρξας ἔτη τελευτᾷ τὸν βίον. ἐκ δὲ Ἀττάλου καὶ Ἀντιοχίδος, τῆς Ἀχαιοῦ, γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς πρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ. οὗτος δὲ καὶ Ῥωμαίοις κατέστη φίλος καὶ συνεπολέμησε πρὸς Φίλιππον μετὰ τοῦ Ῥοδίων ναυτικοῦ· γηραιὸς δὲ ἐτελεύτα, βασιλεύσας ἔτη τρία καὶ τετταράκοντα, κατέλιπε δὲ τέτταρας υἱοὺς ἐξ Ἀπολλωνίδος Κυζικηνῆς γυναικός, Εὐμένη, Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. οἱ μὲν οὖν νεώτεροι διετέλεσαν ἰδιῶται, τῶν δ' ἄλλων ὁ πρεσβύτερος Εὐμένης ἐβασίλευσε· συνεπολέμησε δὲ οὗτος Ῥωμαίοις πρός τε Ἀντίοχον τὸν μέγαν καὶ πρὸς Περσέα, καὶ ἔλαβε παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἅπασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχῳ τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου. Πρότερον δ' ἦν τὰ περὶ Πέργαμον οὐ πολλὰ χωρία μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ τὸν Ἐλαΐτην κόλπον καὶ τὸν Ἀδραμυττηνόν. κατεσκεύασε δ' οὗτος τὴν πόλιν καὶ τὸ Νικηφόριον ἄλσει κατεφύτευσε, καὶ ἀναθήματα καὶ βιβλιοθήκας καὶ τὴν ἐπὶ τοσόνδε κατοικίαν τοῦ Περγάμου τὴν νῦν οὖσαν ἐκεῖνος προσεφιλοκάλησε· βασιλεύσας [δὲ] ἔτη τετταράκοντα καὶ ἐννέα ἀπέλιπεν υἱῷ τὴν ἀρχὴν Ἀττάλῳ, γεγονότι ἐκ Στρατονίκης τῆς Ἀριαράθου θυγατρὸς τοῦ Καππαδόκων βασιλέως. ἐπίτροπον δὲ κατέστησε καὶ τοῦ παιδὸς νέου τελέως ὄντος καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον. ἓν δὲ καὶ εἴκοσιν ἔτη βασιλεύσας γέρων οὗτος τελευτᾷ, κατορθώσας πολλά· καὶ γὰρ Δημήτριον

munitionis et thesauri (novies mille talenta erant) custodia commissa fuit Philetæro Tiano, qui a puero contusis testiculis eviratus fuerat; nam spectaculo quodam funebri in magna hominum frequentia nutrix eum gestans etiamnum infantem in turba hominum deprehensa, adeo fuit compressa, ut pueri etiam colliderentur genitalia. Itaque eunuchus quidem erat, sed liberaliter educatus, videbatur isto munere fidei ejus commisso dignus. Ac fuit Philetærus aliquamdiu fidelis Lysimacho, sed odio Arsinoes correptus, quæ eum falsis criminationibus detulerat, castellum a fide Lysimachi abduxit, et pro temporum opportunitate rem gessit, quæ rebus novandis sentiebat idonea. Etenim Lysimachus domesticas in calamitates illapsus, coactus erat filium Agathoclem necare; superveniens autem Seleucus Nicator eum everterat, atque ipse etiam per dolum a Ptolemæo Ceranno necatus perierat. In his turbis Philetærus suo in castello mansit, semper potentiorem ac sibi propiorem pollicendo demerendoque lactans; atque ita per annos viginti dominus mansit castelli ac pecuniæ.

2. Duo ei fratres erant, major natu Eumenes, minor autem Attalus; de his Eumenes filium cognominem sibi habuit Eumenem, qui hæreditario Pergamum accepit, jamque in orbem circumsita loca in sua potestate habuit, adeo ut etiam apud Sardes prœlio congressus Antiochum Seleuci filium fuderit; mortuus est, quum imperium per annos duodeviginti tenuisset. Successit Attalus, Attali et Antiochidis Achæo natæ filius, qui primus rex salutatus est, quum magna pugna Galatas vicisset. Idem socius Romanorum fuit, eosque in bello contra Philippum juvit, Rhodiæ conjunctus classi. Regnavit annos quadraginta tres et senex e vita decessit, relictis ex Apollonide Cyzicena muliere filiis quattuor, Eumene, Attalo, Philetæro, Athenæo. De his natu minores privati vitam exegerunt, de reliquis duobus Eumenes natu maximus regnavit. Hic quoque Romanorum socius fuit in bellis adversus Antiochum Magnum et Perseum, accepitque a Romanis quidquid Asiæ intra Taurum Antiochus possederat, quum ante sub Pergami ditione fuissent pauca quædam loca usque ad mare juxta sinum Elaiticum et Adramyttenum. Hic urbem amplificavit, et Nicephorium luco consevit: et donaria et bibliothecæ et tanta ista quæ nunc est Pergamenæ urbis magnificentia hujus studio debentur. Quum regnum per annos quadraginta novem (39?) gessisset, id filio Attalo reliquit, quem sustulerat e Stratonice filia Ariarathis Cappadocum regis. Tutorem regni reliquit et filii admodum parvo natu fratrem suum Attalum. Hic Attalus quum regnum per annos viginti et unum administrasset, ætate gravis diem obiit multis rebus gestis feliciter; nam et Alexandrum Antiochi filium adjuvit

τὸν Σελεύκου συγκατεπολέμησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Ἀντιόχου καὶ συνεμάχησε Ῥωμαίοις ἐπὶ τὸν Ψευδοφίλιππον, ἐχειρώσατο δὲ καὶ Διήγυλιν τὸν Καινῶν βασιλέα στρατεύσας εἰς τὴν Θρᾴκην, ἀνεῖλε δὲ καὶ Προυσίαν, ἐπισυστήσας αὐτῷ Νικομήδη τὸν υἱόν, κατέλιπε δὲ τὴν ἀρχὴν τῷ ἐπιτροπευθέντι Ἀττάλῳ· βασιλεύσας δὲ οὗτος ἔτη πέντε καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ ἐτελεύτα νόσῳ τὸν βίον, κατέλιπε δὲ κληρονόμους Ῥωμαίους· οἱ δ' ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύσαντες, ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. παραρρεῖ δ' ὁ Κάικος τὸ Πέργαμον, διὰ τοῦ Καΐκου πεδίου προσαγορευομένου σφόδρα εὐδαίμονα γῆν διεξιών, σχεδὸν δέ τι καὶ τὴν ἀρίστην τῆς Μυσίας.

3. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο ἐλλόγιμοι καθ' ἡμᾶς Περγαμηνοὶ Μιθριδάτης τε [ὁ] Μηνοδότου υἱὸς καὶ [τῆς] Ἀδοβογίωνος, [ὃς] τοῦ τετραρχικοῦ τῶν Γαλατῶν γένους ἦν, [ἣν] καὶ (ὃν) παλλακεῦσαι τῷ βασιλεῖ Μιθριδάτῃ φασίν· ὅθεν καὶ τοὔνομα τῷ παιδὶ θέσθαι τοὺς ἐπιτηδείους, προσποιησαμένους ἐκ τοῦ βασιλέως αὐτὸν γεγονέναι. οὗτος γοῦν Καίσαρι τῷ Θεῷ γενόμενος φίλος εἰς τοσόνδε προῆλθε τιμῆς, ὥστε καὶ τετράρχης ἀπεδείχθη [ἀπὸ] τοῦ μητρῴου γένους καὶ βασιλεὺς ἄλλων τε καὶ τοῦ Βοσπόρου· κατελύθη δ' ὑπὸ Ἀσάνδρου τοῦ καὶ Φαρνάκην ἀνελόντος τὸν βασιλέα καὶ κατασχόντος τὸν Βόσπορον. οὗτός τε δὴ ὀνόματος ἠξίωται μεγάλου, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ ῥήτωρ ὁ τὰς τέχνας συγγράψας καὶ τὴν Ἀπολλοδώρειον αἵρεσιν παραγαγών, ἥτις ποτ' ἐστί· πολλὰ γὰρ ἐπεκράτει, μείζονα δὲ ἢ καθ' ἡμᾶς ἔχοντα τὴν κρίσιν, ὧν ἐστι καὶ ἡ Ἀπολλοδώρειος αἵρεσις καὶ ἡ Θεοδώρειος. μάλιστα δὲ ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν λόγων γενόμενον· μαθητὴν δ' ἔσχεν ἀξιόλογον Διονύσιον τὸν ἐπικληθέντα Ἀττικόν, πολίτην αὐτοῦ· καὶ γὰρ σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος.

4. Προϊόντι δ' ἀπὸ τοῦ πεδίου καὶ τῆς πόλεως ἐπὶ μὲν τὰ πρὸς ἕω μέρη πόλις ἐστὶν Ἀπολλωνία, μετεώροις ἐπικειμένη τόποις· ἐπὶ δὲ τὸν νότον ὀρεινὴ ῥάχις ἐστίν, ἣν ὑπερβᾶσι καὶ βαδίζουσιν ἐπὶ Σάρδεων πόλις ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ Θυάτειρα, κατοικία Μακεδόνων, ἣν Μυσῶν ἐσχάτην τινές φασιν. ἐν δεξιᾷ δ' Ἀπολλωνίς, διέχουσα Περγάμου τριακοσίους σταδίους, τοὺς δὲ ἴσους καὶ τῶν Σάρδεων, ἐπώνυμος δ' ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς Ἀπολλωνίδος· εἶτ' ἐκδέχεται τὸ Ἕρμου πεδίον καὶ Σάρδεις· τὰ δὲ προσάρκτια τῷ Περγάμῳ τὰ πλεῖστα ὑπὸ Μυσῶν ἔχεται τὰ ἐν δεξιᾷ τῶν Ἀβαειτῶν λεγομένων, οἷς συνάπτει ἡ Ἐπίκτητος μέχρι Βιθυνίας.

5. Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις ἐστὶ μεγάλη, νεωτέρα μὲν τῶν Τρωικῶν, ἀρχαία δ' ὅμως, ἄκραν ἔχουσα εὐερκῆ· βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν, οὓς ὁ ποιητὴς καλεῖ Μῄονας, οἱ δ' ὕστερον Μαίονας, οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Λυδοῖς, οἱ δ' ἑτέρους ἀποφαίνοντες· τοὺς δ' αὐτοὺς ἄμεινόν ἐστι λέγειν. ὑπέρκειται δὲ τῶν Σάρδεων ὁ Τμῶλος, εὔδαιμον ὄρος, ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ σκοπὴν ἔχον,

in debellando Demetrio Seleuci filio, et Romanos contra Pseudophilippum, et in Thraces expeditione facta regem Cænorum Diegylin subegit, et Prusiam interfecit, excitato contra eum filio Nicomede. Regnum Attalo, cujus tutelam gesserat, reliquit. Hic Attalus, cognomento Philometor, quinque annos regnavit, vitamque morbo finivit, Romanis hæredibus nuncupatis. Hi ditionem illam in provinciæ formam redegerunt, Asiamque de continentis ejus nomine appellaverunt. Pergamum præterfluit Caicus per campum Caici dictum, agrum valde opulentum, ac fere optimam partem Mysiæ.

3. Nostra ætate Pergameni viri memorabiles exstiterunt Mithridates, cui pater Menodotus, mater Adobogionis, tetrarchicæ Galatarum stirpis, filia: quam etiam Mithridatis regis pellicem fuisse aiunt, ideoque hoc puero nomen fecisse cognatos, fingentes rege natum. Is igitur Divo Cæsari amicus factus, eo usque honoris est provectus, ut etiam tetrarcha ob genus maternum crearetur, rexque quum aliorum tum Bospori; evertit eum Asander, qui et Pharnacem regem interfecit, ac Bosporum obtinuit. Hujus ergo nomen magnum fuit, nec non Apollodori rhetoris, qui artis præcepta conscripsit, et sectæ Apollodoreæ auctor fuit, qualiscumque illa sit; multa enim invaluerunt, quæ majore quam nostro dijudicanda sunt arbitrio; de quibus sunt etiam Apollodorea secta et Theodorea. Maxime extulit Apollodorum amicitia Augusti Cæsaris, quem dicendi arte instituerat. Discipulum habuit memorabilem, Dionysium civem suum, cognomento Atticum, qui et sophista fuit bonus, et historiæ et orationum scriptor.

4. A Pergamo et planitie progresso versus orientem solem Apollonia occurrit sublimibus insita locis. Versus austrum montosum est dorsum, quo superato, in itinere versus Sardes, urbs est Thyatira, Macedonum colonia, quam ultimam Mysorum esse sunt qui dicant. Ad dextram est Apollonis, triginta stadiis a Pergamo, totidemque a Sardibus, idem cum Cyzicena nomen gerens. Sequitur Hermi campus et Sardes. Quæ a Pergamo versus Aquilonem sunt, pleraque a Mysis tenentur, sita ad dextram Abaitarum, quibus contigua est Epictetus usque ad Bithyniam.

5. Sardes urbs est magna, recentior quidem rebus Trojanis, antiqua tamen; arcem habet probe munitam; regia fuit Lydorum, quos Homerus Mêonas, posteriores Mæonas dixerunt, alii cum Lydis eosdem, alii diversos autumantes; præstat autem eosdem censere. Sardibus imminet Tmolus, mons dives, in fastigio speculam exedram albi lapidis habens,

ἐξέδραν λευκοῦ λίθου, Περσῶν ἔργον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία, καὶ μάλιστα τὸ Καϋστριανόν· περιοικοῦσι δὲ Λυδοὶ καὶ Μυσοὶ καὶ Μακεδόνες. ῥεῖ δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, καταφέρων τὸ παλαιὸν ψῆγμα χρυσοῦ πολύ, ἀφ' οὗ τὸν Κροίσου λεγόμενον πλοῦτον καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ διονομασθῆναί φασι· νῦν δ' ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα. καταφέρεται δ' ὁ Πακτωλὸς εἰς τὸν Ἕρμον, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ἐμβάλλει, Φρύγιος νυνὶ καλούμενος· συμπεσόντες δ' οἱ τρεῖς καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν κατὰ Φωκαίαν ἐκδιδόασι θάλατταν, ὡς Ἡρόδοτός φησιν. ἄρχεται δ' ἐκ Μυσίας ὁ Ἕρμος, ἐξ ὄρους ἱεροῦ τῆς Δινδυμήνης, καὶ διὰ τῆς Κατακεκαυμένης εἰς τὴν Σαρδιανὴν φέρεται καὶ τὰ συνεχῆ πεδία, † ὡς εἴρηται, μέχρι τῆς θαλάττης. ὑπόκειται δὲ τῇ πόλει τό τε Σαρδιανὸν πεδίον καὶ τὸ τοῦ Κύρου καὶ τὸ τοῦ Ἕρμου καὶ τὸ Καϋστριανόν, συνεχῆ τε ὄντα καὶ πάντων ἄριστα πεδίων. ἐν δὲ σταδίοις τετταράκοντα ἀπὸ τῆς πόλεώς ἐστιν ἡ Γυγαία μὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένη [λίμνη], Κολόη δ' ὕστερον μετονομασθεῖσα, ὅπου τὸ ἱερὸν τῆς Κολοηνῆς Ἀρτέμιδος, μεγάλην ἁγιστείαν ἔχον. Φασὶ δ' ἐνταῦθα χορεύειν τοὺς καλάθους κατὰ τὰς ἑορτάς, οὐκ οἶδ' ὅπως ποτὲ παραδοξολογοῦντες μᾶλλον ἢ ἀληθεύοντες.

6. Κειμένων δ' οὕτω πως τῶν ἐπῶν παρ' Ὁμήρῳ·

Μῄοσιν αὖ Μέσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην,
υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη,
οἳ καὶ Μῄονας ἦγον ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτας,

προσγράφουσί τινες τοῦτο τέταρτον ἔπος·

Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

οὐδεμία δ' εὑρίσκεται Ὕδη ἐν τοῖς Λυδοῖς. Οἱ δὲ καὶ τὸν Τυχίον ἐνθένδε ποιοῦσιν, ὅν φησιν ὁ ποιητής·

σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὕδῃ ἔνι.

προστιθέασι δὲ καί, διότι δρυμώδης ὁ τόπος καὶ κεραυνόβολος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἱ Ἄριμοι· καὶ γὰρ † οὕτως

εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς

ἐπεισφέρουσι

χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

ἄλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συρίᾳ πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον, οἱ δ' ἐν Πιθηκούσσαις, οἳ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι· οἱ δὲ τὰς Σάρδεις Ὕδην ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῆς. πιθανωτάτους δ' ὁ Σκήψιος ἡγεῖται τοὺς ἐν τῇ Κατακεκαυμένῃ τῆς Μυσίας τοὺς Ἀρίμους τιθέντας. Πίνδαρος δὲ συνοικειοῖ τοῖς ἐν τῇ Κιλικίᾳ τὰ ἐν Πιθηκούσσαις, ἅπερ ἐστὶ πρὸ τῆς Κυμαίας, καὶ τὰ ἐν Σικελίᾳ· καὶ γὰρ τῇ Αἴτνῃ φησὶν ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα·

τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα.

Persarum opus, unde conspici possunt in orbem circumsiti campi, maxime Caystrianus. Circum accolunt Lydi, Mysi, Macedones. E Tmolo Pactolus defluit, qui antiquitus ramenta auri secum deferebat copiose, unde Crœsi et ejus majorum divitias nomen celebre habuisse tradunt; nunc defecerunt ramenta. Defertur in Hermum Pactolus, ut et Hyllus qui nunc Phrygius vocatur; atque hi tres conjuncti, adsumptis etiam ignobilioribus aliis, in mare Phocææ proximum effluunt, ut Herodotus (5, 101) ait. Oritur autem Hermus e Mysiæ Dindymenæ sacro, et per Catacecaumenen in Sardianam fertur et per continuos campos usque ad id quod diximus mare (μέχρι τῆς θαλ. ἧς εἴρηται). Sardibus subjecti sunt Sardianus, Cyri, Hermi, Caystrique campi, contigui inter se, omniumque camporum optimi. Intra quadraginta ab urbe stadia lacus est, Gygæa Homero (*Il.* 2, 865), recentioribus Coloe dictus, ubi Coloenes Dianæ templum est, magna cum sanctimonia cultum. Ibi ferunt calathos diebus festis saltare; nescio cur aliena a fide malint quam vera dicere.

6. Jam quum Homeri versus ita habeant (*Il.* 2, 864):

Meonibus Mesthles atque Antiphus imperitabant,
filii Talæmenis, quos Gygæa peperit palus,
qui etiam Meones ducebant sub Tmolo ortos,

quidam hunc quartum versum adscribunt:

sub Tmolo nivoso, Hydes in pingui civitate.

At nulla in Lydis Hyda reperitur. Alii hanc etiam Tychio patriam tribuunt, de quo poeta dicit (*Il.* 7, 221):

cerdonum longe optimus hic habitabat Hydæ.

Addunt locum silvosum esse et de cœlo sæpius tactum; ibique Arimos ponunt: nam Homerico versui (τούτῳ, *Il.* 2, 783:

In Arimis, ubi dicunt Typhonis esse cubilia,

subjiciunt):

in loco quercubus obsito, Hydes in pingui civitate.

Alii fabulam hanc in Cilicia, alii in Syria fingunt; alii Pithecussis adscribunt, et pithecos (*hoc est simias*) Etrusca lingua arimos dici tradunt; alii Sardes Hydam nominant, alii arcem ejus. Scepsius maxime eos probat, qui Arimos in Mysia Catacecaumena sive Combusta ponunt; Pindarus cum Ciliciis miscet ea, quæ Pithecussarum sunt, ante Cymas sitarum, et quæ in Sicilia. Ait enim Typhonem Ætnæ subjectum (*Pyth.* 1, 31):

quem quondam
Cilicium nutrivit celebre antrum; nunc autem
quæ Cumis superjacent mareque cingunt juga
et Sicilia ejus premunt hirsuta pectora.

καὶ πάλιν·

> κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος
> ἀμφίκειται.

καὶ πάλιν·

> ἀλλ' οἶος ἄπλατον κεράιζε θεῶν
> Τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ Ζεὺς πατὴρ
> ἐν Ἀρίμοις ποτέ.

οἱ δὲ τοὺς Σύρους Ἀρίμους δέχονται, οὓς νῦν Ἀραμαίους λέγουσι, τοὺς δὲ Κίλικας τοὺς ἐν Τροίᾳ μεταναστάντας εἰς Συρίαν ἀνῳκισμένους, ἀποτεμέσθαι παρὰ τῶν Σύρων τὴν νῦν λεγομένην Κιλικίαν. Καλλισθένης δ' ἐγγὺς τοῦ Καλυκάδνου καὶ τῆς Σαρπηδόνος ἄκρας παρ' αὐτὸ τὸ Κωρύκιον ἄντρον εἶναι τοὺς Ἀρίμους, ἀφ' ὧν τὰ ἐγγὺς ὄρη λέγεσθαι Ἄριμα.

7. Περίκειται δὲ τῇ λίμνῃ τῇ Κολόῃ τὰ μνήματα τῶν βασιλέων. πρὸς δὲ ταῖς Σάρδεσίν ἐστι τὸ τοῦ Ἀλυάττου ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς χῶμα μέγα, ἐργασθέν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, οὗ τὸ πλεῖστον ἔργον αἱ παιδίσκαι συνετέλεσαν· λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ πορνεύεσθαι πάσας, τινὲς δὲ καὶ πόρνης μνῆμα λέγουσι τὸν τάφον. χειροποίητον δὲ τὴν λίμνην ἔνιοι ἱστοροῦσι τὴν Κολόην πρὸς τὰς ἐκδοχὰς τῶν πλημμυρίδων, αἳ συμβαίνουσι τῶν ποταμῶν πληρουμένων. Ὕπαιπα δὲ πόλις ἐστὶ καταβαίνουσιν ἀπὸ τοῦ Τμώλου πρὸς τὸ τοῦ Καΰστρου πεδίον.

8. Φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν, τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν, ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν. λέγοντος δὲ τοῦ Καλλίνου τὴν ἔφοδον τῶν Κιμμερίων ἐπὶ τοὺς Ἠσιονῆας γεγονέναι, καθ' ἣν αἱ Σάρδεις ἑάλωσαν, εἰκάζουσιν οἱ περὶ τὸν Σκήψιον ἰαστὶ λέγεσθαι Ἠσιονεῖς τοὺς Ἀσιονεῖς· τάχα γὰρ ἡ Μῃονία, φησίν, Ἀσία ἐλέγετο, καθ' ὃ καὶ Ὅμηρος εἴρηκεν·

> Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

ἀναληφθεῖσα δ' ἀξιολόγως ὕστερον διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας ἡ πόλις καὶ οὐδεμιᾶς λειπομένη τῶν ἀστυγειτόνων, νεωστὶ ὑπὸ σεισμῶν ἀπέβαλε πολλὴν τῆς κατοικίας. ἡ δὲ τοῦ Τιβερίου πρόνοια, τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνος, καὶ ταύτην καὶ τῶν ἄλλων συχνὰς ἀνέλαβε ταῖς εὐεργεσίαις, ὅσαι περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐκοινώνησαν τοῦ αὐτοῦ πάθους.

9. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους Διόδωροι δύο οἱ ῥήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐκαλεῖτο Ζωνᾶς, ἀνὴρ πολλοὺς ἀγῶνας ἠγωνισμένος ὑπὲρ τῆς Ἀσίας, κατὰ δὲ τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως ἔφοδον αἰτίαν ἐσχηκώς, ὡς ἀφιστὰς παρ' αὐτοῦ τὰς πόλεις, ἀπελύσατο τὰς διαβολὰς ἀπολογησάμενος· τοῦ δὲ νεωτέρου φίλου ἡμῖν γενομένου καὶ ἱστορικὰ συγγράμματά ἐστι καὶ μέλη καὶ ἄλλα ποιήματα, τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐπιφαίνοντα ἱκανῶς. Ξάνθος δὲ ὁ παλαιὸς συγγραφεὺς Λυδὸς μὲν λέγεται, εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων, οὐκ ἴσμεν.

et alibi :

> Huic Ætna immane vinculum
> superincumbit.

ac rursus :

> Sed solus deorum horrendum domabat
> Typhonem quinquaginta moventem capita necessitate Jupiter
> in Arimis quondam.

Sunt qui Arimorum nomine Syros intelligant, qui nunc Aramæi dicuntur, et affirment Cilices, e Troja pulsos, in Syriam migrasse, Syrisque eam ademisse, quæ nunc est Ciliciam. Callisthenes prope Calycadnum et Sarpedonium promontorium ad ipsum Corycium antrum Arimos ponit, a quibus et vicini montes Arimi dicantur.

7. Circa lacum Coloen monumenta sunt regum. Ad ipsas Sardes tumulus est Alyattis, agger magnus, in sublimi positus crepidine, factus, ut ait Herodotus (I, 93), a multitudine oppidana, ita ut puellæ majorem partem operis confecerint : eas idem omnes prostituere corpora sua tradit; quidam etiam scorti id sepulcrum esse dicunt. Non desunt qui lacum manu factum affirment Coloen, ut exciperet abundantem fluminum eluvie aquam. Hypæpa urbs est qua descenditur a Tmolo ad Caystrium pratum.

8. Captas ait Sardes Callisthenes primum a Cimmeriis, deinde a Treribus et Lyciis, idque etiam Callinum elegiarum scriptorem ostendere; postremam fuisse Crœsi et Cyri temporibus expugnationem. Quum autem Callinus dicat, Cimmerios in Esioneos impressionem fecisse, qua Sardes ceperunt : conjicit Scepsius Ionice eum Esioneos pro Asioneos dixisse; fortasse enim, ait, Meonia dicebatur Asia, quomodo et Homerus loquitur (*Il.* 2, 461) :

> Asio in prato, Caystrii circa fluenta.

Urbs hæc deinde ob virtutem soli præclare refecta, ut nulli vicinarum gloria cederet, nuper magnam domiciliorum partem terræ motibus amisit. Tiberii autem Cæsaris, qui nostra ætate rerum potitur, providentia et hanc et multas alias beneficiis reparavit, eodem tempore eadem calamitate afflictas.

9. Viri memorabiles Sardibus nati sunt Diodori, oratores duo ejusdem generis, quorum major cognomento fuit Zonas, qui vir multa certamina obivit pro Asia, et invadente eam Mithridate rege, quum ei sollicitatarum ad defectionem ab eo urbium crimen esset intentatum, purgavit se, ac crimina diluit; junioris autem, quo usi sumus amico, exstant historiarum volumina, odæ et alia carmina, antiquam formam scribendi satis referentia. Xanthus, antiquus historiæ scriptor, Lydus quidem perhibetur; an vero Sardibus natus fuerit, nescimus.

10. Μετὰ δὲ Λυδούς εἰσιν οἱ Μυσοὶ καὶ πόλις Φιλαδέλφεια σεισμῶν πλήρης. οὐ γὰρ διαλείπουσιν οἱ τοῖχοι διιστάμενοι, καὶ ἄλλοτ' ἄλλο μέρος τῆς πόλεως κακοπαθοῦν· οἰκοῦσιν οὖν ὀλίγοι διὰ τοῦτο τὴν πόλιν, οἱ δὲ πολλοὶ καταβιοῦσιν ἐν τῇ χώρᾳ γεωργοῦντες, ἔχοντες εὐδαίμονα γῆν· ἀλλὰ καὶ τῶν ὀλίγων θαυμάζειν ἐστίν, ὅτι οὕτω φιλοχωροῦσιν, ἐπισφαλεῖς τὰς οἰκήσεις ἔχοντες· ἔτι δ' ἄν τις μᾶλλον θαυμάσειε τῶν κτισάντων αὐτήν.

11. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἡ Κατακεκαυμένη λεγομένη χώρα μῆκος μὲν καὶ πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τετρακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν, εἴτε Μῃονίαν (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως), ἅπασα ἄδενδρος πλὴν ἀμπέλου τὸν Κατακεκαυμενίτην φερούσης οἶνον, οὐδενὸς τῶν ἐλλογίμων ἀρετῇ λειπόμενον. ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τεφρώδης τῶν πεδίων, ἡ δ' ὀρεινὴ καὶ πετρώδης μέλαινα, ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως. εἰκάζουσι μὲν οὖν τινες ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων συμβῆναι τοῦτο, καὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα μυθολογεῖν. Ξάνθος δὲ καὶ Ἀριμοῦν τινα λέγει τῶν τόπων τούτων βασιλέα. οὐκ εὔλογον δὲ ὑπὸ τοιούτων παθῶν τὴν τοσαύτην χώραν ἐμπρησθῆναι ἀθρόως, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γηγενοῦς πυρός, ἐκλιπεῖν δὲ νῦν τὰς πηγάς· δείκνυνται δὲ καὶ βόθροι τρεῖς, οὓς φύσας καλοῦσιν, ὅσον τετταράκοντα ἀλλήλων διεστῶτες σταδίους· ὑπέρκεινται δὲ λόφοι τραχεῖς, οὓς εἰκὸς ἐκ τῶν ἀναφυσηθέντων σεσωρεῦσθαι μύδρων. τὸ δ' εὐάμπελον τὴν τοιαύτην ὑπάρχειν γῆν, λάβοι τις ἂν καὶ ἐκ τῆς Καταναίας τῆς χωσθείσης τῇ σποδῷ καὶ νῦν ἀποδιδούσης οἶνον δαψιλῆ καὶ καλόν. ἀστεϊζόμενοι δέ τινες, εἰκότως πυριγενῆ τὸν Διόνυσον λέγεσθαί φασιν, ἐκ τῶν τοιούτων χωρίων τεκμαιρόμενοι.

12. Τὰ δ' ἑξῆς ἐπὶ τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὰς ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὥστε καὶ τὰ Φρύγια καὶ τὰ Καρικὰ καὶ τὰ Λύδια καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν δυσδιάκριτα εἶναι, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα· εἰς δὲ τὴν σύγχυσιν ταύτην οὐ μικρὰ συλλαμβάνει τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν αὐτούς, ἀλλὰ ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. ὁ μέν γε Τμῶλος ἱκανῶς συνῆκται καὶ περιγραφὴν ἔχει μετρίαν, ἐν αὐτοῖς ἀφοριζόμενος τοῖς Λυδίοις μέρεσιν, ἡ δὲ Μεσωγὶς εἰς τὸ ἀντικείμενον μέρος διατείνει μέχρι Μυκάλης, ἀπὸ Κελαινῶν ἀρξάμενον, ὥς φησι Θεόπομπος· ὥστε τὰ μὲν αὐτοῦ Φρύγες κατέχουσι, τὰ πρὸς ταῖς Κελαιναῖς καὶ τῇ Ἀπαμείᾳ, τὰ δὲ Μυσοὶ καὶ Λυδοί, τὰ δὲ Κᾶρες καὶ Ἴωνες. οὕτω δὲ καὶ οἱ ποταμοί, καὶ μάλιστα ὁ Μαίανδρος, τὰ μὲν διορίζοντες τῶν ἐθνῶν, δι' ὧν δὲ μέσοι φερόμενοι, δυσληπτον ποιοῦσι τἀκριβές· καὶ περὶ τῶν πεδίων δὲ τῶν ἐφ' ἑκάτερα τῆς τε ὀρεινῆς καὶ τῆς ποταμίας ὁ αὐτὸς λόγος. οὐθ' ἡμῖν ἴσως ἐπὶ τοσοῦτον φροντιστέον, ὡς ἀναγκαῖον χωρομετροῦσιν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὑπογραπτέον, ὅσον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι.

10. Post Lydos Mysi sunt, et urbs Philadelphia, quæ crebris vexatur terræ motibus; nunquam enim desinunt muri ruinam minari, aliasque alia pars urbis labefactari; ea de causa pauci urbem inhabitant, plerique ruri vivunt, agrosque, quos habent optimos, colunt; sed et paucos istos mirari licet, quod tanto loci studio tenentur, quum habitent periculose; magis vero etiam mireris urbis conditores.

11. Sequitur regio, quæ Catacecaumene, *id est Combusta*, dicitur, longitudine quingentorum stadiorum, latitudine quadringentorum, sive ea Mysia est sive Meonia appellanda (utrumque enim traditur). Arboribus prorsus caret, dempta vite, quæ vinum Catacecaumeniten gignit, nullo nobilium vinorum deterius. Camporum superficies est cinericia; montana et saxosa nigri sunt coloris, veluti ex adustione. Itaque sunt qui a fulminibus et cœlitus immissis ignis procellis id accidisse dicant, neque dubitent eo referre fabulam Typhonis. Xanthus etiam Arimun quendam istorum regem locorum ponit. Non est autem consentaneum, tantum regionis tali casu fuisse confertim adustum, sed ab igni potius e terra enato, cujus nunc defecerint fontes; quin etiam tres fossæ monstrantur, quas Physas, *hoc est folles*, appellant, invicem ad quadraginta stadia distantes, quibus asperi imminent colles, quos accumulatos e glebis sursum efflatis probabile est. Vitiferam vero probe talem regionem esse, conjicere etiam licet ex agro Catanensi, qui cinere oppletus, nunc vini boni large suppeditat copiam. Quare facete quidam jocantes haud absurde ajunt Bacchum ignigenam dici, argumento ex ejus generis locis ducto.

12. Quæ deinceps ab his locis versus meridiem sunt usque ad Taurum, adeo implicata sunt, ut Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ Mysiæque partes inter se concurrentes discerni vix queant; ad quam confusionem haud parum fecit, quod non per gentes Romani loca ista diviserunt, sed alio modo diœceses seu præfecturas instituerunt, in quibus fora sunt et jus dicitur. Tmolus quidem satis est coarctatus et mediocrem habet circumscriptionem in ipsis Lydiæ finibus comprehensus; Mesogis autem in oppositam partem porrigitur usque ad Mycalen, a Celænis sumpto initio, ut auctor est Theopompus, adeo ut partem ejus Phryges teneant, juxta Celænas scilicet et Apameam, partem Mysi et Lydi, partem Cares et Iones. Eodem modo etiam fluvii, maxime Mæander, dum partim gentes disterminant partim per medias feruntur, difficilem reddunt distinctionem accuratiorem. Eadem est ratio camporum in utroque montium et fluviorum latere. Neque nobis usque adeo horum cura habenda videtur, uti debent regionum dimensionem instituentes; suffecerit ea descripsisse, quæ ab aliis ante nos tradita sunt.

13. Τῷ δὴ Καϋστριανῷ πεδίῳ μεταξὺ πίπτοντι τῆς τε Μεσωγίδος καὶ τοῦ Τμώλου, συνεχές ἐστι πρὸς ἕω τὸ Κιλβιανὸν πεδίον, πολύ τε καὶ συνοικούμενον εὖ καὶ χώραν ἔχον σπουδαίαν· εἶτα τὸ Ὑρκάνιον πεδίον, Περσῶν ἐπονομασάντων καὶ ἐποίκους ἀγαγόντων ἐκεῖθεν (ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Κύρου πεδίον (δ) Πέρσαι κατωνόμασαν)· εἶτα τὸ Πελτινὸν πεδίον, ἤδη Φρύγιον, καὶ τὸ Κιλλάνιον καὶ τὸ Ταβηνόν, ἔχον τὰς πολίχνας μιξοφρυγίους, ἐχούσας τι καὶ Πισιδικόν, ἀφ' ὧν αὐτὰ κατωνομάσθη.

14. Ὑπερβάλλουσι δὲ τὴν Μεσωγίδα τὴν μεταξὺ Καρῶν τε καὶ τῆς Νυσαΐδος, ἥ ἐστι χώρα κατὰ τὸ τοῦ Μαιάνδρου πέραν μέχρι τῆς Κιβυράτιδος καὶ τῆς Καβαλίδος, πόλεις (δ') εἰσί, πρὸς μὲν τῇ Μεσωγίδι κατάντικρὺ Λαοδικείας Ἱεράπολις, ὅπου τὰ θερμὰ ὕδατα καὶ τὸ Πλουτώνιον, ἄμφω παραδοξολογίαν τινὰ ἔχοντα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ οὕτω ῥᾳδίως εἰς πῶρον μεταβάλλει πηττόμενον, ὥστ' ὀχετοὺς ἐπάγοντες φραγμοὺς ἀπεργάζονται μονολίθους. τὸ δὲ Πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς στόμιόν ἐστι σύμμετρον, ὅσον ἄνθρωπον δέξασθαι δυνάμενον, βεβάθυται δ' ἐπὶ πολύ· πρόκειται δὲ τούτου δρυφάκτωμα τετράγωνον, ὅσον ἡμιπλέθρου τὴν περίμετρον· τοῦτο δὲ πλῆρές ἐστιν ὁμιχλώδους παχείας ἀχλύος, ὥστε μόγις τοὔδαφος καθορᾶν. τοῖς μὲν οὖν κύκλῳ πλησιάζουσι πρὸς τὸν δρύφακτον ἄλυπός ἐστιν ὁ ἀήρ, καθαρεύων ἐκείνης τῆς ἀχλύος ἐν ταῖς νηνεμίαις· συμμένει γὰρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου· τῷ δ' εἴσω παριόντι ζώῳ θάνατος παραχρῆμα ἀπαντᾷ· ταῦροι γοῦν εἰσαχθέντες πίπτουσι καὶ ἐξέλκονται νεκροί, ἡμεῖς δὲ στρουθία ἐπέμψαμεν καὶ ἔπεσεν εὐθὺς ἐκπνεύσαντα· οἱ δ' ἀπόκοποι Γάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ στομίου πλησιάζειν καὶ ἐγκύπτειν καὶ καταδύνειν μέχρι ποσοῦ συνέχοντας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πνεῦμα· ἑωρῶμεν γὰρ ἐκ τῆς ὄψεως ὡς ἂν πνιγώδους τινὸς πάθους ἔμφασιν, εἴτε πάντων [τῶν] οὕτω πεπηρωμένων τοῦτο, εἴτε μόνον τῶν περὶ τὸ ἱερόν, καὶ εἴτε θείᾳ προνοίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνθουσιασμῶν εἰκός, εἴτε ἀντιδότοις τισὶ δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος. Τὸ δὲ τῆς ἀπολιθώσεως καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ ποταμῶν φασι συμβαίνειν, καίπερ ὄντων ποτίμων. ἔστι δὲ καὶ πρὸς βαφὴν ἐρίων θαυμαστῶς σύμμετρον τὸ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ὕδωρ, ὥστε τὰ ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοῖς ἐκ τῆς κόκκου καὶ τοῖς ἁλουργέσιν· οὕτω δ' ἐστὶν ἄφθονον τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος, ὥστε ἡ πόλις μεστὴ τῶν αὐτομάτων βαλανείων ἐστί.

15. Μετὰ δὲ τὴν Ἱεράπολιν τὰ πέραν τοῦ Μαιάνδρου, τὰ μὲν περὶ Λαοδίκειαν καὶ Ἀφροδισιάδα καὶ τὰ μέχρι Καρούρων εἴρηται. τὰ δ' ἑξῆς ἐστι τὰ μὲν πρὸς δύσιν, ἡ τῶν Ἀντιοχέων πόλις τῶν ἐπὶ Μαιάνδρῳ, τῆς Καρίας ἤδη· τὰ δὲ πρὸς νότον ἡ Κίβυρά ἐστιν ἡ μεγάλη καὶ ἡ Σίνδα καὶ ἡ Καβαλὶς μέχρι τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Λυκίας. ἡ μὲν οὖν Ἀντιόχεια μετρία πόλις ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ κειμένη τῷ Μαιάνδρῳ κατὰ

13. Caystriano itaque campo, qui medio loco inter Mesogida et Tmolum incidit, versus orientem conterminus est Cilbianus campus magnus et habitationibus probe aptus, agrique fertilis. Sequitur Hyrcanius campus, quem sic Persæ nominaverunt a colonis ex Hyrcania eo adductis (simili ratione Cyri campus ita a Persis denominatus est); inde Peltinus campus, Phrygiæ jam, et Cillanius ac Tabenus, oppida habens semiphrygia, Pisidicum etiam quidpiam habentia, unde iis nomen.

14. Superato Mesogide monte inter Cares et Nysaidem, quæ est regio trans Mæandrum usque ad Cybiratidem et Cabalidem pertinens, urbes sunt ad Mesogidem ex adverso Laodiceæ Hierapolis, ubi aquæ sunt calidæ et Plutonium: quorum utrumque insolens aliquid atque mirum habet. Aqua enim ita facile in callum coit indurata, ut rivis deductis sepes e solido lapide constantes operentur. Plutonium sub parvo supercilio montis supra incumbentis foramen est modicum, quanto possit homo recipi, sed admodum in profundum abit: inclusum est cancellis quadrangulis, ambitu circiter semijugeri. Id foramen oppletum est nebuloso et crasso vapore, ut solum vix possit conspici. Enimvero qui in orbem ad cancellos accedunt, nihil incommodi aer affert, qui tranquilla tempestate ab eo vapore est purus, et intra cancellos se continet; intro autem accedens animal illico mors excipit, adeo ut tauri intro adducti mortui extrahantur; et nos passeres immisimus, qui extemplo exanimati conciderunt: at exsecti Galli sine damno accedunt, etiam usque ad foramen, inque id incumbunt et aliquantisper, compresso quam plurimum spiritu, subeunt: nam ex aspectu deprehendimus suffocatricis cujusdam affectionis speciem; sive commune id est omnibus hac parte mutilatis, sive iis duntaxat, qui circa fanum agunt; et sive divina id fit providentia, ut par est in divinis furoribus; sive remediis quibusdam adversantibus pesti ei. Aquæ autem in lapidem mutationem aiunt etiam Laodiceæ fluviis accidere, quamquam potabilibus. Est etiam ad lanas tingendas mirum in modum accommodata aqua Hierapolitana, ita ut e radicibus facta tinctura coccinam et purpuream æquet. Tanta autem aquæ copia est, ut tota urbs plena sit balneorum sponte sua ortorum.

15. Post Hierapolin loca trans Mæandrum sita, Laodicea et Aphrodisias et Carura, sunt jam explicata; post hæc versus occasum sequitur Antiochia ad Mæandrum, Cariæ jam; versus meridiem Cibyra magna, Sinda, Cabalis usque ad Taurum et Lyciam. Antiochia mediocris urbs est, ad ipsum sita Mæandrum in parte Phrygiæ vicina; ponte jun-

τὸ πρὸς τῇ Φρυγίᾳ μέρος, ἐπέζευκται δὲ γέφυρα· χώραν δ' ἔχει πολλὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ, πᾶσαν εὐδαίμονα, πλείστην δὲ φέρει τὴν καλουμένην Ἀντιοχικὴν ἰσχάδα, τὴν δὲ αὐτὴν καὶ τρίφυλλον ὀνομάζουσιν· εὔσειστος δὲ καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τόπος. σοφιστὴς δὲ παρὰ τούτοις ἔνδοξος γεγένηται Διοτρέφης, οὗ διήκουσεν Ὑβρέας, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος μέγιστος ῥήτωρ.

16. Σολύμους δ' εἶναί φασι τοὺς Καβαλεῖς· τῆς γοῦν Τερμησσέων ἄκρας ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ὁ Βελλεροφόντου χάραξ καὶ ὁ Πεισάνδρου τάφος τοῦ υἱοῦ [αὐτοῦ], πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Σολύμους μάχῃ. ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένοις ὁμολογεῖται· περὶ μὲν γὰρ τοῦ Βελλεροφόντου φησὶν οὕτως·

> δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι·

περὶ δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ·

> Πείσανδρον δέ οἱ υἱὸν Ἄρης ἆτος πολέμοιο
> μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανεν.

ἡ δὲ Τερμησσός ἐστι Πισιδικὴ πόλις ἡ μάλιστα καὶ ἔγγιστα ὑπερκειμένη τῆς Κιβύρας.

17. Λέγονται δὲ ἀπόγονοι Λυδῶν οἱ Κιβυρᾶται τῶν κατασχόντων τὴν Καβαλίδα, ὕστερον δὲ Πισιδῶν τῶν ὁμόρων οἰκισάντων καὶ μετακτισάντων εἰς ἕτερον τόπον εὐερκέστατον ἐν κύκλῳ σταδίων περὶ ἑκατόν. ηὐξήθη δὲ διὰ τὴν εὐνομίαν, καὶ αἱ κῶμαι παρεξέτειναν ἀπὸ Πισιδίας καὶ τῆς ὁμόρου Μιλυάδος ἕως Λυκίας καὶ τῆς Ῥοδίων περαίας· προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων, Βουβῶνος, Βαλβούρων, Οἰνοάνδων, τετράπολις τὸ σύστημα ἐκλήθη, μίαν ἑκάστης ψῆφον ἐχούσης, δύο δὲ τῆς Κιβύρας· ἔστελλε γὰρ αὕτη πεζῶν μὲν τρεῖς μυριάδας, ἱππέας δὲ δισχιλίους· ἐτυραννεῖτο δ' ἀεί, σωφρόνως δ' ὅμως· ἐπὶ Μοαγέτου δ' ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε, καταλύσαντος αὐτὴν Μουρηνᾶ καὶ Λυκίοις προσορίσαντος τὰ Βάλβουρα καὶ τὴν Βουβῶνα· οὐδὲν δ' ἧττον ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας ἡ Κιβυρατική. τέτταρσι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιβυρᾶται, τῇ Πισιδικῇ, τῇ Σολύμων, τῇ Ἑλληνίδι, τῇ Λυδῶν· [τῆς Λυδῶν] δὲ οὐδ' ἴχνος ἐστὶν ἐν Λυδίᾳ. ἴδιον δ' ἐστὶν ἐν Κιβύρᾳ τὸ τὸν σίδηρον τορεύεσθαι ῥᾳδίως. Μιλύα δ' ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν κατὰ Τερμησσὸν στενῶν καὶ τῆς εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ὑπερθέσεως δι' αὐτῶν ἐπὶ Ἴσινδα παρατείνουσα ὀρεινὴ μέχρι Σαγαλασσοῦ καὶ τῆς Ἀπαμέων χώρας.

ctus est fluvius; ad utramque ejus ripam multus urbi ager est, omnis locuples: plurima ibi ficus nascitur, quæ Antiochena vocatur; eandem vero etiam triphyllum sive trifolium nominant. Ceterum hic quoque locus obnoxius est terræ motibus. Natus ibi est nobilis sophista Diotrephes, quem audiit Hybreas, oratorum nostra ætate maximus.

16. Solymos esse dicunt Cabalenses; et sane tumulus, qui supra Termessium jacet promontorium, Solymus appellatur, et ipsi Termessii vocantur Solymi. Prope est etiam vallum Bellerophontis, et Pisandri tumulus, filii ejus, qui in pugna adversus Solymos cecidit. Hæc vero etiam Homeri consentiunt dictis : nam de Bellerophonte ita habet (*Il.* 6, 184) :

> Secundo autem cum Solymis pugnavit inclytis;

et de filio ejus (*Il.* 6, 203) :

> Pisandrum ejus filium Mars insatiabilis bello
> Pugnantem cum Solymis interfecit.

Termessus urbs est Pisidica, maxime et proxime supra Cibyram sita.

17. Cibyratæ dicuntur prognati a Lydis, qui Cabalidem obtinuerunt; postea Pisidæ finitimi in habitationis societatem venerunt (ἐποικησάντων) atque transtulerunt urbem in alium locum munitissimum, cujus ambitus stadiorum fere centum. Crevit ob legum bonitatem, et pagi ejus a Pisidia conterminaque Milyade extendebantur usque ad Lyciam et Rhodiorum ditionem in continente sitam. Accedentibus autem tribus finitimis urbibus, Bubone nempe, Balburis et Œnoandis, conventui huic nomen Tetrapolis est factum : una quævis urbs unum habuit suffragium præter Cibyram, quæ habuit duo : hæc enim triginta misit peditum, duo equitum millia. Semper eam tyranni, sed modeste tamen, tenuerunt; in Moagete desiit tyrannis, quem Murena dejecit, et Balbura ac Bubonem Lyciæ adjecit. Nihilo secius inter maximas Asiæ præfecturas Cibyratica habetur. Quattuor linguis Cibyratæ utebantur, Pisidia, Solymorum, Græca et Lydia, cujus ne vestigium quidem in Lydia superest. Id Cibyra habet peculiare, quod ferrum facile apud eos cælatur. Milya est quæ ab angustiis apud Termessum et ab transitu Tauri ad interiora per eas angustias versus Isinda porrigitur, montana regio usque ad Sagalassum et Apamensium ditionem.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον περιέχει τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ τὴν ἀντιπέραν χώραν, ἐν ᾗ Παμφυλία, Ἰσαυρία, Λυκία, Πισιδία, Κιλικία ἕως Σελευκείας τῆς Συρίας, καὶ τῆς Ἀσίας τὴν ἰδίως Ἰωνίαν λεγομένην.

ΚΕΦ. Α.

Λοιπὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν περὶ Ἰώνων καὶ Καρῶν καὶ τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου παραλίας, ἣν ἔχουσι Λύκιοί τε καὶ Πάμφυλοι καὶ Κίλικες· οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι τέλος ἡ πᾶσα τῆς χερρονήσου περιήγησις, ἧς ἰσθμὸν ἔφαμεν τὴν ὑπέρβασιν τὴν ἐκ τῆς Ποντικῆς θαλάττης ἐπὶ τὴν Ἰσσικήν.

2. Ἔστι δὲ τῆς Ἰωνίας ὁ μὲν περίπλους ὁ παρὰ γῆν σταδίων που τρισχιλίων τετρακοσίων τριάκοντα διὰ τοὺς κόλπους καὶ διὰ τὸ χερρονησίζειν ἐπὶ πλεῖον τὴν χώραν, τὸ δ' ἐπ' εὐθείας μῆκος οὐ πολύ. Αὐτὸ οὖν τὸ ἐξ Ἐφέσου μέχρι Σμύρνης ὁδὸς μέν ἐστιν ἐπ' εὐθείας τριακόσιοι εἴκοσι στάδιοι· εἰς γὰρ Μητρόπολιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδιοι, οἱ λοιποὶ δὲ εἰς Σμύρναν· περίπλους δὲ μικρὸν ἀπολείπων τῶν δισχιλίων καὶ διακοσίων. ἔστι δ' οὖν ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου τοῦ Μιλησίων καὶ τῶν Καρικῶν ὅρων μέχρι Φωκαίας καὶ τοῦ Ἕρμου τὸ πέρας τῆς Ἰωνικῆς παραλίας.

3. Ταύτης δέ φησι Φερεκύδης Μίλητον μὲν καὶ Μυοῦντα καὶ τὰ περὶ Μυκάλην καὶ Ἔφεσον Κᾶρας ἔχειν πρότερον, τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν μέχρι Φωκαίας καὶ Χίου καὶ Σάμου, ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε, Λέλεγας· ἐκβληθῆναι δ' ἀμφοτέρους ὑπὸ τῶν Ἰώνων, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Καρίας ἐκπεσεῖν. ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Ἀθηνῶν βασιλέως, γενέσθαι δὲ τοῦτον Ἐφέσου κτίστην· διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συστῆναί φασι· καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. καὶ Μίλητον δ' ἔκτισεν Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὤν· οἵ τε Μεσσήνιοι καὶ οἱ Πύλιοι συγγένειάν τινα προσποιοῦνται, καθ' ἣν καὶ Μεσσήνιον τὸν Νέστορα οἱ νεώτεροί φασι ποιηταί, καὶ τοῖς περὶ Μέλανθον τὸν Κόδρου πατέρα πολλοὺς καὶ τῶν Πυλίων συνεξᾶραί φασιν εἰς τὰς Ἀθήνας· τοῦτον

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER DECIMUSQUARTUS.

ARGUMENTUM.

Quartus decimus liber complectitur Cycladas insulas et adversam regionem, in qua est Pamphylia, Isauria, Lycia, Pisidia, Cilicia usque ad Seleuciam Syriæ, et eam Asiæ partem quæ proprie Ionia appellatur.

CAP. I.

Superest ut de Ionibus dicamus et Caribus oraque extra Taurum maritima, quam tenent Lycii et Pamphylii ac Cilices; sic enim absolverimus tandem peninsulam, cujus isthmum diximus esse transitum a Pontico mari ad Issicum.

2. Ioniæ circuitus, si quis litus legat, stadiorum fere ter mille et quadringentorum triginta, propter sinus et quia plurimis in locis regio hæc peninsulas efficit; longitudo in recta linea non est ita magna. Sic Epheso Smyrnam via recta nonnisi trecenta viginti sunt stadia; nempe Metropolin sunt centum viginti stadia, et hinc Smyrnam reliqua; juxta litus autem navigatio est stadiis bis mille et ducentis paulo minor. Ceterum a Posidio Milesiorum et Cariæ finibus incipiens ora Ionica usque ad Phocæam et Hermum pertinet.

3. In hac ora Pherecydes ait Miletum, Myuntem et quæ sunt circa Mycalen atque Ephesum loca Cares quondam tenuisse, reliquam usque ad Phocæam oram et Chium et Samum (κ. Χίον κ. Σάμον), cui Ancæus præfuit, Leleges; utrosque autem ab Ionibus ejectos in reliquas Cariæ partes excidisse. Ducem coloniæ Ionum ait fuisse Androclum, Codri Atheniensium regis filium legitimum, qui eam post Æolicam deduxerit, Ephesumque condiderit; quare ibi regiam Ionum fuisse positam tradunt; et qui ex ea sunt progenie, etiamnum reges appellantur, habentque suos honores, primum scilicet in consessu locum, quando spectantur certamina, purpuramque, insigne regii generis, et scipionem loco sceptri, et sacra Cereris Eleusiniæ. Miletum condidit Neleus, genere Pylius. Messenii autem et Pylii quandam inter se cognationem perhibent, propter quam etiam recentiores poetæ Nestorem Messenium faciunt, et cum Melantho, Codri patre, multos Pyliorum Athenas profectos

δὴ πάντα τὸν λαὸν μετὰ τῶν Ἰώνων κοινῇ στεῖλαι τὴν ἀποικίαν· τοῦ δὲ Νηλέως ἐπὶ τῷ Ποσειδίῳ βωμὸς ἵδρυμα δείκνυται. Κυδρῆλος δὲ νόθος υἱὸς Κόδρου Μυοῦντα κτίζει· Ἀνδρόπομπος δὲ Λέβεδον, καταλαβόμενος τόπον τινὰ Ἄρτιν· Κολοφῶνα δ' Ἀνδραίμων Πύλιος, ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν Ναννοῖ· Πριήνην δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως, εἶθ' ὕστερον Φιλώτας ἐκ Θηβῶν λαὸν ἀγαγών· Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον, διόπερ Ἀθαμαντίδα καλεῖ αὐτὴν Ἀνακρέων, κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ναῦκλος υἱὸς Κόδρου νόθος, καὶ μετὰ τοῦτον Ἄποικος καὶ Δάμασος Ἀθηναῖοι καὶ Γέρης ἐκ Βοιωτῶν· Ἐρυθρὰς δὲ Κνῶπος, καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος· Φωκαίαν δ' οἱ μετὰ Φιλογένους Ἀθηναῖοι· Κλαζομενὰς δὲ Πάραλος· Χίον δὲ Ἐγέρτιος, σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος· Σάμον δὲ Τεμβρίων, εἶθ' ὕστερον Προκλῆς.

4. Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις, προσελήφθη δὲ χρόνοις ὕστερον καὶ Σμύρνα, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιόν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος· καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμακεν αὐτήν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν ἐν τῷ πρὸς τὸν Δία λόγῳ·

> Σμυρναίους δ' ἐλέησον·

καὶ πάλιν·

> μνῆσαι δ' εἴ κοτέ τοι μηρία καλὰ βοῶν
> . . . .

Σμύρνα δ' ἦν Ἀμαζὼν ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον, ἀφ' ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ πόλει, ὡς καὶ ἀπὸ Σισύρβης Σισυρβῖταί τινες τῶν Ἐφεσίων ἐλέγοντο· καὶ τόπος δέ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο, ὡς δηλοῖ Ἱππῶναξ·

> ᾤκει δ' ὄπισθε τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ
> μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς.

ἐκαλεῖτο γὰρ Λεπρὴ μὲν ἀκτὴ ὁ Πριὼν ὁ ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως, ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς· τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ Πριῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται ἐν τῇ Ὀπισθολεπρίᾳ· Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ περὶ τὸν Κορησσὸν παρώρειος. ἡ δὲ πόλις ἦν τὸ παλαιὸν περὶ τὸ Ἀθήναιον τὸ νῦν ἔξω τῆς πόλεως ὂν κατὰ τὴν καλουμένην Ὑπέλαιον, ὥστε ἡ Σμύρνα ἦν κατὰ τὸ νῦν γυμνάσιον ὄπισθεν μὲν τῆς νῦν πόλεως, μεταξὺ δὲ Τρηχείης τε καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς. ἀπελθόντες δὲ παρὰ τῶν Ἐφεσίων οἱ Σμυρναῖοι στρατεύουσιν ἐπὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἡ Σμύρνα, Λελέγων κατεχόντων· ἐκβαλόντες δ' αὐτοὺς ἔκτισαν τὴν παλαιὰν Σμύρναν, διέχουσαν τῆς νῦν περὶ εἴκοσι σταδίους. ὕστερον δὲ ὑπὸ Αἰολέων ἐκπεσόντες κατέφυγον εἰς Κολοφῶνα, καὶ μετὰ τῶν ἐνθένδε ἐπιόντες τὴν σφετέραν ἀπέλαβον· καθάπερ καὶ Μίμνερμος ἐν τῇ Ναννοῖ φράζει, μνησθεὶς τῆς Σμύρνης, ὅτι περιμάχητος ἀεί·

> ἡμεῖς αἰπύ (τε) Πύλου Νηλήιον ἄστυ λιπόντες
> ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.
> ἐς δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες
> ἑζόμεθ' ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.

aiunt : universum hunc populum communiter cum Ionibus in coloniam abiisse. Porro ara in Posidio visitur, a Neleo posita. Cydrelus, Codri filius spurius, Myuntem condidit; Andropompus Lebedum, occupato loco, cui nomen Artis; Colophonem Andræmon Pylius, ut Mimnermus quoque in Nannone scribit; Prienam Æpytus Nelei filius, et postea Philotas, populo secum Thebis adducto; Teum Athamas primum, unde et Athamantidem eam Anacreon vocat; post tempore Ionicæ coloniæ Nauclus Codri filius spurius, ac post hunc Apœcus et Damasus Athenienses et Geres Bœotus; Erythras Cnopus, spurius ipse etiam Codri filius; Phocæam Athenienses duce Philogene; Clazomenas Paralus; Chium Egertius, promiscuam adducens multitudinem; Samum Tembrio, ac postmodo Procles.

4. Hæ ergo sunt duodecim urbes Ionicæ; postea temporis adsumpta in eum conventum est etiam Smyrna, auctoribus Ephesiis; nam una habitaverunt antiquitus, quo tempore etiam Ephesus Smyrnæ nomen gessit : Callinus quoque alicubi sic eam appellat, Ephesios Smyrnæorum vocabulo intelligens in precibus ad Jovem :

> Smyrnæos miserare;

ac rursum :

> Memineris si unquam taurorum pulcra tibi femora
> [*Smyrnæi cremarunt*].

Smyrna Amazon fuit, a qua nomen hominibus urbique factum, sicut etiam a Sisyrba quidam Ephesiorum Sisyrbitæ dicebantur. Sed et locus quidam Ephesi Smyrna vocabatur, ut Hipponax docet his verbis :

> Habitabat pone urbem in Smyrna,
> inter Tracheam et Lepram acten ;

Lepre acta enim dicebatur Prion mons, qui supra hodiernam urbem est situs, partemque muri habet, adeoque post Prionem sitæ possessiones etiamnum in posteriore Lepra sive Opistholepria esse dicuntur; Trachea autem sive Aspera dicebatur ea pars quæ ad latus est Coressi montis. Ipsa urbs fuit antiquitus circa Athenæum seu Minervium, quod nunc est extra urbem ad Hypelæum quem vocant [*fontem*], adeo ut fuerit Smyrna juxta id, quod nunc exstat, gymnasium, pone hodiernam urbem, inter Asperam et Lepram actam. Discessione deinde ab Ephesiis facta, Smyrnæi eo profecti sunt, ubi nunc Smyrna est, quem tum Leleges tenebant locum : quibus ejectis, veterem condiderunt Smyrnam, ab ea, quæ nunc est, stadiis circiter viginti dissitam. Postea temporis ab Æolensibus expulsi, Colophonem fugerunt, cumque Colophoniis reversi suam urbem recuperaverunt. Id Mimnermus quoque in Nannone indicat, Smyrnæ facta mentione, ut de qua semper fuerit certatum :

> Nos Pylon excelsam linquentes Neleos urbem,
> jucundam oram Asiæ navibus attigimus :
> vi nostra freti consedimus et Colophone,
> castum armis princeps jus violare manus.

κεῖθεν δ' Ἀστήεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο
θεῶν βουλῇ Σμύρναν εἵλομεν Αἰολίδα.

ταῦτα μὲν περὶ τούτων· ἐφοδευτέον δὲ πάλιν τὰ καθ' ἕκαστα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἡγεμονικωτέρων τόπων ποιησαμένους, ἐφ' ὧνπερ καὶ πρῶτον αἱ κτίσεις ἐγένοντο, λέγω δὲ τῶν περὶ Μίλητον καὶ Ἔφεσον· αὗται γὰρ ἄρισται πόλεις καὶ ἐνδοξόταται.

5. Μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλησίων ἑξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις, ἀναβάντι ὅσον ὀκτωκαίδεκα σταδίους· ἐνεπρήσθη δ' ὑπὸ Ξέρξου, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ πλὴν τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· οἱ δὲ Βραγχίδαι τοὺς θησαυροὺς τοῦ θεοῦ παραδόντες τῷ Πέρσῃ φεύγοντι συναπῆραν, τοῦ μὴ τίσαι δίκας τῆς ἱεροσυλίας καὶ τῆς προδοσίας. ὕστερον δ' οἱ Μιλήσιοι μέγιστον νεὼν τῶν πάντων κατεσκεύασαν, διέμεινε δὲ χωρὶς ὀροφῆς διὰ τὸ μέγεθος· κώμης γοῦν κατοικίαν ὁ τοῦ σηκοῦ περίβολος δέδεκται καὶ ἄλσος ἐντός τε καὶ ἐκτὸς πολυτελές· ἄλλοι δὲ σηκοὶ τὸ μαντεῖον καὶ τὰ ἱερὰ συνέχουσιν· ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Βράγχον καὶ τὸν ἔρωτα τοῦ Ἀπόλλωνος· κεκόσμηται δ' ἀναθήμασι τῶν ἀρχαίων τεχνῶν πολυτελέστατα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὴν πόλιν οὐ πολλὴ ὁδός ἐστιν, οὐδὲ πλοῦς.

6. Φησὶ δ' Ἔφορος τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικόν, ὑπὲρ τῆς θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ πάλαι Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει τῆς ἐκεῖ πόλεως ἐπώνυμον, κατεχόντων πρότερον Λελέγων τὸν τόπον· τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν τειχίσαι πόλιν. ἔχει δὲ τέτταρας λιμένας ἡ νῦν, ὧν ἕνα καὶ στόλῳ ἱκανόν. πολλὰ δὲ τῆς πόλεως ἔργα ταύτης, μέγιστον δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀποικιῶν· ὅ τε γὰρ Εὔξεινος πόντος ὑπὸ τούτων συνῴκισται πᾶς καὶ ἡ Προποντὶς καὶ ἄλλοι πλείους τόποι. Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς οὕτω φησίν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι συνῴκισαν καὶ περὶ Ἑλλήσποντον ἐν μὲν τῇ Χερρονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄβυδον, Ἄρισβαν, Παισόν· ἐν δὲ τῇ Κυζικηνῶν νήσῳ Ἀρτάκην, Κύζικον· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Τρῳάδος Σκῆψιν· ἡμεῖς δ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα λέγομεν καὶ τὰς ἄλλας τὰς ὑπὸ τούτου παραλελειμμένας. Οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν· τὸ γὰρ οὔλειν ὑγιαίνειν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ οὐλὴ καὶ τὸ

οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε·

ἰατικὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων· καὶ ἡ Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν· καὶ ὁ Ἥλιος δὲ καὶ ἡ Σελήνη συνοικειοῦνται τούτοις, ὅτι τῆς περὶ τοὺς ἀέρας εὐκρασίας αἴτιοι· καὶ τὰ λοιμικὰ δὲ πάθη καὶ τοὺς αὐτομάτους θανάτους τούτοις ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς.

7. Ἄνδρες δ' ἄξιοι μνήμης ἐγένοντο ἐν τῇ Μιλήτῳ Θαλῆς τε, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, ὁ πρῶτος φυσιολογίας ἄρξας ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ μαθηματικῆς, καὶ ὁ τούτου

Pergentes fluvio sed ab Aleente (Ἀλήεντος?) deorum
consilio Smyrnam cepimus Æolidem.

Hæc de his : sed rursum singula sunt peragranda, initio sumpto a principatum tenentibus locis, quæ etiam ante cetera sunt condita, Miletum dico et Ephesum ; hæ enim urbes sunt optimæ et nobilissimæ.

5. Post Posidium seu Neptunium Milesiorum deinceps est oraculum Didymei Apollinis in Branchidis, sursum versus circiter duodeviginti stadia. Incensum est a *Xerxe*, ut cetera quoque templa præter Ephesium. Branchidæ quum fugienti Persæ thesauros dei tradidissent, una abiverunt, ne pœnas cogerentur dare sacrilegii et proditionis. Postea temporis Milesii templum omnium maximum construxerunt, quod ob magnitudinem sine culmine mansit; nam qui cingit delubrum murus pagi habitationes excepit : estque intus et extra lucus pretiosus : alia delubra oraculum et sacra continent. Ibi de Brancho et amore Apollinis historiam fabulantur. Ornatum est templum donariis antiquorum operum sumptuosissime : inde ad urbem via et navigatio est non longa.

6. Ephorus narrat Miletum principio a Cretensibus ad mare fuisse conditam, ubi nunc vetus est Miletus, Sarpedone e Cretensi Mileto eo ducente colonos, nomenque urbi idem cum ea imponente, quum eum locum antea Leleges tenuissent; eam autem quæ nunc est, Miletum postea a Neleo fuisse conditam. Hæc portus habet quattuor, unum etiam classi sufficientem. Multa sunt hujus civitatis facta, maximum est autem multitudo coloniarum; nam et Euxinum Pontum coloniis frequentarunt Milesii totum et Propontidem et alia loca. Anaximenes quidem Lampsacenus ait, Icarum insulam et Lerum Milesiorum esse colonias, et juxta Hellespontum in Cherroneso Limnas, in Asia Arisbam, Abydum, Pæsum, in Cyzicena insula Artacen et Cyzicum; in mediterraneis Troadis Scepsin. Nos de singulis suo loco monentes, etiam reliquas, quas omisit Anaximenes, commemoramus. Apollinem quendam Ulium et Milesii vocant et Delii, utpote salutiferum et medicum; est enim οὔλειν sanum esse : unde οὐλή cicatrix, et οὖλε pro *salve* in illo (*Od.* 24, 402) :

Salve et magnopere gaude.

Etenim Apollo sanator est, et Diana Artemis dicitur, quod ἀρτεμέας, id est integros incolumesque facit. His Sol et Luna accommodantur, quia penes eos est potestas aeris temperandi; verum pestilentias quoque et mortes sponte accidentes iis imputant.

7. Memorabiles viri, quos Miletus protulit, sunt Thales, de septem sapientibus unus, qui princeps Græcorum indagationem causarum naturalium et mathematicarum

μαθητὴς Ἀναξίμανδρος καὶ ὁ τούτου πάλιν Ἀναξιμένης, ἔτι δ' Ἑκαταῖος ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας, καθ' ἡμᾶς δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε, παρρησιασάμενος πέρα τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήιον Μάγνον. ἠτύχησε δ' ἡ πόλις, ἀποκλείσασα Ἀλέξανδρον καὶ βίᾳ ληφθεῖσα, καθάπερ καὶ Ἁλικαρνασός· ἔτι δὲ πρότερον ὑπὸ Περσῶν· καί φησί γε Καλλισθένης, ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα ἐποίησε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου. πρόκειται δ' ἡ Λάδη νῆσος πλησίον καὶ τὰ περὶ τὰς Τραγαίας νησία, ὑφόρμους ἔχοντα λῃσταῖς.

8. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λατμικὸς κόλπος, ἐν ᾧ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη, πολίχνιον ὕφορμον ἔχον· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει, ὅπερ Ἑκαταῖος μὲν ἐμφαίνει τὸ αὐτὸ εἶναι νομίζων τῷ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Φθειρῶν ὄρει λεγομένῳ (ὑπὲρ γὰρ τῆς Λάτμου φησὶ τὸ Φθειρῶν ὄρος κεῖσθαι), τινὲς δὲ τὸ Γρίον φασίν, ὡς ἂν παράλληλον τῷ Λάτμῳ ἀνῆκον ἀπὸ τῆς Μιλησίας πρὸς ἕω διὰ τῆς Καρίας μέχρι Εὐρώμου καὶ Χαλκητόρων· ὑπέρκειται δὲ ταύτης ἐν ὕψει. μικρὸν δ' ἄπωθεν διαβάντι ποταμίσκον πρὸς τῷ Λάτμῳ δείκνυται τάφος Ἐνδυμίωνος ἔν τινι σπηλαίῳ· εἶτα ἀφ' Ἡρακλείας ἐπὶ Πύρραν πολίχνην πλοῦς ἑκατόν που σταδίων.

9. Μικρὸν δὲ πλέον τὸ ἀπὸ Μιλήτου εἰς Ἡράκλειαν ἐγκολπίζοντι, εὐθυπλοίᾳ δ' εἰς Πύρραν ἐκ Μιλήτου τριάκοντα· τοσαύτην ἔχει μακροπορίαν ὁ παρὰ γῆν πλοῦς. ἀνάγκη δ' ἐπὶ τῶν ἐνδόξων τόπων ὑπομένειν τὸ περισκελὲς τῆς τοιαύτης γεωγραφίας.

10. Ἐκ δὲ Πύρρας ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Μαιάνδρου πεντήκοντα· τεναγώδης δ' ὁ τόπος καὶ ἑλώδης· ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς σκάφεσι τριάκοντα σταδίους πόλις Μυοῦς, μία τῶν Ἰάδων τῶν δώδεκα, ἣ νῦν δι' ὀλιγανδρίαν Μιλησίοις συμπεπόλισται. ταύτην ὄψον λέγεται Θεμιστοκλεῖ δοῦναι Ξέρξης, ἄρτον δὲ Μαγνησίαν, οἶνον δὲ Λάμψακον.

11. Ἔνθεν ἐν σταδίοις τέτταρσι κώμη Καρικὴ Θυμβρία, παρ' ἣν ἄορνόν ἐστι σπήλαιον ἱερόν, Χαρώνιον λεγόμενον ὀλεθρίους ἔχον ἀποφοράς. ὑπέρκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θετταλίᾳ καὶ Κρητῶν, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν.

12. Μετὰ δὲ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Μαιάνδρου ὁ κατὰ Πριήνην ἐστὶν αἰγιαλός· ὑπὲρ αὐτοῦ δ' ἡ Πριήνη καὶ Μυκάλη τὸ ὄρος, εὔθηρον καὶ εὔδενδρον. ἐπίκειται δὲ τῇ Σαμίᾳ καὶ ποιεῖ πρὸς αὐτὴν ἐπέκεινα τῆς Τρωγιλίου καλουμένης ἄκρας ὅσον ἑπταστάδιον πορθμόν. λέγεται δ' ὑπό τινων ἡ Πριήνη Κάδμη, ἐπειδὴ Φιλώτας ὁ ἐπικτίσας αὐτὴν Βοιώτιος ὑπῆρχεν· ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ οὗ φησιν οὕτως Ἱππῶναξ·

καὶ δικάσσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

13. Τῆς δὲ Τρωγιλίου πρόκειται νησίον ὁμώνυμον· ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά ἐστιν ἐπὶ Σούνιον στα-

rerum instituit, et Anaximander hujus discipulus, rursumque hujus Anaximenes, porro Hecatæus, qui historiam conscripsit, et nostra ætate Æschines orator, qui in exsilio mortuus est, quod libertate dicendi immodica Pompeium Magnum perstrinxisset. Infortunium habuit Miletus, quum excluso Alexandro vi est capta, sic ut Halicarnasus quoque, antea vero a Persis expugnata est. Ac scribit Callisthenes, Phrynichum tragœdum mille drachmis multatum fuisse ab Atheniensibus, quod de capta a Dario Mileto fabulam condidisset. Ante Miletum non procul sita est Lade insula et circum Tragæas exiguæ insulæ, stationes præbentes prædonibus.

8. Sequitur Latmicus sinus, in quo Heraclea sub Latmo dicta, oppidulum cum statione ancoris jaciendis idonea; ante appellabatur Latmus eodem nomine quo imminens supra mons; hunc Hecatæus innuit eundem se putare cum eo, quem Phthirôn montem Homerus (*Il.* 2, 868) nominat (ait enim supra oppidum Latmum esse Phthirôn montem), alii autem Grium intelligunt, qui æqualibus fere undique spatiis a Latmo distans a Milesio agro versus orientem porrigitur per Cariam usque ad Euromum et Chalcetores, et in conspectu (ἐν ὄψει) Heracleæ superjacet. Haud longe inde, ubi fluviolum quendam transieris, in spelunca Endymionis sepulcrum monstratur. Deinde ab Heraclea ad oppidum Pyrrham navigatio est centum circiter stadiorum.

9. Paulo longior est a Mileto ad Heracleam juxta sinus oram, recta autem navigatione a Mileto usque ad Pyrrham nonnisi triginta sunt stadia; tantopere in longius trahitur navigatio si litus legeris. Necesse est autem, ut de insignibus locis descriptionem tam exilem boni consulat lector.

10. A Pyrrha ad Mæandri ostia stadia sunt quinquaginta; locus vadosus et paludosus est; per stadia triginta adverso flumine scaphis ad ministeria paratis navigatur ad Myuntem, quæ una de duodecim Ioniæ urbibus, nunc ob defectum virorum Mileto est adjuncta. Hanc pro opsonio Xerxes Themistocli fertur dedisse, pro pane Magnesiam, vino Lampsacum.

11. Quattuor a Myunte stadiis pagus est Cariæ Thymbria, apud quam sacra est spelunca Charonium nomine, quæ quum pestilentes habeat exhalationes, inaccessa est avibus. Supra sita est Magnesia ad Mæandrum dicta, colonia Magnetum Thessalicorum et Cretensium, de qua mox dicemus.

12. Post ostia Mæandri litus est Prienense, et supra id Priene ac Mycale mons feris et arboribus plenus. Imminet hic Samio agro, et adversus eum ultra Trogilium promontorium facit fretum septem circiter latum stadia. Priene quibusdam Cadme dicitur, quia Philotas ejus instaurator Bœotius fuit. Patria fuit Biantis, unius de septem sapientibus, de quo Hipponax :

In causis orandis Biante Prienensi præstantior.

13. Ante Trogilium sita est insula minuta ejusdem nominis. Inde ad Sunium brevissimus trajectus est stadiorum

δίων χιλίων ἑξακοσίων, κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κορσίας, τοὺς δὲ Μελαντίους σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ μέσων τῶν Κυκλάδων νήσων. καὶ αὐτὴ δ' ἡ Τρωγίλιος ἄκρα πρόπους τις τῆς Μυκάλης ἐστί. τῇ Μυκάλῃ δ' ὄρος ἄλλο πρόσκειται τῆς Ἐφεσίας Πακτύης· καὶ ἡ Μεσωγὶς δὲ εἰς αὐτὴν καταστρέφει.

14. Ἀπὸ δὲ τῆς Τρωγιλίου στάδιοι τετταράκοντα εἰς τὴν Σάμον· βλέπει δὲ πρὸς νότον καὶ αὐτὴ καὶ ὁ λιμήν, ἔχων ναύσταθμον. ἔστι δ' αὐτῆς ἐν ἐπιπέδῳ τὸ πλέον, ὑπὸ τῆς θαλάττης κλυζόμενον, μέρος δέ τι καὶ εἰς τὸ ὄρος ἀνέχει τὸ ὑπερκείμενον. ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, ἄκρα ἡ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸν ἑπταστάδιον πορθμόν, ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶνος· πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς· ἐπ' ἀριστερᾷ δὲ τὸ προάστειον τὸ πρὸς τῷ Ἡραίῳ καὶ ὁ Ἴμβρασος ποταμὸς καὶ τὸ Ἡραῖον, ἀρχαῖον ἱερὸν καὶ νεὼς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστί· χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων ἄλλαι πινακοθῆκαι καὶ ναΐσκοι τινές εἰσι πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν· τό τε ὕπαιθρον ὁμοίως μεστὸν ἀνδριάντων ἐστὶ τῶν ἀρίστων· ὧν τρία Μύρωνος ἔργα κολοσσικὰ ἱδρυμένα ἐπὶ μιᾶς βάσεως, ἃ ἦρε μὲν Ἀντώνιος, ἀνέθηκε δὲ πάλιν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ εἰς τὴν αὐτὴν βάσιν τὰ δύο, τὴν Ἀθηνᾶν καὶ τὸν Ἡρακλέα, τὸν δὲ Δία εἰς τὸ Καπετώλιον μετήνεγκε, κατασκευάσας αὐτῷ ναΐσκον.

15. Περίπλους δ' ἐστὶ τῆς Σαμίων νήσου σταδίων ἑξακοσίων. ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενία πρότερον οἰκούντων Καρῶν, εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος, εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικήσαντος. καλεῖται μὲν οὖν καὶ ἄκρα τις Ἄμπελος βλέπουσά πως πρὸς τὸ τῆς Ἰκαρίας Δρέπανον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄρος ἅπαν, ὃ ποιεῖ τὴν ὅλην νῆσον ὀρεινήν, ὁμωνύμως λέγεται· ἔστι δ' οὐκ εὔοινος, καίπερ εὐοινουσῶν τῶν κύκλῳ νήσων, καὶ τῆς ἠπείρου σχεδόν τι τῆς προσεχοῦς πάσης τοὺς ἀρίστους ἐκφερούσης οἴνους, οἷον Χίου καὶ Λέσβου καὶ Κῶ. καὶ μὴν καὶ ὁ Ἐφέσιος καὶ Μητροπολίτης ἀγαθοί, ἥ τε Μεσωγὶς καὶ ὁ Τμῶλος καὶ ἡ Κατακεκαυμένη καὶ Κνίδος καὶ Σμύρνα καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι τόποι διαφόρως χρηστοινοῦσιν ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν ἢ πρὸς διαίτας ἰατρικάς. Περὶ μὲν οἴνους οὐ πάνυ εὐτυχεῖ Σάμος, τὰ δ' ἄλλα εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἔκ τε τοῦ περιμάχητον γενέσθαι καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἐπαινοῦντας μὴ ὀκνεῖν ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, καθάπερ που καὶ Μένανδρος ἔφη. Τοῦτο δὲ καὶ τῶν τυραννίδων αἴτιον αὐτῇ κατέστη, καὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους ἔχθρας.

16. Αἱ μὲν οὖν τυραννίδες ἤκμασαν κατὰ Πολυκράτη μάλιστα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Συλοσῶντα· ἦν δ' ὁ μὲν καὶ τύχῃ καὶ δυνάμει λαμπρός, ὥστε καὶ θαλαττοκρατῆσαι· τῆς δ' εὐτυχίας αὐτοῦ σημεῖον τιθέασιν, ὅτι ῥίψαντος εἰς τὴν θάλατταν ἐπίτηδες τὸν δακτύ-

mille sexcentorum ita ut naviganti initio Samus ad dextram sit et Icaria et Corsiæ, ad sinistram autem Melantii scopuli, deinde per medias tendat Cyclades. Ipsum Trogilium promontorium quasi pes quidam Mycales procurrens est. Mycalæ autem alius adjacet mons Pactyes, agri Ephesii; et Mesogis quoque versus Mycalen deflectitur.

14. A Trogilio in Samum sunt stadia quadraginta. Austrum respicit et urbs et portus ejus, statione navium præditus. In planitie sita major ejus pars mari proluitur; pars quædam etiam in montem supra imminentem assurgit. A dextra adnaviganti ad Samum urbem est Posidium promontorium, quod cum opposita Mycala fretum includit septem stadiorum, templumque habet Neptuni; ante id exigua sita est insula Narthecis; ad lævam vero est suburbium ad Heræum et Imbrasus fluvius Junonis et ipsum Heræum, antiquum Junonis fanum ac magnum templum, quod nunc reponendis tabulis usurpatur. Extra multitudinem tabularum ibi positarum etiam alia sunt tabularum repositoria, et sacella quædam plena operum artis antiquæ; similiter locus sub dio patens plenus est optimarum statuarum, inter quas tria Myronis opera colossica, uni insistentia basi, quæ quum sustulisset Antonius, Augustus Cæsar duo reposuit in basin eandem, Minervam scilicet atque Herculem, Jovem vero in Capitolium transtulit, sacello ei parato.

15. Sami insulæ ambitus est stadiorum sexcentorum. Olim dicta fuit Parthenia, Caribus eam tenentibus, deinde Anthemûs, post Melamphyllus, tandem Samus, sive ab heroe aliquo indigena sive ex Ithaca et Cephallenia incolis eam frequentante. Vocatur sane Ampelus (sive Vitis) promontorium quoddam versus Drepanum Icariæ prospiciens, nec non montium tractus universus, qui totam insulam efficit montosam esse, eodem dicitur nomine; attamen vino dives Samus non est, quamquam insulæ circumpositæ et vicina continens fere omnis optimum vinum dent, ut Chius, Lesbus, Cos. Verum etiam Ephesi et Metropoli vina præstantia sunt, et Mesogis, Tmolus, Catacecaumene, Cnidus, Smyrna aliaque obscuriora loca vino excellunt, sive ad jucunditatem, sive ad usus medicos requiras. Sed vino ut non est felix Samus, ita aliis omnibus rebus dives, ut et inde apparet, quod certatim est expetita, et quod insulam laudantes non verentur accommodare ei proverbium, ferre eam vel gallinarum lac, sicut Menander quoque alicubi dixit. Hæc etiam causa ei fuit tyrannidum, et inimicitiæ cum Atheniensibus.

16. Tyrannides maxime viguerunt sub Polycrate et fratre ejus Sylosonte. Polycrates fortuna et potentia ita floruit, ut etiam maris tenuerit imperium. Et hoc argumentum prosperitatis ejus ferunt, quod, quum annulum lapide et sculptura sumptuosum admodum industria in

λιον λίθου καὶ γλύμματος πολυτελοῦς, ἀνήνεγκε μικρὸν ὕστερον τῶν ἁλιέων τις τὸν καταπιόντα ἰχθὺν αὐτόν· ἀνατμηθέντος δ' εὑρέθη ὁ δακτύλιος· πυθόμενον δὲ τοῦτο τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα φασὶ μαντικῶς πως ἀποφθέγξασθαι, ὡς ἐν βραχεῖ καταστρέψει τὸν βίον εἰς οὐκ εὐτυχὲς τέλος ὁ τοσοῦτον ἐξηρμένος ταῖς εὐπραγίαις· καὶ δὴ καὶ συμβῆναι τοῦτο· ληφθέντα γὰρ ἐξ ἀπάτης ὑπὸ τοῦ σατράπου τῶν Περσῶν κρεμασθῆναι. Τούτῳ συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός· καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης. ἐπὶ τούτου δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσιν ἰδόντα φυομένην τὴν τυραννίδα ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθείας χάριν· ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. περὶ Πολυκράτους μὲν ταῦτα.

17. Συλοσῶν δ' ἀπελείφθη μὲν ἰδιώτης ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, Δαρείῳ δὲ τῷ Ὑστάσπεω χαρισάμενος ἐσθῆτα, ἧς ἐπεθύμησεν ἐκεῖνος φοροῦντα ἰδών, οὔπω δ' ἐβασίλευε τότε, βασιλεύσαντος ἀντέλαβε δῶρον τὴν τυραννίδα. πικρῶς δ' ἦρξεν, ὥστε καὶ ἐλειπάνδρησεν ἡ πόλις· κἀκεῖθεν ἐκπεσεῖν συνέβη τὴν παροιμίαν·

ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη.

18. Ἀθηναῖοι δὲ πρότερον μὲν πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους, ὕστερον δὲ καὶ κληρούχους ἔπεμψαν δισχιλίους ἐξ ἑαυτῶν, ὧν ἦν καὶ Νεοκλῆς, ὁ Ἐπικούρου τοῦ φιλοσόφου πατήρ, γραμματοδιδάσκαλος, ὥς φασι· καὶ δὴ καὶ τραφῆναί φασιν ἐνθάδε καὶ ἐν Τέῳ, καὶ ἐφηβεῦσαι Ἀθήνησι· γενέσθαι δ' αὐτῷ συνέφηβον Μένανδρον τὸν κωμικόν· Σάμιος δ' ἦν καὶ Κρεώφυλος, ὅν φασι δεξάμενον ξενίᾳ ποτὲ Ὅμηρον, λαβεῖν δῶρον τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν. Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι' ἐπιγράμματός τινος, ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν·

τοῦ Σαμίου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
δεξαμένου· κλείω δ' Εὔρυτον, ὅσσ' ἔπαθεν,
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

τινὲς δὲ διδάσκαλον Ὁμήρου τοῦτόν φασιν, οἱ δ' οὐ τοῦτον, ἀλλ' Ἀριστέαν τὸν Προκοννήσιον.

19. Παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος Ἰκαρία, ἀφ' ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος. αὕτη δ' ἐπώνυμός ἐστιν Ἰκάρου, παιδὸς τοῦ Δαιδάλου, ὅν φασι τῷ πατρὶ κοινωνήσαντα τῆς φυγῆς, ἡνίκα ἀμφότεροι πτερωθέντες ἀπῆραν ἐκ Κρήτης, πεσεῖν ἐνθάδε, μὴ κρατήσαντα τοῦ δρόμου· μετεωρισθέντι γὰρ πρὸς τὸν ἥλιον ἐπὶ πλέον περιρρυῆναι τὰ πτερά, τακέντος τοῦ κηροῦ. τριακοσίων δ' ἐστὶ τὴν περίμετρον σταδίων ἡ νῆσος ἅπασα καὶ ἀλίμενος, πλὴν ὑφόρμων, ὧν ὁ κάλλιστος Ἱστοὶ λέγονται·

mare abjecisset, paulo post piscatorum quidam extraxit piscem, qui deglutierat eum; et aperto pisce annulus inventus est. Ferunt Ægyptiorum regem, quum hoc ei nuntiatum esset, veluti vaticinantem pronuntiasse, brevi Polycratem vitam infelici exitu clausurum, qui eo usque lætis elatus esset successibus; idque eventum comprobasse: nam a Persico satrapa per dolum captum in crucem sublatum fuisse Polycratem. Cum hoc vixit Anacreon lyricus, et mentione ejus opplevit sua carmina. Ejusdem ætate ferunt Pythagoram, quum gliscentem in patria videret tyrannidem, Samo excessise, inque Ægyptum et Babylonem discendi studio abivisse, quumque reversus eam videret durare, in Italiam navigasse, atque ibi vitæ reliquum confecisse. Hæc de Polycrate.

17. Sylosontem frater privatum reliquerat. Hic quum Dario Hystaspis dono dedisset vestem, quam ipso gestante ille expetiverat nondum ad regnum evectus: ab eo regnum adepto tyrannidem pro dono recepit. Imperavit autem acerbe; quo factum est ut viri urbem desererent, indeque proverbium excideret:

Sylosontis opera vastitas regionem habet.

18. Athenienses primum, misso Pericle prætore et una Sophocle poeta, rebellantes Samios obsidione gravi afflixerunt; postea etiam duo civium millia eo in coloniam miserunt, e quibus fuit Neocles, Epicuri philosophi pater, ludi magister litterarii, ut fertur. Et Epicurum aiunt Sami educatum ac in Teo, ad pubertatem accessisse Athenis, et æqualem habuisse Menandrum comicum. Samius fuit etiam Creophylus, quem aiunt, quum Homerum hospitio aliquando excepisset, dono ab eo accepisse inscriptionem poematis de capta Œchalia. Callimachus contra quodam epigrammate indicat auctorem fuisse Creophylum, sed Homero carmen ob hospitium fuisse attributum:

Me Samius fecit, qui quondam excepit Homerum
hospitio; casus, Euryte, ploro tuos,
formosamque Ioleian. Homero scripta feruntur
ista: Creophylo, Juppiter, hocce leve est?

Quidam hunc Homeri fuisse magistrum tradunt, alii non hunc, sed Aristeam Proconnesium.

19. Samo adjacet Icaria insula, a qua nomen Icario mari. Ipsa nomen habet ab Icaro Dædali filio, quem ferunt patri fugæ comitem, quo tempore e Creta sumptis alis avolavit, quum non teneret cursum, eo decidisse; nimis enim ad solem elati alas cera liquefacta defluxisse. Insulæ totius ambitus est stadiorum trecentorum; portu caret, habet tamen stationes, quarum optima Histi appellantur;

ἄκρα δ' ἐστὶν ἀνατείνουσα πρὸς ζέφυρον. ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν, καλούμενον Ταυροπόλιον, ἐν τῇ νήσῳ καὶ πολισμάτιον Οἰνόη, καὶ ἄλλο Δράκανον, ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ, ἐφ' ᾗ ἵδρυται, πρόσορμον ἔχον· ἡ δὲ ἄκρα διέχει τῆς Σαμίων ἄκρας, τῆς Κανθαρίου καλουμένης, ὀγδοήκοντα σταδίους, ὅπερ ἐστὶν ἐλάχιστον δίαρμα τὸ μεταξύ. νυνὶ μέντοι λειπανδροῦσαν Σάμιοι νέμονται τὰ πολλὰ βοσκημάτων χάριν.

20. Μετὰ δὲ τὸν Σάμιον πορθμὸν τὸν πρὸς Μυκάλῃ πλέουσιν εἰς Ἔφεσον ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ Ἐφεσίων παραλία· μέρος δέ τι ἔχουσιν αὐτῆς καὶ οἱ Σάμιοι. πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον, τρισὶ σταδίοις ὑπερκείμενον τῆς θαλάττης, ὅπου τὰ Πανιώνια, κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων, συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία· ἱερῶνται δὲ Πριηνεῖς· εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. εἶτα Νεάπολις, ἣ πρότερον μὲν ἦν Ἐφεσίων, νῦν δὲ Σαμίων, διαλλαξαμένων πρὸς τὸ Μαραθήσιον, τὸ ἐγγυτέρω πρὸς τὸ ἀπωτέρω· εἶτα Πύγελα πολίχνιον, ἱερὸν ἔχον Ἀρτέμιδος Μουνυχίας, ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκούμενον ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν· πυγαλγέας γάρ τινας καὶ γενέσθαι καὶ κληθῆναι, κάμνοντας δ' ὑπὸ τοῦ πάθους καταμεῖναι, καὶ τυχεῖν οἰκείου τοῦδε τοῦ ὀνόματος τὸν τόπον. εἶτα λιμὴν Πάνορμος καλούμενος, ἔχων ἱερὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος· εἶθ' ἡ πόλις. ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ τῆς πλείστης. διαρρεῖ δὲ ὁ Κέγχριος ποταμός, οὗ φασι νίψασθαι τὴν Λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας. ἐνταῦθα γὰρ μυθεύουσι τὴν λοχείαν καὶ τὴν τροφὸν τὴν Ὀρτυγίαν καὶ τὸ ἄδυτον, ἐν ᾧ ἡ λοχεία, καὶ τὴν πλησίον ἐλαίαν, ᾗ πρῶτον ἐπαναπαύσασθαί φασι τὴν θεὸν ἀπολυθεῖσαν τῶν ὠδίνων. ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἄλσους ὄρος ὁ Σολμισσός, ὅπου στάντας φασὶ τοὺς Κουρῆτας τῷ ψόφῳ τῶν ὅπλων ἐκπλῆξαι τὴν Ἥραν ζηλοτύπως ἐφεδρεύουσαν, καὶ λαθεῖν συμπράξαντας τὴν λοχείαν τῇ Λητοῖ. ὄντων δ' ἐν τῷ τόπῳ πλειόνων ναῶν, τῶν μὲν ἀρχαίων, τῶν δ' ὕστερον γενομένων, ἐν μὲν τοῖς ἀρχαίοις ἀρχαῖά ἐστι ξόανα, ἐν δὲ τοῖς ὕστερον Σκόπα ἔργα· ἡ μὲν Λητὼ σκῆπτρον ἔχουσα, ἡ δ' Ὀρτυγία παρέστηκεν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ παιδίον ἔχουσα. πανήγυρις δ' ἐνταῦθα συντελεῖται κατ' ἔτος, ἔθει δέ τινι οἱ νέοι φιλοκαλοῦσι, μάλιστα περὶ τὰς ἐνταῦθα εὐωχίας λαμπρυνόμενοι· τότε δὲ καὶ τῶν Κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια, καί τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ.

21. Τὴν δὲ πόλιν ᾤκουν μὲν Κᾶρές τε καὶ Λέλεγες, ἐκβαλὼν δ' ὁ Ἄνδροκλος τοὺς πλείστους ᾤκισεν ἐκ τῶν συνελθόντων αὐτῷ περὶ τὸ Ἀθήναιον καὶ τὴν Ὑπέλαιον, προσπεριλαβὼν καὶ τῆς περὶ τὸν Κορησσὸν παρωρείας. μέχρι μὲν δὴ τῶν κατὰ Κροῖσον οὕτως ᾠκεῖτο, ὕστερον δ' ἀπὸ τῆς παρωρείου καταβάντες, περὶ τὸ νῦν ἱερὸν ᾤκησαν μέχρι Ἀλεξάνδρου. Λυσίμαχος δὲ τὴν νῦν πόλιν τειχίσας, ἀηδῶς τῶν ἀνθρώπων μεθισταμένων,

promontorium est versus Favonium porrectum. Est etiam templum Dianæ, nomine Tauropolium, in insula ea, et oppidulum Œnoe et aliud Dracanum, ejusdem cum promontorio nominis, cui incumbit, et habet locum appellentibus aptum navibus; promontorium abest a Canthario, Sami promontorio, stadiis octoginta, quod est angustissimum inter eas insulas fretum. Nunc quidem penuria civium laborantem Samii pecoris pascendi maxime causa frequentant.

20. Quum a Samio freto, quod est ad Mycalen, navigatur Ephesum, ad dextram est Ephesiorum ora; partem ejus habent etiam Samii. Primum in ora maritima illa est Panionium, tribus stadiis supra mare situm, ubi Iones Panionia, solemnem conventum, et sacrificia Heliconio Neptuno agunt; sacrificio præsunt Prienenses; de his in rebus Peloponnesiacis (8, 7, 2) jam dictum est. Sequitur Neapolis, quondam Ephesiorum, nunc Samiorum, qui Marathesium pro ea in permutatione dederunt remotioris cum viciniore. Post Pygela oppidulum, inque eo templum Munychiæ Dianæ, conditum ab Agamemnone, et a parte eorum, qui ipsi suberant, habitatum; nam quosdam natium dolore correptos, inde Pygalgias vocatos fuisse aiunt, qui morbo defatigati ibi manserint, locoque a se id nomen fecerint. Post portus Panormus cum templo Ephesiæ Dianæ, deinde ipsa urbs Ephesus. In eadem ora paululum supra mare Ortygia est, lucus elegans omnis generis arboribus, plurima tamen cupresso. Per eum Cenchrius labitur fluvius, quo se abluisse a partu Latonam perhibent. Istis enim in locis partum Latonæ ponunt fabulæ, et Ortygiam nutricem et adytum, in quo enixa fuerit, et proximam oleam, sub qua primum soluta doloribus dea acquieverit. Supra lucum mons est situs Solmissus: in quo stantes aiunt Curetas armorum sonitu Junonem, rivalitatis causa insidiantem, absterruisse, et, ut occulte pareret, Latonæ adjumento fuisse. Quum autem plura sint ibi templa, antiqua alia, alia recentia: in antiquis vetusta sunt simulacra, in novis Scopæ (σκολιὰ codd.) opera, Latona sceptrum tenens et adstans Ortygia, utraque manu infantem gestans. Quotannis ibi solemnis celebratur festivitas: et consuetudine quadam adolescentes certatim conviviis maxime tunc apparandis splendere student; verum etiam Curetum collegium tunc convivia agitat, et mystica quædam sacrificia peragit.

21. Urbem initio habuerunt Cares et Leleges, quorum plerosque quum ejecisset Androclus, cum iis, quos secum adduxerat, domicilia posuit circa Athenæum et Hypelæum, occupatis etiam locis nonnullis ad Coressum montem adjacentibus. Ita habitatum fuit usque ad Crœsi tempora: deinde a montanis degressi, circa templum, quod nunc est, sedes habuerunt usque ad Alexandrum. Lysimachus autem quum urbem, ut hodie exstat, muris cinxisset, et vi-

τηρήσας καταρράκτην ὄμβρον συνήργησε καὶ αὐτὸς καὶ τοὺς ῥινούχους ἐνέφραξεν, ὥστε κατακλύσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ μετέστησαν ἄσμενοι. ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην ἀπὸ τῆς γυναικὸς τὴν πόλιν, ἐπεκράτησε μέντοι τὸ ἀρχαῖον ὄνομα. ἦν δὲ γερουσία καταγραφομένη, τούτοις δὲ συνῆεσαν οἱ ἐπίκλητοι καλούμενοι καὶ διῴκουν πάντα.

22. Τὸν δὲ νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω· ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν, ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν συνενέγκαντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας, διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας· τούτων δὲ μαρτύριά ἐστι τὰ γενηθέντα τότε ψηφίσματα, ἅπερ ἀγνοοῦντά φησιν ὁ Ἀρτεμίδωρος τὸν Ταυρομενίτην Τίμαιον, καὶ ἄλλως βάσκανον ὄντα καὶ συκοφάντην (διὸ καὶ Ἐπιτίμαιον κληθῆναι), λέγειν, ὡς ἐκ τῶν Περσικῶν παρακαταθηκῶν ἐποιήσαντο τοῦ ἱεροῦ τὴν ἐπισκευήν· οὔτε δὲ ὑπάρξαι παρακαταθήκας τότε, εἴ τε ὑπῆρξαν, συνεμπεπρῆσθαι τῷ ναῷ· μετὰ δὲ τὴν ἔμπρησιν τῆς ὀροφῆς ἠφανισμένης, ἐν ὑπαίθρῳ τῷ σηκῷ τίνα ἂν ἐθελῆσαι παρακαταθήκην κειμένην ἔχειν;. Ἀλέξανδρον δὴ τοῖς Ἐφεσίοις ὑποσχέσθαι τὰ γεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἀναλώματα, ἐφ' ᾧ τε τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὸν ἔχειν, τοὺς δὲ μὴ ἐθελῆσαι, πολὺ μᾶλλον οὐκ ἂν ἐθελήσαντας ἐξ ἱεροσυλίας καὶ ἀποστερήσεως φιλοδοξεῖν· ἐπαινεῖ τε τὸν εἰπόντα τῶν Ἐφεσίων πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς οὐ πρέποι θεῷ θεοῖς ἀναθήματα κατασκευάζειν.

23. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ νεὼ συντέλειαν, ὅν φησιν εἶναι Χειροκράτους ἔργον (τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν· τὸν δ' αὐτὸν ὑποσχέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τὸν Ἄθω διασκευάσειν εἰς αὐτόν, ὡσανεὶ ἐκ πρόχου τινὸς εἰς φιάλην καταχέοντα σπονδήν, ποιήσοντα πόλεις δύο, τὴν μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ ὄρους, τὴν δ' ἐν ἀριστερᾷ, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν ῥέοντα ποταμόν), μετὰ δ' οὖν τὸν νεὼν τὸ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων πλῆθος εὑρέσθαι τῇ ἐκτιμήσει τῶν δημιουργῶν, τὸν δὲ δὴ βωμὸν εἶναι τῶν Πραξιτέλους ἔργων ἅπαντα σχεδόν τι πλήρη. ἡμῖν δ' ἐδείκνυτο καὶ τῶν Θράσωνός τινα, οὗπερ καὶ τὸ Ἑκατήσιόν ἐστι καὶ ἡ κρήνη Πηνελόπη καὶ ἡ πρεσβῦτις ἡ Εὐρύκλεια. ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντες ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ· συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. νυνὶ δὲ τὰ μὲν φυλάττεται τῶν νομίμων, τὰ δ' ἧττον, ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν καὶ πρότερον· τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις, Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον, Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως· ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν, ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.

deret, oppidanos non libenter e prioribus sedibus migrare: exspectato præcipiti imbre, ipse eum adjuvit, obstructis, per quas aqua effluere solebat, cloacis, ita ut, diluvio urbem infestante, non gravate cives transirent, quo volebat. Urbi nomen Arsinoam fecit ab uxore sua, sed vetus obtinuit. Erat ad regendam civitatem senatus conscriptus: qui adjunctis, quos Adscititios vocabant, omnia gubernabant.

22. Templum Dianæ primus architectatus est Chersiphron; alius deinde majus fecit. Quod quum Herostratus quidam combussisset, aliud præstantius exstruxerunt, collato ad hoc mundo muliebri et suis facultatibus, prioribus etiam columnis venditis. Testantur hoc, quæ tum facta sunt decreta: quæ ignorantem ait Artemidorus Timæum Tauromenitam, hominem alioqui invidum et calumniatorem, ac cui propterea nomen Epitimæi, *id est reprehensoris*, factum sit, scripsisse, id templum eos e depositis Persarum condidisse; atqui neque ulla tum fuisse deposita, et si qua fuissent, cum templo conflagrasse; quumque post incendium culmine careret, quemnam voluisse sub divo depositum suum in templo condere? Porro Alexandrum promisisse Ephesiis, et factos sumptus se compensaturum, et facturum de suo reliquos, ea lege, ut ipsum operi inscriberent; id renuisse Ephesios, qui multo minus utique voluissent e sacrilegio et rapto gloriam sibi quærere; laudatque eum Ephesium, qui Alexandro dixerit: non esse conveniens, ut deus diis donaria apparet.

23. Post consummationem templi, quod ait opus esse Chirocratis [*Dinocratis?*], (ab eodem esse etiam Alexandriam ædificatam; porro eundem promisisse Alexandro, velle se Atho montem ita ad ipsius similitudinem effingere, ut tanquam libans e gutto quodam effunderet in pateram fluvium, et duas facere urbes, unam ad dextram, alteram ad sinistram montis et labentem ab altera in alteram fluvium), confecto igitur templo Ephesios reliquorum donariorum multitudinem sibi comparasse æstimatione artificum: aram vero totam ferme oppletam esse operibus Praxitelis. Nobis etiam Thrasonis quædam monstrata sunt, cujus est Hecatesium et fons[?*et*] Penelope et anus Eurycléa. Sacerdotes habebant eunuchos, qui Megabyzi vocabantur, etiam aliunde subinde aliquos arcessentes isto munere dignos, qui in magno erant honore; collegas sacerdotii eis esse oportebat virgines. Hodie istorum institutorum alia servantur, alia negliguntur. Asyli jus templum habuit et olim et nunc. Sed istius libertatis fines ut sæpius mutarentur, usu venit. Alexander asylo stadium largitus est; Mithridates quantum sagitta ab angulo tecti emissa contingeret, quod stadio paulo longius spatium putaret; Antonius id duplicavit, partemque urbis asylo adjecit. Visum fuit hoc damnosum, et maleficis urbem in potestatem hoc pacto dedi: itaque abrogavit Augustus Cæsar.

24. Ἔχει δ' ἡ πόλις καὶ νεώρια καὶ λιμένα· βραχύστομον δ' ἐποίησαν οἱ ἀρχιτέκτονες, συνεξαπατηθέντες τῷ κελεύσαντι βασιλεῖ. οὗτος δ' ἦν Ἄτταλος ὁ Φιλάδελφος· οἰηθεὶς γὰρ οὗτος βαθὺν τὸν εἴσπλουν ὁλκάσι μεγάλαις ἔσεσθαι καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα, τεναγώδη ὄντα πρότερον διὰ τὰς ἐκ τοῦ Καΰστρου προσχώσεις, ἐὰν παραβληθῇ χῶμα τῷ στόματι, πλατεῖ τελέως ὄντι, ἐκέλευσε γενέσθαι τὸ χῶμα. συνέβη δὲ τοὐναντίον· ἐντὸς γὰρ ἡ χοῦς εἰργομένη τεναγίζειν μᾶλλον ἐποίησε τὸν λιμένα σύμπαντα μέχρι τοῦ στόματος· πρότερον δ' ἱκανῶς αἱ πλημμυρίδες καὶ ἡ παλίρροια τοῦ πελάγους ἀφῄρει τὴν χοῦν καὶ ἀνέσπα πρὸς τὸ ἐκτός. ὁ μὲν οὖν λιμὴν τοιοῦτος· ἡ δὲ πόλις τῇ πρὸς τὰ ἄλλα εὐκαιρίᾳ τῶν τόπων αὔξεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐμπόριον οὖσα μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου.

25. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος καὶ Ἑρμόδωρος, περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτός φησιν· « Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον, φάντες, Ἡμέων μηδεὶς ὀνήιστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων· » δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. καὶ Ἱππῶναξ δ' ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου καὶ Παρράσιος ὁ ζωγράφος καὶ Ἀπελλῆς, τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποίημα.

26. Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Καΰστρου λίμνη ἐστὶν ἐκ τοῦ πελάγους ἀναχεομένη, καλεῖται δὲ Σελινουσία, καὶ ἐφεξῆς ἄλλη σύρρους αὐτῇ, μεγάλας ἔχουσαι προσόδους· ἃς οἱ βασιλεῖς μέν, ἱερὰς οὔσας, ἀφείλοντο τὴν θεόν, Ῥωμαῖοι δ' ἀπέδοσαν· πάλιν δ' οἱ δημοσιῶναι βιασάμενοι περιέστησαν εἰς ἑαυτοὺς τὰ τέλη, πρεσβεύσας δὲ ὁ Ἀρτεμίδωρος, ὥς φησι, τάς τε λίμνας ἀπέλαβε τῇ θεῷ, καὶ τὴν Ἡρακλεῶτιν ἀφισταμένην ἐξενίκησε, κριθεὶς ἐν Ῥώμῃ· ἀντὶ δὲ τούτων εἰκόνα χρυσῆν ἀνέστησεν ἡ πόλις ἐν τῷ ἱερῷ. τῆς δὲ λίμνης ἐν τῷ κοιλοτάτῳ βασιλέως ἐστὶν ἱερόν· φασὶ δ' Ἀγαμέμνονος ἵδρυμα.

27. Εἶτα τὸ Γαλλήσιον ὄρος καὶ ἡ Κολοφών, πόλις Ἰωνική, καὶ τὸ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν. λέγεται δὲ Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον πεζῇ δεῦρο ἀφικέσθαι, περιτυχὼν δ' ἑαυτοῦ κρείττονι μάντει κατὰ τὴν Κλάρον, Μόψῳ τῷ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρός, διὰ λύπην ἀποθανεῖν. Ἡσίοδος μὲν οὖν οὕτω πως διασκευάζει τὸν μῦθον· προτεῖναι γάρ τι τοιοῦτο τῷ Μόψῳ τὸν Κάλχαντα·

θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμόν, ὅσους ἐρινειὸς ὀλύνθους
οὗτος ἔχει, μικρός περ ἐών· εἴποις ἂν ἀριθμόν;

τὸν δ' ἀποκρίνασθαι·

24. Urbs et navalia habet et portum : sed ejus os breve fecerunt architecti, una cum rege jubente decepti. Is fuit Attalus Philadelphus. Opinatus enim profundum fore et aditum magnis navibus onerariis et ipsum portum, qui vadosus alias erat ob aggestum e Caystro limum, si adjiceretur agger ori portus quod valde latum tunc erat, fieri jussit aggerem. Sed contrarium evenit; intus enim coarctatus limus fecit ut universus portus vadosior ad ipsum usque os fieret, quum ante æstus maris reciprocans limum satis auferret ac foras evelleret. Talis ergo portus est. Urbs ipsa ob reliquam situs opportunitatem quotidie augetur, estque emporium Asiæ eorum, quæ sunt intra Taurum, maximum.

25. Viri in ea memorabiles nati sunt antiquis temporibus Heraclitus, Tenebricosus cognominatus, et Metrodorus, de quo sic Heraclitus : « Digni sunt Ephesii, qui ad puerum usque omnes strangulentur, quod Hermodorum, virum inter ipsos frugi, ejecerunt, dicentes : Nemo de nobis unus excellat; sed si quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit. » Is Hermodorus videtur quasdam leges Romanis scripsisse. Hipponax quoque poeta Ephesius fuit, et Parrhasius atque Apelles pictores; de recentioribus Alexander fuit orator, cognomento Lychnus; is et rempublicam gessit, et historiam conscripsit ac versus reliquit de rerum cœlestium ac orbis terrestris partium descriptione, editis de singulis earum poematibus.

26. Post Caystri ostia lacus est a mari effusus, nomine Selinusia, aliaque deinceps in hanc influens; amplos eæ præbent reditus; quas deæ consecratas quum suas fecissent reges, Romani restituerunt; publicani autem vi rursum ad se vectigalia rapuerunt; Artemidorus vero missus (ut ipse narrat) legatus quum lacus deæ restitui curavit tum Heracleotidem, quæ desciverat, Romæ dicta causa civibus reddidit : pro quibus meritis ei civitas auream in templo posuit statuam. In cavissima lacus parte fanum est regis, dedicatum (ut aiunt) ab Agamemnone.

27. Sequitur Gallesius mons et Colophon, urbs Ionica, anteque hanc Clarii Apollinis lucus, in quo antiquitus oraculum fuit. Memoriæ proditum est, Calchantem cum Amphilocho, Amphiarai filio, a Troja pedestri itinere eo venisse, quumque apud Clarum in se meliorem vatem incidisset, Mopsum, Mantûs Tiresia natæ filium, præ mœrore vita excessisse. Ac Hesiodus quidem fabulam sic refert : Mopso Calchantem hoc proposuisse :

Dic mihi (nam nostram tenet admiratio mentem),
quot numero grossos parva hæc habeat caprificus :

respondisse autem Mopsum :

μύριοί εἰσιν ἀριθμόν, ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος·
εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπενθέμεν οὔ κε δύναιο.
Ὣς φάτο· καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου.
Καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψε.

Φερεκύδης δέ φησιν ὗν προβαλεῖν ἔγκυον τὸν Κάλχαντα, πόσους ἔχει χοίρους, τὸν δ' εἰπεῖν, ὅτι τρεῖς, ὧν ἕνα θῆλυν· ἀληθεύσαντος δ', ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης. οἱ δὲ τὸν μὲν Κάλχαντα προβαλεῖν τὴν ὗν φασι, τὸν δὲ τὸν ἐρινεόν, καὶ τὸν μὲν εἰπεῖν τἀληθές, τὸν δὲ μή, ἀποθανεῖν δὲ ὑπὸ λύπης καὶ κατά τι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ· οὗτος δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν μεταφέρει τὴν ἔριν καὶ τὸν θάνατον τοῦ Κάλχαντος. τὰ μὲν παλαιὰ τοιαῦτα.

28. Ἐκτήσαντο δέ ποτε καὶ ναυτικὴν ἀξιόλογον δύναμιν Κολοφώνιοι καὶ ἱππικήν, ἐν ᾗ τοσοῦτον διέφερον τῶν ἄλλων, ὥσθ', ὅπου ποτὲ ἐν τοῖς δυσκαταλύτοις πολέμοις τὸ ἱππικὸν τῶν Κολοφωνίων ἐπικουρήσειε, λύεσθαι τὸν πόλεμον· ἀφ' οὗ καὶ τὴν παροιμίαν ἐκδοθῆναι τὴν λέγουσαν, τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν, ὅταν τέλος ἐπιτεθῇ βέβαιον τῷ πράγματι. ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων Μίμνερμος, αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας, καὶ Ξενοφάνης ὁ φυσικός, ὁ τοὺς σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων· λέγει δὲ Πίνδαρος καὶ Πολύμναστόν τινα τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐλλογίμων·

φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός·

καὶ Ὅμηρον δέ τινες ἐντεῦθεν εἶναί φασιν. εὐθυπλοίᾳ μὲν οὖν ἑβδομήκοντα στάδιοί εἰσιν ἐξ Ἐφέσου, ἐγκολπίζοντι δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι.

29. Μετὰ δὲ Κολοφῶνα ὄρος Κοράκιον καὶ νησίον ἱερὸν Ἀρτέμιδος, εἰς ὃ διανηχομένας τίκτειν τὰς ἐλάφους πεπιστεύκασιν. εἶτα Λέβεδος, διέχουσα Κολοφῶνος ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· ἐνταῦθα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἡ σύνοδος καὶ κατοικία τῶν ἐν Ἰωνίᾳ μέχρι Ἑλλησπόντου, ἐν ᾗ πανήγυρίς τε καὶ ἀγῶνες κατ' ἔτος συντελοῦνται τῷ Διονύσῳ. ἐν Τέῳ δὲ ᾤκουν πρότερον τῇ ἐφεξῆς πόλει τῶν Ἰώνων· ἐμπεσούσης δὲ στάσεως, εἰς Ἔφεσον κατέφυγον. Ἀττάλου δ' εἰς Μυόννησον αὐτοὺς καταστήσαντος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου, πρεσβεύονται Τήιοι δεόμενοι Ῥωμαίων, μὴ περιιδεῖν ἐπιτειχιζομένην σφίσι τὴν Μυόννησον, οἱ δὲ μετέστησαν εἰς Λέβεδον, δεξαμένων τῶν Λεβεδίων ἀσμένως διὰ τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς ὀλιγανδρίαν. καὶ Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι, μεταξὺ δὲ νῆσος Ἀσπίς, οἱ δ' Ἀρκόννησον καλοῦσι· καὶ ἡ Μυόννησος δὲ ἐφ' ὕψους χερρονησίζοντος κατοικεῖται.

30. Καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα· ἐνθένδ' ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, ἐφ' οὗ Τήιοι, τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν, Θρᾳκίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν, ἀφ' οὗ καὶ τοῦτ' εἴρηται·

Ἄβδηρα, καλὴ Τηίων ἀποικία.

Mille tibi decies numerus, mensura medimnus,
unus adhuc superat, quem non comprendere possis.
Dixit: et inventus numerus mensuraque certa est.
At tunc Calchantem subito mors occupat atra.

Pherecydes vero ait a Calchante porcam gravidam fuisse propositam, et de fœtus numero quæstionem; Mopsum respondisse, tres catulos et de his unam femellam; idque re comprobante, ægritudine animi exstinctum fuisse Calchantem. Alii Calchantem de sue, de caprifico Mopsum quæsivisse: et hunc verum respondisse, illum non: ideoque mortuum esse præ mœrore et secundum oraculum quoddam; id Sophocles in Repetitone Helenæ commemorat: in fatis nempe Calchanti fuisse, ut moreretur, ubi in se meliorem vatem incidisset: idem hanc concertationem et mortem Calchantis in Ciliciam transfert. Atque prisca quidem talia sunt.

28. Quondam et nauticas copias memorabiles habuerunt et equitatum, quo ita ceteris præstabant, ut, ubicunque bellum aliquod ambiguum esset, Colophonio equitatu superveniente id dirimeretur; unde etiam ortum ferunt proverbium, *Colophonem imposuit,* quando res stabili fine aliqua absolvitur. Colophonii viri, quorum memoria vivit, fuerunt Mimnermus, tibicen juxta et elegiæ scriptor, atque Xenophanes physicus, qui sillos versibus condidit. Pindarus etiam Polymnastum quendam refert musica arte clarum:

Commune dictum Polymnasti audivisti, viri Colophonii.

Quidam Homerum quoque natum Colophone autumant. Ab Epheso Colophonem recta naviganti iter est septuaginta stadiorum: sinus intranti centum viginti.

29. Post Colophonem mons Coracius sequitur, et parva insula Dianæ sacra, in quam transnatare cervas, ut pariant ibi, credunt. Deinde Lebedus, a Colophone distans stadia centum viginti. Ibi scenicorum artificum conventus et domicilium est, qui in Ionia sunt ad Hellespontum usque; in eo solennis conventus, et certamina quotannis in honorem Bacchi agitantur. Teos, proxima deinceps Ioniæ urbs, ante eorum fuerat sedes; sed quum incidisset seditio, Ephesum confugerunt. Quumque Attalus eos in Myonnesum traduxisset, quæ est inter Teon et Lebedum: missis legatis Teii a Romanis petiverunt, ne contra se ii paterentur muniri Myonnesum; ita illi Lebedum commigraverunt, Lebediis ob hominum penuriam, qua tum premebantur, eos perlibenter recipientibus. Teos a Lebedo distat stadia centum viginti. In medio est insula Aspis, aliis Arconnesus dicta; tum Myonnesus in excelso loco peninsulam referente habitatur.

30. Teos quoque sita est in peninsula, et portum habet, patria Anacreontis, lyrici poetæ, cujus ætate Teii, urbe relicta, Abdera migraverunt, Thraciæ urbem, non tolerantes Persarum contumelias: unde et hoc dictum manavit:

Abdera, pulchra Teiorum colonia

πάλιν δ' ἐπανῆλθόν τινες αὐτῶν χρόνῳ ὕστερον· εἴρηται δὲ καὶ περὶ Ἀπελλικῶντος, ὅτι Τήιος ἦν κἀκεῖνος· γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως. ἔστι καὶ ἄλλος λιμὴν ὁ πρόσβορρος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς πόλεως, Γερραιίδαι.

31. Εἶτα Χαλκιδεῖς [καὶ] ὁ τῆς Χερρονήσου ἰσθμὸς τῆς Τηίων καὶ Ἐρυθραίων· ἐντὸς μὲν οὖν τοῦ ἰσθμοῦ οἰκοῦσιν οὗτοι, ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ ἰσθμῷ Τήιοι καὶ Κλαζομένιοι· τὸ μὲν γὰρ νότιον τοῦ ἰσθμοῦ πλευρὸν ἔχουσι Τήιοι, τοὺς Χαλκιδέας, τὸ δὲ πρόσβορρον Κλαζομένιοι, καθ' ὃ συνάπτουσι τῇ Ἐρυθραίᾳ. κεῖται δ' Ὑποκρημνος ὁ τόπος ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τοῦ ἰσθμοῦ, ἐντὸς μὲν ἀπολαμβάνων τὴν Ἐρυθραίαν, ἐκτὸς δὲ τὴν τῶν Κλαζομενίων. ὑπέρκειται δὲ τῶν Χαλκιδέων ἄλσος καθιερωμένον Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, καὶ ἀγὼν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰώνων Ἀλεξάνδρεια καταγγέλλεται, συντελούμενος ἐνταῦθα. ἡ δ' ὑπέρβασις τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀλεξανδρείου καὶ τῶν Χαλκιδέων μέχρι τοῦ Ὑποκρήμνου πεντήκοντά εἰσι στάδιοι, ὁ δὲ περίπλους πλείους ἢ χίλιοι. κατὰ μέσον δέ που τὸν περίπλουν αἱ Ἐρυθραί, πόλις Ἰωνική, λιμένα ἔχουσα, καὶ νησῖδας προκειμένας τέτταρας Ἵππους καλουμένας.

32. Πρὶν δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθράς, πρῶτον μὲν Ἔραι πολίχνιόν ἐστι Τηίων· εἶτα Κώρυκος, ὄρος ὑψηλόν, καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ Κασύστης καὶ ἄλλος Ἐρυθρᾶς λιμὴν καλούμενος καὶ ἐφεξῆς πλείους ἕτεροι. φασὶ δὲ τὸν παράπλουν τοῦ Κωρύκου πάντα λῃστήριον ὑπάρξαι τῶν Κωρυκαίων καλουμένων, εὑρομένων τρόπον καινὸν τῆς ἐπιβουλῆς τῶν πλοϊζομένων· κατεσπαρμένους γὰρ ἐν τοῖς λιμέσι τοῖς καθορμιζομένοις ἐμπόροις προσφοιτᾶν καὶ ὠτακουστεῖν, τί φέροιεν καὶ ποῦ πλέοιεν, εἶτα συνελθόντας ἀναχθεῖσι τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθεσθαι καὶ καθαρπάζειν· ἀφ' οὗ δὴ πάντα τὸν πολυπράγμονα καὶ κατακούειν ἐπιχειροῦντα τῶν λάθρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ διαλεγομένων Κωρυκαῖον καλοῦμεν, καὶ ἐν παροιμίᾳ φαμέν·

τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο,

ὅταν δοκῇ τις πράττειν δι' ἀπορρήτων ἢ λαλεῖν, μὴ λανθάνῃ δὲ διὰ τοὺς κατασκοποῦντας καὶ φιλοπευστοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα.

33. Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἁλόννησος νησίον· εἶτα τὸ Ἄργεννον, ἄκρα τῆς Ἐρυθραίας πλησιάζουσα μάλιστα τῷ Χίων Ποσειδίῳ, ποιοῦντι πορθμὸν ὅσον ἑξήκοντα σταδίων. μεταξὺ δὲ τῶν Ἐρυθρῶν καὶ τοῦ Ὑποκρήμνου Μίμας ἐστὶν ὄρος ὑψηλόν, εὔθηρον, πολύδενδρον· εἶτα κώμη Κυβελία καὶ ἄκρα Μέλαινα καλουμένη, μύλων ἔχουσα λατόμιον.

34. Ἐκ δ' Ἐρυθρῶν Σίβυλλά ἐστιν, ἔνθους καὶ μαντικὴ γυνὴ τῶν ἀρχαίων τις· κατ' Ἀλέξανδρον δὲ ἄλλη ἦν τὸν αὐτὸν τρόπον μαντική, καλουμένη Ἀθηναΐς, ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως· καὶ καθ' ἡμᾶς Ἡρακλείδης Ἡροφίλειος ἰατρός, συσχολαστὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Μυός.

Inferioribus tamen temporibus quidam in patriam redierunt. Apellicontem quoque Teium fuisse diximus supra (13, 1, 54). Porro Hecatæus, historiæ scriptor, ex eadem urbe fuit. Est et alius portus septentrioni obversus et triginta ab urbe distans stadiis, Gerræidæ.

31. Deinde Chalcides et isthmus peninsulæ Teiorum et Erythræorum. Hi intra isthmum habitant: in ipso autem isthmo Teii et Clazomenii; nam austrinum latus isthmi occupaverunt Teii *juxta* [κατὰ] Chalcidenses, septentrionale Clazomenii, qua Erythræos attingunt. Sub *initium isthmi* Hypocremnus est locus, qui intus Erythræum agrum, extra Clazomenium dirimit. Supra Chalcides jacet lucus Alexandro Philippi filio consecratus, et certamen a communitate Ionum indicitur, ibique peragitur, quæ Alexandrea nominantur. Transitus isthmi ab Alexandrio et Chalcidensibus usque ad Hypocremnum quinquaginta sunt stadia, circumnavigatio autem mille et amplius. In media fere circumnavigatione sunt Erythræ, urbs Ionica, portum habens, et quattuor insulas ante eum, quæ Hippi (*id est equi*) vocantur.

32. Antequam Erythras veniatur, primum Eræ sunt, Teiorum oppidum; deinde Corycus, mons sublimis, et sub eo portus Casystes, aliusque Erythras, ac deinceps alii complures. Totum Coryci litus aiunt insessum fuisse a prædonibus, qui Corycæi dicerentur, ac novum navigantibus insidiandi modum invenerint; nam in portibus eos dispersos appellentibus eo mercatoribus se applicuisse, et auscultasse clanculum, quid ii veherent, ac quo navigarent; deinde in unum coivisse, ac navigantes adortos prædam abstulisse. Hinc receptum, ut curiosus quisque et qui sibi studio ducat, clanculum et in occulto colloquentes inaudire, Corycæus appelletur, et in proverbio dicamus,

Nimirum hocce Corycæus inaudiit,

quum quis arcanum se aliquid agere aut dicere opinans, non latet eos, qui ad se nihil pertinentia explorare student.

33. Post Corycum Halonnesus sequitur, parva insula; deinde Argennum est, promontorium Erythrææ, accedens maxime ad Chiorum Posidium, et fretum cum eo conficiens sexaginta circiter stadiorum. Inter Erythras et Hypocremnum Mimas est, mons excelsus, feris abundans et arboribus; deinde pagus Cybelia et promontorium Melæna, ubi molares lapides exscinduntur.

34. Erythris nata fuit priscis temporibus Sibylla, mulier fatidica et divino furore incitata; Alexandri etiam tempore alia fuit similis vates, Athenais nomine, ex eadem urbe oriunda; nostra autem ætate Heraclides, Herophileus medicus, scholæ socius Apollonio, qui Mys (*id est Mus*) cognominabatur.

35. Ἡ δὲ Χίος τὸν μὲν περίπλουν ἐστὶ σταδίων ἐνναχοσίων παρὰ γῆν φερομένῳ, πόλιν δ' ἔχει εὐλίμενον καὶ ναύσταθμον ναυσὶν ὀγδοήκοντα. ἐν δὲ τῷ περίπλῳ δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχοντι ἀπὸ τῆς πόλεως πρῶτον μέν ἐστι τὸ Ποσείδιον, εἶτα Φάναι, λιμὴν βαθύς, καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος καὶ ἄλσος φοινίκων· εἶτα Νότιον, ὕφορμος αἰγιαλός· εἶτα Λαΐους, καὶ οὗτος ὕφορμος αἰγιαλός, ὅθεν εἰς τὴν πόλιν ἑξήκοντα σταδίων ἰσθμός· περίπλους δὲ τριακοσίων ἑξήκοντα, ὃν ἐπήλθομεν. εἶτα Μέλαινα ἄκρα, καθ' ἣν τὰ Ψύρα, νῆσος ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων τῆς ἄκρας, ὑψηλή, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα· κύκλος δὲ τῆς νήσου τετταράκοντα στάδιοι. εἶθ' ἡ Ἀριουσία χώρα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, σταδίων ὅσον τριάκοντα, οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν. εἶτα τὸ Πελιναῖον ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐν τῇ νήσῳ. ἔχει δ' ἡ νῆσος καὶ λατόμιον μαρμάρου λίθου. ἄνδρες δὲ Χῖοι γεγόνασιν ἐλλόγιμοι Ἴων τε ὁ τραγικὸς καὶ Θεόπομπος ὁ συγγραφεὺς καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστής· οὗτοι δὲ καὶ ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις. ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι, μαρτύριον μέγα τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους ἀπὸ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι, ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται·

ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοί.

ἐκέκτηντο δὲ καὶ ναυτικόν ποτε Χῖοι, καὶ ἀνθήπτοντο τῆς κατὰ θάλατταν ἀρχῆς καὶ ἐλευθερίας. ἐκ Χίου δ' ἐς Λέσβον νότῳ τετρακόσιοί που στάδιοι.

36. Ἐκ δὲ τοῦ Ὑποκρήμνου Χύτριόν ἐστι τόπος, ὅπου πρότερον ἵδρυντο Κλαζομεναί· εἶθ' ἡ νῦν πόλις, νησία ἔχουσα προκείμενα ὀκτὼ γεωργούμενα· Κλαζομένιος δ' ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς Ἀναξαγόρας ὁ φυσικός, Ἀναξιμένους ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου· διήκουσαν δὲ τούτου Ἀρχέλαος ὁ φυσικὸς καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής. εἶθ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ θερμὰ ὕδατα καὶ ὁ Σμυρναίων κόλπος καὶ ἡ πόλις.

37. Ἑξῆς δὲ ἄλλος κόλπος, ἐν ᾧ ἡ παλαιὰ Σμύρνα ἀπὸ εἴκοσι σταδίων τῆς νῦν. Λυδῶν δὲ κατασπασάντων τὴν Σμύρναν, περὶ τετρακόσια ἔτη διετέλεσεν οἰκουμένη κωμηδόν· εἶτα ἀνήγειρεν αὐτὴν Ἀντίγονος, καὶ μετὰ ταῦτα Λυσίμαχος, καὶ νῦν ἐστι καλλίστη τῶν πασῶν, μέρος μέν τι ἔχουσα ἐπ' ὄρει τετειχισμένον, τὸ δὲ πλέον ἐν πεδίῳ πρὸς τῷ λιμένι καὶ πρὸς τῷ Μητρῴῳ καὶ πρὸς γυμνασίῳ. ἔστι δ' ἡ ῥυμοτομία διάφορος ἐπ' εὐθειῶν εἰς δύναμιν καὶ αἱ ὁδοὶ λιθόστρωτοι στοαί τε μεγάλαι τετράγωνοι, ἐπίπεδοί τε καὶ ὑπερῷοι· ἔστι δὲ καὶ βιβλιοθήκη καὶ τὸ Ὁμήρειον, στοὰ τετράγωνος, ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξόανον· μεταποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ, καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ' αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται. ῥεῖ δὲ πλησίον τοῦ τείχους ὁ Μέλης ποταμός. ἔστι δὲ πρὸς τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τῆς πόλεως καὶ λιμὴν κλειστός. ἓν δ' ἐλάττωμα τῶν ἀρχιτεκτόνων οὐ μικρόν, ὅτι τὰς ὁδοὺς στορεννύντες, ὑπορρύσεις οὐκ ἔδωκαν αὐταῖς, ἀλλ' ἐπιπολάζει τὰ σκύβαλα, καὶ μάλιστα

35. Chii ambitus, si quis litus legat, stadiorum est nongentorum; urbem habet bono portu instructam, et stationem navium octoginta capacem. Si ab urbe insulam circumvehare, eam ad dextram habens, primo est Posidium; deinde Phanæ, portus profundus, et templum Apollinis ac palmarum lucus; deinde Notium, litus stationi aptum; deinde Laiûs (*Lainûs?*), litus pariter stationi aptum, unde ad urbem isthmus est sexaginta stadiorum, circumnavigatio autem, quam modo obivimus, stadiorum trecentorum. Tum Melæna promontorium, juxta quod Psyra, insula sublimis, a promontorio stadia distans quinquaginta, urbem ejusdem nominis habens, ambitum stadiorum quadraginta. Deinde Ariusia regio, aspera et importuosa, stadiorum fere trecentorum, vinum ferens omnium Græcanicorum optimum. Tum Pelinæus mons, omnium ejus insulæ altissimus. Habet hæc insula etiam secturam marmoris. Viri illustres Chii fuerunt Ion tragicus et Theopompus historicus et Theocritus sophista: hi quidem etiam de republica gerenda concertaverunt. Homerum quoque Chii sibi vindicant, magnumque argumentum proferunt Homeridas, qui e stirpe Homeri sunt: horum et Pindarus (*Nem.* 2, 1) meminit:

Unde et Homeridæ
sutilium cantores carminum plerumque...

Classem quoque aliquando habuerunt Chii, et imperium maris libertatemque attentaverunt. A Chio ad Lesbum navigatio est quadringentorum fere stadiorum.

36. Post Hypocremnum Chytrium est, ubi prius sitæ fuerunt Clazomenæ; deinde quæ nunc est Clazomeniorum urbs, sitæque ante urbem octo minutæ insulæ, quarum ager colitur. Clazomenius illustris vir fuit Anaxogoras physicus, Anaximenis Milesii discipulus; hunc audiverunt Archelaus physicus et Euripides poeta. Sequitur Apollinis fanum et aquæ calidæ, tum sinus Smyrnæus atque ipsa Smyrna.

37. Inde alius sinus, in quo vetus Smyrna, viginti stadiis a nova. Quum Lydi Smyrnam diruissent, per quadringentos exinde annos per pagos habitatum ibi fuit; instauravit deinde urbem Antigonus, ac postea Lysimachus, et hodie omnium est pulcherrima; pars ejus in monte est ædificata, major in planitie ad portum et Magnæ Matris templum et gymnasium. Vici præclare sunt, quantum ejus fieri potuit, ad rectos angulos diducti; viæ lapidibus instratæ, porticus magnæ et quadratæ, inferæ et superæ; est etiam bibliotheca et Homereum, scilicet porticus quadrata templum habens Homeri et simulacrum; nam Smyrnæi quoque Homerum sibi acriter vindicant, et nomisma quoddam æreum apud eos Homereum vocatur. Muro vicinus labitur Meles fluvius. Præter reliquum urbis apparatum portus etiam est, qui claudi potest. Unum hoc non leve est architectorum peccatum, quod, quum vias sternerent, non fecere cloacas; quo factum, ut stercora super-

ἐν τοῖς ὄμβροις ἐπαφιεμένων τῶν ἀποσκευῶν. ἐνταῦθα Δολοβέλλας Τρεβώνιον ἐκπολιορκήσας ἀνεῖλεν, ἕνα τῶν δολοφονησάντων Καίσαρα τὸν Θεόν, καὶ τῆς πόλεως παρέλυσε πολλὰ μέρη.

38. Μετὰ δὲ Σμύρναν αἱ Λεῦκαι πολίχνιον, ὃ ἀπέστησεν Ἀριστόνικος μετὰ τὴν Ἀττάλου τοῦ Φιλομήτορος τελευτήν, δοκῶν τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν βασιλέων καὶ διανοούμενος εἰς ἑαυτὸν ποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν· ἐντεῦθεν μὲν οὖν ἐξέπεσεν, ἡττηθεὶς ναυμαχίᾳ περὶ τὴν Κυμαίαν ὑπὸ Ἐφεσίων, εἰς δὲ τὴν μεσόγαιαν ἀνιὼν ἤθροισε διὰ ταχέων πλῆθος ἀπόρων τε ἀνθρώπων καὶ δούλων ἐπ' ἐλευθερίᾳ κατακεκλημένων, οὓς Ἡλιοπολίτας ἐκάλεσε. πρῶτον μὲν οὖν παρεισέπεσεν εἰς Θυάτειρα, εἶτ' Ἀπολλωνίδα ἔσχεν, εἶτ' ἄλλων ἐφίετο φρουρίων· οὐ πολὺν δὲ διεγένετο χρόνον, ἀλλ' εὐθὺς αἵ τε πόλεις ἔπεμψαν πλῆθος, καὶ Νικομήδης ὁ Βιθυνὸς ἐπεκούρησε καὶ οἱ τῶν Καππαδόκων βασιλεῖς. ἔπειτα πρέσβεις Ῥωμαίων πέντε ἧκον, καὶ μετὰ ταῦτα στρατιὰ καὶ ὕπατος Πόπλιος Κράσσος, καὶ μετὰ ταῦτα Μάρκος Περπέρνας, ὃς καὶ κατέλυσε τὸν πόλεμον, ζωγρίᾳ λαβὼν τὸν Ἀριστόνικον καὶ ἀναπέμψας εἰς Ῥώμην. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέστρεψε τὸν βίον, Περπέρναν δὲ νόσος διέφθειρε, Κράσσος δὲ περὶ Λεύκας, ἐπιθεμένων τινῶν, ἔπεσεν ἐν μάχῃ. Μάνιος δ' Ἀκύλλιος, ἐπελθὼν ὕπατος μετὰ δέκα πρεσβευτῶν, διέταξε τὴν ἐπαρχίαν εἰς τὸ νῦν ἔτι συμμένον τῆς πολιτείας σχῆμα. μετὰ δὲ Λεύκας Φώκαια ἐν κόλπῳ· περὶ δὲ ταύτης εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ Μασσαλίας λόγῳ. εἶθ' οἱ ὅροι τῶν Ἰώνων καὶ τῶν Αἰολέων· εἴρηται δὲ καὶ περὶ τούτων. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Ἰωνικῆς παραλίας λοιπά ἐστι τὰ περὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἐφέσου μέχρι Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Μαιάνδρου. ἔστι δὲ καὶ τὰ χωρία ταῦτα Λυδοῖς καὶ Καρσὶν ἐπίμικτα καὶ τοῖς Ἕλλησι.

39. Πρώτη δ' ἐστὶν ἐξ Ἐφέσου Μαγνησία, πόλις Αἰολίς, λεγομένη δὲ ἐπὶ Μαιάνδρῳ· πλησίον γὰρ αὐτοῦ ἵδρυται· πολὺ δὲ πλησιαίτερον ὁ Ληθαῖος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Μαίανδρον, τὴν δ' ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ Πακτύου τοῦ τῶν Ἐφεσίων ὄρους· ἕτερος δ' ἐστὶ Ληθαῖος ὁ ἐν Γορτύνῃ καὶ ὁ περὶ Τρίκκην, ἐφ' ᾧ ὁ Ἀσκληπιὸς γεννηθῆναι λέγεται, καὶ ἔτι ἐν τοῖς Ἑσπερίταις Λίβυσι. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι ἡ πόλις, ἐφ' ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικόν, λοιδορήσαντα τοὺς βασιλέας διὰ διστίχου·

πορφύρεοι μώλωπες, ἀπορρινήματα γάζης
Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.

καὶ λόγιον δ' ἐκπεσεῖν αὐτῷ λέγεται, φυλάττεσθαι τὸν Θώρακα.

40. Δοκοῦσι δ' εἶναι Μάγνητες Δελφῶν ἀπόγονοι, τῶν ἐποικησάντων τὰ Δίδυμα ὄρη ἐν Θετταλίᾳ, περὶ ὧν φησιν Ἡσίοδος·

ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνούς,
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο,
νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

fluitent, maxime imbribus decidentibus, repositoriis ea dimittentibus. Ibi Dolabella Trebonium obsidione captum interfecit, unum de percussoribus divi Cæsaris, multasque urbis partes dejecit.

38. Post Smyrnam sunt Leucæ oppidulum, quod ad defectionem pertraxit Aristonicus post Attali Philometoris mortem, regia se stirpe natum autumans, et sibi regnum vindicare studens. Inde sane ejectus est, quum eum Ephesii apud Cumam navali pugna vicissent. Profectus autem in mediterranea, celeriter multitudinem pauperum et servorum, ad libertatem evocatorum, coegit, quos Heliopolitas appellavit. Ac primum Thyatira invasit, deinde Apollonidem occupavit, post alia adortus est castella. Non duravit autem diu, sed statim contra eum urbes copias miserunt, et Nicomedes Bithynus ac Cappadocum reges contra eum auxilia tulerunt. Quinque deinde Romani venerunt legati, et post hos exercitus cum P. Crasso consule, et post hunc M. Perperna, qui bellum confecit, capto et Romam misso Aristonico. Hic quidem in carcere mortuus est, Perperna morbo exstinctus, Crassus, juxta Leucas insidiis quorundam exceptus, in pugna cecidit. Supervenit M'. Aquillius consul cum decem legatis, et provinciam in hanc, quæ etiamnunc exstat, formam redegit. Post Leucas Phocæa est in sinu, de qua diximus in descriptione Massiliæ (4, 1, 4). Sequuntur confinia Ioniæ et Æolidis; de his quoque dictum est (13, 1, 2, 4). Jam in mediterraneis Ionicæ oræ maritimæ restant quæ in via sunt ab Epheso usque ad Antiochiam et Mæandrum. Hanc quoque regionem Lydi, Cares et Græci permixtim habent.

39. Prima ab Epheso est Magnesia, Æolica urbs, quæ ad Mæandrum cognomento dicitur: vicina est enim Mæandro, sed multo vicinior urbi Lethæus fluvius, qui a Pactya Ephesiorum monte ortus in Mæandrum influit. Alius est Lethæus amnis apud Gortynam; alius apud Triccam, ad quem Æsculapius dicitur natus, et alius apud Hesperitas Libyes. Urbs sita est in campo ad montem, cui nomen Thorax, in quo ferunt in crucem actum Daphitam grammaticum, quod hoc carmine Pergamenos reges incessisset:

Purpureæ vibices, scobs ablimataque gazæ
Lysimachi, Lydos et Phrygiam regitis.

Et ferunt oraculum excidisse, quo jubebatur sibi a Thorace cavere.

40. Magnetes videntur posteritas esse Delphorum, qui Didymos montes in Thessalia habitaverunt, de quibus Hesiodus:

Aut qualis sacros Didymos colit inclyta colles
Dotium apud campumque, feracem Amyrumque Lyæi
virgo intacta, pedes Bœbeide quæ lavit unda.

ἐνταῦθα δ' ἦν καὶ τὸ τῆς Δινδυμήνης ἱερόν, Μητρὸς θεῶν· ἱεράσασθαι δ' αὐτοῦ τὴν Θεμιστοκλέους γυναῖκα, οἱ δὲ θυγατέρα παραδιδόασι· νῦν δ' οὐκ ἔστι τὸ ἱερὸν διὰ τὸ τὴν πόλιν εἰς ἄλλον μετῳκίσθαι τόπον· ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ τῆς Λευκοφρυήνης ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος, ὃ τῷ μὲν μεγέθει τοῦ ναοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων λείπεται τοῦ ἐν Ἐφέσῳ, τῇ δ' εὐρυθμίᾳ καὶ τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σηκοῦ πολὺ διαφέρει· καὶ τῷ μεγέθει ὑπεραίρει πάντας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πλὴν δυεῖν, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ καὶ τοῦ ἐν Διδύμοις. καὶ τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους, εὐτυχήσαντας πολὺν χρόνον· τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον. Καλλῖνος μὲν οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι τῶν Μαγνήτων μέμνηται καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἐφεσίους πολέμῳ, Ἀρχίλοχος δὲ ἤδη φαίνεται γνωρίζων τὴν γενομένην αὐτοῖς συμφοράν·

κλαίειν θάσσων, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά·

ἐξ οὗ καὶ τὸ νεώτερον εἶναι τοῦ Καλλίνου τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. ἄλλης δέ τινος ἐφόδου τῶν Κιμμερίων μέμνηται πρεσβυτέρας ὁ Καλλῖνος, ἐπὰν φῇ·

νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοεργῶν·

ἐν ᾗ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν δηλοῖ.

41. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Μάγνητες Ἡγησίας τε ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου ζήλου, παραφθείρας τὸ καθεστηκὸς ἔθος τὸ Ἀττικόν, καὶ Σίμων ὁ μελοποιός, παραφθείρας καὶ αὐτὸς τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν ἀγωγὴν καὶ τὴν Σιμῳδίαν εἰσαγαγών, καθάπερ ἔτι μᾶλλον Λυσιῳδοὶ καὶ Μαγῳδοί, καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν κιναίδου τινὸς καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν παρὰ τοῖς κιναίδοις διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποιίας· ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν, ἔπειτα Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, μετὰ μέλους δὲ Λῦσις, καὶ ἔτι πρότερος τούτου ὁ Σῖμος. Ἀναξήνορα δὲ τὸν κιθαρῳδὸν ἐξῆρε μὲν καὶ τὰ θέατρα, ἀλλ' ὅτι μάλιστα Ἀντώνιος, ὅς γε καὶ τεττάρων πόλεων ἀπέδειξε φορολόγον, στρατιώτας αὐτῷ συστήσας. καὶ ἡ πατρὶς δ' ἱκανῶς αὐτὸν ηὔξησε, πορφύραν ἐνδύσασα, ἱερώμενον τοῦ Σωσιπόλιδος Διός, καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ. ἔστι δὲ καὶ χαλκῆ εἰκὼν ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπιγραφὴν ἔχουσα·

ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ', οἷος ὅδ' ἐστί, θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῇ.

οὐ στοχασάμενος δὲ ὁ ἐπιγράψας τὸ τελευταῖον γράμμα τοῦ δευτέρου ἔπους παρέλιπε, τοῦ πλάτους τῆς βάσεως μὴ συνεξαρκοῦντος· ὥστε τῆς πόλεως ἀμαθίαν καταγινώσκειν παρέσχε διὰ τὴν ἀμφιβολίαν τὴν περὶ τὴν γραφήν, εἴτε τὴν ὀνομαστικὴν δέχοιτο πτῶσιν τῆς ἐσχάτης προσηγορίας, εἴτε τὴν δοτικήν· πολλοὶ γὰρ χωρὶς τοῦ ι γράφουσι τὰς δοτικὰς καὶ ἐκβάλλουσι δὲ τὸ ἔθος φυσικὴν αἰτίαν οὐκ ἔχον.

Hic fuit etiam Dindymenes templum, Matris deûm; ejus antistitam fuisse quidam uxorem, alii filiam Themistoclis tradunt. Nunc templum non exstat, urbe alio translata; in ea quæ hodie est Magnesia, fanum est Dianæ Leucophryenes, magnitudine quidem templi et multitudine donariorum Ephesio cedens, concinnitate autem et artificiosa delubri structura longe superius; magnitudine etiam omnia Asiatica superat, duobus exceptis, Ephesio et quod Didymis est. Antiquitus evenit Magnetibus, ut funditus a Treribus delerentur, gente Cimbrica, diu lætis usi successibus, deinde vero Ephesii (τὸ δ' ἑξῆς Ἐφεσίους) locum obtinerent. Callinus quidem ita meminit Magnetum, ut qui rebus adhuc secundis uterentur, et in bello contra Ephesios rem feliciter gererent; Archilochus autem videtur jam cognitam habuisse eorum calamitatem :

Plorare Thasiorum mala (τὰ Θασίων, οὐ), haud Magnesiæ :

unde etiam colligi potest, fuisse eum Callino posteriorem. Aliam antiquiorem impressionem Cimmeriorum Callinus memorat, his verbis :

At nunc Cimmeriorum exercitus imminet atrox,

qua Sardium expugnationem innuit.

41. Magnetes viri illustres fuerunt Hegesias, qui inter primos Asiatico dicendi generi studuit, corrumpens receptam consuetudinem Atticam, et Simon tibicen, qui et ipse, vitiata priorum lyricorum consuetudine, Simodiam introduxit, sicut adhuc magis Lysiodi et Magodi; et Cleomachus pugil, qui quum in amorem incidisset cinædi cujusdam et ancillæ, quam cinædus enutriebat, imitatus est cinædorum voces, mores et affectiones; primus vero auctor cinædici sermonis fuit Sotades; eum secutus est Alexander Ætolus; atque hi quidem soluta oratione; Lysis autem carmine, et ante hunc Simus. Porro Anaxenorem citharœdum extulerunt quidem et theatra, sed multo magis Antonius, qui milites stipatores dedit et tributi exactorem e quattuor urbibus fecit; patria quoque ipsum haud mediocriter ornavit, purpura amiciens sacerdotio fungentem Jovis Sosipolidis (urbis servatoris), sicut etiam picta in foro ejus ostendit imago. Est etiam æreum ejus simulacrum in theatro, cui inscripti sunt hi versus (*Homeri*, *Od.* 9, 3):

Est operæ pretium, tales audire canentes,
qualis hic est, qui voce deos exæquat et arte.

Spatio autem non satis considerato, is qui hæc insculpsit ultimam litteram posterioris versus prætermisit, quum basis latitudo eam non admitteret, itaque civitatem inscitiæ coargui effecit scripturæ ambiguitate, quum non liqueat, rectone an dandi casu accipiendum sit αὐδῇ : multi enim absque *i* litera dativos scribunt, moremque utpote a nulla naturali causa profectum tollunt.

42. Μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδὸς ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν Μεσωγίδα ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ καὶ ἐν δεξιᾷ τὸ Μαιάνδρου πεδίον, Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων, Μιλησίων τε καὶ Μυησίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ· ὁ δ' αὐτὸς τρόπος (καὶ) τῆς τοποθεσίας καὶ μέχρι Νύσης καὶ Ἀντιοχείας. ἵδρυται δ' ἡ μὲν τῶν Τραλλιανῶν πόλις ἐπὶ τραπεζίου τινός, ἄκραν ἔχοντος ἐρυμνήν· καὶ τὰ κύκλῳ δ' ἱκανῶς εὐερκῆ· συνοικεῖται δὲ καλῶς, εἴ τις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὑπὸ εὐπόρων ἀνθρώπων, καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῆς εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν· ὧν Πυθόδωρός τε ἦν, ἀνὴρ Νυσαεὺς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἐκεῖσε δὲ μεταβεβηκὼς διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐν τῇ πρὸς Πομπήιον φιλίᾳ διαπρέπων μετ' ὀλίγων· περιεβέβλητο δὲ καὶ οὐσίαν βασιλικὴν πλειόνων ἢ δισχιλίων ταλάντων, ἣν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ πραθεῖσαν διὰ τὴν πρὸς Πομπήιον φιλίαν ἐξωνησάμενος οὐχ ἧττω τοῖς παισὶ κατέλιπε· τούτου δ' ἐστὶ θυγάτηρ Πυθοδωρίς, ἡ νῦν βασιλεύουσα ἐν τῷ Πόντῳ, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. οὗτός [τε] δὴ καθ' ἡμᾶς ἤκμασε καὶ Μηνόδωρος, ἀνὴρ λόγιος καὶ ἄλλως σεμνὸς καὶ βαρύς, ἔχων τὴν ἱερωσύνην τοῦ Διὸς τοῦ Λαρισαίου· κατεστασιάσθη δ' ὑπὸ τῶν Δομετίου τοῦ Ἀηνοβάρβου φίλων, καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν ἐκεῖνος, ὡς ἀφιστάντα τὸ ναυτικόν, πιστεύσας τοῖς ἐνδειξαμένοις. ἐγένοντο δὲ καὶ ῥήτορες ἐπιφανεῖς Διονυσοκλῆς τε καὶ μετὰ ταῦτα Δάμασος ὁ Σκόμβρος. κτίσμα δέ φασιν εἶναι τὰς Τράλλεις Ἀργείων καί τινων Θρᾳκῶν Τραλλίων, ἀφ' ὧν τοὔνομα. τυραννηθῆναι δ' ὀλίγον συνέπεσε χρόνον τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν Κρατίππου παίδων κατὰ τὰ Μιθριδατικά.

43. Νῦσα δ' ἵδρυται πρὸς τῇ Μεσωγίδι τὸ πλέον τῷ ὄρει προσανακεκλιμένη, ἔστι δ' ὥσπερ δίπολις· διαιρεῖ γὰρ αὐτὴν χαράδρα τις, ποιοῦσα φάραγγα, ἧς τὸ μὲν γέφυραν ἐπικειμένην ἔχει, συνάπτουσαν τὰς δύο πόλεις, τὸ δ' ἀμφιθεάτρῳ κεκόσμηται, κρυπτὴν ἔχοντι τὴν ὑπόρρυσιν τῶν χαραδρωδῶν ὑδάτων· τῷ δὲ θεάτρῳ δύο ἄκραι, ὧν τῇ μὲν ὑπόκειται τὸ γυμνάσιον τῶν νέων, τῇ δ' ἀγορὰ καὶ τὸ γεροντικόν· πρὸς δὲ νότον ὑποπέπτωκε τῇ πόλει τὸ πεδίον, καθάπερ καὶ ταῖς Τράλλεσιν.

44. Ἐν δὲ τῇ ὁδῷ τῇ μεταξὺ τῶν Τράλλεων καὶ τῆς Νύσης, κώμη τῶν Νυσαέων ἐστὶν οὐκ ἄπωθεν τῆς πόλεως Ἀχάρακα, ἐν ᾗ τὸ Πλουτώνιον, ἔχον καὶ ἄλσος πολυτελὲς καὶ νεὼν Πλούτωνός τε καὶ Κόρης, καὶ τὸ Χαρώνιον, ἄντρον ὑπερκείμενον τοῦ ἄλσους θαυμαστὸν τῇ φύσει· λέγουσι γὰρ δὴ καὶ τοὺς νοσώδεις καὶ προσέχοντας ταῖς τῶν θεῶν τούτων θεραπείαις φοιτᾶν ἐκεῖσε καὶ διαιτᾶσθαι ἐν τῇ κώμῃ πλησίον τοῦ ἄντρου παρὰ τοῖς ἐμπείροις τῶν ἱερέων, οἳ ἐγκοιμῶνταί τε ὑπὲρ αὐτῶν καὶ διατάττουσιν ἐκ τῶν ὀνείρων τὰς θεραπείας. οὗτοι δ' εἰσὶ καὶ οἱ ἐγκαλοῦντες τὴν τῶν θεῶν ἰατρείαν· ἄγουσι δὲ πολλάκις εἰς τὸ ἄντρον καὶ ἱδρύουσι μένοντας καθ' ἡσυχίαν ἐκεῖ, καθάπερ ἐν φωλεῷ

42. Post Magnesiam via est Tralles versus ad lævam habenti Messogin, ad ipsam viam et a dextra Mæandri campum quem incolunt simul Lydi, Cares, Iones Milesii et Myesii, atque Æolenses Magnesii; eadem est ratio situs locorum usque ad Nysam et Antiochiam. Trallianorum urbs est sita in trapezio quodam, quod verticem habet natura munitum, sicut et circum loca sunt satis probe munita. Civibus optime frequentata est, ut ulla Asianarum urbium alia, opulentis; et semper aliqui eorum sunt principe in provincia loco, quos Asiarchas appellant; de quorum numero fuit Pythodorus, qui Nysæ natus, eo commigravit ob claritatem, interque Pompeii amicos cum paucis floruit; regiæ etiam ei fuerunt opes, ampliores duobus talentûm millibus, quas quum Cæsar publicasset propter ejus cum Pompeio amicitiam, redemit Pythodorus, et non minores liberis suis reliquit. Hujus filia est Pythodoris, quæ nunc in Ponto regnat; de qua dictum supra (12, 3, 29). Is ergo nostra claruit ætate, sicut Menodorus etiam, vir doctus simulque modestus ac gravis, sacerdotio fungens Jovis Larisæi. Hic a factione amicorum Domitii Aenobarbi circumventus, et ab hoc necatus est, quum credidisset ille delatoribus, navales ab eo copias ad defectionem sollicitari. Oratores etiam ibi exstiterunt insignes Dionysocles, et postea Damasus cognomento Scombrus. Conditas Tralles ab Argivis aiunt, et quibusdam Thracibus Tralliis, a quibus nomen urbi factum. Paululum temporis eam tyrannide presserunt Cratippi filii, sub tempus belli Mithridatici.

43. Nysa sub Mesogide sita est, majori parte ad montem eum acclinata. Est quasi in duas divisa urbes; nam convalle quadam torrentis alveus eam distinguit; convallis una pars pontem habet duas urbes conjungentem, altera amphitheatro ornata est, habetque cloacam, per quam occulte defluit torrentis aqua. Ad theatrum duo sunt collium fastigia, quorum alteri subjectum est gymnasium juniorum, alteri forum et senaculum. Versus austrum sub urbem est campus, ut etiam Trallibus.

44. In via inter Tralles et Nysam pagus est Nysæorum haud procul ab urbe, nomine Acharaca; in eo Plutonium est lucum habens pretiosum et templum Plutonis ac Proserpinæ et Charonium antrum superne luco imminens, admirabile. Aiunt enim morbis gravatos et qui horum deorum curationi aliquid tribuunt, eo commeare, et victitare in pago prope antrum apud peritos sacerdotes; hos pro iis incubare, et ex somniis præscribere curationes. Hi sunt, qui etiam deorum remedia invocant (ἐπικαλοῦντες). Adducunt autem sæpius ægrotos in antrum, ibique tanquam in fovea per complures dies morari jubent absque cibo. Interdum ægroti propriis somniis animum adver-

σιτίων χωρὶς ἐπὶ πλείους ἡμέρας. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἰδίοις ἐνυπνίοις οἱ νοσηλευόμενοι προσέχουσι, μυσταγωγοῖς δ' ὅμως καὶ συμβούλοις ἐκείνοις χρῶνται, ὡς ἂν ἱερεῦσι· τοῖς δ' ἄλλοις ἄδυτός ἐστιν ὁ τόπος καὶ ὀλέθριος. πανήγυρις δ' ἐν τοῖς Ἀχαράκοις συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τότε μάλιστα ὁρᾶν ἔστι καὶ ἀκούειν περὶ τῶν τοσούτων τοὺς πανηγυρίζοντας· τότε δὲ καὶ περὶ τὴν μεσημβρίαν ὑπολαβόντες ταῦρον οἱ ἐκ τοῦ γυμνασίου νέοι καὶ ἔφηβοι, γυμνοὶ ἀπαληλιμμένοι, μετὰ σπουδῆς ἀνακομίζουσιν εἰς τὸ ἄντρον· ἀφεθεὶς δέ, μικρὸν προελθὼν πίπτει καὶ ἔκπνους γίνεται.

45. Ἀπὸ δὲ τριάκοντα σταδίων τῆς Νύσης ὑπερβᾶσι Τμῶλον τὸ ὄρος τὴν Μεσωγίδα ἐπὶ τὰ πρὸς τὸν νότον μέρη καλεῖται τόπος Λειμών, εἰς ὃν ἐξοδεύουσι πανηγυριοῦντες Νυσαεῖς τε καὶ οἱ κύκλῳ πάντες· οὐ πόρρω δὲ τούτου στόμιόν ἐστιν ἱερὸν τῶν αὐτῶν θεῶν, ὅ φασι καθήκειν μέχρι τῶν Ἀχαράκων. τοῦτον δὲ τὸν λειμῶνα ὀνομάζειν τὸν ποιητήν φασιν, ὅταν φῇ,

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι,

δεικνύντες Καϋστρίου καὶ Ἀσίου τινὸς ἡρῷον καὶ τὸν Κάυστρον πλησίον ἀπορρέοντα.

46. Ἱστοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφούς, Ἄθυμβρόν τε καὶ Ἀθύμβραδον καὶ Ὕδρηλον, ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, τὰς ἐπωνύμους αὐτῶν κτίσαι πόλεις, λειπανδρῆσαι δ' ὕστερον, ἐξ ἐκείνων δὲ συνοικισθῆναι τὴν Νῦσαν· καὶ νῦν Ἄθυμβρον ἀρχηγέτην νομίζουσιν οἱ Νυσαεῖς.

47. Περίκεινται δὲ ἀξιόλογοι κατοικίαι πέραν τοῦ Μαιάνδρου, Κοσκίνια καὶ Ὀρθωσία· ἐντὸς δὲ Βρίουλα, Μάσταυρα, Ἀχάρακα, καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῷ ὄρει τὰ Ἄρομα (συστέλλοντες τὸ ῥῶ γράμμα)· ὅθεν ἄριστος Μεσωγίτης οἶνος ὁ Ἀρομεύς.

48. Ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἔνδοξοι Νυσαεῖς Ἀπολλώνιός τε ὁ Στωικὸς φιλόσοφος, τῶν Παναιτίου γνωρίμων ἄριστος, καὶ Μενεκράτης, Ἀριστάρχου μαθητής, καὶ Ἀριστόδημος, ἐκείνου υἱός, οὗ διηκούσαμεν ἡμεῖς ἐσχατόγηρω νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ· καὶ Σώστρατος δέ, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ἀριστοδήμου, καὶ ἄλλος Ἀριστόδημος, ἀνεψιὸς αὐτοῦ, ὁ παιδεύσας Μάγνον Πομπήιον, ἀξιόλογοι γεγόνασι γραμματικοί· ὁ δ' ἡμέτερος καὶ ἐρρητόρευε, καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ ἐν τῇ πατρίδι δύο σχολὰς συνεῖχε, πρωὶ μὲν τὴν ῥητορικήν, δείλης δὲ τὴν γραμματικὴν σχολήν· ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῶν Μάγνου παίδων ἐπιστατῶν ἠρκεῖτο τῇ γραμματικῇ σχολῇ.

ΚΕΦ. Β'.

Τὰ δὲ πέραν ἤδη τοῦ Μαιάνδρου, τὰ λειπόμενα τῆς περιοδείας, πάντ' ἐστὶ Καρικά, οὐκέτι τοῖς Λυδοῖς ἐπιμεμιγμένων ἐνταῦθα τῶν Καρῶν, ἀλλ' ἤδη καθ' αὑτοὺς ὄντων, πλὴν εἴ τι Μιλήσιοι καὶ Μυήσιοι τῆς παραλίας ἀποτέτμηνται. ἀρχὴ μὲν οὖν τῆς παραλίας ἐστὶν ἡ τῶν Ῥοδίων περαία πρὸς θαλάττης, τέλος δὲ τὸ Ποσείδιον τῶν Μιλησίων· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου μέχρι Μαιάνδρου. λέγουσι γὰρ ἀρχὴν εἶναι

tunt, tamen illis, utpote sacerdotibus, initiatoribus et consiliariis utentes. Ceteris locus iste inaccessus est et exitiosus. Quotannis festivitas conventu hominum agitur Acharacis, et tunc maxime audire de istis ægrotis (τῶν νοσούντων vel τ. τοιούτων), et videre eos possunt ii qui huc conveniunt. Tunc etiam circa meridiem juvenes et ephebi e gymnasio nudi uncti taurum arreptum in antrum studiose inducunt; qui dimissus, ubi paulum processit, exanimatus concidit.

45. A Nysa triginta stadiis trangresso Mesogidem versus meridionalem Tmoli montis partem (ὑπερβᾶσι τὴν Μ. ἐπὶ τὰ πρὸς τὸν νότον Τμώλου τοῦ ὄρους), locus est, qui Limon, *id est pratum,* dicitur, in quem solemnibus conventibus Nysæi et vicini circum omnes exeunt. Nec procul inde foramen quoddam est, iisdem diis sacrum, quod usque ad Acharaca dicitur pertinere. Pratum autem illud ab Homero putant innui, quando ait (*Il.* 2, 461):

Asiæ in prato,

ostenduntque Caystrii et Asiæ cujusdam heroum ac prope fluentem Caystrum.

46. Memoriæ traditum est venisse Lacedæmone tres fratres, Athymbrum, Athymbradum atque Hydrelum, et urbes condidisse sibi cognomines, quas quum homines deinde defecissent, conductis ex iis incolis Nysam esse conditam. Etiam nunc Nysæi Athymbrum suæ urbis auctorem perhibent.

47. Circumjacent trans Mæandrum memorabiles pagi Coscinia et Orthosia, citra flumen autem Briula, Mastaura, Acharaca, et supra urbem in monte Aroma (brevi *o* litera); unde optimum de vinis Mesogiticis Aromense.

48. Nysæenses viri illustres fuerunt Apollonius Stoicus philosophus, Panætii auditorum optimus, et Menecrates, Aristarchi discipulus, et filius ejus Aristodemus, quem nos jam decrepitum audivimus Nysæ, admodum adolescentes; Sostratus quoque Aristodemi frater, et alius Aristodemus, hujus consobrinus, qui docuit Pompeium Magnum, egregii fuerunt grammatici; noster etiam rhetoricam docuit, et in Rhodo atque in patria duas scholas habuit, ita ut mane rhetoricam, vesperi grammaticam tractaret; sed Romæ filiis Pompeii præfectus, grammatica schola fuit contentus.

CAP. II.

Quæ ultra Mæandrum restant nobis peragranda, omnia Carum jam sunt, non, ut ante, Lydis permixtorum, sed seorsum degentium, nisi si quid oræ maritimæ Milesii et Myesii ad se rapuerunt. Initium oræ Caricæ est Rhodiorum in continente litus, finis Posidium Milesiorum; in mediterraneis terminatur regio extremitatibus Tauri usque ad Mæandrum; nam Tauri principium faciunt montes Che-

τοῦ Ταύρου τὰ ὑπερκείμενα ὄρη τῶν Χελιδονίων καλουμένων νήσων, αἵπερ ἐν μεθορίῳ τῆς Παμφυλίας καὶ τῆς Λυκίας πρόκεινται· ἐντεῦθεν γὰρ ἐξαίρεται πρὸς ὕψος ὁ Ταῦρος· τὸ δ' ἀληθὲς καὶ τὴν Λυκίαν ἅπασαν ὀρεινὴ ῥάχις τοῦ Ταύρου διείργει πρὸς τὰ ἐκτὸς καὶ τὸ νότιον μέρος ἀπὸ τῶν Κιβυρατικῶν μέχρι τῆς περαίας τῶν Ῥοδίων. κἀνταῦθα δ' ἐστὶ συνεχὴς ὀρεινή, πολὺ μέντοι ταπεινοτέρα, καὶ οὐκέτι τοῦ Ταύρου νομίζεται, οὐδὲ τὰ μὲν ἐκτὸς αὐτοῦ, τὰ δ' ἐντός, διὰ τὸ σποράδας εἶναι τὰς ἐξοχὰς καὶ τὰς εἰσοχὰς ἐπίσης [εἴς] τε πλάτος καὶ μῆκος τῆς χώρας ἁπάσης καὶ μηδὲν ἔχειν ὅμοιον διατειχίσματι. ἔστι δ' ἅπας μὲν ὁ περίπλους κατακολπίζοντι σταδίων τετρακισχιλίων ἐνναχοσίων, αὐτὸς δὲ ὁ τῆς περαίας τῶν Ῥοδίων ἐγγὺς χιλίων καὶ πεντακοσίων.

2. Ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα, τῆς Ῥοδίας χωρίον, πέρας δὲ τὸ καλούμενον ὄρος Φοίνιξ, καὶ τοῦτο τῆς Ῥοδίας. πρόκειται δ' Ἐλεοῦσσα νῆσος διέχουσα τῆς Ῥόδου σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἀπὸ Δαιδάλων πλέουσιν ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας τῇ ἐκ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας παραλίᾳ κόλπος ἐστὶν εὐλίμενος, Γλαῦκος καλούμενος, εἶτα τὸ Ἀρτεμίσιον ἄκρα καὶ ἱερόν, εἶτα τὸ Λητῷον ἄλσος· ὑπὲρ αὐτοῦ δὲ καὶ τῆς θαλάττης ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Κάλυνδα πόλις· εἶτα Καῦνος καὶ ποταμὸς πλησίον Κάλβις βαθύς, ἔχων εἰσαγωγήν, καὶ μεταξὺ Πίσιλις.

3. Ἔχει δ' ἡ πόλις νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν· ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ἐν ὕψει φρούριον Ἴμβρος. τῆς δὲ χώρας εὐδαίμονος οὔσης, ἡ πόλις τοῦ θέρους ὁμολογεῖται παρὰ πάντων εἶναι δυσάερος καὶ τοῦ μετοπώρου διὰ τὰ καύματα καὶ τὴν ἀφθονίαν τῶν ὡραίων· καὶ δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα διηγηματια θρυλεῖται, ὅτι Στρατόνικος ὁ κιθαριστὴς ἰδὼν ἐπιμελῶς χλωροὺς τοὺς Καυνίους, τοῦτ' εἶναι ἔφη τὸ τοῦ ποιητοῦ·

οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

μεμφομένων δέ, ὡς σκώπτοιτο αὐτῷ ἡ πόλις ὡς νοσερά, Ἐγώ, ἔφη, ταύτην θαρρήσαιμ' ἂν λέγειν νοσεράν, ὅπου καὶ οἱ νεκροὶ περιπατοῦσιν; ἀπέστησαν δέ ποτε Καύνιοι τῶν Ῥοδίων· κριθέντες δ' ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπελήφθησαν πάλιν· καὶ ἔστι λόγος Μόλωνος κατὰ Καυνίων. φασὶ δ' αὐτοὺς ὁμογλώττους μὲν εἶναι τοῖς Καρσίν, ἀφῖχθαι δ' ἐκ Κρήτης καὶ χρῆσθαι νόμοις ἰδίοις.

4. Ἑξῆς δὲ Φύσκος πολίχνη, λιμένα ἔχουσα, καὶ ἄλσος Λητῷον· εἶτα Λώρυμα, παραλία τραχεῖα καὶ ὄρος ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ· ἐπ' ἄκρῳ δὲ φρούριον ὁμώνυμον τῷ ὄρει Φοίνιξ· πρόκειται δ' ἡ Ἐλεοῦσσα νῆσος ἐν τέτρασι σταδίοις κύκλον ἔχουσα ὅσον ὀκτωστάδιον.

5. Ἡ δὲ τῶν Ῥοδίων πόλις κεῖται μὲν ἐπὶ τοῦ ἑωθινοῦ ἀκρωτηρίου, λιμέσι δὲ καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν, ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μή τί γε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ εὐ-

lidoniis insulis imminentes, quæ jacent ante confinia Lyciæ et Pamphyliæ; inde enim in altum assurgit Taurus; re vera autem universam etiam Lyciam dorsum montis Tauri dirimit quoad exterius et austrinum latus, inde a Cibyraticis usque ad Rhodiorum in continente ditionem. Ceterum in hac quoque continuatur tractus montanus, multo tamen humilior est, nec amplius Tauri putatur esse, neque exteriora ab interioribus distinguere, quia eminentiæ et depressiones per totam regionem secundum longitudinem et latitudinem æqualiter sunt dispersæ, nec quidquam simile habeant septo. Totus oræ circuitus, si quis intret sinus, est stadiorum quater mille et nongentorum; Rhodiæ autem ditionis præternavigatio stadiorum est fere mille et quingentorum.

2. Initium hujus sunt Dædala, Rhodiæ continentis locus, finis mons Phœnix, et ipse Rhodiæ. Ante hunc sita est Eleussa insula, stadiis centum viginti a Rhodo distans. In medio autem, si a Dædalis naviges occidentem versus eadem linea qua ex Cilicia et Pamphylia et Lycia litus extenditur, primum occurrit Glaucus sinus portubus bene instructus, tum Artemisium promontorium cum fano, deinde Latonæ lucus; super eum et mare ad sexaginta stadia urbs Calynda; tum Caunus inque vicinia Calbis, flumen profundum, introitum navibus præbens, et inter hunc et Caunum medius Pisilis.

3. Caunus navalia habet et portum, qui claudi potest; supra eam in sublimi situm est castellum Imbrus. Quanquam autem regio ea felix est, tamen id apud omnes in confesso est, per æstatem et autumnum aerem ibi esse incommodum, ob æstum et abundantiam nimiam pomorum. Quare etiam hujusmodi historiolæ circumferuntur: Stratonicum aiunt citharœdum, quum videret Caunios admodum pallere, dixisse hoc esse illud poetæ (*Il.* 6, 146):

Tale quidem genus est hominum quale est foliorum.

Ac culpantibus eum, quod urbem tanquam morbis obnoxiam subsannaret: « Equidem, respondisse, eam urbem morbosam dixerim, in qua mortui etiam ambulant? » Defecerunt aliquando a Rhodiis Caunii, sed judicio Romanorum ab iis sunt recepti; et exstat oratio Molonis adversus Caunios. Aiunt eos eandem linguam cum Caribus habere, venisse autem e Creta, et usos suis legibus.

4. Sequitur Physcus oppidum cum portu et luco Latonæ; deinde Loryma, litus asperum, et mons eorum qui istic sunt altissimus; in summo autem castellum Phœnix, ejusdem cum monte nominis. Ante eum jacet Eleussa insula, quattuor stadia distans, ambitu octo fere stadiorum.

5. Rhodiorum urbs sita est in promontorio orientali; portubus, viis, muris ceteroque apparatu tantum aliis præstat urbibus, ut non modo meliorem nullam, sed ne parem quidem ullam ei dicere possimus. Admiranda est etiam legum optimarum conservatio, et industria cum aliis

νομία καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν καὶ τὴν περὶ τὰ ναυτικά, ἀφ' ἧς ἐθαλαττοκράτησε πολὺν χρόνον καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο φίλη καὶ τῶν βασιλέων τοῖς φιλορωμαίοις τε καὶ φιλέλλησιν· ἀφ' ὧν αὐτόνομός τε διετέλεσε καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη, ἃ κεῖται τὰ μὲν πλεῖστα ἐν τῷ Διονυσίῳ καὶ τῷ γυμνασίῳ, ἄλλα δ' ἐν ἄλλοις τόποις. ἄριστα δὲ ὅ τε τοῦ Ἡλίου κολοσσός, ὅν φησιν ὁ ποιήσας τὸ ἰαμβεῖον, ὅτι

ἑπτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσών, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων· οὐκ ἀνέστησαν δ' αὐτὸν κατά τι λόγιον. τοῦτό τε δὴ τῶν ἀναθημάτων κράτιστον (τῶν γοῦν ἑπτὰ θεαμάτων ὁμολογεῖται), καὶ αἱ τοῦ Πρωτογένους γραφαί, ὅ τε Ἰάλυσος καὶ ὁ Σάτυρος παρεστὼς στύλῳ, ἐπὶ δὲ τῷ στύλῳ πέρδιξ ἐφειστήκει· πρὸς ὃν οὕτως ἐκεχήνεσαν, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι, νεωστὶ ἀνακειμένου τοῦ πίνακος, ὥστ' ἐκεῖνον ἐθαύμαζον, ὁ δὲ Σάτυρος παρεωρᾶτο, καίτοι σφόδρα κατωρθωμένος· ἐξέπληττον δ' ἔτι μᾶλλον οἱ περδικοτρόφοι, κομίζοντες τοὺς τιθασοὺς καὶ τιθέντες καταντικρύ· ἐφθέγγοντο γὰρ πρὸς τὴν γραφὴν οἱ πέρδικες καὶ ὠχλαγώγουν. ὁρῶν δὲ ὁ Πρωτογένης τὸ ἔργον πάρεργον γεγονὸς ἐδεήθη τῶν τοῦ τεμένους προεστώτων ἐπιτρέψαι παρελθόντα ἐξαλεῖψαι τὸν ὄρνιν, καὶ ἐποίησε. δημοκηδεῖς δ' εἰσὶν οἱ Ῥόδιοι, καίπερ οὐ δημοκρατούμενοι, συνέχειν δ' ὅμως βουλόμενοι τὸ τῶν πενήτων πλῆθος. σιταρχεῖται δὴ ὁ δῆμος καὶ οἱ εὔποροι τοὺς ἐνδεεῖς ὑπολαμβάνουσιν ἔθει τινὶ πατρίῳ, λειτουργίαι τέ τινές εἰσιν † ὀψωνιαζόμενοι, ὥσθ' ἅμα τόν τε πένητα ἔχειν τὴν διατροφὴν καὶ τὴν πόλιν τῶν χρειῶν μὴ καθυστερεῖν, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς ναυστολίας. τῶν δὲ ναυστάθμων τινὰ καὶ κρυπτὰ ἦν καὶ ἀπόρρητα τοῖς πολλοῖς, τῷ δὲ κατοπτεύσαντι ἢ παρελθόντι εἴσω θάνατος ὥριστο ἡ ζημία. κἀνταῦθα δέ, ὥσπερ ἐν Μασσαλίᾳ καὶ Κυζίκῳ, τὰ περὶ τοὺς ἀρχιτέκτονας καὶ τὰς ὀργανοποιίας καὶ θησαυροὺς ὅπλων τε καὶ τῶν ἄλλων ἐσπούδασται διαφερόντως, καὶ ἔτι γε τῶν παρ' ἄλλοις μᾶλλον.

6. Δωριεῖς δ' εἰσίν, ὥσπερ καὶ Ἁλικαρνασεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῷοι. οἱ γὰρ Δωριεῖς οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες μετὰ τὴν Κόδρου τελευτήν, οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν, οἱ δ' εἰς τὴν Ῥόδον καὶ τὰς λεχθείσας ἀρτίως πόλεις ἐμερίσθησαν. ταῦτα δὲ νεώτερα τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων ἐστί· Κνίδος μὲν γὰρ καὶ Ἁλικαρνασὸς οὐδ' ἦν πω, Ῥόδος δ' ἦν καὶ Κῶς, ἀλλ' ᾠκεῖτο ὑφ' Ἡρακλειδῶν. Τληπόλεμος μὲν οὖν ἀνδρωθεὶς

αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα
ἤδη γηράσκοντα, Λικύμνιον.
αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅγε λαὸν ἀγείρας
βῆ φεύγων.

reipublicæ partibus, tum navalibus rebus impensa; quibus freti Rhodii maris imperium diu obtinuerunt, piratas sustulerunt, Romanorumque et regum Græcis Romanisque cupientium amicitiam coluerunt; itaque et libertatem urbs conservavit, et multis donariis exornata est, quorum pleraque in Bacchi sacrario et gymnasio, alia alibi reposita. Præstantissima sunt colossus Solis, quem, ut ait auctor iambici carminis,

Septies decem
Chares cubitorum est fabricatus Lindius.

Jacet nunc, terræ motu prostratus, a genibus confractus; oraculo prohibiti Rhodii, non instauraverunt. Hoc igitur donariorum præclarissimum (idque in septenario numero eorum quæ spectanda mundus habet, collocatur), tum vero etiam Protogenis picturæ, Ialysus et Satyrus columnæ adstans, cui perdix insistebat columnæ. Perdici, quum tabula recens esset posita, ita inhiaverunt, ut videtur, homines, ut illius admiratione Satyrus, quanquam elaboratissimus, negligeretur : et auxerunt admirationem ab iis, qui perdices alebant, allatæ cicures perdices et e regione positæ; nam adversus picturam pipiebant, multitudinemque spectantium oblectabant. Protogenes autem quum animadverteret additamentum pluris quam ipsum opus haberi, a templi præfectis impetrata venia accessit, et avem delevit. Populi etiam curam gerunt Rhodii; etsi enim populari imperio non reguntur, tamen pauperum multitudinem sustinere student. Itaque et frumentum in eam distribuitur, et majorum quodam instituto opulenti tenues sustentant, ac sunt ministeria quædam publica cibos dividentium, ut et alimenta egeni habeant, et ad usus publicos, maxime classem, operæ non desint. In navalibus etiam occulta quædam habebantur et multitudinem celabantur, quæ si quis introspiceret, aut intro ingrederetur, morte multabatur. Hic quoque, ut Massiliæ et Cyzici, de architectis, instrumentorum fabricis et armorum thesauris sollicitudo erat eximia et major etiam quam apud alios.

6. Rhodii, itidem ut Halicarnasenses et Cnidii et Coi, sunt Dorienses. Nam Dorienses qui Megara condiderunt post mortem Codri, partim quidem ibi manserunt, partim vero cum Althæmene Argivo socios se deducendæ in Cretam coloniæ adjunxerunt, partim denique in Rhodum et modo dictas urbes dispersi sunt. Hæc autem Homericis sunt recentiora. Nam hujus ætate Cnidus et Halicarnasus nondum exstiterant, Rhodus et Cos erant, sed ab Heraclidis tenebantur. Tlepolemus enim, ut virilem attigit ætatem (*Il.* 2, 662),

illico patris sui dilectum avunculum interfecit,
jam senescentem Licymnium.
Protinus naves construxit, multoque collecto populo
abiit fugiens.

εἶτά φησιν·

> εἰς Ῥόδον ἷξεν ἀλώμενος,
> τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν καταφυλαδόν.

καὶ τὰς πόλεις ὀνομάζει τὰς τότε,

> Λίνδον, Ἰηλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον,

τῆς Ῥοδίων πόλεως οὔπω συνῳκισμένης. οὐδαμοῦ δὴ ἐνταῦθα Δωριέας ὀνομάζει, ἀλλ', εἰ ἄρα Αἰολέας ἐμφαίνει καὶ Βοιωτούς, εἴπερ ἐκεῖ ἡ κατοικία τοῦ Ἡρακλέους καὶ τοῦ Λικυμνίου· εἰ δ', ὥσπερ καὶ ἄλλοι φασίν, ἐξ Ἄργους καὶ Τίρυνθος ἀπῆρεν ὁ Τληπόλεμος, οὐδ' οὕτω Δωρικὴ γίνεται ἡ ἐκεῖθεν ἀποικία· πρὸ γὰρ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου γεγένηται. καὶ τῶν Κῴων δὲ

> Φείδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην,
> Θεσσαλοῦ υἷε δύω Ἡρακλείδαο ἄνακτος·

καὶ οὗτοι τὸ Αἰολικὸν μᾶλλον ἢ τὸ Δωρικὸν γένος ἐμφαίνοντες.

7. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινίς, ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον· οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας, θείῳ καταρρέοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ζῴων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν· οἱ δὲ τέχναις διαφέροντας τοὐναντίον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι καὶ τῆς δυσφημίας τυχεῖν ταύτης· ἐλθεῖν δ' ἐκ Κρήτης εἰς Κύπρον πρῶτον, εἶτ' εἰς Ῥόδον· πρώτους δ' ἐργάσασθαι σίδηρόν τε καὶ χαλκόν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἅρπην τῷ Κρόνῳ δημιουργῆσαι. εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ ποιεῖ τὸ πολύμυθον ἀναλαμβάνειν πάλιν ἀναπληροῦντας, εἴ τι παρελίπομεν.

8. Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον, ὧν ἑνὸς Κερκάφου καὶ Κυδίππης γενέσθαι παῖδας τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν,

> Λίνδον Ἰηλυσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον·

ἔνιοι δὲ τὸν Τληπόλεμον κτίσαι φασί, θέσθαι δὲ τὰ ὀνόματα ὁμωνύμως τῶν Δαναοῦ θυγατέρων τισίν.

9. Ἡ δὲ νῦν πόλις ἐκτίσθη κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀρχιτέκτονος, ὥς φασιν, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Πειραιεύς· οὐ συμμένει δ' ὁ Πειραιεύς, κακωθεὶς ὑπό τε Λακεδαιμονίων πρότερον τῶν τὰ σκέλη καθελόντων καὶ ὑπὸ Σύλλα τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος.

10. Ἱστοροῦσι δὲ καὶ ταῦτα περὶ τῶν Ῥοδίων, ὅτι οὐ μόνον ἀφ' οὗ χρόνου συνῴκισαν τὴν νῦν πόλιν εὐτύχουν κατὰ θάλατταν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς Ὀλυμπικῆς θέσεως συχνοῖς ἔτεσιν ἔπλεον πόρρω τῆς οἰκείας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων· ἀφ' οὗ καὶ μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσαν, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδον ἔκτισαν, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον, ἐν δὲ τοῖς Ὀπικοῖς τὴν Παρθενόπην, ἐν δὲ Δαυνίοις μετὰ Κῴων Ἐλπίας. τινὲς δὲ μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἄφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν κτισθῆναι λέγουσιν, ὧν τὴν μείζω φησὶ Τίμαιος μεγίστην εἶναι μετὰ τὰς ἑπτά, Σαρδώ, Σικελίαν, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον,

Addit deinde :

> Rhodum venit erroribus actus;
> trifariam divisi habitabant tributim.

Urbes etiam nominat,

> Lindum, Ialysum et albicantem Camirum,

quum Rhodiorum urbs nondum fuisset in unam contracta: Nusquam igitur ibi Dorienses nominat, sed Æolenses innuit fuisse ac Bœotos, siquidem ibi Herculis et Licymnii fuit domicilium; si vero, quæ aliorum est opinio, Argis et Tirynthe profectus fuit Tlepolemus, ne sic quidem Dorica fuit colonia, quum sit ante Heraclidarum deducta reditum. Similiter Cois (*Il.* 2, 678)

> Philippus et Antiphon præerant,
> Thessali filii duo, Heraclidæ regis :

hi quoque Æolicum potius quam Doricum genus designantes.

7. Rhodus initio dicta fuit Ophiussa atque Stadia; deinde Telchinis ab inhabitantibus eam Telchinibus. Hos alii fascinatores dicunt et præstigiatores, qui sulfuri admixtam Stygis aquam instillarent rebus, ad perdendum animalia et stirpes; alii contra dicunt fuisse eos artifices egregios, et æmulorum invidia istam tulisse infamiam. E Creta eos primum in Cyprum, deinde Rhodum venisse; primosque ferrum et æs fabricatos, atque etiam Saturno falcem fecisse. Sane de his etiam ante dictum fuit, sed multitudo fabularum facit, ut revocemus, et si quid prætermissum sit, adjiciamus.

8. Post Telchines Heliadæ insulam occupasse fabulis perhibentur, quorum unus, Cercaphus, e Cydippe genuerit filios, qui condierunt urbes ipsis cognomines (*Il.* 2, 656),

> Lindum Ialysumque et albicantem Camirum.

Alii conditas a Tlepolemo aiunt, et eum nomina imposuisse a quibusdam filiabus Danai.

9. Urbs, quæ nunc est, Peloponnesiaci belli tempore exstructa est ab eo ipso, ut aiunt, architecto, qui Piræeum ædificavit. Piræeus non perduravit, quum a Lacedæmoniis ante afflictus, qui longa crura sive muros dejecerunt, tum a Sulla Romanorum imperatore.

10. Narrantur et hæc de Rhodiis : res eorum mari secundas fuisse non ab eo demum tempore, quo urbem, quæ exstat hodie, condiderunt, sed etiam ante Olympiorum institutionem permultis annis eos procul a patria classem eduxisse hominum servandorum causa. Ita et usque in Hispaniam eos navigasse, ibique Rhodum condidisse, postmodo a Massiliensibus occupatam, et in Opicis Parthenopen, in Dauniis Coum auxilio Elpias. Quidam post reditum e bello Trojano Gymnesias insulas ab iis ferunt frequentatas; harum quæ est grandior, eam Timæus omnium insularum maximam asserit post septem has : Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corsicam,

οὐ τἀληθῆ λέγων· πολὺ γὰρ ἄλλαι μείζους. φασὶ δὲ τοὺς γυμνήτας ὑπὸ Φοινίκων βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς Γυμνησίας Βαλεαρίδας λεχθῆναι. τινὲς δὲ τῶν Ῥοδίων καὶ περὶ Σύβαριν ᾤκησαν κατὰ τὴν Χωνίαν. ἔοικε δὲ καὶ ὁ ποιητὴς μαρτυρεῖν τὴν ἐκ παλαιοῦ παροῦσαν τοῖς Ῥοδίοις εὐδαιμονίαν εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης κτίσεως τῶν τριῶν πόλεων·

> τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν καταφυλαδόν, ἠδ' ἐφίληθεν
> ἐκ Διός, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει,
> καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

οἱ δ' εἰς μῦθον ἀνήγαγον τὸ ἔπος καὶ χρυσὸν ὑσθῆναί φασιν ἐν τῇ νήσῳ κατὰ τὴν Ἀθηνᾶς γένεσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός, ὡς εἴρηκε Πίνδαρος. ἡ δὲ νῆσος κύκλον ἔχει σταδίων ἐνναχοσίων εἴκοσιν.

11. Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος ἀπὸ τῆς πόλεως πλέουσιν ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον, πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη, πολὺ πρὸς μεσημβρίαν ἀνατείνουσα καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα· ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα. πρότερον μὲν οὖν καθ' αὑτοὺς ἐπολιτεύοντο οἱ Λίνδιοι, καθάπερ καὶ Καμειρεῖς καὶ Ἰαλύσιοι, μετὰ ταῦτα δὲ συνῆλθον ἅπαντες εἰς τὴν Ῥόδον. ἐντεῦθεν δ' ἐστὶν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλος.

12. Μετὰ δὲ Λίνδον Ἰξία χωρίον καὶ Μνασύριον. εἶθ' ὁ Ἀτάβυρις, ὄρος τῶν ἐνταῦθα ὑψηλότατον, ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου· εἶτα Κάμειρος· εἶτ' Ἰαλυσὸς κώμη, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ἀκρόπολίς ἐστιν Ὀχύρωμα καλουμένη· εἶθ' ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις ἐν ὀγδοήκοντά που σταδίοις. μεταξὺ δ' ἐστὶ τὸ Θοάντιον, ἀκτή τις, ἧς μάλιστα πρόκεινται αἱ Σποράδες αἱ περὶ τὴν Χαλκίαν, ὧν ἐμνήσθημεν πρότερον.

13. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο μνήμης ἄξιοι πολλοὶ στρατηλάται τε καὶ ἀθληταί, ὧν εἰσὶ καὶ οἱ Παναιτίου τοῦ φιλοσόφου πρόγονοι· τῶν δὲ πολιτικῶν καὶ τῶν περὶ λόγους καὶ φιλοσοφίας ὅ τε Παναίτιος αὐτὸς καὶ Στρατοκλῆς καὶ Ἀνδρόνικος ὁ ἐκ τῶν περιπάτων καὶ Λεωνίδης ὁ στωικός· ἔτι δὲ πρότερον Πραξιφάνης καὶ Ἱερώνυμος καὶ Εὔδημος. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν, ἦν δ' Ἀπαμεὺς ἐκ τῆς Συρίας, καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων· ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλέους μαθηταὶ τοῦ ῥήτορος. ἐπεδήμησε δὲ πρότερον Ἀπολλώνιος, ὀψὲ δ' ἧκεν ὁ Μόλων, καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνος· ὀψὲ μολών, ἀντὶ τοῦ ἐλθών· καὶ Πείσανδρος δ' ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας ποιητὴς Ῥόδιος, καὶ Σιμμίας ὁ γραμματικὸς καὶ Ἀριστοκλῆς ὁ καθ' ἡμᾶς· Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μέν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. περὶ μὲν Ῥόδου ἀποχρώντως εἴρηται.

14. Πάλιν δὲ τῆς Καρικῆς παραλίας τῆς μετὰ τὴν Ῥόδον, ἀπὸ Ἐλεοῦντος καὶ τῶν Λωρύμων, καμπτήρ τις ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐστί, καὶ λοιπὸν ἐπ' εὐθείας ὁ πλοῦς μέχρι τῆς Προποντίδος, ὡς ἂν μεσημβρινήν τινα ποιῶν γραμμὴν ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων ἢ μικρὸν

Lesbum; sed falsum dicit, quum sint aliæ multo majores. Gymnetas sive levi armatura instructos (*funditores*) aiunt a Phœnicibus baleares (βαλεαρεῖς) vocari, atque hinc Gymnesias quoque Balearides dictas esse. Quidam Rhodiorum etiam circa Sybarin sedes posuerunt in Chonia. Homerus quoque testari videtur secundam fortunam qua inde a priscis temporibus Rhodii usi sint statim post conditam tripolin (*Il.* 2, 668):

> Ternæ illis sedesque tribusque: et Juppiter ipse,
> in superos qui sceptra gerit mortale genusque,
> dilexit, magnaque illos cumulavit opum vi.

Quidam hos versus fabulæ accommodant, quod scilicet auro pluerit Juppiter in hac insula, quum Minervam peperisset, ut dixit Pindarus (*Ol.* 7, 61). Insulæ ambitus est stadiorum nongentorum viginti.

11. Prima occurrit Lindus, si a Rhodiorum urbe naviges, insulam a dextra habens; urbs monti imposita, admodum versus meridiem extensa et Alexandriam maxime; templum est ibi Minervæ Lindiæ nobile, a Danaidibus positum. Primum Lindii pro se rempublicam gesserunt, ut et Camirenses et Ialysii; postea autem in unam urbem Rhodum coiverunt. Lindius fuit Cleobulus, unus de septem sapientibus.

12. Post Lindum Ixia locus sequitur et Mnasyrium; inde Atabyris, mons istorum locorum altissimus, Jovi Atabyrio sacer; tum Camirus; hinc pagus Ialysus, et munitio supra, sive arx, Ochyroma hinc nomen habens; sequitur post stadia circiter octoginta Rhodiorum urbs. In medio est Thoantium, acta quædam, ante quam potissimum sitæ sunt Sporades circa Chalciam, quarum supra (10, 5, 14) est facta mentio.

13. Viri memorabiles multi sunt Rhodii tum exercituum duces tum luctatores; de quibus fuerunt etiam Panætii majores; civilium vero et in litteris ac philosophia versatorum fuerunt ipse Panætius et Stratocles et Andronicus Peripateticus et Leonides Stoicus et his priores Praxiphanes, Eudemus, Hieronymus. Posidonius in Rhodo quidem gessit rempublicam et docuit, fuit autem Apamensis ex Syria; similiter Apollonius Malacus et Molon, qui Alabandenses erant, Meneclis rhetoris discipuli. Prior Rhodum se contulit Apollonius, Molon serius: cui et dixit ille, Sero Molon: id est, tarde advenisti. Pisander quoque, Heracleæ carminis scriptor, Rhodius fuit, et Simmias grammaticus, et nostra ætate Aristocles. Dionysius vero Thrax et Apollonius Argonauticorum conditor Alexandrini fuerunt, sed nominati sunt Rhodii. De Rhodo dictum est satis.

14. Proinde a Cariæ litore, quod post Rhodum est, ab Eleunte et Lorymis, flexus quidam est versus septentrionem, ac deinde ad rectam lineam navigatio usque ad Propontidem, veluti meridianum quendam referens, ad quin-

ἀπολείπουσαν. ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ἡ λοιπὴ τῆς Καρίας καὶ Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς καὶ Τροία καὶ τὰ περὶ Κύζικον καὶ Βυζάντιον. μετὰ δ' οὖν τὰ Λώρυμα τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστι καὶ Σύμη νῆσος.

15. Εἶτα Κνίδος, δύο λιμένας ἔχουσα, ὧν τὸν ἕτερον κλειστὸν τριηρικὸν καὶ ναύσταθμον ναυσὶν εἴκοσι. πρόκειται δὲ νῆσος ἑπταστάδιός πως τὴν περίμετρον, ὑψηλή, θεατροειδής, συναπτομένη χώμασι πρὸς τὴν ἤπειρον καὶ ποιοῦσα δίπολιν τρόπον τινὰ τὴν Κνίδον· πολὺ γὰρ αὐτῆς μέρος οἰκεῖ τὴν νῆσον, σκεπάζουσαν ἀμφοτέρους τοὺς λιμένας. κατ' αὐτὴν δ' ἐστὶν ἡ Νίσυρος πελαγία. ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι πρῶτον μὲν Εὔδοξος ὁ μαθηματικός, τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, εἶτ' Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐκ τῶν περιπάτων, ἀνὴρ συγγραφεύς, καθ' ἡμᾶς δὲ Θεόπομπος, ὁ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ φίλος τῶν μεγάλα δυναμένων, καὶ υἱὸς Ἀρτεμίδωρος. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυρικὰ καὶ τὰ Περσικά. εἶτα μετὰ Κνίδον Κέραμος καὶ Βάργασα πολίχνια ὑπὲρ θαλάττης.

16. Εἶθ' Ἁλικαρνασός, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλουμένη πρότερον. ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὅ τε τοῦ Μαυσώλου τάφος, τῶν ἑπτὰ θεαμάτων, ἔργον, ὅπερ Ἀρτεμισία τῷ ἀνδρὶ κατεσκεύασε, καὶ ἡ Σαλμακὶς κρήνη, διαβεβλημένη, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πιόντας ἀπ' αὐτῆς. ἔοικε δ' ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. ἔχει δ' ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασός· πρόκειται δ' αὐτῆς ἡ Ἀρκόννησος. οἰκισταὶ δ' αὐτῆς ἐγένοντο ἄλλοι τε καὶ Ἄνθης μετὰ Τροιζηνίων. ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας, καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητής, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος, καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

17. Ἔπταισε δὲ καὶ αὕτη ἡ πόλις βίᾳ ληφθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. Ἑκατόμνω γὰρ τοῦ Καρῶν βασιλέως ἦσαν υἱοὶ τρεῖς, Μαύσωλος καὶ Ἰδριεὺς καὶ Πιξώδαρος, καὶ θυγατέρες δύο, ὧν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ἀρτεμισίᾳ Μαύσωλος συνῴκησεν, ὁ πρεσβύτατος τῶν ἀδελφῶν, ὁ δὲ δεύτερος Ἰδριεὺς Ἄδᾳ, τῇ ἑτέρᾳ ἀδελφῇ· ἐβασίλευσε δὲ Μαύσωλος· τελευτῶν δ' ἄτεκνος τὴν ἀρχὴν κατέλιπε τῇ γυναικί, ὑφ' ἧς αὐτῷ κατεσκευάσθη ὁ λεχθεὶς τάφος· φθίσει δ' ἀποθανούσης διὰ πένθος τοῦ ἀνδρός, Ἰδριεὺς ἦρξε· καὶ τοῦτον ἡ γυνὴ Ἄδα διαδέξατο νόσῳ τελευτήσαντα· ἐξέβαλε δὲ ταύτην Πιξώδαρος, ὁ λοιπὸς τῶν Ἑκατόμνω παίδων. περσίσας δὲ μεταπέμπεται σατράπην ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς· ἀπελθόντος δ' ἐκ τοῦ ζῆν καὶ τούτου, κατεῖχεν ὁ σατράπης τὴν Ἁλικαρνασόν· ἐπελθόντος δὲ Ἀλεξάνδρου, πολιορκίαν ὑπέμεινεν, ἔχων Ἄδαν γυναῖκα, ἥτις θυγάτηρ ἦν Πιξωδάρου ἐξ Ἀφνηίδος, Καππαδοκίσσης γυναικός. ἡ δὲ τοῦ Ἑκατόμνω θυγάτηρ Ἄδα, ἣν ὁ

quies mille stadiorum longitudinem, aut paulo minus; ad eam sunt reliqua Cariæ et Ionia, Æolis, Troja et loca circa Cyzicum et Byzantium. Ergo post Loryma sequitur Cynos sema, i. e. *canis monumentum*, et Syme insula.

15. Tum Cnidus, duos habens portus, quorum alter claudi potest, triremibus recipiendis aptus, et navale capax navium viginti. Ante Cnidum insula jacet, ambitu fere septem stadiorum, excelsa et theatri forma, aggeribus continenti adjuncta, ipsamque Cnidum in duas quasi dividens urbes; magna enim Cnidiorum pars insulam habitat, quæ utrumque portum integit. Pone eam in alto jacet Nisyrus insula. Cnidii viri memoria digni fuerunt Eudoxus mathematicus, unus de sociis Platonis, tum Agatharchides peripateticus, historicus, nostra autem ætate Theopompus, unus de amicis divi Cæsaris, qui multum potuerunt, ejusque filius Artemidorus. Cnidius fuit etiam Ctesias, Artaxerxis medicus, qui Assyrica scripsit et Persica. Post Cnidum deinde Ceramus est et Bargasa, oppidula supra mare.

16. Deinde Halicarnasus, regia dominorum Cariæ, quondam Zephyra dicta. Ibi Mausoli sepulcrum est, unum de septem mirabilibus mundi spectaculis, quod marito suo Artemisia ædificavit, et Salmacis fons, nescio qua de causa *infamis*, *quod* ex eo *bibentes* mollitiem contraherent. Enimvero luxuria hominum videtur in aeris et aquæ temperiem culpam referre; atqui non hæc causam luxuriæ præbent, sed divitiæ et victus intemperans ratio. Arcem habet Halicarnasus; ante eam sita est Arconnesus. Conditores urbis sunt quum alii, tum Anthes cum Trœzeniis. Viri illustres nati sunt ibi Herodotus, historiæ scriptor, qui deinde Thurius est appellatus, quod socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset, tum Heraclitus poeta, Callimachi socius, et nostra ætate Dionysius historiæ conditor.

17. Hæc quoque urbs infortunium habuit, quum eam vi cepisset Alexander. Etenim Hecatomno, Cariæ regi, tres fuerunt filii, Mausolus et Hidrieus et Pixodarus; filiæ duæ, quarum majorem natu Artemisiam duxit frater ætate primus Mausolus, secundam in matrimonio habuit Adam Hidrieus. Mausolus regnum tenuit; qui sine prole decedens, id uxori reliquit, a qua est ei id quod diximus monumentum factum. Artemisia præ desiderio mariti tabe mortua, Hidrieo summa rerum obtigit; huic morbo exstincto in regnum successit Ada uxor. Eam Pixodarus ejecit, qui de Hecatomni filiis supererat; quum Persicas res amplecteretur, satrapam arcessit ad societatem regni; hic, mortuo Pixodaro, Halicarnasum possedit, habuitque uxorem Adam, Pixodari filiam ex Aphneide, muliere Cappadocica, et Alexandro adventante, obsidionem sustinuit. Filia vero Hecatomni Ada, quam Pixodarus

Πιξώδαρος ἐξέβαλεν, ἱκετεύει τὸν Ἀλέξανδρον καὶ πείθει κατάγειν αὐτὴν εἰς τὴν ἀφαιρεθεῖσαν βασιλείαν, ὑποσχομένη ἐπὶ τὰ ἀφεστῶτα συμπράξειν αὐτῷ· τοὺς γὰρ ἔχοντας οἰκείους ὑπάρχειν αὐτῇ· παρεδίδου δὲ καὶ τὰ Ἄλινδα, ἐν ᾧ διέτριβεν αὐτή· ἐπαινέσας δὲ καὶ βασίλισσαν ἀναδείξας, ἁλούσης τῆς πόλεως πλὴν τῆς ἄκρας (διττὴ δ' ἦν), ἐκείνῃ πολιορκεῖν ἔδωκεν· ἑάλω δὲ ὀλίγῳ ὕστερον καὶ ἡ ἄκρα, πρὸς ὀργὴν ἤδη καὶ ἀπέχθειαν τῆς πολιορκίας γενομένης.

18. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἄκρα Τερμέριον Μυνδίων, καθ' ἣν ἀντίκειται τῆς Κῴας ἄκρα Σκανδαρία, διέχουσα τῆς ἠπείρου σταδίους τετταράκοντα· ἔστι δὲ καὶ χωρίον Τέρμερον ὑπὲρ τῆς Κῴας.

19. Ἡ δὲ τῶν Κῴων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀστυπάλαια, καὶ ᾤκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ· ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάριον, καὶ μετωνόμασαν Κῶν ὁμωνύμως τῇ νήσῳ. ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη, κάλλιστα δὲ πασῶν συνῳκισμένη καὶ ἰδέσθαι τοῖς καταπλέουσιν ἡδίστη. τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος ὅσον πεντακοσίων σταδίων καὶ πεντήκοντα· εὔκαρπος δὲ πᾶσα, οἴνῳ δὲ καὶ ἀρίστη, καθάπερ Χίος καὶ Λέσβος· ἔχει δὲ πρὸς νότον μὲν ἄκραν τὸν Λακητῆρα, ἀφ' οὗ ἑξήκοντα εἰς Νίσυρον (πρὸς δὲ τῷ Λακητῆρι χωρίον Ἁλίσαρνα), ἀπὸ δύσεως δὲ τὸ Δρέκανον καὶ κώμην καλουμένην Στομαλίμνην· τοῦτο μὲν οὖν ὅσον διακοσίους τῆς πόλεως διέχει σταδίους· ὁ δὲ Λακητὴρ προσλαμβάνει πέντε καὶ τριάκοντα τῷ μήκει τοῦ πλοῦ. ἐν δὲ τῷ προαστείῳ τὸ Ἀσκληπιεῖόν ἐστι, σφόδρα ἔνδοξον καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστὸν ἱερόν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ Ἀπελλοῦ Ἀντίγονος. ἦν δὲ καὶ ἡ ἀναδυομένη Ἀφροδίτη, ἣ νῦν ἀνάκειται τῷ Θεῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ, τοῦ Σεβαστοῦ ἀναθέντος τῷ πατρὶ τὴν ἀρχηγέτιν τοῦ γένους αὐτοῦ· φασὶ δὲ τοῖς Κῴοις ἀντὶ τῆς γραφῆς ἑκατὸν ταλάντων ἄφεσιν γενέσθαι τοῦ προσταχθέντος φόρου. φασὶ δ' Ἱπποκράτην μάλιστα ἐκ τῶν ἐνταῦθα ἀνακειμένων θεραπειῶν γυμνάσασθαι τὰ περὶ τὰς διαίτας· οὗτός τε δή ἐστι τῶν ἐνδόξων Κῷος ἀνὴρ καὶ Σῖμος ὁ ἰατρός, Φιλητᾶς τε ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός, καὶ καθ' ἡμᾶς Νικίας ὁ καὶ τυραννήσας Κῴων, καὶ Ἀρίστων ὁ ἀκροασάμενος τοῦ περιπατητικοῦ καὶ κληρονομήσας ἐκεῖνον· ἦν δὲ καὶ Θεόμνηστος ὁ ψάλτης ἐν ὀνόματι, ὃς καὶ ἀντεπολιτεύσατο τῷ Νικίᾳ.

20. Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῆς ἠπείρου κατὰ τὴν Μυνδίαν Ἀστυπάλαιά ἐστιν ἄκρα καὶ Ζεφύριον· εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λιμὴν καὶ νῆσος ὁμώνυμος τούτῳ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς. ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς. πλησίον δ' ἐστὶ τῶν Βαργυλίων τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς Κινδυάδος, ὃ πεπιστεύκασι περιύεσθαι· ἦν δέ ποτε καὶ χωρίον Κινδύη. ἐκ δὲ τῶν Βαργυλίων ἀνὴρ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἐπικούρειος Πρώταρχος ὁ Δημητρίου καθηγησάμενος τοῦ Λάκωνος προσαγορευθέντος.

ejecerat, supplex Alexandro facta obsecravit, ut se invi ademptum sibi regnum restitueret, operam suam in recipiendis, quæ defecerant, pollicens, quod ea a suis necessariis teneri ostenderet; simul et Alinda dedidit, ubi ipsa degebat. Alexander quum annuisset, eamque reginam declarasset, urbem usque ad arcem cepit, quæ erat duplex; hanc Adæ oppugnandam commisit; brevique capta est, quum iratis jam animis et exacerbatis eam milites impeterent.

18. Deinceps est Termerium, Myndiorum promontorium, cui opponitur Coæ insulæ promontorium Scandarium, a continente distans stadia quadraginta. Est et locus supra promontorium (ἄκρας) nomine Termerum.

19. Coorum urbs antiquitus dicta fuit Astypalæa, et alio in loco habitata fuit itidem ad mare; deinde ob seditionem transmigraverunt in eam, quæ nunc est, urbem juxta Scandarium, eamque nomine insulæ Con dixerunt. Urbs ipsa magna non est, sed optime constructa et appellentibus conspectu jucundissima. Insulæ magnitudo stadiorum est circiter quingentorum quinquaginta; tota frugum est ferax, vini etiam optimi larga, ut Chius et Lesbus. Habet versus meridiem promontorium Laceterem, unde ad Nisyrum stadia sunt sexaginta (ad Laceterium illud Halisarna locus); ad occasum habet Drecanum et pagum qui Stomalimne dicitur; abest ab urbe ad ducenta stadia; Laceter ad triginta quinque stadia adjicit navigationi. In suburbio Æsculapii est ædes, celebre admodum et multis donariis plenum, in quibus est etiam Apellis Antigonus. Fuit ibi etiam Venus a mari emergens (anadyomenen Græci dicunt), quæ nunc consecrata est divo Cæsari ab Augusto Cæsare, patri suo auctorem generis dedicante; aiunt Cois pro pictura ea de tributi imperati summa remissa fuisse centum talenta. Narrant Hippocratem maxime e dedicatis ibi in tabulis curationibus profecisse ad discenda ea quæ ad victus rationem spectant. Quum hic unus fuit de nobilibus Cois, tum Simus medicus, et Philetas poeta juxta atque censor scriptorum, et nostra ætate Nicias, qui tyrannide apud Coos potitus est; item Aristo, qui Aristonem peripateticum audivit, eique hæres successit; Cous fuit etiam Theomnestus, nobilis psaltes, qui etiam in republica gerenda contra Niciam exstitit.

20. In ora continentis juxta agrum Myndium Astypalæa est promontorium et Zephyrium. Dehinc continuo ipsa Myndus cum portu, ac post hanc Bargylia, ipsa quoque urbs. Interjacet Caryanda, sinus et ejusdem nominis insula, quam incoluerunt Caryandenses; patria fuit hæc Scylacis, scriptoris antiqui. Vicinum Bargyliis est Cindyadis Dianæ templum, quod putant circumplui; fuit olim et vicus Cindya. Bargyliis natus fuit Protarchus, Epicureus secta, vir celeber, præceptor Demetrii ejus qui Lacon cognominatus fuit.

21. Εἶτ' Ἰασὸς ἐπὶ νήσῳ κεῖται προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ θαλάττης· εὐοψεῖ γὰρ χώραν τ' ἔχει παράλυπρον. καὶ δὴ καὶ διηγήματα τοιαῦτα πλάττουσιν εἰς αὐτήν· κιθαρῳδοῦ γὰρ ἐπιδεικνυμένου, τέως μὲν ἀκροᾶσθαι πάντας, ὡς δ' ὁ κώδων ὁ κατὰ τὴν ὀψοπωλίαν ἐψόφησε, καταλιπόντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ ὄψον, πλὴν ἑνὸς δυσκώφου· τὸν οὖν κιθαρῳδὸν προσιόντα εἰπεῖν, ὅτι, Ὦ ἄνθρωπε, πολλήν σοι χάριν οἶδα τῆς πρός με τιμῆς καὶ φιλομουσίας· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἅμα τῷ κώδωνος ἀκοῦσαι ἀπιόντες οἴχονται. ὁ δέ, Τί λέγεις; ἔφη, ἤδη γὰρ ὁ κώδων ἐψόφηκεν; εἰπόντος δέ, Εὖ σοι εἴη, ἔφη καὶ ἀναστὰς ἀπῆλθε καὶ αὐτός. ἐντεῦθεν δ' ἦν ὁ διαλεκτικὸς Διόδωρος ὁ Κρόνος προσαγορευθείς, κατ' ἀρχὰς μὲν ψευδῶς· Ἀπολλώνιος γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ Κρόνος, ὁ ἐπιστατήσας ἐκείνου· μετήνεγκαν δ' ἐπ' αὐτὸν διὰ τὴν ἀδοξίαν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Κρόνου.

22. Μετὰ δ' Ἰασὸν τὸ τῶν Μιλησίων Ποσείδιόν ἐστιν. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τρεῖς εἰσι πόλεις ἀξιόλογοι, Μύλασα, Στρατονίκεια, Ἀλάβανδα· αἱ δὲ ἄλλαι περιπόλιοι τούτων ἢ τῶν παραλίων, ὧν εἰσιν Ἀμυζών, Ἡράκλεια, Εὔρωμος, Χαλκήτωρ· τούτων μὲν οὖν ἐλάττων λόγος.

23. Τὰ δὲ Μύλασα ἵδρυται ἐν πεδίῳ σφόδρα εὐδαίμονι· ὑπέρκειται δὲ κατὰ κορυφὴν ὄρος αὐτοῦ, λατόμιον λευκοῦ λίθου κάλλιστον ἔχον· τοῦτο μὲν οὖν ὄφελός ἐστιν οὐ μικρόν, τὴν λιθίαν πρὸς τὰς οἰκοδομίας ἄφθονον καὶ ἐγγύθεν ἔχον, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἄλλων δημοσίων ἔργων κατασκευάς· τοιγάρτοι στοαῖς τε καὶ ναοῖς, εἴ τις ἄλλη, κεκόσμηται παγκάλως. θαυμάζειν δ' ἔστι τῶν ὑποβαλόντων οὕτως ἀλόγως τὸ κτίσμα ὀρθίῳ καὶ ὑπερδεξίῳ κρημνῷ· καὶ δὴ τῶν ἡγεμόνων τις εἰπεῖν λέγεται, θαυμάσας τὸ πρᾶγμα· Ταύτην γάρ, ἔφη, τὴν πόλιν ὁ κτίσας, εἰ μὴ ἐφοβεῖτο, ἆρ' οὐδ' ᾐσχύνετο; ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογῶ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ· τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβρανδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα, ἄπωθεν τῆς πόλεως· ἐνταῦθα νεώς ἐστιν ἀρχαῖος καὶ ξόανον Διὸς Στρατίου· τιμᾶται δὲ ὑπὸ τῶν κύκλῳ καὶ ὑπὸ τῶν Μυλασέων, ὁδός τε ἔστρωται σχεδόν τι καὶ ἑξήκοντα σταδίων μέχρι τῆς πόλεως, ἱερὰ καλουμένη, δι' ἧς πομποστολεῖται τὰ ἱερά· ἱερῶνται δ' οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν πολιτῶν ἀεὶ διὰ βίου. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς πόλεως, τρίτον δ' ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Καρίου Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, οὗ μέτεστι καὶ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς ὡς ἀδελφοῖς. ἱστορεῖται δὲ κώμη ὑπάρξαι τὸ παλαιόν, πατρὶς δὲ καὶ βασίλειον τῶν Καρῶν τῶν περὶ τὸν Ἑκατόμνω· πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ κατὰ Φύσκον θαλάττῃ ἡ πόλις, καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίνειον.

24. Ἀξιολόγους δ' ἔσχεν ἄνδρας καθ' ἡμᾶς τὰ Μύλασα, ῥήτοράς τε ἅμα καὶ δημαγωγοὺς τῆς πόλεως, Εὐθύδημόν τε καὶ Ὑβρέαν. ὁ μὲν οὖν Εὐθύδημος ἐκ

21. Sequitur Iasus in insula ad continentem sita; portum habet, et victum incolæ majorem partem e mari quærunt; nam locus piscibus abundat, et agrum habet sterilem. Quin etiam talem de Iasiis confingunt narrationem. Quum citharœdus quidam artem suam publice ostentaret, tantisper ab hominibus fuisse auditum, dum tintinnabulum signum venditionis piscium daret; eo audito universos ad piscium negotiationem discessisse, uno excepto, qui erat surdaster majorem in modum. Ad hunc accedentem citharœdum dixisse: Maximas, amice, tibi gratias ago, qui tanto me honore affecisti, tantoque studio musicæ faves; nam reliqui ad primum sonitum tintinnabuli discesserunt. « Quid? illum respondisse, jamne signum datum est? » quumque id affirmaret citharœdus: « Tu ergo valeto, » dixisse, ipsumque etiam surrexisse et abiisse. Inde fuit oriundus Theodorus dialecticus, cognomento Cronus, quod ei ab initio tributum est falso, quum esset Apollonii, quo is usus fuit magistro; est autem translatum in Theodorum ob veri Croni obscuritatem.

22. Post Iasum Milesiorum Posidium sequitur. In mediterraneis autem urbes sunt tres memorabiles, Mylasa, Stratonicea, Alabanda; reliqua aut circa has sunt sita oppida aut maritimis vicina, ut Amyzon, Heraclea, Euromus, Chalcetor; atque de his quidem minus est quod simus solliciti.

23. Mylasa in campo jacent admodum opulento; imminet a vertice mons, unde albus lapis optimus abunde exscinditur. Neque vero exiguum est hoc emolumentum, lapidum suppeditare copiam amplam, idque de propinquo, ad ædificia et substructiones maxime templorum aliorumque publicorum operum; nam si qua alia, profecto hæc urbs pulcherrime est porticibus et templis ornata. Mirari autem subit eos, qui eam tam absurde subjecerunt recto ac sublimi præcipitio; et quidem ferunt præfectorum provinciæ quendam admiratione rei ductum dixisse: Qui hanc urbem condidit, si non metuit, at non erubuit? Mylasenses duo habent templa Jovis, unum ejus, quem Osogo dicunt, alterum Labrandeni; illud in urbe, Labranda autem pagus est in monte, qua Alabandis Mylasa euntibus is superatur, longius ab urbe; ibi templum est Jovis antiquum et simulacrum Jovis Stratii seu militaris; colitur is a circumjacentibus et a Mylasensibus; via eo usque strata est ab urbe ad sexaginta fere stadia, quæ sacra dicitur, et per eam sacræ pompæ ducuntur; sacerdotium nobilissimi civium gerunt per vitæ tempus. Atque hæc sunt urbis ejus propria; tertium vero est Jovis Carii templum, commune omnium Carum, cujus etiam Lydi et Mysi participes sunt, utpote fratres. Narrant Mylasa olim pagum fuisse, patriam vero et regiam Carum, qui cum Hecatomno fuerunt; maxime mari, quod est apud Physcum, urbs appropinquat, atque hoc est ejus emporium.

24. Viros memorabiles nostra ætate Mylasa habuerunt, rhetores simul et qui populum suis orationibus ducerent, Euthydemum atque Hybream. Euthydemus quum magnas

προγόνων παραλαβὼν οὐσίαν τε μεγάλην καὶ δόξαν, προσθεὶς καὶ τὴν δεινότητα, οὐκ ἐν τῇ πατρίδι μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῆς πρώτης ἠξιοῦτο τιμῆς. Ὑβρέᾳ δ' ὁ πατήρ, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο ἐν τῇ σχολῇ καὶ παρὰ τῶν πολιτῶν ὡμολόγητο, ἡμίονον κατέλιπε ξυλοφοροῦντα καὶ ἡμιονηγόν· διοικούμενος δ' ὑπὸ τούτων ὀλίγον χρόνον Διοτρέφους τοῦ Ἀντιοχέως ἀκροασάμενος ἐπανῆλθε καὶ τῷ ἀγορανομίῳ παρέδωκεν αὑτόν· ἐνταῦθα δὲ κυλινδηθεὶς καὶ χρηματισάμενος μικρὰ ὥρμησεν ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τοῖς ἀγοραίοις συνακολουθεῖν. ταχὺ δὲ αὔξησιν ἔσχε καὶ ἐθαυμάσθη (μάλιστα) ἔτι μὲν καὶ Εὐθυδήμου ζῶντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος μάλιστα, κύριος γενόμενος τῆς πόλεως. ζῶν δ' ἐπεκράτει πολὺ ἐκεῖνος, δυνατὸς ὢν ἅμα καὶ χρήσιμος τῇ πόλει, ὥστ', εἰ καί τι τυραννικὸν προσῆν, τοῦτ' ἀπελύετο τῷ παρακολουθεῖν τὸ χρήσιμον. ἐπαινοῦσι γοῦν τοῦτο τοῦ Ὑβρέου, ὅπερ δημηγορῶν ἐπὶ τελευτῆς εἶπεν· Εὐθύδημε, κακὸν εἶ τῆς πόλεως ἀναγκαῖον· οὔτε γὰρ μετὰ σοῦ δυνάμεθα ζῆν οὔτ' ἄνευ σοῦ. αὐξηθεὶς οὖν ἐπὶ πολὺ καὶ δόξας καὶ πολίτης ἀγαθὸς εἶναι καὶ ῥήτωρ ἔπταισεν ἐν τῇ πρὸς Λαβιῆνον ἀντιπολιτείᾳ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι μεθ' ὅπλων ἐπιόντι καὶ Παρθικῆς συμμαχίας, ἤδη τῶν Παρθυαίων τὴν Ἀσίαν ἐχόντων, εἶξαν, ἅτε ἄοπλοι καὶ εἰρηνικοί· Ζήνων δ' ὁ Λαοδικεὺς καὶ Ὑβρέας οὐχ εἶξαν, ἀμφότεροι ῥήτορες, ἀλλὰ ἀπέστησαν τὰς ἑαυτῶν πόλεις· ὁ δ' Ὑβρέας καὶ προσπαρώξυνε φωνῇ τινι μειράκιον εὐερέθιστον καὶ ἀνοίας πλῆρες. ἐκείνου γὰρ ἀνειπόντος ἑαυτὸν Παρθικὸν αὐτοκράτορα, Οὐκοῦν, ἔφη, κἀγὼ λέγω ἐμαυτὸν Καρικὸν αὐτοκράτορα. ἐκ τούτου δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ὥρμησε, τάγματα ἔχων ἤδη συντεταγμένα Ῥωμαίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ· αὐτὸν μὲν οὖν οὐ κατέλαβε, παραχωρήσαντα εἰς Ῥόδον, τὴν δ' οἰκίαν αὐτοῦ διελυμήνατο, πολυτελεῖς ἔχουσαν κατασκευάς, καὶ διήρπασεν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἐκάκωσεν. ἐκλιπόντος δ' ἐκείνου τὴν Ἀσίαν, ἐπανῆλθε καὶ ἀνέλαβεν ἑαυτόν τε καὶ τὴν πόλιν. περὶ μὲν οὖν Μυλάσων ταῦτα.

25. Στρατονίκεια δ' ἐστὶ κατοικία Μακεδόνων· ἐκοσμήθη δὲ καὶ αὕτη κατασκευαῖς πολυτελέσιν ὑπὸ τῶν βασιλέων. ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερά, ἐν μὲν Λαγίνοις τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, πανηγύρεις μεγάλας συνάγον κατ' ἐνιαυτόν· ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως τὸ τοῦ Χρυσαορέως Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, εἰς ὃ συνίασι θύσοντές τε καὶ βουλευσόμενοι περὶ τῶν κοινῶν· καλεῖται δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν Χρυσαορέων, συνεστηκὸς ἐκ κωμῶν· οἱ δὲ πλείστας παρεχόμενοι κώμας προέχουσι τῇ ψήφῳ, καθάπερ Κεραμιῆται· καὶ Στρατονικεῖς δὲ τοῦ συστήματος μετέχουσιν, οὐκ ὄντες τοῦ Καρικοῦ γένους, ἀλλ' ὅτι κώμας ἔχουσι τοῦ Χρυσαορικοῦ συστήματος. κἀνταῦθα δ' ἀνὴρ ἀξιόλογος γεγένηται ῥήτωρ Μένιππος κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, Κατόκας ἐπικαλούμενος, ὃν μάλιστα ἐπαινεῖ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ῥητόρων, ὧν ἠκροάσατο,

opes et existimationem a majoribus accepisset, adjecit iis vim dicendi, ac non in patria modo magnus fuit, sed etiam in Asia primarium honorem est consecutus. Hybreæ (ut ipse in schola narravit, et apud cives ejus in confesso est) pater mulum ligna bajulantem agasonemque reliquit: quibus sustentatus, quum Diotrephem aliquamdiu audivisset Antiochiæ, reversus in patriam, ædilitati se dedit. Quo in munere se quum volutasset aliquamdiu, et rem mediocriter fecisset, rempublicam capessere et forensibus se adjungere cœpit. Celeriter autem crevit, et vivente etiam Euthydemo in admiratione fuit, maxime illo mortuo, quum urbem in sua potestate haberet. Nam vivus ille longe prævaluit, potens juxta et utilis civitati, ut etiam, si nonnihil tyrannicum affuerit, id utilitas consequens diluerit. Ac laudatur dictum Hybreæ, qui in fine orationis pro concione habitæ dixerit: « Euthydeme, malum es civitati necessarium; nam neque tecum vivere possumus, neque sine te. » Quum autem Hybreas crevisset plurimum, videreturque et civis et orator eximius esse, impegit, quum Labieno adversaretur. Ceteri enim armatum adducenti militem et auxilia Parthorum, quippe Asiam Parthis tenentibus, cedebant, utpote inermes et pacis cupidi; Zeno autem Laodicensis et Hybreas oratores non cesserunt, urbesque suas contra eum concitarunt. Hybreas etiam dicto quodam exasperavit Labienum, adolescentem irritabilem et stolidissimum. Quum enim hic se Parthicum imperatorem appellasset, « Proinde, aiebat Hybreas, Caricum ego me imperatorem nuncupo. » Exinde Labienus urbem invasit, cohortes secum instructas ducens Romanorum, qui in Asia erant; et Hybream quidem non cepit, qui jam Rhodum concesserat, domum autem ipsius sumptuose apparatam corrupit ac diripuit, totamque etiam urbem male multavit. Eo autem ex Asia digresso, rediit Hybreas, et sese urbemque in integram restituit. Hæc de Mylasis.

25. Stratonicea Macedonum est colonia, ipsa quoque pretioso apparatu a regibus exornata. In agro Stratoniceno duo sunt templa, in Laginis Hecatæ sacrum illustrissimum, ubi quotannis magni agitantur conventus, prope ipsam urbem vero ædes Jovis Chrysaorei, communis Caribus omnibus, qui eo ad sacrificia et deliberationes de republica conveniunt. Ipsum conventum pagorum hunc vocant Chrysaoreôn: et qui plures pagos præbent, ii suffragio antecellunt, sic ut Ceramietæ. In hoc conventu sunt etiam Stratonicenses, quanquam non sunt Carici generis, quia tamen pagos habent Chrysaorici conventus. Inde fuit Menippus, rhetor præclarus, cognomento Catocas, qui parentum nostrorum ætate vixit; hunc Cicero quodam libro (*Brut.* 91)

Κικέρων, ὥς φησιν ἔν τινι γραφῇ αὐτός, συγκρίνων Ξενοκλεῖ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκμάζουσιν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Στρατονίκεια, ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ καλουμένη, πολίχνιον προσκείμενον τῷ ὄρει.

26. Ἀλάβανδα δὲ καὶ αὐτὴ μὲν ὑπόκειται λόφοις δυσὶ συγκειμένοις οὕτως, ὥστ' ὄψιν παρέχεσθαι κανθηλίου κατεστρωμένου. καὶ δὴ καὶ ὁ Μαλακὸς Ἀπολλώνιος σκώπτων τὴν πόλιν εἴς τε ταῦτα καὶ εἰς τὸ τῶν σκορπίων πλῆθος, ἔφη αὐτὴν εἶναι σκορπίων κανθήλιον κατεστρωμένον· μεστὴ δ' ἐστὶ καὶ αὕτη καὶ ἡ τῶν Μυλασέων πόλις τῶν θηρίων τούτων καὶ ἡ μεταξὺ πᾶσα ὀρεινή. τρυφητῶν δ' ἐστὶν ἀνθρώπων καὶ καπυριστῶν, ἔχουσα ψαλτρίας πολλάς. ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθημεν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς καὶ οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον ὅ τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων.

27. Πολλῶν δὲ λόγων εἰρημένων περὶ Καρῶν, ὁ μάλισθ' ὁμολογούμενός ἐστιν οὗτος, ὅτι οἱ Κᾶρες ὑπὸ Μίνω ἐτάττοντο, τότε Λέλεγες καλούμενοι, καὶ τὰς νήσους ᾤκουν· εἶτ' ἠπειρῶται γενόμενοι, πολλὴν τῆς παραλίας καὶ τῆς μεσογαίας κατέσχον, τοὺς προκατέχοντας ἀφελόμενοι· καὶ οὗτοι δ' ἦσαν οἱ πλείους Λέλεγες καὶ Πελασγοί· πάλιν δὲ τούτους ἀφείλοντο μέρος οἱ Ἕλληνες, Ἴωνές τε καὶ Δωριεῖς. τοῦ δὲ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τοὺς λόφους· ἅπαντα γὰρ λέγεται Καρικά· Ἀνακρέων μέν γε φησίν· « Διὰ δεῦτε Καρικοεργέος ὀχάνου χεῖρα τιθέμεναι. » ὁ δ' Ἀλκαῖος,

λόφον τε σείων Καρικόν.

28. Τοῦ ποιητοῦ δ' εἰρηκότος οὑτωσί·

Μάσθλης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,

οὐκ ἔχει λόγον, πῶς τοσαῦτα εἰδὼς ἔθνη βάρβαρα μόνους εἴρηκε βαρβαροφώνους τοὺς Κᾶρας, βαρβάρους δ' οὐδένας; οὔτ' οὖν Θουκυδίδης ὀρθῶς· οὐδὲ γὰρ λέγεσθαί φησι βαρβάρους διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι· τό τε γὰρ μηδὲ Ἕλληνάς πω ψεῦδος αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἀπελέγχει·

ἀνδρός, τοῦ κλέος εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος.

καὶ πάλιν·

εἴτ' ἐθέλεις τραφθῆναι ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος.

μὴ λεγομένων τε βαρβάρων, πῶς ἔμελλεν εὖ λεχθήσεσθαι τὸ βαρβαροφώνων; οὔτε δὴ οὗτος εὖ, οὔτ' Ἀπολλόδωρος ὁ γραμματικός, ὅτι τῷ κοινῷ ὀνόματι ἰδίως καὶ λοιδόρως ἐχρῶντο οἱ Ἕλληνες κατὰ τῶν Καρῶν, καὶ μάλιστα οἱ Ἴωνες, μισοῦντες αὐτοὺς διὰ τὴν ἔχθραν καὶ τὰς συνεχεῖς στρατείας· ἐχρῆν γὰρ οὕτως βαρβάρους ὀνομάζειν. ἡμεῖς δὲ ζητοῦμεν, διὰ τί βαρβαροφώνους καλεῖ, βαρβάρους δ' οὐδ' ἅπαξ. ὅτι, φησί, τὸ πληθυντικὸν εἰς τὸ μέτρον οὐκ ἐμπίπτει, διὰ τοῦτ' οὐκ εἴρηκε βαρβάρους. ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ πτῶσις οὐκ ἐμπίπτει, ἡ δ' ὀρθὴ οὐ διαφέρει τῆς Δάρδανοι·

Xenocli, et qui una viguerunt, comparans, omnibus, quos ipse audivisset, Asianis oratoribus anteponit. Est etiam alia Stratonicea, quæ ad Taurum nominatur, oppidum ad montem situm.

26. Alabanda ipsa quoque subjecta est tumulis duobus ita conjunctis, ut speciem instrati clitellis aselli referat. Itaque Apollonius Malacus hoc nomine et ob scorpiorum multitudinem urbem facete notans, esse aiebat asellum scorpiis onustum : plena autem est et hæc urbs et Mylasa iis bestiolis, et tota inter eas montana regio. Habitant eam homines luxuriosi et gulæ dediti, multasque habent psaltrias. Viri memorabiles Alabandenses fuerunt oratores duo fratres, Menecles (de quo paulo ante diximus) et Hierocles, et qui in Rhodum commigraverunt, Apollonius et Molo.

27. Ceterum quum de Caribus multa dicantur, id maxime ab omnibus est receptum, Cares Minoi paruisse olim, Lelegesque fuisse appellatos, et habitavisse in insulis; deinde quum in continentem migrassent, multum oræ maritimæ mediterranei soli possessoribus, qui et ipsi majorem partem Leleges et Cares fuerint, ereptum obtinuisse; his autem rursus partem ademerunt Græci, Iones et Dorienses. Studii rerum bellicarum argumenta adducunt scutorum ansas et insignia et cristas, quæ omnia dicuntur Carica. Anacreon quidem inquit : « Huc adeste, insertare manum Caricæ ansæ bene fabricatæ. » Alcæus autem :

Cristam quassans Caricam.

28. Quum autem Homerus dicat (*Il.* 2, 867) :

At Nastes (Νάστης) Cares ducebat barbarilingues :

nonne quæstio oritur, cur, qui tam multas gentes norat barbaras, solos Cares barbarilingues dixerit, barbaros nullos? Non recte hoc loco Thucydides (I, 3), qui propterea negat ab eo barbaros appellari, quia tum ne Hellenes quidem, quorum nomen his opponeretur, in unum nomen secreti essent. Nam istud « *tum ne Hellenes quidem* », falsi ipse Homerus convincit hisce (*Od.* 1, 344) :

Viri, cujus gloria lata est per Helladem et medium Argos;

et alio loco (*Od.* 15, 80) :

Sin vis divertere per Helladem et medium Argos.

Tum si nulli dicebantur barbari, quomodo recte dicebantur barbarilingues? Neque Apollodorus grammaticus recte, qui ait, communi nomine peculiariter et conviciandi causa Græcos usos, maxime Iones adversus Cares, quos odio haberent ob assiduas inimicitias atque bella : etenim hac ratione fuerunt barbari nominandi. Nos autem causam quærimus, cur, ne semel quidem barbarorum facta mentione, barbarilinguium meminerit. Ille ait, pluralem casum *Barbaros* non recipi in versum heroicum, ideoque barbaros non esse nominatim expressos. Non admittitur quidem accusativus pluralis : at rectus tamen admitti potuit, quum nihil differat a vocabulo *Dardani*, quod habes in hisce (*Il.* 11, 286) :

Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι.

τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ

οἷοι Τρώιοι ἵπποι.

οὐδέ γε ὅτι τραχυτάτη ἡ γλῶττα τῶν Καρῶν· οὐ γὰρ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πλεῖστα Ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχει καταμεμιγμένα, ὥς φησι Φίλιππος ὁ τὰ Καρικὰ γράψας. οἶμαι δέ, τὸ βάρβαρον κατ' ἀρχὰς ἐκπεφωνῆσθαι οὕτως κατ' ὀνοματοποιίαν ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως καὶ σκληρῶς καὶ τραχέως λαλούντων, ὡς τὸ βατταρίζειν καὶ τραυλίζειν καὶ ψελλίζειν· εὐφυέστατοι γάρ ἐσμεν τὰς φωνὰς ταῖς ὁμοίαις φωναῖς κατονομάζειν διὰ τὸ ὁμογενές· ᾗ δὴ καὶ πλεονάζουσι (μὲν) ἐνταῦθα αἱ ὀνοματοποιίαι, οἷον τὸ κελαρύζειν καὶ κλαγγὴ δὲ καὶ ψόφος καὶ βοὴ καὶ κρότος, ὧν τὰ πλεῖστα ἤδη καὶ κυρίως ἐκφέρεται· πάντων δὴ τῶν παχυστομούντων οὕτως βαρβάρων λεγομένων, ἐφάνη τὰ τῶν ἀλλοεθνῶν στόματα τοιαῦτα, λέγω δὲ τὰ τῶν μὴ Ἑλλήνων. ἐκείνους οὖν ἰδίως ἐκάλεσαν βαρβάρους, ἐν ἀρχαῖς μὲν κατὰ τὸ λοίδορον, ὡς ἂν παχυστόμους ἢ τραχυστόμους, εἶτα κατεχρησάμεθα ὡς ἐθνικῷ κοινῷ ὀνόματι, ἀντιδιαιροῦντες πρὸς τοὺς Ἕλληνας. καὶ γὰρ δὴ τῇ πολλῇ συνηθείᾳ καὶ ἐπιπλοκῇ τῶν βαρβάρων οὐκέτι ἐφαίνετο κατὰ παχυστομίαν καὶ ἀφυΐαν τινὰ τῶν φωνητηρίων ὀργάνων τοῦτο συμβαῖνον, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν διαλέκτων ἰδιότητας. ἄλλη δέ τις ἐν τῇ ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ ἀνεφάνη κακοστομία καὶ οἷον βαρβαροστομία, εἴ τις ἑλληνίζων μὴ κατορθοίη, ἀλλ' οὕτω λέγοι τὰ ὀνόματα, ὡς οἱ βάρβαροι οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὸν ἑλληνισμόν, οὐκ ἰσχύοντες ἀρτιστομεῖν, ὡς οὐδ' ἡμεῖς ἐν ταῖς ἐκείνων διαλέκτοις. τοῦτο δὲ μάλιστα συνέβη τοῖς Καρσί· τῶν γὰρ ἄλλων οὔτ' ἐπιπλεκομένων πως σφόδρα τοῖς Ἕλλησιν, οὐδ' ἐπιχειρούντων Ἑλληνικῶς ζῆν ἢ μανθάνειν τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, πλὴν εἴ τινες σπάνιοι καὶ κατὰ τύχην ἐπεμίχθησαν καὶ κατ' ἄνδρα ὀλίγοις τῶν Ἑλλήνων τισίν· οὗτοι δὲ καθ' ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα, μισθοῦ στρατεύοντες. ἤδη οὖν τὸ βαρβαρόφωνον ἐπ' ἐκείνων πυκνὸν ἦν, ἀπὸ τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα αὐτῶν στρατείας· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπεπόλασε πολὺ μᾶλλον, ἀφ' οὗ τάς τε νήσους μετὰ τῶν Ἑλλήνων ᾤκησαν, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπεσόντες, οὐδ' ἐνταῦθα χωρὶς Ἑλλήνων οἰκεῖν ἠδύναντο, ἐπιδιαβάντων τῶν Ἰώνων καὶ τῶν Δωριέων. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τὸ βαρβαρίζειν λέγεται· καὶ γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν κακῶς ἑλληνιζόντων εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἐπὶ τῶν καριστὶ λαλούντων. οὕτως οὖν καὶ τὸ βαρβαροφωνεῖν καὶ τοὺς βαρβαροφώνους δεκτέον τοὺς κακῶς ἑλληνίζοντας· ἀπὸ δὲ τοῦ καρίζειν καὶ τὸ βαρβαρίζειν μετήνεγκαν εἰς τὰς περὶ ἑλληνισμοῦ τέχνας καὶ τὸ σολοικίζειν, εἴτ' ἀπὸ Σόλων, εἴτ' ἄλλως τοῦ ὀνόματος τούτου πεπλασμένου.

29. Φησὶ δὲ Ἀρτεμίδωρος ἀπὸ Φύσκου τῆς Ῥοδίων περαίας ἰοῦσιν εἰς Ἔφεσον μέχρι μὲν Λαγίνων ὀκτακοσίους εἶναι καὶ πεντήκοντα σταδίους, ἐντεῦθεν δ' εἰς Ἀλάβανδα πεντήκοντα ἄλλους καὶ διακοσίους, εἰς δὲ

Troes, Dardani et Lycii.

Tale etiam nomen *Troii* in hisce (*Il.* 5, 222):

Quales Troii equi.

Neque ea etiam vera est causa, quod Carum lingua asperrima sit, neque enim est, quum habeat plurima Græca vocabula admixta, ut testatur Caricorum scriptor Philippus. Existimo autem vocem βάρβαρον soni imitatione fictam ita ab initio usurpatam esse de iis, qui nonnisi difficulter, duriter aspereque possent pronunciare: cujusmodi sunt βατταρίζειν et τραυλίζειν et ψελλίζειν: sumus enim ad hoc ingeniosissimi, ut sonos vocibus simile quiddam sonantibus exprimamus, quod jam ejusdem videntur esse generis: atque hic abundat usus ejusmodi nominum confictorum, qualia sunt κελαρύζειν, κλαγγή, ψόφος, βοή, κρότος, quorum nunc pleraque etiam proprie usurpantur. Quum ergo omnes, qui sic crasso ore loquuntur, barbari appellarentur, existimatum est, alienigenarum ora esse talia, eorum, inquam, qui non essent Græci. Hos igitur proprie vocaverunt barbaros, initio quidem tanquam diductionem asperitatemque oris exprobrantes, deinde tanquam communi quodam gentili nomine abusi sumus, in nationum divisione barbaros Græcis opponentes. Multa enim consuetudo et commercia cum barbaris docuerunt, vitiosam istam pronuntiationem non amplius explicandam esse oris crassitie aut vitio aliquo instrumentorum voci servientium, sed ex linguarum sive dialectorum proprietatibus. Alia autem in nostra lingua crassities vitiumque et quasi barbaries oris exstitit, quum quis Græce loquens perfectam pronuntiationem non attingit, sed ita voces effert, ut barbari, quando ad Græcæ linguæ usum introducuntur, neque possunt perfecte vocabula exprimere, quod et nobis in illorum idiomatibus usu venit. Maxime autem Caribus hoc contigit. Nam quum reliquæ gentes nihil fere cum Græcis haberent commercii, neque operam darent, ut Græcam vivendi loquendique rationem discerent, nisi si qui pauci et forte fortuna ac singulatim Græcis quibusdam se permiscuerunt: Cares per totam Græciam mercede militantes sunt dissipati. Itaque barbaries linguæ apud eos fuit frequens ab eorum in Græciam profectionibus; multoque magis deinde increbuit, postquam una cum Græcis habitare insulas cœperunt, indeque in Asiam expulsi ne ibi quidem incolere sine Græcis potuerunt, quum eodem postea transgrederentur Iones et Dorienses. Eadem de causa *barbarissare* dicitur, quod usurpare solemus non de Carice, sed de male Græce loquentibus. Ita ergo etiam barbarilingues intelligendi sunt, qui prave Græce loquuntur. Hinc in artes Græce loquendi a Carissando etiam *barbarissare* verbum est traductum, et *solœcissare*, sive a Solis ea vox, sive aliunde efficta est.

29. Artemidorus ait a Physco, quæ est in Rhodiorum Peræa, Ephesum versus tendentibus usque ad Lagina esse stadia octingenta quinquaginta, hinc ad Alabanda alia quinquaginta et ducenta, ad Tralles autem centum sexaginta;

Τράλλεις ἑκατὸν ἑξήκοντα· ἀλλ' ἡ εἰς Τράλλεις ἐστὶ διαβάντι τὸν Μαίανδρον κατὰ μέσην που τὴν ὁδόν, ὅπου τῆς Καρίας οἱ ὅροι· γίνονται δ' οἱ πάντες ἀπὸ Φύσκου ἐπὶ τὸν Μαίανδρον κατὰ τὴν εἰς Ἔφεσον ὁδὸν χίλιοι ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. πάλιν ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου τῆς Ἰωνίας ἐφεξῆς μῆκος ἐπιόντι κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀπὸ μὲν τοῦ ποταμοῦ εἰς Τράλλεις, ὀγδοήκοντα, εἶτ' εἰς Μαγνησίαν ἑκατὸν τετταράκοντα, εἰς Ἔφεσον δ' ἑκατὸν εἴκοσιν, εἰς δὲ Σμύρναν τριακόσιοι εἴκοσιν, εἰς δὲ Φώκαιαν καὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἰωνίας ἐλάττους τῶν διακοσίων· ὥστε τὸ ἐπ' εὐθείας μῆκος τῆς Ἰωνίας εἴη ἂν κατ' αὐτὸν μικρῷ πλέον τῶν ὀκτακοσίων. ἐπεὶ δὲ κοινή τις ὁδὸς τέτριπται ἅπασι τοῖς ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ὁδοιποροῦσιν ἐξ Ἐφέσου, καὶ ταύτην ἔπεισιν. ἐπὶ μὲν τὰ Κάρουρα τῆς Καρίας ὅριον πρὸς τὴν Φρυγίαν διὰ Μαγνησίας καὶ Τραλλέων, Νύσης, Ἀντιοχείας ὁδὸς ἑπτακοσίων καὶ τετταράκοντα σταδίων· ἐντεῦθεν δὲ ἡ Φρυγία διὰ Λαοδικείας καὶ Ἀπαμείας καὶ Μητροπόλεως καὶ Χελιδονίων· ἐπὶ μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν τῆς Παρωρείου, τοὺς Ὅλμους, στάδιοι περὶ ἐνναχοσίους καὶ εἴκοσιν ἐκ τῶν Καρούρων· ἐπὶ δὲ τὸ πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ πέρας τῆς Παρωρείου τὸ Τυριαῖον διὰ Φιλομηλίου μικρῷ πλείους τῶν πεντακοσίων. εἶθ' ἡ Λυκαονία μέχρι Κοροπασσοῦ διὰ Λαοδικείας τῆς κατακεκαυμένης ὀκτακόσιοι τετταράκοντα· ἐκ δὲ Κοροπασσοῦ τῆς Λυκαονίας εἰς Γαρσάουρα, πολίχνιον τῆς Καππαδοκίας, ἐπὶ τῶν ὅρων αὐτῆς ἱδρυμένον, ἑκατὸν εἴκοσιν· ἐντεῦθεν δ' εἰς Μάζακα τὴν μητρόπολιν τῶν Καππαδόκων διὰ Σοάνδου καὶ Σαδακόρων ἑξακόσιοι ὀγδοήκοντα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Εὐφράτην μέχρι Τομίσων χωρίου τῆς Σωφηνῆς διὰ Ἡρφῶν πολίχνης χίλιοι τετρακόσιοι τετταράκοντα. τὰ δ' ἐπ' εὐθείας τούτοις μέχρι τῆς Ἰνδικῆς τὰ αὐτὰ κεῖται καὶ παρὰ τῷ Ἀρτεμιδώρῳ, ἅπερ καὶ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. λέγει δὲ καὶ Πολύβιος, περὶ τῶν ἐκεῖ μάλιστα δεῖν πιστεύειν ἐκείνῳ. ἄρχεται δὲ ἀπὸ Σαμοσάτων τῆς Κομμαγηνῆς, ἣ πρὸς τῇ διαβάσει καὶ τῷ Ζεύγματι κεῖται· εἰς δὲ Σαμόσατα ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Καππαδοκίας τῶν περὶ Τόμισα ὑπερθέντι τὸν Ταῦρον σταδίους εἴρηκε τετρακοσίους καὶ πεντήκοντα.

sed quum itur ad Tralles, medio fere itinere Mæander transitur, ubi sunt Cariæ fines. A Physco usque ad Mæandrum, in via Ephesum ducente, in universum sunt stadia mille centum octoginta. Rursum a Mæandro Ioniæ deinceps longitudo, eidem itineri si insistas, a fluvio ad Tralles stadia octoginta, ad Magnesiam centum quadraginta, ad Ephesum centum viginti, ad Smyrnam trecenta viginti, ad Phocæam et Ioniæ fines pauciora quam ducenta; adeo ut longitudo Ioniæ in directum sit secundum Artemidorum paullo major quam stadiorum octingentorum. Quoniam vero communis quædam via teri solet omnibus, qui ex Epheso versus orientem iter faciunt, hanc quoque Artemidorus persequitur. Ad Carura, qui Cariæ et Phrygiæ limes est, per Magnesiam, Tralles, Nysam, Antiochiam, via est septingentorum quadraginta stadiorum; hinc Phrygia est per Laodiceam, Apameam, Metropolin et Chelidonias; et a Caruris quidem usque ad Holmos, ubi est Phrygiæ Paroreæ initium, stadia sunt ad nongenta viginti; hinc vero usque ad Tyriacum, ubi finis est Paroreæ versus Lycaoniam, per Philomelium stadia sunt paullo plura quingentis. Deinde Lycaonia est usque ad Coropassum per Laodiceam Combustam, stadiorum octingentorum quadraginta. A Coropasso Lycaoniæ usque ad Garsaüra oppidulum Cappadociæ, in ipsis ejus finibus positum, stadia centum viginti; hinc ad Mazaca, primariam Cappadociæ urbem, per Soandum et Sadacora sexcenta octoginta; hinc usque ad Euphratem et Tomisum Sophenæ pagum per Herpharum oppidulum stadia mille quadringenta quadraginta. Quæ hinc ad rectam sunt lineam usque ad Indiam, eodem modo Artemidorus tradit quo Eratosthenes, cui quidem istis de regionibus maxime adhibendam fidem Polybius quoque censet. Incipit a Samosatis, Commagenæ urbe ad transitum et Zeugma sita. Ad Samosata a finibus Cappadociæ prope Tomisum Taurum trajicienti esse ait stadia quadringenta quinquaginta.

ΚΕΦ. Γ.

Μετὰ δὲ τὴν Ῥοδίων περαίαν, ἧς ὅριον τὰ Δαίδαλα, ἐφεξῆς πλέουσι πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἡ Λυκία κεῖται μέχρι Παμφυλίας, εἶθ' ἡ Παμφυλία μέχρι Κιλίκων τῶν τραχέων, εἶθ' ἡ τούτων μέχρι τῶν ἄλλων Κιλίκων τῶν περὶ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον· ταῦτα δ' ἐστὶ μέρη μὲν τῆς χερρονήσου, ἧς τὸν ἰσθμὸν ἔφαμεν τὴν ἀπὸ Ἰσσοῦ ὁδὸν μέχρι Ἀμισοῦ ἢ Σινώπης, ὥς τινες, (ἡ) ἐκτὸς δὲ τοῦ Ταύρου ἐν στενῇ παραλίᾳ τῇ ἀπὸ Λυκίας μέχρι τῶν περὶ Σόλους τόπων, τὴν νῦν Πομπηιόπολιν· ἔπειτα ἤδη εἰς πεδία ἀναπέπταται ἡ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον παραλία ἀπὸ Σόλων καὶ Ταρσοῦ ἀρξαμένη. ταύτην

CAP. III.

Post Rhodiorum Peræam, cujus terminum Dædala diximus, deinceps versus orientem solem naviganti Lycia sita est. Hanc subsequitur Pamphylia usque ad Cilices Asperos, qui vocantur, tum horum regio usque ad alteros Cilices qui sunt circa sinum Issicum. Hæc sunt partes quidem peninsulæ, cujus isthmum dixeramus esse id, quod est in via ab Isso Amisum usque aut (ut alii volunt) Sinopen : at sita sunt extra Taurum in arcto litore a Lycia ad Solos usque pertinente, quæ urbs nunc Pompeiopolis vocatur. Post hæc ora maritima, quæ ad sinum Issicum est, a Solis et Tarso initio sumpto, in planitiem panditur. Quam si de-

οὖν ἐπελθοῦσιν ὁ πᾶς περὶ τῆς χερρονήσου λόγος ἔσται περιωδευμένος· εἶτα μεταβησόμεθα ἐπὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς Ἀσίας τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου. τελευταῖα δ' ἐκθήσομεν τὰ περὶ τὴν Λιβύην.

2. Μετὰ τοίνυν Δαίδαλα τὰ τῶν Ῥοδίων ὄρος ἐστὶ τῆς Λυκίας ὁμώνυμον αὐτοῖς Δαίδαλα, ἀφ' οὗ λαμβάνει τὴν ἀρχὴν ὁ παράπλους ἅπας ὁ Λυκιακός, σταδίων μὲν ὢν χιλίων ἑπτακοσίων εἴκοσι, τραχὺς δὲ καὶ χαλεπός, ἀλλ' εὐλίμενος σφόδρα καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων συνοικούμενος σωφρόνων· ἐπεὶ ἥ γε τῆς χώρας φύσις παραπλησία καὶ τοῖς Παμφύλοις ἐστὶ καὶ τοῖς Τραχειώταις Κίλιξιν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὁρμητηρίοις ἐχρήσαντο τοῖς τόποις πρὸς τὰ λῃστήρια, αὐτοὶ πειρατεύοντες ἢ τοῖς πειραταῖς λαφυροπώλια καὶ ναύσταθμα παρέχοντες· ἐν Σίδῃ γοῦν πόλει τῆς Παμφυλίας τὰ ναυπήγια συνίστατο τοῖς Κίλιξιν, ὑπὸ κήρυκά τε ἐπώλουν ἐκεῖ τοὺς ἁλόντας ἐλευθέρους ὁμολογοῦντες· Λύκιοι δ' οὕτω πολιτικῶς καὶ σωφρόνως ζῶντες διετέλεσαν, ὥστ', ἐκείνων διὰ τὰς εὐτυχίας θαλαττοκρατησάντων μέχρι τῆς Ἰταλίας, ὅμως ὑπ' οὐδενὸς ἐξήρθησαν αἰσχροῦ κέρδους, ἀλλ' ἔμειναν ἐν τῇ πατρίῳ διοικήσει τοῦ Λυκιακοῦ συστήματος.

3. Εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ εἴκοσι πόλεις αἱ τῆς ψήφου μετέχουσαι· συνέρχονται δὲ ἐξ ἑκάστης πόλεως εἰς κοινὸν συνέδριον, ἣν ἂν δοκιμάσωσι πόλιν ἑλόμενοι· τῶν δὲ πόλεων αἱ μέγισται μὲν τριῶν ψήφων ἐστὶν ἑκάστη κυρία, αἱ δὲ μέσαι δυεῖν, αἱ δ' ἄλλαι μιᾶς· ἀνὰ λόγον δὲ καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσφέρουσι καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας. ἓξ δὲ τὰς μεγίστας ἔφη ὁ Ἀρτεμίδωρος, Ξάνθον, Πάταρα, Πίναρα, Ὄλυμπον, Μύρα, Τλῶν, κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν εἰς Κίβυραν κειμένην. ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τοῦ συστήματος· δικαστήριά τε ἀποδείκνυται κοινῇ· καὶ περὶ πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης καὶ συμμαχίας ἐβουλεύοντο πρότερον, νῦν δ' οὐκ εἰκός, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτ' ἀνάγκη κεῖσθαι, πλὴν εἰ ἐκείνων ἐπιτρεψάντων, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν εἴη χρήσιμον· ὁμοίως δὲ καὶ δικασταὶ καὶ ἄρχοντες ἀνὰ λόγον ταῖς ψήφοις ἐξ ἑκάστης προχειρίζονται πόλεως. οὕτω δ' εὐνομουμένοις αὐτοῖς συνέβη παρὰ Ῥωμαίοις ἐλευθέροις διατελέσαι, τὰ πάτρια νέμουσι, τοὺς δὲ λῃστὰς ἐπιδεῖν ἄρδην ἠφανισμένους, πρότερον μὲν ὑπὸ Σερουιλίου τοῦ Ἰσαυρικοῦ, καθ' ὃν χρόνον καὶ τὰ Ἴσαυρα ἐκεῖνος καθεῖλεν, ὕστερον δὲ Πομπηίου τοῦ Μάγνου, πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων σκαφῶν ἐμπρήσαντος, τὰς δὲ κατοικίας ἐκκόψαντος, τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις τοὺς μὲν καταγαγόντος εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηιόπολιν ὠνόμασε, τοὺς δ' εἰς Δύμην λειπανδρήσασαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται. οἱ ποιηταὶ δέ, μάλιστα οἱ τραγικοί, συγχέοντες τὰ ἔθνη, καθάπερ τοὺς Τρῶας καὶ τοὺς Μυσοὺς καὶ τοὺς Λυδοὺς Φρύγας προσαγορεύουσιν, οὕτω καὶ τοὺς Λυκίους Κᾶρας.

4. Μετὰ δ' οὖν τὰ Δαίδαλα, τὸ τῶν Λυκίων ὄρος, πλησίον ἐστὶ Τελμησσός, πολίχνη Λυκίων, καὶ Τελ-

scripserimus, totam jam peninsulæ dictæ ambitum absolverimus; deinde ad reliquas Asiæ partes extra Taurum sitas transgrediemur, et postremo loco exponemus quæ ad Libyam pertinent.

2. Igitur post Rhodiorum Dædala mons Lyciæ est cognominis, Dædala, a quo litus Lyciæ incipit, cujus tota longitudo stadiorum mille septingentorum viginti; asperum hoc est, et difficile, tamen bonis portubus admodum instructum, et a modestis habitatum hominibus. Locorum quidem natura Pamphyliis et asperam habitantibus Ciliciam similis est; sed hi opportunitate locorum usi sunt ad receptacula prædonum, quum aut ipsi piraticam exercerent, aut marinis prædonibus forum divendendæ prædæ et stationem navibus præberent; nam Sidæ quidem, quæ Pamphyliæ urbs est, fabricam navium habebant Cilices, et sub præcone ibi vendebant captos, quos interim fatebantur esse liberos; at Lycii ita civiliter ac modeste vitam, idque constanter, transegerunt, ut, illis ob secundos successus mare ad Italiam usque obtinentibus, ipsi nulla turpis lucri cupiditate impelli se fuerint passi, sed in patria administratione Lyciaci conventus permanserint.

3. Tres et viginti sunt urbes, quæ in eo concilio jus habent suffragii; ad id coeunt e singulis urbibus in eam, quæ ipsis commoda videtur, urbem. Maximæ urbium jus habent trium suffragiorum, mediocres duorum, reliquæ unius; eadem proportione etiam tributa pendunt et reliqua obeunt munia. Artemidorus sex maximas recenset, Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlôn, sitam in transitu montis versus Cibyram. In concilio primum creatur Lyciarcha, id est Lyciæ princeps, tum reliqui ejus corporis magistratus; publica etiam judicia designantur; nec non de bello et pace antiquitus consultabant, nunc vero non licet iis, quum penes Romanos hæc esse debeant, nisi Romani permiserint aut in eorum commodum fiat. Ceterum judices quoque et magistratus eadem suffragiorum proportione e singulis deliguntur urbibus. Hoc modo illis bonas leges tenentibus evenit, ut perpetuo a Romanis libertas iis et suorum avitorum usus bonorum concederetur, piratarum autem viderent internecionem, primum a Servilio Isaurico iis illatam, quo tempore etiam Isaura demolitus est, deinde a Pompeio Magno, qui supra mille et trecentas scaphas combussit, et prædonum diruit receptacula, et de hominibus, qui cladi superfuerunt, alios transtulit Solos, quam ille Pompeiopolin denominavit, alios Dymen, quæ tunc incolis egens, nunc Romanorum frequentatur colonia. Poetæ autem, maxime tragici, confundere gentes soliti, ut Troes et Mysos et Lydos Phryges vocant, sic etiam Lyciis Carum appellationem accommodant.

4. Post Dædala igitur, Lyciorum montem, mox sequitur Telmessus, Lyciæ oppidum, ac Telmissis, promontorium

μησσὶς ἄκρα, λιμένα ἔχουσα. ἔλαβε δὲ τὸ χωρίον τοῦτο παρὰ Ῥωμαίων Εὐμένης ἐν τῷ Ἀντιοχικῷ πολέμῳ, καταλυθείσης δὲ τῆς βασιλείας ἀπέλαβον πάλιν οἱ Λύκιοι.

5. Εἶθ' ἑξῆς ὁ Ἀντίκραγος, ὄρθιον ὄρος, ἐφ' ᾧ Καρμυλησσός, χωρίον ἐν φάραγγι ᾠκημένον, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Κράγος, ἔχων ἄκρας ὀκτὼ καὶ πόλιν ὁμώνυμον. περὶ ταῦτα μυθεύεται τὰ ὄρη τὰ περὶ τῆς Χιμαίρας· ἔστι δ' οὐκ ἄπωθεν καὶ ἡ Χίμαιρα φάραγξ τις, ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀνατείνουσα. ὑπόκειται δὲ τῷ Κράγῳ Πίναρα ἐν μεσογαίᾳ, τῶν μεγίστων οὖσα πόλεων ἐν τῇ Λυκίᾳ. ἐνταῦθα δὲ Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ἴσως ὁμώνυμος τῷ Τρωικῷ· ὡς καὶ

Πανδαρέου κούρη χλωρηὶς ἀηδών·

καὶ γὰρ τοῦτον ἐκ Λυκίας φασίν.

6. Εἶθ' ὁ Ξάνθος ποταμός, ὃν Σίρβιν ἐκάλουν οἱ πρότερον· ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς δέκα σταδίους τὸ Λητῷόν ἐστιν· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἱεροῦ προελθόντι ἑξήκοντα ἡ πόλις ἡ τῶν Ξανθίων ἐστί, μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ. μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὕτη μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, κτίσμα Πατάρου. Πτολεμαῖος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπισκευάσας Ἀρσινόην ἐκάλεσε τὴν ἐν Λυκίᾳ, ἐπεκράτησε δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄνομα.

7. Εἶτα Μύρα ἐν εἴκοσι σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐπὶ μετεώρου λόφου. εἶθ' ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιμύρου ποταμοῦ καὶ ἀνιόντι πεζῇ σταδίους εἴκοσι τὰ Λίμυρα πολίχνη. μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ καὶ λιμένες, ὧν καὶ Μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος, † ἡ Κισθήνη. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ χωρία Φελλὸς καὶ Ἀντίφελλος καὶ ἡ Χίμαιρα, ἧς ἐμνήσθημεν ἐπάνω.

8. Εἶθ' Ἱερὰ ἄκρα καὶ αἱ Χελιδόνιαι, τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι, πάρισοι τὸ μέγεθος, ὅσον πέντε σταδίους ἀλλήλων διέχουσαι· τῆς δὲ γῆς ἀφεστᾶσιν ἑξαστάδιον· μία δ' αὐτῶν καὶ πρόσορμον ἔχει. ἐντεῦθεν νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν τὸν Ταῦρον, διά τε τὴν ἄκραν ὑψηλὴν οὖσαν καὶ καθήκουσαν ἀπὸ τῶν Πισιδικῶν ὀρῶν τῶν ὑπερκειμένων τῆς Παμφυλίας καὶ διὰ τὰς προκειμένας νήσους, ἐχούσας ἐπιφανές τι σημεῖον ἐν τῇ θαλάττῃ κρασπέδου δίκην. τὸ δ' ἀληθὲς ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ πρὸς Πισιδίαν μέρη συνεχής ἐστιν ἡ ὀρεινή, καλεῖται δὲ καὶ αὕτη Ταῦρος. δοκοῦσι δὲ καὶ αἱ Χελιδόνιαι κατὰ Κάνωβόν πως πίπτειν· τὸ δὲ δίαρμα λέγεται τετρακισχιλίων σταδίων. ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ τὴν Ὀλβίαν λείπονται στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα ἑπτά· ἐν τούτοις δ' ἐστὶν ἥ τε Κράμβουσα καὶ Ὄλυμπος, πόλις μεγάλη καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται· εἶτα Κώρυκος αἰγιαλός.

9. Εἶτα Φασηλίς, τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λίμνη. ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὰ Σόλυμα ὄρος καὶ Τερμησσός, Πισιδικὴ πόλις ἐπικειμένη τοῖς

portu præditum. Locum hunc Eumenes bello Antiochico a Romanis accepit; cujus regno sublato, receperunt Lycii.

5. Sequitur Anticragus, mons præceps, et in eo Carmylessus, oppidulum in convalle situm; postea Cragus, qui vertices habet octo et urbem cognominem. His montibus fabula Chimæræ affingitur; neque procul distat Chimæra convallis quædam, a litore sursum tendens. Infra Cragum in mediterraneo tractu jacent Pinara, una de Lyciæ urbibus maximis. Ibi Pandarus colitur, forte fortuna cognatus ille (ὁμογενής) Pandaro Troico, [[sicut etiam ille, de quo Homerus (*Od.* 19, 518):

Pandarei filia, viridans luscinia;]]

nam hunc quoque Lycium faciunt.

6. Sequitur Xanthus fluvius, quondam Sirbis dictus. Ubi lembo ad decem stadia adverso amne fueris subvectus, Latonæ est templum, et sexaginta supra id stadiis Xanthus urbs, Lyciæ urbium maxima. Post Xanthum Patara, ipsa quoque magna urbs, portum habens et templum Apollinis, a Pataro condita. Ptolemæus Philadelphus quum eam auxisset, Arsinoen Lyciæ denominavit; verum antiquum nomen usum obtinuit.

7. Deinde Myra sunt viginti stadiis supra mare in excelso colle. Sequuntur ostia Limyri amnis, et, si terra stadia viginti ab iis adscenderis, Limyra oppidum. Interjacent in hac præternavigatione multi portus, multæ parvæ insulæ, quarum Megista insula cum ejusdem nominis urbe, [*et*] Cisthena. In mediterraneis sunt Phellus et Antiphellus, et supra commemorata Chimæra.

8. Deinde Sacrum promontorium et Chelidoniæ, tres insulæ asperæ, magnitudine fere æquales, inter se quinque, a continente sex stadia dissitæ; una earum etiam stationem navium appulsui commodam habet. Hinc plerique putant Taurum incipere, quia et sublimis est promontorii vertex, et producitur a Pisidicis montibus supra Pamphyliam sitis, et quia insulæ ante id sitæ in mari eximium quoddam præbent signum fimbriæ in modum. Sed re vera jam a Rhodiorum Peræa versus regiones Pisidiæ vicinas continuus est montium tractus, qui ipse quoque Taurus vocatur. Videntur Chelidoniæ e regione Canopi sitæ esse; trajectus quater mille stadiorum fertur. Ceterum a Sacro promontorio ad Olbiam stadia restant trecenta sexaginta tria. Interjacent Crambusa et Olympus, urbs magna et mons cognominis, qui etiam Phœnicûs dicitur. Sequitur Corycus litus.

9. Deinde Phaselis, tres habens portus, urbs memorabilis, et lacus. Supra hanc Solyma sunt mons, et Termessus, Pisidica urbs, angustiis montium imminens, per quas in

στενοῖς, δι' ὧν ὑπέρβασίς ἐστιν εἰς τὴν Μιλυάδα. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος διὰ τοῦτο ἐξεῖλεν αὐτήν, ἀνοῖξαι βουλόμενος τὰ στενά. περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ κατὰ θάλατταν στενά, δι' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν στρατιάν. ἔστι δ' ὄρος Κλίμαξ καλούμενον, ἐπίκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει, στενὴν ἀπολεῖπον πάροδον ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ, ταῖς μὲν νηνεμίαις γυμνουμένην, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὁδεύουσι, πλημμύροντος δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτομένην ἐπὶ πολύ· ἡ μὲν οὖν διὰ τοῦ ὄρους ὑπέρβασις περίοδον ἔχει καὶ προσάντης ἐστί, τῷ δ' αἰγιαλῷ χρῶνται κατὰ τὰς εὐδίας. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς χειμέριον ἐμπεσὼν καιρὸν καὶ τὸ πλέον ἐπιτρέπων τῇ τύχῃ, πρὶν ἀνεῖναι τὸ κῦμα ὥρμησε, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν ὕδατι γενέσθαι τὴν πορείαν συνέβη, μέχρι ὀμφαλοῦ βαπτιζομένων. ἔστι μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ πόλις Λυκιακή, ἐπὶ τῶν ὅρων ἱδρυμένη τῶν πρὸς Παμφυλίαν, τοῦ δὲ κοινοῦ τῶν Λυκίων οὐ μετέχει, καθ' αὑτὴν δὲ συνέστηκεν.

10. Ὁ μὲν οὖν ποιητὴς ἑτέρους τῶν Λυκίων ποιεῖ τοὺς Σολύμους· ὑπὸ γὰρ τοῦ τῶν Λυκίων βασιλέως πεμφθεὶς ὁ Βελλεροφόντης ἐπὶ δεύτερον τοῦτον ἆθλον

Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισιν.

οἱ δὲ τοὺς Λυκίους πρότερον καλεῖσθαι Σολύμους φάσκοντες, ὕστερον δὲ Τερμίλας, ἀπὸ τῶν ἐκ Κρήτης συγκατελθόντων τῷ Σαρπηδόνι, μετὰ δὲ ταῦτα Λυκίους ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ὃν ἐκπεσόντα τῆς οἰκείας ἐδέξατο Σαρπηδὼν ἐπὶ μέρει τῆς ἀρχῆς, οὐχ ὁμολογούμενα λέγουσιν Ὁμήρῳ· βελτίους δ' οἱ φάσκοντες λέγεσθαι Σολύμους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τοὺς νῦν Μιλύας προσαγορευομένους, περὶ ὧν εἰρήκαμεν.

ΚΕΦ. Δ.

Μετὰ Φασηλίδα δ' ἐστὶν ἡ Ὀλβία, τῆς Παμφυλίας ἀρχή, μέγα ἔρυμα, καὶ μετὰ ταύτην ὁ Καταράκτης λεγόμενος, ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας καταράττων ποταμὸς πολὺς καὶ χειμαρρώδης, ὥστε πόρρωθεν ἀκούεσθαι τὸν ψόφον. εἶτα πόλις Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον, πολίχνιον ὅμορον, ἄλλην κατοικίαν καὶ μείζω περίβολον περιθέντος. φασὶ δ' ἐν τῷ μεταξὺ Φασηλίδος καὶ Ἀτταλείας δείκνυσθαι Θήβην τε καὶ Λυρνησσόν, ἐκπεσόντων ἐκ τοῦ Θήβης πεδίου τῶν Τρωικῶν Κιλίκων εἰς τὴν Παμφυλίαν ἐκ μέρους, ὡς εἴρηκε Καλλισθένης.

2. Εἶθ' ὁ Κέστρος ποταμός, ὃν ἀναπλεύσαντι σταδίους ἑξήκοντα Πέργη πόλις, καὶ πλησίον ἐπὶ μετεώρου τόπου τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. εἶθ' ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅσον τετταράκοντα σταδίοις † πόλις ἐστὶν ὑψηλὴ τοῖς ἐκ Πέργης ἔποπτος· εἶτα λίμνη εὐμεγέθης Καπρία, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ποταμός, ὃν ἀναπλεύσαντι ἑξήκοντα σταδίους Ἄσπενδος πόλις, εὐανδροῦσα ἱκανῶς, Ἀργείων κτίσμα· ὑπέρκειται δὲ ταύτης Πετνη-

Milyadem transitur. Atque Alexander etiam propterea eam diruit, ut fauces istas aperiret. Apud Phaselidem sunt ad mare angustiæ, per quas exercitum traduxit Alexander. Est enim ibi mons Climax, Pamphylio incumbens mari, et propter litus arctum relinquens transitum, qui tranquillo mari nudatur, et a viatoribus perambulari potest, mari exundante fluctibus admodum obtegitur. Jam quum transitus montis circuitum faciat, et arduus sit, commoda tempestate litore utuntur. Alexander autem hibernam incidit in tempestatem, quumque fortunæ maximam eventus partem crederet, antequam defluerent undæ, profectus est; itaque contigit ut totum diem milites per aquam iter facerent, usque ad umbilicum in eam demersi. Urbs ista Lyciæ quidem est, in confinio Pamphyliæ sita; sed per se constat, neque communitatis Lyciorum est particeps.

10. Enimvero Homerus Solymos a Lyciis diversos facit, quando a Lyciorum rege Bellerophontes ad secundum hoc missus certamen (*Il.* 6, 184)

adversus Solymos claros tulit arma.

Qui autem Lycios quondam Solymos dictos referunt, deinde Termilas ab iis, qui cum Sarpedone e Creta venerunt, postea Lycios a Lyco Pandionis filio, quem extorrem domo Sarpedon in regni partem recepisset: non consentanea Homericis tradunt. Melius, qui ab Homero Solymos dictos aiunt eos qui nunc Milyæ appellantur, de quibus supra actum est.

CAP. IV.

Post Phaselidem Olbia est Pamphyliæ initium, magna munitio, et post hanc fluvius Catarrhactes, sic dictus, quia copiosus de excelso saxo se proruit torrentis in morem, ejusque decidentis fragor longe auditur. Sequitur Attalea urbs, nomen habens ab Attalo Philadelpho conditore, qui in Corycum quoque oppidulum contiguum aliam coloniam deduxit, et mœnia ejus amplificavit. Aiunt inter Phaselidem et Attaleam monstrari Thebam et Lyrnessum, quum e Thebano campo Troicorum Cilicum ejectorum pars in Pamphyliam venisset, prodente Callisthene.

2. Deinceps Cestrus fluvius, quo adverso si ad sexaginta stadia quis subvehatur, ad Pergam venit urbem : pone quam in sublimi loco templum est Dianæ Pergææ, ad quod singulis annis sacer est conventus. Inde super mare ad quadraginta stadia est [*Syllium*] urbs celsa et Pergæ conspicua; tum palus permagna Capria, et postea fluvius Eurymedon, quo adverso ad sexaginta stadia subvehuntur ad Aspendum urbem satis populosam, ab Argivis conditam;

λισσός· εἶτ' ἄλλος ποταμός, καὶ νησία προκείμενα πολλά· εἶτα Σίδη, Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Κιβυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν· εἶθ' ὁ Μέλας ποταμὸς καὶ ὕφορμος· εἶτα Πτολεμαῒς πόλις· καὶ μετὰ ταῦθ' οἱ ὅροι τῆς Παμφυλίας καὶ τὸ Κορακήσιον, ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας. ὁ δὲ παράπλους ἅπας ὁ Παμφύλιος στάδιοί εἰσιν ἑξακόσιοι τεσσαράκοντα.

3. Φησὶ δ' Ἡρόδοτος τοὺς Παμφύλους τῶν μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος εἶναι λαῶν, μιγάδων τινῶν ἐκ Τροίας συνακολουθησάντων· τοὺς μὲν δὴ πολλοὺς ἐνθάδε καταμεῖναι, τινὰς δὲ σκεδασθῆναι πολλαχοῦ τῆς γῆς. Καλλῖνος δὲ τὸν μὲν Κάλχαντα ἐν Κλάρῳ τελευτῆσαι τὸν βίον φησί, τοὺς δὲ λαοὺς μετὰ Μόψου τὸν Ταῦρον ὑπερθέντας, τοὺς μὲν ἐν Παμφυλίᾳ μεῖναι, τοὺς δ' ἐν Κιλικίᾳ μερισθῆναι καὶ Συρίᾳ μέχρι καὶ Φοινίκης.

ΚΕΦ. Ε.

Τῆς Κιλικίας δὲ τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς· τραχεῖα μέν, ἧς ἡ παραλία στενή ἐστι, καὶ οὐδὲν ἢ σπανίως ἔχει τι χωρίον ἐπίπεδον, καὶ ἔτι ἧς ὑπέρκειται ὁ Ταῦρος, οἰκούμενος κακῶς, μέχρι καὶ τῶν προσβόρων πλευρῶν τῶν περὶ Ἴσαυρα καὶ τοὺς Ὁμοναδέας μέχρι τῆς Πισιδίας· καλεῖται δ' ἡ αὐτὴ καὶ Τραχειῶτις καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Τραχειῶται· πεδιὰς δ' ἡ ἀπὸ Σόλων καὶ Ταρσοῦ μέχρι Ἰσσοῦ, καὶ ἔτι ὧν ὑπέρκεινται κατὰ τὸ πρόσβορον τοῦ Ταύρου πλευρὸν Καππάδοκες· αὕτη γὰρ ἡ χώρα τὸ πλέον πεδίων εὐπορεῖ καὶ χώρας ἀγαθῆς. ἐπεὶ δὲ τούτων τὰ μέν ἐστιν ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὰ δ' ἐκτός, περὶ μὲν τῶν ἐντὸς εἴρηται, περὶ δὲ τῶν ἐκτὸς λέγωμεν, ἀπὸ τῶν Τραχειωτῶν ἀρξάμενοι.

2. Πρῶτον τοίνυν ἐστὶ τῶν Κιλίκων φρούριον τὸ Κορακήσιον, ἱδρυμένον ἐπὶ πέτρας ἀπορρῶγος, ᾧ ἐχρήσατο Διόδοτος ὁ Τρύφων προσαγορευθεὶς ὁρμητηρίῳ, καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησε τὴν Συρίαν τῶν βασιλέων καὶ διεπολέμει πρὸς ἐκείνους, τοτὲ μὲν κατορθῶν τοτὲ δὲ πταίων. τοῦτον μὲν οὖν Ἀντίοχος ὁ Δημητρίου κατακλείσας εἴς τι χωρίον ἠνάγκασε διεργάσασθαι τὸ σῶμα. τοῖς δὲ Κίλιξιν ἀρχὴν τοῦ τὰ πειρατικὰ συνίστασθαι Τρύφων αἴτιος κατέστη, καὶ ἡ τῶν βασιλέων οὐδένεια τῶν τότε ἐκ διαδοχῆς ἐπιστατούντων τῆς Συρίας ἅμα καὶ τῆς Κιλικίας· τῷ γὰρ ἐκείνου νεωτερισμῷ συνενεωτέρισαν καὶ ἄλλοι, διχοστατοῦντές τε ἀδελφοὶ πρὸς ἀλλήλους ὑποχείριον ἐποίουν τὴν χώραν τοῖς ἐπιτιθεμένοις. ἡ δὲ τῶν ἀνδραπόδων ἐξαγωγὴ προὐκαλεῖτο μάλιστα εἰς τὰς κακουργίας, ἐπικερδεστάτη γενομένη· καὶ γὰρ ἡλίσκοντο ῥᾳδίως, καὶ τὸ ἐμπόριον οὐ παντελῶς ἄπωθεν ἦν μέγα καὶ πολυχρήματον, ἡ Δῆλος, δυναμένη μυριάδας ἀνδραπόδων αὐθημερὸν καὶ δέξασθαι καὶ ἀποπέμψαι, ὥστε καὶ παροιμίαν γενέσθαι διὰ τοῦτο· ἔμπορε, κατάπλευσον, ἐξελοῦ, πάντα πέπραται. αἴτιον δ', ὅτι πλούσιοι γενόμενοι Ῥωμαῖοι μετὰ

supra hanc est Petnelissus; tum alius fluvius, et ante eum multæ parvulæ insulæ; tum Side, Cumæorum colonia, ubi Minervæ est ædes. Prope est etiam Cibyratarum minorum ora maritima; deinde Melas fluvius ac statio; tum urbs Ptolemais; post hæc fines Pamphyliæ et Coracesium, asperæ initium Ciliciæ. Totius Pamphyliæ præternavigatio est stadiorum sexcentorum quadraginta.

3. Herodotus (7, 91) scribit Pamphylos esse gentem eorum, qui cum Amphilocho et Calchante eo venerint, a Troja convenis quibusdam comitati; horum plerosque ibi consedisse, alios per varias terræ partes fuisse dispersos. Callinus Calchantem quidem Clari mortuum perhibet, gentem vero cum Mopso Taurum superasse, et partim in Pamphylia mansisse, partim in Cicilia et Syria dispersam esse usque ad Phœniciam.

CAP. V.

Ciliciæ, quæ extra Taurum est, pars aspera, pars campestris dicitur; aspera, cujus ora maritima angusta est, et aut nullum aut raro habet locum aliquem planum, et cui imminet etiam mons Taurus, male habitatus, usque ad septentrionalia latera Isauris vicina et juxta Homonadenses usque ad Pisidiam pertinentia. Eadem ab asperitate *etiam* Tracheotis dicitur, et incolæ Tracheotæ. Campestris vero Cilicia est regio a Solis et Tarso usque ad Issum patens atque ea cui a septentrionali parte Tauri imminent Cappadoces; hæc enim regio majori e parte campis bonoque agro abundat. Quoniam vero horum alia sunt intra, alia extra Taurum, diximus autem de iis, quæ intra sunt: dicamus nunc de extra eum sitis, initio sumpto ab aspera Cilicia.

2. Primum igitur Cilicum castellum est Coracesium, situm in petra prærupta, qua arce belli usus est Diodotus, cognomento Trypho, quum a regibus abalienaret Syriam, bellumque dubiæ fortunæ vicibus adversus eos gereret. Atque hunc quidem Antiochus Demetrii filius quodam in castello inclusum ad mortem sibi consciscendam adegit. Cilicibus autem, ut societates prædandi in mari coirent, Tryphon auctor fuit, et socordia regum, qui per successiones tunc Syriæ simul et Ciliciæ præerant; nam illo novas res moliente, idem etiam alii egerunt, et quum inter se dissiderent fratres, ditionem insidiantibus fecerunt obnoxiam. Maxime ad maleficia invitavit mancipiorum exportatio, quum esset lucrosissima; nam et facile mancipia capiebant, nec adeo procul aberat maximum emporium atque opulentum, Delus insula, quæ uno die poterat innumeram mancipiorum multitudinem accipere et amandare; adeo ut etiam proverbium exstiterit: Mercator, appelle navim, expone; omnia statim divendita. Causam rei præbuit, quod, deletis Carthagine et Corintho, divitiarum copia abundantibus Romanis multorum mancipiorum usus cœpit

τὴν Καρχηδόνος καὶ Κορίνθου κατασκαφὴν οἰκετείαις ἐχρῶντο πολλαῖς· ὁρῶντες δὲ τὴν εὐπέτειαν οἱ λῃσταὶ ταύτην ἐξήνθησαν ἀθρόως, αὐτοὶ καὶ λῃζόμενοι καὶ σωματεμποροῦντες. συνήργουν δ' εἰς ταῦτα καὶ οἱ τῆς Κύπρου καὶ οἱ τῆς Αἰγύπτου βασιλεῖς, ἐχθροὶ τοῖς Σύροις ὄντες· οὐδ' οἱ Ῥόδιοι δὲ φίλοι ἦσαν αὐτοῖς, ὥστ' οὐδὲν ἐβοήθουν· ἅμα δὲ καὶ οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν, ἄλυτον τὴν κακουργίαν εἶχον. ἀλλ' οὐδὲ Ῥωμαῖοί πω τοσοῦτον ἐφρόντιζον τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, ἀλλ' ἔπεμψαν μὲν καὶ Σκιπίωνα τὸν Αἰμιλιανόν, ἐπισκεψόμενον τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις, καὶ πάλιν ἄλλους τινάς· ἔγνωσαν δὲ κακίᾳ τῶν ἀρχόντων συμβαῖνον τοῦτο, εἰ καὶ τὴν κατὰ γένος διαδοχὴν τὴν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, αὐτοὶ κεκυρωκότες, ᾐδοῦντο ἀφαιρεῖσθαι. τοῦτο δὲ συμβὰν τῆς μὲν χώρας ἐποίησε κυρίους Παρθυαίους, οἳ τὰ πέραν τοῦ Εὐφράτου κατέσχον· τὸ τελευταῖον δὲ καὶ Ἀρμενίους, οἳ καὶ τὴν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου προσέλαβον μέχρι καὶ Φοινίκης, καὶ τοὺς βασιλέας κατέλυσαν εἰς δύναμιν καὶ τὸ γένος αὐτῶν σύμπαν, τὴν δὲ θάλατταν τοῖς Κίλιξι παρέδωκαν. εἶτ' αὐξηθέντας ἠναγκάσθησαν καταλύειν Ῥωμαῖοι πολέμῳ καὶ μετὰ στρατιᾶς, οὓς αὐξομένους οὐκ ἐκώλυσαν. ὀλιγωρίαν μὲν οὖν αὐτῶν χαλεπὸν καταγνῶναι· πρὸς ἑτέροις δὲ ὄντες τοῖς ἐγγυτέρω καὶ κατὰ χεῖρα μᾶλλον οὐχ οἷοί τε ἦσαν τὰ ἀπωτέρω σκοπεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ἔδοξεν ἡμῖν ἐν παρεκβάσει διὰ βραχέων εἰπεῖν.

3. Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον † Ἀρσινόη πόλις, εἶθ' Ἁμαξία, ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη. κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη, καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ τοιαύτῃ ξυλείᾳ· καὶ διὰ τοῦτ' Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ τὰ χωρία ταῦτα προσένειμεν, ἐπιτήδεια ὄντα πρὸς τὰς τῶν στόλων κατασκευάς. Εἶτα Λαέρτης, φρούριον ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς ὕφορμον ἔχον· εἶτα Σελινοῦς † ποταμός· εἶτα Κράγος, πέτρα περίκρημνος πρὸς θαλάττῃ· εἶτα Χαραδροῦς, ἔρυμα καὶ αὐτὸ ὕφορμον ἔχον (ὑπέρκειται δ' ὄρος Ἄνδρικλος) καὶ παράπλους τραχύς, Πλατανιστῆς καλούμενος· εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, καθ' ἣν ἡ ἤπειρος ἐγγυτάτω τῆς Κυπρίας ἐστὶν ἐπὶ Κρομμύου ἄκραν, ἐν διάρματι σταδίων τριακοσίων πεντήκοντα. εἰς μὲν οὖν τὸ Ἀνεμούριον ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Παμφυλίας ὁ Κιλίκιος παράπλους σταδίων ἐστὶν ὀκτακοσίων εἴκοσι, λοιπὸς δ' ἐστὶ μέχρι Σόλων ὅσον πεντακοσίων παράπλους σταδίων. [ἐν] τούτῳ δ' ἐστὶ Νάγιδος πρώτη μετὰ τὸ Ἀνεμούριον πόλις· εἶτ' Ἀρσινόη πρόσορμον ἔχουσα· εἶτα τόπος Μελανία καὶ Κελένδερις, πόλις λιμένα ἔχουσα. τινὲς δὲ ταύτην ἀρχὴν τίθενται τῆς Κιλικίας, οὐ τὸ Κορακήσιον, ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος· καί φησιν ἀπὸ μὲν τοῦ Πηλουσιακοῦ στόματος εἶναι τρισχιλίους ἐννακοσίους σταδίους εἰς Ὀρθωσίαν, ἐπὶ δὲ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν χίλια ἑκατὸν τριάκοντα, ἐπὶ δὲ τὰς πύλας ἑξῆς πεντακόσια εἰκοσιπέντε, ἐπὶ δὲ τοὺς ὅρους τῶν Κιλίκων χίλια διακόσια ἑξήκοντα.

esse. Hanc facilitatem prædones animadvertentes, confertim eruperunt, mancipia facientes atque vendentes. Huc conducebat etiam Cypriorum et Ægyptiorum regum conniventia, qui Syrorum erant inimici; neque Rhodii iis amici erant, ideoque non opitulabantur; simul et prædones, quum se vendere corpora tantum simularent, continua egerunt latrocinia. Necdum Romanis admodum curæ erant ea quæ extra Taurum fiebant. Miserunt quidem Scipionem Æmilianum, qui gentes et urbes inspiceret, ac deinde alios quosdam, cognoverunt autem ista fieri ob nequitiam præfectorum, etsi successionem inde a Seleuco Nicatore, quippe quam ipsi habuissent ante ratam, abolere dedecori sibi ducebant. Sane hoc pacto factum est ut ditio ea in Parthorum veniret potestatem, qui trans Euphratem sita obtinebant, et ad extremum etiam Armeniorum, qui extra Taurum quoque sita occupaverunt usque ad Phœniciam, et regiam, quantum potuere, imminuerunt potestatem eorumque omne genus, ac Cilicibus mare tradiderunt. Proinde quibus Romani crescentibus non obstiterunt, eos tandem auctos viribus bello et misso exercitu coacti sunt opprimere. Ceterum grave foret Romanos hîc negligentiæ insimulare, quippe qui aliis propinquioribus occupationibus detenti, iisque magis ad manum positis, remotiora non potuerunt curare. Hæc visum mihi fuit dicere paucis, ut in digressione.

Λοιπὸν δὲ τὴν πρὸς νότου παρακειμένην τῇ χερρονήσῳ ταύτῃ περιοδεῦσαι νῆσον τὴν Κύπρον. εἴρηται δ', ὅτι ἡ περιεχομένη θάλαττα ὑπὸ τῆς Αἰγύπτου καὶ Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ τῆς λοιπῆς παραλίας μέχρι τῆς Ῥοδίας σύνθετός πώς ἐστιν ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους καὶ τοῦ Παμφυλίου καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον. ἐν δὲ ταύτῃ ἐστὶν ἡ Κύπρος, τὰ μὲν προσάρκτια μέρη συνάπτοντα ἔχουσα τῇ Τραχείᾳ Κιλικίᾳ, καθ' ἃ δὴ καὶ προσεχεστάτη τῇ ἠπείρῳ ἐστί, τὰ δὲ ἑῷα τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ, τὰ δ' ἑσπέρια τῷ Παμφυλίῳ κλυζόμενα πελάγει, τὰ δὲ νότια τῷ Αἰγυπτίῳ. τοῦτο μὲν οὖν σύρρουν ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας τῷ Λιβυκῷ καὶ τῷ Καρπαθίῳ πελάγει, ἀπὸ δὲ τῶν νοτίων καὶ τῶν ἑῴων μερῶν ἥ τε Αἴγυπτός ἐστι καὶ ἡ ἐφεξῆς παραλία μέχρι Σελευκείας τε καὶ Ἰσσοῦ, πρὸς ἄρκτον δ' ἥ τε Κύπρος καὶ τὸ Παμφύλιον πέλαγος. τοῦτο δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων περιέχεται τοῖς τε ἄκροις τῆς Τραχείας Κιλικίας καὶ τῆς Παμφυλίας καὶ Λυκίας μέχρι τῆς Ῥοδίας, ἀπὸ δὲ τῆς δύσεως τῇ Ῥοδίων νήσῳ, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολῆς τῇ Κύπρῳ τῇ κατὰ Πάφον καὶ τὸν Ἀκάμαντα, ἀπὸ δὲ τῆς μεσημβρίας σύρρουν ἐστὶ τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει.

2. Ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τῆς Κύπρου σταδίων τρισχιλίων καὶ τετρακοσίων εἴκοσι κατακολπίζοντι· μῆκος δὲ ἀπὸ Κλειδῶν ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα πεζῇ σταδίων χιλίων τετρακοσίων ὁδεύοντι ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν Κλεῖδες νησία δύο προκείμενα τῇ Κύπρῳ κατὰ τὰ ἑωθινὰ μέρη τῆς νήσου, τὰ διέχοντα τοῦ Πυράμου σταδίους ἑπτακοσίους· ὁ δ' Ἀκάμας ἐστὶν ἄκρα δύο μαστοὺς ἔχουσα καὶ ὕλην πολλήν, κείμενος μὲν ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν, ἀνατείνων δὲ πρὸς ἄρκτους, ἐγγυτάτω μὲν πρὸς Σελινοῦντα τῆς Τραχείας Κιλικίας ἐν διάρματι χιλίων σταδίων, πρὸς Σίδην δὲ τῆς Παμφυλίας χιλίων καὶ ἑξακοσίων, πρὸς

gibus locutus, infert etiam de Mysis non convenientia cum illis. Ait enim etiam Mysiæ pagum nominari Ascaniam apud ejusdem nominis lacum, unde etiam Ascanius fluat amnis, cujus tum Euphorio meminerit :

> Ascanii prope Mysi læta fluenta ;

tum Alexander Ætolus :

> Ascanias ad aquas qui posuere domos,
> Ascaniæ sub labra paludis, pone Dolion
> Sileno natus et Melia incoluit.

Vocant autem, inquit, Dolionidem etiam Mysiam regionem apud Cyzicum sitam, qua Miletopolin itur. Hæc si vera sunt, et testimonio eorum, quæ hodie sunt, comprobantur, et poetarum : quid obstabat quin Homerus hujus Ascaniæ mentionem faceret, non ejus, quam Xanthus refert? Sed hic finem facio, quum supra quoque de hac re dixerim in Mysorum et Phrygum enarratione.

CAP. VI.

Restat ut huic peninsulæ versus meridiem adjacentem insulam Cyprum describamus. Dictum est mare, quod continetur Ægypto, Phœnice, Syria et reliqua ora, quæ usque ad Rhodum porrigitur, quodammodo componi ex Ægyptio Pamphylioque mari et eo quod sinum facit Issicum. In hoc est insula Cyprus, cujus septentrionales partes ad Asperam accedunt Ciliciam, quibus etiam continenti est proxima; orientales Issico sinu, occidua Pamphylio, meridionalia alluuntur Ægyptio mari. Id ab occasu cum Africo et Carpathio mari confluit, ab austro et oriente Ægyptum habet oramque sequentem usque ad Seleuciam et Issum ; versus septentrionem Cyprus est et mare Pamphylium. Hoc vero a septentrione continetur extremitatibus Asperæ Ciliciæ et Pamphyliæ ac Lyciæ usque ad Rhodiam Peræam, ab occasu Rhodo insula, ab ortu Cypro, qua Paphus est et Acamas, versus meridiem confluit cum Ægyptio mari.

2. Ambitus Cypri, si sinus intrentur, stadiorum est ter mille quadringentorum viginti; longitudo terrestri itinere a Clidibus ad Acamantem, ab ortu versus occasum, stadiorum mille quadringentorum. Sunt autem Clides, *quasi claves*, duæ minutæ insulæ ante Cyprum sitæ ad ortivas partes, a Pyramo dissitæ ad stadia septingenta. Acamas promontorium est duas quasi papillas habens et plurimam silvam ; situs est in occiduis insulæ partibus, sed versus septentrionem se porrigit, proxime qua Selinus est Asperæ Ciliciæ, freto diremptus mille stadiorum, a Sida Pamphy-

δὲ Χελιδονίας χιλίων ἐνναχοσίων. ἔστι δὲ ἑτερόμηκες τὸ ὅλον τῆς νήσου σχῆμα, καί που καὶ ἰσθμοὺς ποιεῖ κατὰ τὰς τὸ πλάτος διοριζούσας πλευράς· ἔχει δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστα, ὡς ἐν βραχέσιν εἰπεῖν, οὕτως, ἀρξαμένοις ἀπὸ τοῦ προσεχεστάτου σημείου τῇ ἠπείρῳ.

3. Ἔφαμεν δέ που κατὰ τὸ Ἀνεμούριον, ἄκραν τῆς Τραχείας Κιλικίας, ἀντικεῖσθαι τὸ τῶν Κυπρίων ἀκρωτήριον τὴν Κρομμύου ἄκραν ἐν τριακοσίοις καὶ πεντήκοντα σταδίοις· ἐντεῦθεν δ' ἤδη δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχουσιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἤπειρον, πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἐστι καὶ πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὰς Κλεῖδας εὐθυπλοίᾳ σταδίων ἑπτακοσίων. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λάπαθός τέ ἐστι πόλις, ὕφορμον ἔχουσα καὶ νεώρια, Λακώνων κτίσμα καὶ Πραξάνδρου, καθ' ἣν ἡ Νάγιδος· εἶτ' Ἀφροδίσιον, καθ' ὃ στενὴ ἡ νῆσος· εἰς γὰρ Σαλαμῖνα ὑπέρβασις σταδίων ἑβδομήκοντα· εἶτ' Ἀχαιῶν ἀκτή, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον [ὁ] κτίσας Σαλαμῖνα τὴν ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθείς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος· εἶτα Καρπασία πόλις, λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα· ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπέρβασίς ἐστιν ἰσθμοῦ τριάκοντα σταδίων πρὸς τὰς νήσους τὰς Καρπασίας καὶ τὸ νότιον πέλαγος· εἶτ' ἄκρα καὶ ὄρος· ἡ δ' ἀκρώρεια καλεῖται Ὄλυμπος, ἔχουσα Ἀφροδίτης Ἀκραίας ναόν, ἄδυτον γυναιξὶ καὶ ἀόρατον. πρόκεινται δὲ πλησίον αἱ Κλεῖδες καὶ ἄλλαι δὲ πλείους, εἶθ' αἱ Καρπάσιαι νῆσοι, καὶ μετὰ ταύτας ἡ Σαλαμίς, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς· εἶτ' Ἀρσινόη πόλις καὶ λιμήν· εἶτ' ἄλλος λιμὴν Λεύκολλα· εἶτ' ἄκρα Πηδάλιον, ἧς ὑπέρκειται λόφος τραχύς, ὑψηλός, τραπεζοειδής, ἱερὸς Ἀφροδίτης, εἰς ὃν ἀπὸ Κλειδῶν στάδιοι ἑξακόσιοι ὀγδοήκοντα· εἶτα κολπώδης καὶ τραχὺς παράπλους ὁ πλείων εἰς Κίτιον· ἔχει δὲ λιμένα κλειστόν· ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων τε, ὁ τῆς στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός· ἐντεῦθεν εἰς Βηρυτὸν στάδιοι χίλιοι πεντακόσιοι. εἶτ' Ἀμαθοῦς πόλις καὶ μεταξὺ πολίχνη, Παλαιὰ καλουμένη, καὶ ὄρος μαστοειδὲς Ὄλυμπος· εἶτα Κουριὰς χερρονησώδης, εἰς ἣν ἀπὸ Θρόνων στάδιοι ἑπτακόσιοι. εἶτα πόλις Κούριον, ὅρμον ἔχουσα, Ἀργείων κτίσμα. ἤδη οὖν πάρεστι σκοπεῖν τὴν ῥαθυμίαν τοῦ ποιήσαντος τὸ ἐλεγεῖον τοῦτο, οὗ ἡ ἀρχή·

ἱραὶ τῷ Φοίβῳ, πολλὸν διὰ κῦμα θέουσαι,
ἤλθομεν αἱ ταχιναὶ τόξα φυγεῖν ἔλαφοι·

εἴθ' Ἡδύλος ἐστίν, εἴθ' ὁστισοῦν· φησὶ μὲν γὰρ ὁρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος, ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠιόνος εἰς ἀκτὰς διανήξασθαι Κουριάδας, καὶ ἐπιφθέγγεται, διότι

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων.

ἀπὸ γὰρ Κωρύκου περίπλους μέν ἐστιν εἰς Κουριάδα ἀκτήν, οὔτε ζεφύρῳ δέ, οὔτε ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον, οὔτ' ἐν ἀριστερᾷ, δίαρμα δ' οὐδέν. ἀρχὴ δ' οὖν τοῦ δυσμικοῦ παράπλου τὸ Κούριον τοῦ βλέποντος πρὸς

liæ stadiorum mille sexcentorum, a Chelidoniis mille nongentorum. Figura totius insulæ est altera parte longior, et interdum isthmos facit in lateribus latitudinem definientibus. Singula breviter enarrabimus, orsi ab eo puncto, quod continenti est proximum.

3. Supra diximus e regione Anemurii, quod est Asperæ Ciliciæ promontorium, situm esse Cypri promontorium, quod Crommyi, *id est cepæ*, dicitur, intervallo trecentorum quinquaginta stadiorum. Inde si naviges ita, ut ad dextram tibi sit insula, continens ad lævam, versus septentrionem et orientem et meridiem cursus ad Clides rectus erit stadiorum septingentorum. In medio urbs est Lapathus cum navalibus et statione, condita a Laconibus et Praxandro, e regione sita Nagidi; deinde Aphrodisium, ubi angusta est Cyprus insula; nam transitus ad Salaminem nonnisi septuaginta est stadiorum. Deinde Achæorum acta, ubi Teucer primum appulit, quum a patre (ut fertur) Telamone domo ejectus Salaminem in Cypro conderet. Sequitur Carpasia urbs cum portu, opposita Sarpedoni promontorio. E Carpasia isthmi transitus est stadiorum triginta ad insulas Carpasias et austrinum mare. Sequitur promontorium et mons; promontorio nomen est Olympus, inque eo fanum Veneris Acrææ, quod adiri aut conspici a femina nefas est. Ante id in propinquo sitæ sunt Clides aliæque plures, *tum Carpasiæ* insulæ, ac post has Salamis, patria Aristi, historiæ scriptoris; deinde Arsinoe urbs et portus; mox alius portus Leucolla; hinc promontorium Pedalium, cui imminet collis asper, sublimis, mensæ forma, Veneri sacer; ad eum a Clidibus stadia sunt sexcenta octoginta; inde navigatio sinuosa et aspera utplurimum est Citium usque; urbs ea portum habet, qui claudi potest. Hæc patria fuit Zenonis, Stoicorum principis, et Apollonii medici; inde Berytum sunt stadia mille quingenta. Post Citium sequitur Amathûs urbs, et in medio est oppidum, quod Palæa dicitur, et mons mamillæ similis Olympus; tum Curias *promontorium* (ἄκρα) peninsulæ in modum; eo a Thronis stadia septingenta. Post urbs Curium, stationem habens, opus Argivorum. Jam oscitantiam subit considerare ejus, qui elegiam scripsit, cujus hoc est initium:

Nos sacræ Phœbo cervæ, dum tela per undas
effugimus, cursu venimus huc celeri:

sive is Hedylus est, sive quicumque alius. Dicit enim Corycio cervas decurrisse jugo, a Cilicumque litore ad actas enatasse Curiadas, et addit:

Res dictu mira est, quonam nos invia pacto
maria per verno transiimus zephyro (εἰαρινῷ.. ζεφύρῳ)

Etenim a Coryco circumnavigatio quidem est ad Curiadem, sed non (οὐ) Favonio spirante, sive ad dextram tibi sit insula sive ad lævam; trajectus autem est nullus. Initium circuitus occidui Curium est, Rhodum respicientis; statim-

Ῥόδον, καὶ εὐθύς ἐστιν ἄκρα, ἀφ' ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος· εἶτα Τρῆτα καὶ Βοόσουρα καὶ Παλαίπαφος, ὅσον ἐν δέκα σταδίοις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα, καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίας Ἀφροδίτης· εἶτ' ἄκρα Ζεφυρία, πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἄλλη Ἀρσινόη, ὁμοίως πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἱερὸν καὶ ἄλσος· μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς θαλάττης καὶ ἡ Ἱεροκηπίς. εἶθ' ἡ Πάφος, κτίσμα Ἀγαπήνορος, καὶ λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ εὖ κατεσκευασμένα· διέχει δὲ πεζῇ σταδίους ἑξήκοντα τῆς Παλαιπάφου, καὶ πανηγυρίζουσι διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης κατ' ἔτος ἐπὶ τὴν Παλαίπαφον ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξὶν συνιόντες καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων. φασὶ δ' εἰς Ἀλεξάνδρειάν τινες ἐκ Πάφου σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑξακοσίους. εἶθ' ὁ Ἀκάμας ἐστὶ μετὰ Πάφον· εἶτα πρὸς ἕω μετὰ τὸν Ἀκάμαντα πλοῦς εἰς Ἀρσινόην πόλιν καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄλσος· εἶτα Σόλοι πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ποταμὸν καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης καὶ Ἴσιδος· κτίσμα δ' ἐστὶ Φαλήρου καὶ Ἀκάμαντος Ἀθηναίων· οἱ δ' ἐνοικοῦντες Σόλιοι καλοῦνται. ἐντεῦθεν ἦν Στασάνωρ τῶν Ἀλεξάνδρου ἑταίρων, ἀνὴρ ἡγεμονίας ἠξιωμένος· ὑπέρκειται δ' ἐν μεσογαίᾳ Λιμενία πόλις· εἶθ' ἡ Κρομμύου ἄκρα.

4. Τί δὲ δεῖ τῶν ποιητῶν θαυμάζειν, καὶ μάλιστα τῶν τοιούτων, οἷς ἡ πᾶσα περὶ τὴν φράσιν ἐστὶ σπουδή, τὰ τοῦ Δαμάστου συγκρίνοντας, ὅστις τῆς νήσου τὸ μῆκος ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν ἀποδίδωσιν, ἀπὸ Ἱεροκηπίας, ὥς φησιν, εἰς Κλεῖδας; οὐδὲ ὁ Ἐρατοσθένης εὖ· αἰτιώμενος γὰρ τοῦτον, οὐκ ἀπ' ἄρκτων φησὶν εἶναι τὴν Ἱεροκηπίαν, ἀλλ' ἀπὸ νότου· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ νότου, ἀλλ' ἀπὸ δύσεως, εἴπερ ἐν τῇ δυσμικῇ πλευρᾷ κεῖται, ἐν ᾗ καὶ ἡ Πάφος καὶ ὁ Ἀκάμας. διάκειται μὲν οὕτως ἡ Κύπρος τῇ θέσει.

5. Κατ' ἀρετὴν δ' οὐδεμιᾶς τῶν νήσων λείπεται· καὶ γὰρ εὔοινός ἐστι καὶ εὐέλαιος, σίτῳ τε αὐτάρκει χρῆται· μέταλλά τε χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ, ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ, πρὸς τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμα. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τὸ παλαιὸν ὑλομανούντων τῶν πεδίων, ὥστε κατέχεσθαι δρυμοῖς καὶ μὴ γεωργεῖσθαι, μικρὰ μὲν ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο τὰ μέταλλα, δενδροτομούντων πρὸς τὴν καῦσιν τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου, προσγενέσθαι δὲ καὶ τὴν ναυπηγίαν τῶν στόλων, ἤδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θαλάττης καὶ μετὰ δυνάμεων· ὡς δ' οὐκ ἐξενίκων, ἐπιτρέψαι τοῖς βουλομένοις καὶ δυναμένοις ἐκκόπτειν καὶ ἔχειν ἰδιόκτητον καὶ ἀτελῆ τὴν διακαθαρθεῖσαν γῆν.

6. Πρότερον μὲν οὖν κατὰ πόλεις ἐτυραννοῦντο οἱ Κύπριοι, ἀφ' οὗ δ' οἱ Πτολεμαϊκοὶ βασιλεῖς κύριοι τῆς Αἰγύπτου κατέστησαν, εἰς ἐκείνους καὶ ἡ Κύπρος περιέστη, συμπραττόντων πολλάκις καὶ τῶν Ῥωμαίων. ἐπεὶ δ' ὁ τελευταῖος ἄρξας Πτολεμαῖος, ἀδελφὸς τοῦ Κλεοπάτρας πατρός, τῆς καθ' ἡμᾶς βασιλίσσης, ἔδοξε πλημμελής τε εἶναι καὶ ἀχάριστος εἰς τοὺς εὐεργέτας,

que est promontorium, unde projiciunt eos, qui Apollinis aram attigerint. Sequuntur Treta, Boosura et Palæpaphus (*Antiqua Paphus*), ad decem stadia supra mare condita, navium stationem habens, et vetus Paphiæ Veneris templum; hinc Zephyria, promontorium cum statione, et aliud Arsinoe, itidem stationem habens et templum ac lucum; paulo a mari etiam Hierocepis est. Deinde Paphus, ab Agapenore condita, portum habens, et templa probe adornata. Distat a vetere Papho terrestri itinere stadiorum sexaginta, et per eam viam solennes pompæ ducuntur ad veterem Paphum, viris simul et mulieribus ex ceteris quoque urbibus eo convenientibus. Sunt qui a Papho ad Alexandriam cursum dicant stadiorum quater mille et sexcentorum. Post Paphum est Acamas. Deinde versus orientem post Acamantem navigatio est ad Arsinoen urbem et Jovis lucum; deinde Soli, urbs cum portu et fluvio ac templo Veneris et Isidis; condiderunt Phalerus et Acamas Athenienses; qui inhabitant, Solii appellantur. Hæc patria fuit Stasanoris, unius de Alexandri amicis, qui ducis munere dignus est habitus. Supra in mediterraneis est Limenia urbs; deinde Crommyi promontorium.

4. Quid vero attinet poetas mirari, maxime eos, qui omne studium dictioni modo impendunt, si Damastæ scripta componamus, qui longitudinem insulæ a septentrione versus meridiem metitur ab Hierocepia, ut ait, ad Clidas; ne Eratosthenes quidem recte : incusans enim, Damasten, Hierocepiam non a septentrione esse ait, sed a meridie. Ea vero non ab austro est, sed ab occasu, siquidem in occiduo sita est latere, in quo Paphus quoque et Acamas. Situs igitur Cypri sic se habet.

5. Cyprus præstantia nulli cedit insulæ; nam et vini oleique ferax est, et suo utitur contenta frumento, et æris abundantia sunt metalla apud Tamassum, ubi chalcanthum nascitur et ærugo, usibus medicis res aptæ. Eratosthenes ait, quum insulæ ejus campi quondam silvescerent majorem in morem, ita ut occupati arboribus coli agri non possent : paullulum quidem auxilii tulisse eos, qui ad æs argentumque conflandum arbores cædebant, accessisse vero postea navium fabricationem et classium, quum mare jam tuto navigaretur, idque classibus. Sed Cyprios, quum ne sic quidem evincere possent silvarum incrementa, liberum fecisse, ut arbores, qui vellent ac possent, exscinderent, et quod agri quisque exstirpatis silvis perpurgasset, id proprium atque immune possideret.

6. Antiquitus Cypri urbes suis singulæ paruerunt tyrannis; sed ab eo tempore, quo Ptolemæi reges Ægyptum obtinuerunt, Cyprus quoque in eorum venit potestatem, adjuvantibus sæpe etiam Romanis. Quum autem ultimus rex Ptolemæus, patruus Cleopatræ, quæ nostra ætate regnum gessit, videretur inique agere, neque bonam gra-

ἐκεῖνος μὲν κατελύθη, Ῥωμαῖοι δὲ κατέσχον τὴν νῆσον, καὶ γέγονε στρατηγικὴ ἐπαρχία καθ' αὑτήν. μάλιστα δ' αἴτιος τοῦ ὀλέθρου κατέστη τῷ βασιλεῖ Πόπλιος Κλαύδιος Ποῦλχερ· ἐμπεσὼν γὰρ εἰς τὰ λῃστήρια, τῶν Κιλίκων ἀκμαζόντων τότε, λύτρον αἰτούμενος ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δεόμενος πέμψαι καὶ ῥύσασθαι αὐτόν· ὁ δ' ἔπεμψε μέν, μικρὸν δὲ τελέως, ὥστε καὶ τοὺς λῃστὰς αἰδεσθῆναι λαβεῖν, ἀλλὰ ἀναπέμψαι πάλιν, τὸν δ' ἄνευ λύτρων ἀπολῦσαι. σωθεὶς δ' ἐκεῖνος ἀπεμνημόνευσεν ἀμφοτέροις τὴν χάριν, καὶ γενόμενος δήμαρχος, ἴσχυσε τοσοῦτον, ὥστε ἐπέμφθη Μάρκος Κάτων, ἀφαιρησόμενος τὴν Κύπρον τὸν κατέχοντα. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἔφθη διαχειρισάμενος αὑτόν, Κάτων δὲ ἐπελθὼν παρέλαβε τὴν Κύπρον, καὶ τὴν βασιλικὴν οὐσίαν διέθετο, καὶ τὰ χρήματα εἰς τὸ δημόσιον ταμιεῖον τῶν Ῥωμαίων ἐκόμισεν· ἐξ ἐκείνου δ' ἐγένετο ἐπαρχία ἡ νῆσος, καθάπερ καὶ νῦν ἐστι, στρατηγική· ὀλίγον δὲ χρόνον τὸν μεταξὺ Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς Ἀρσινόῃ παρέδωκε· καταλυθέντος δὲ ἐκείνου, συγκατελύθησαν καὶ αἱ διατάξεις αὐτοῦ πᾶσαι.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ
ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ
ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ πεντεκαιδέκατον περιέχει Ἰνδίαν καὶ Περσίδα.

ΚΕΦ. Α.

Τὰ περιλειπόμενα τῆς Ἀσίας ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου, πλὴν Κιλικίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας, τὰ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρι Νείλου μεταξὺ τοῦ Ταύρου καὶ τῆς ἔξω θαλάττης τῆς νοτίου κείμενα. μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἡ Λιβύη ἐστί, περὶ ἧς ἐροῦμεν ὕστερον, νῦν δ' ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἀρκτέον· πρώτη γὰρ ἔκκειται πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ μεγίστη.

2. Δεῖ δ' εὐγνωμόνως ἀκούειν περὶ αὐτῆς· καὶ γὰρ ἀπωτάτω ἐστί, καὶ οὐ πολλοὶ τῶν ἡμετέρων κατώπτευσαν αὐτήν· οἱ δὲ καὶ ἰδόντες μέρη τινὰ εἶδον, τὰ δὲ πλείω λέγουσιν ἐξ ἀκοῆς· καὶ ἃ εἶδον δέ, ἐν παρόδῳ στρατιωτικῇ καὶ δρόμῳ κατέμαθον· διόπερ οὐδὲ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐξαγγέλλουσι, καὶ ταῦτα συγγράψαντες ὡς ἂν πεφροντισμένως ἐξητασμένα, τινὲς δ' αὐτῶν καὶ συστρατεύσαντες ἀλλήλοις καὶ συνεπιδημήσαντες καθάπερ οἱ Ἀλεξάνδρῳ συγκαταστρεψά-

tiam bene de ipso meritis referre, eo dejecto, Romani insulam occupaverunt, ac in prætoriam provinciam redegerunt. Perniciei causa potissima regi fuit P. Claudius Pulcer; is enim quum incidisset in Cilicios piratas, tum maxime viribus vigentes, et redimendi sui pretium posceretur, ad regem misit petitum, ut, misso redemptionis pretio, se liberaret. Misit ille, sed ita exiguum, ut vel prædones id accipere puderet, remissoque eo Claudium absque clarigatione dimitterent. Ita servatus, utrisque referendæ gratiæ memor fuit, factusque tribunus plebis obtinuit, ut M. Cato mitteretur, qui regi Cyprum possidenti adimeret. Atque is quidem adventum Catonis morte sibi conscita prævertit, Cato autem superveniens Cyprum occupavit, regias facultates divendidit, et pecuniam in ærarium populi Romani intulit. Exinde insula hæc fuit, ut etiam hodie est, provincia prætoria. Per breve quidem interjecti temporis spatium Antonius eam Cleopatræ et sorori ejus Arsinoæ tradiderat, verum Antonio everso, omnes etiam ejus constitutiones sunt rescissæ.

STRABONIS
GEOGRAPHICORUM
LIBER DECIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Liber quintus decimus complectitur Indiam et Persidem.

CAP. I.

De Asia restant explicanda quæ extra Taurum sunt, præter Ciliciam, Pamphyliam et Lyciam, sive ea quæ ab India usque ad Nilum inter Taurum jacent et exterius mare meridianum. Post Asiam Africa sequitur, de qua dicemus postea; nunc ab India ordiemur; nam et prima versus orientem jacet et maxima.

2. Enimvero hic lector æquum animum adhibeat oportet: nam et remotissima est India, et pauci nostrûm eam conspexerunt, et qui viderunt, partem duntaxat viderunt, ac pleraque audita narrant; quin et quæ viderunt, in transitu militari ac cursu cognoverunt. Qua de causa ne eadem quidem de iisdem perhibent, quamquam libros ut de rebus diligenter exploratis conscripserunt. Sunt qui, quum fuerint in eadem expeditione atque peregrinatione, ut qui Alexandrum in Asia domanda sunt comitati,

μενοι τὴν Ἀσίαν· ἀλλ' ἕκαστος ἑκάστῳ τἀναντία λέγει πολλάκις. ὅπου δὲ περὶ τῶν ὁραθέντων οὕτω διαφέρονται, τί δεῖ νομίζειν περὶ τῶν ἐξ ἀκοῆς;

3. Καὶ μὴν οὐδ' οἱ πολλοῖς χρόνοις ὕστερον συγγράψαντές τι περὶ τούτων, οὐδ' οἱ νῦν πλέοντες ἐκεῖσε, ἀποφαίνονταί τι ἀκριβές. Ἀπολλόδωρος γοῦν ὁ τὰ Παρθικὰ ποιήσας, μεμνημένος καὶ τῶν τὴν Βακτριανὴν ἀποστησάντων Ἑλλήνων παρὰ τῶν Συριακῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, φησὶ μὲν αὐτοὺς αὐξηθέντας ἐπιθέσθαι καὶ τῇ Ἰνδικῇ· οὐδὲν δὲ προσανακαλύπτει τῶν πρότερον ἐγνωσμένων, ἀλλὰ καὶ ἐναντιολογεῖ, πλείω τῆς Ἰνδικῆς ἐκείνους ἢ Μακεδόνας καταστρέψασθαι λέγων. Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίας ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν· ἐκεῖνοι δέ γε αὐτὰ τὰ μεταξὺ ἔθνη τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ὑπάνιος τὸν ἀριθμὸν ἐννέα, πόλεις τε σχεῖν πεντακισχιλίας, ὧν μηδεμίαν εἶναι Κῶ τῆς Μεροπίδος ἐλάττω· ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν χώραν καταστρεψάμενον Ἀλέξανδρον παραδοῦναι Πώρῳ.

4. Καὶ οἱ νῦν δὲ ἐξ Αἰγύπτου πλέοντες ἐμπορικοὶ τῷ Νείλῳ καὶ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς σπάνιοι μὲν καὶ περιπεπλεύκασι μέχρι τοῦ Γάγγου, καὶ οὗτοι δ' ἰδιῶται καὶ οὐδὲν πρὸς ἱστορίαν τῶν τόπων χρήσιμοι. κἀκεῖθεν δὲ ἀφ' ἑνὸς τόπου καὶ παρ' ἑνὸς βασιλέως, Πανδίονος † καὶ ἄλλου Πώρου, ἧκεν ὡς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν δῶρα καὶ πρεσβεῖα καὶ ὁ κατακαύσας ἑαυτὸν Ἀθήνησι σοφιστὴς Ἰνδός, καθάπερ καὶ ὁ Κάλανος Ἀλεξάνδρῳ τὴν τοιαύτην θέαν ἐπιδειξάμενος.

5. Εἰ τοίνυν ταῦτ' ἀφείς τις τὴν πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας ἐπιβλέποι μνήμην, πολὺ ἂν εὕροι τούτων τυφλότερα. Ἀλέξανδρον μὲν οὖν πιστεύειν τοῖς τοιούτοις εἰκός, τετυφωμένον ταῖς τοσαύταις εὐτυχίαις. φησὶ γοῦν Νέαρχος φιλονεικῆσαι αὐτὸν διὰ τῆς Γεδρωσίας ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν, πεπυσμένον διότι καὶ Σεμίραμις ἐστράτευσεν ἐπὶ Ἰνδοὺς καὶ Κῦρος, ἀλλ' ἡ μὲν ἀνέστρεψε, φεύγουσα μετὰ εἴκοσι ἀνθρώπων, ἐκεῖνος δὲ μεθ' ἑπτά· ὡς σεμνὸν τό, ἐκείνων τοσαῦτα παθόντων, αὐτὸν καὶ στρατόπεδον διασῶσαι μετὰ νίκης διὰ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν τε καὶ τόπων· ἐκεῖνος μὲν δὴ ἐπίστευσεν.

6. Ἡμῖν δὲ τίς ἂν δικαία γένοιτο πίστις περὶ τῶν Ἰνδικῶν ἐκ τῆς τοιαύτης στρατείας τοῦ Κύρου ἢ τῆς Σεμιράμιδος; συναποφαίνεται δέ πως καὶ Μεγασθένης τῷ λόγῳ τούτῳ, κελεύων ἀπιστεῖν ταῖς ἀρχαίαις περὶ Ἰνδῶν ἱστορίαις· οὔτε γὰρ παρ' Ἰνδῶν ἔξω σταλῆναί ποτε στρατιάν, οὔτ' ἐπελθεῖν ἔξωθεν καὶ κρατῆσαι, πλὴν τῆς μεθ' Ἡρακλέους καὶ Διονύσου καὶ τῆς νῦν μετὰ Μακεδόνων. καίτοι Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον καὶ Τεάρκωνα τὸν Αἰθίοπα ἕως Εὐρώπης προελθεῖν· Ναβοχοδρόσορον δὲ τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα Ἡρακλέους μᾶλλον καὶ ἕως Στηλῶν ἐλάσαι· μέχρι μὲν δὴ δεῦρο καὶ Τεάρκωνα ἀφικέσθαι· ἐκεῖνον δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Θρᾴκην καὶ τὸν Πόντον ἀγαγεῖν τὴν στρατιάν· Ἰδάνθυρσον δὲ τὸν Σκύθην ἐπιδραμεῖν τῆς Ἀσίας μέχρι Αἰγύπτου· τῆς δὲ Ἰνδικῆς μηδένα

singuli singulis contraria sæpenumero tradant. Jam si de visis ita dissentiunt, quid arbitrabimur de auditis futurum?

3. Immo etiam qui multis post ætatibus aliquid de iis scripserunt locis, aut qui nunc eo navigant, nihil certi pronuntiant. Sic Apollodorus Parthicæ historiæ auctor, illata etiam Græcorum mentione, qui a Syriæ regibus, Seleuci Nicatoris successoribus, Bactrianam abalienassent, narrat quidem eos viribus auctos etiam Indiæ manus intulisse, nihil vero novi ante notis ipse detegens addidit, verum etiam contraria profert, majorem dicens ab his quam a Macedonibus Indiæ partem fuisse subactam; nam Eucratidam mille urbes sub se habuisse: illi autem tradunt vel eas gentes, quæ sunt inter Hydaspen et Hypanim, novem esse numero, urbesque tenuisse quinquies mille, quarum nulla Co Meropide esset minor; ac regionem hanc totam ab Alexandro subactam et Poro esse traditam.

4. Porro mercatorum, qui hodie ex Ægypto per Nilum et Arabicum sinum in Indiam navigant, pauci usque ad Gangem perveniunt, et qui eo perveniunt, litterarum rudes sunt, neque ad locorum historiam concipiendam idonei. Indiæ autem uno tantum ex loco et ab uno tantum rege, Pandione vel, secundum alios, Poro (ἢ, κατ' ἄλλους, Π.), legatio ad Augustum venit imperatorem cum muneribus, et sophista Indus, qui se Athenis combussit, quemadmodum etiam Calanus id spectaculi Alexandro exhibuerat.

5. Quibus omissis, si quis memoriam rerum ante Alexandrum gestarum intueatur, multo omnia his ipsis obscuriora deprehendet. Probabile quidem est Alexandrum his credidisse, inflatum tot prosperis successibus. Certe Nearchus refert, ambitione eum quadam incitatum voluisse per Gedrosiam ducere exercitum, quum auditu accepisset, Semiramidem quoque et Cyrum *per eam* in Indiam fecisse expeditionem, sed illam fuga salutem consecutam evasisse cum viginti hominibus, illum cum septem; nam gloriosum sibi fore putabat, si, istis tanta passis, ipse, parta victoria, salvum exercitum per eadem loca easdemque traduceret gentes. Alexander igitur istis fidem habuit.

6. Nobis autem cujusnam rei certa fides Indicæ fieri potest ex Cyri aut Semiramidis tali expeditione? Patrocinatur nostro sermoni quodammodo etiam Megasthenes, fidem jubens derogare antiquis de India narrationibus; neque enim ab Indis foras missum exercitum unquam, neque extrinsecus ingruisse et obtinuisse, excepta Herculis et Bacchi expeditione et hac ipsa Macedonica. Sesostrim quidem Ægyptium et Tearconem Æthiopem usque in Europam processisse, porro Nabocodrosorum, qui magis quam Hercules apud Chaldæos celebraretur, vel ad Columnas usque exercitum duxisse; eo usque sane Tearconem quoque pervenisse; illum vero copias ex Iberia etiam in Thraciam Pontumque duxisse; Idanthyrsum denique Scytham in Asiam invasisse usque ad fines Ægypti: ad In-

τούτων ἅψασθαι· καὶ Σεμίραμιν δ' ἀποθανεῖν πρὸ τῆς ἐπιχειρήσεως· Πέρσας δὲ μισθοφόρους μὲν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς μεταπέμψασθαι Ὕδρακας, ἐκεῖ δὲ μὴ στρατεῦσαι, ἀλλ' ἐγγὺς ἐλθεῖν μόνον, ἡνίκα Κῦρος ἤλαυνεν ἐπὶ Μασσαγέτας.

7. Καὶ τὰ περὶ Ἡρακλέους δὲ καὶ Διονύσου Μεγασθένης μὲν μετ' ὀλίγων πιστὰ ἡγεῖται, τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους, ὧν ἐστι καὶ Ἐρατοσθένης, ἄπιστα καὶ μυθώδη, καθάπερ καὶ τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. ὁ μὲν γὰρ ἐν ταῖς Βάκχαις ταῖς Εὐριπίδου Διόνυσος τοιαῦτα νεανιεύεται·

λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας
Φρυγῶν τε Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας
Βάκτριά τε τείχη τήν τε δύσχειμον χθόνα
Μήδων ἐπῆλθον Ἀραβίαν [τ'] εὐδαίμονα
Ἀσίαν τε πᾶσαν.

παρὰ Σοφοκλεῖ δέ τίς ἐστι τὴν Νῦσαν καθυμνῶν, ὡς τὸ Διονύσῳ καθιερωμένον ὄρος·

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει,
ὅπου τίς ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει;

καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ Μηροτραφὴς δὲ λέγεται· καὶ ὁ ποιητὴς περὶ Λυκούργου τοῦ Ἠδωνοῦ φησιν οὕτως·

ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας
σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήιον.

τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ Διονύσου· περὶ δὲ Ἡρακλέους οἱ μὲν ἐπὶ τἀναντία μόνον μέχρι τῶν ἑσπερίων περάτων ἱστοροῦσιν, οἱ δ' ἐφ' ἑκάτερα.

8. Ἐκ δὲ τῶν τοιούτων Νυσαίους δή τινας ἔθνος προσωνόμασαν καὶ πόλιν παρ' αὐτοῖς Νῦσαν, Διονύσου κτίσμα, καὶ ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς πόλεως Μηρόν, αἰτιασάμενοι καὶ τὸν αὐτόθι κισσὸν καὶ ἄμπελον, οὐδὲ ταύτην τελεσίκαρπον· ἀπορρεῖ γὰρ ὁ βότρυς πρὶν περκάσαι διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην· Διονύσου δ' ἀπογόνους τοὺς Συδράκας, ἀπὸ τῆς ἀμπέλου τῆς παρ' αὐτοῖς καὶ τῶν πολυτελῶν ἐξόδων, βακχικῶς τάς τε ἐκστρατείας ποιουμένων τῶν βασιλέων καὶ τὰς ἄλλας ἐξόδους μετὰ τυμπανισμοῦ καὶ εὐανθοῦς στολῆς· ὅπερ ἐπιπολάζει καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς. Ἄορνον δέ τινα πέτραν, ἧς τὰς ῥίζας ὁ Ἰνδὸς ὑπορρεῖ πλησίον τῶν πηγῶν, Ἀλεξάνδρου κατὰ μίαν προσβολὴν ἑλόντος, σεμνύνοντες ἔφασαν, τὸν Ἡρακλέα τρὶς μὲν προσβαλεῖν τῇ πέτρᾳ ταύτῃ, τρὶς δ' ἀποκρουσθῆναι. τῶν δὲ κοινωνησάντων αὐτῷ τῆς στρατείας ἀπογόνους εἶναι τοὺς Σίβας, σύμβολα τοῦ γένους σώζοντας, τό τε δορὰς ἀμπέχεσθαι, καθάπερ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸ σκυταληφορεῖν καὶ ἐπικεκαῦσθαι βουσὶ καὶ ἡμιόνοις ῥόπαλον. βεβαιοῦνται δὲ τὸν μῦθον τοῦτον καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸν Καύκασον καὶ τὸν Προμηθέα· καὶ γὰρ ταῦτα μετενηνόχασιν ἐκ τοῦ Πόντου δεῦρο ἀπὸ μικρᾶς προφάσεως, ἰδόντες σπήλαιον ἐν τοῖς Παροπαμισάδαις ἱερόν· τοῦτο γὰρ ἐνεδείξαντο Προμηθέως δεσμωτήριον, καὶ δεῦρο ἀφιγμένον τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τὴν ἐλευθέρω-

diam vero eorum neminem pervenisse; Semiramin, priusquam rem aggrederetur, obiisse; a Persis Hydracas (*Oxydracas*) ex India mercede accitos fuisse, ipsos autem copias suas in Indiam duxisse nunquam, prope tamen accessisse, quum Cyrus duceret in Massagetas.

7. Quæ de Hercule et Baccho narrantur Megasthenes quidem cum paucis quibusdam credit, at reliquorum major pars, e quibus est Eratosthenes, fabulosa et minime credenda arbitrantur, ut etiam quæ apud Græcos jactantur. Sic Liber pater apud Euripidem in Bacchis (v. 13) juvenatur his verbis :

Relinquens Lydorum auro divites agros
et Phrygum Persarumque apricos campos
et mœnia Bactrianorum et asperam cœlo terram
Medorum peragravi Arabiamque felicem
Asiamque universam.

Est etiam quidam apud Sophoclem, qui Nyssam decantat, ut montem Baccho sacrum :

Unde conspexi bacchatam
mortalibus claram Nysam, quam corniger
Iacchus sibi nutricem colit dulcissimam,
ubi quænam non clangit avis?

et cetera. Dicitur etiam Bacchus *Merotraphes*, sive in Mero monte nutritus. Homerus quoque de Lycurgo Edono sic ait (*Il.* 6, 132) :

Qui quondam insanientis Bacchi nutrices
agitavit per sacrum Nyseium.

Ac de Baccho quidem quæ narrantur hujusmodi sunt. Herculem vero quidam in oppositam tantum plagam usque ad occidentis fines, quidam vero in utramque venisse ferunt.

8. Ex his fabellis autem Nysæos gentem quandam nominarunt, et Nysam urbem, a Baccho conditam, et montem urbi imminentem nomine Merum, *id est femur,* denominaverunt, argumento hederæ ibi nascentis et vitis, quamquam fructum ad maturitatem hæc non perducit : nam racemus, priusquam maturescat, defluit propter imbrium abundantiam. Dicunt præterea, Sydracas (*Oxydracas*) Bacchi esse genus, propter vites, quæ apud eos nascuntur, et pompas sumptuosas, quum eorum reges castrensem apparatum et ceteros exitus cum tympanis et stola floridi coloris Bacchico more faciant : quod etiam apud Indos ceteros usitatum est. Quum Alexander petram quandam nomine Aornum primo adortu cepisset, cujus radices Indus non procul a fonte suo alluit, gloriose dixerunt Herculem ter petram adortum, ter inde repulsum fuisse. Ab iis autem, qui cum eo militaverant, oriundos volunt Sibas, generis signum servantes, quod pellibus amiciantur, quemadmodum Hercules, et quod clavas gerant, easque bobus et mulis pro nota inurant. Hanc porro fabulam ex iis quoque confirmant, quæ de Caucaso ac Prometheo memorantur, quæ ipsa levi ansa arrepta huc e Ponto transtulerunt. Nam quum sacram quandam speluncam apud Paropamisadas viderent, in ea dixerunt vinctum fuisse Prometheum, atque Herculem, ut illum liberaret, huc ve-

σιν τοῦ Προμηθέως, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Καύκασον, ὃν Ἕλληνες Προμηθέως δεσμωτήριον ἀπέφηναν.

9. Ὅτι δ' ἐστὶ πλάσματα ταῦτα τῶν κολακευόντων Ἀλέξανδρον, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν ἀλλήλοις τοὺς συγγραφέας δῆλον, ἀλλὰ τοὺς μὲν λέγειν, τοὺς δὲ μηδ' ἁπλῶς μεμνῆσθαι· οὐ γὰρ εἰκός, τὰ οὕτως ἔνδοξα καὶ τύφου πλήρη μὴ πεπύσθαι, ἢ πεπύσθαι μέν, μὴ ἄξια δὲ μνήμης ὑπολαβεῖν, καὶ ταῦτα τοὺς πιστοτάτους αὐτῶν· ἔπειτα ἐκ τοῦ μηδὲ τοὺς μεταξύ, δι' ὧν ἐχρῆν τὴν ἐς Ἰνδοὺς ἄφιξιν γενέσθαι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα, μηδὲν ἔχειν τεκμήριον δεικνύναι τῆς ἐκείνων ὁδοῦ διὰ τῆς σφετέρας γῆς. καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη πολὺ νεωτέρα τῆς Τρωικῆς μνήμης ἐστί, πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων, εἴτε Πείσανδρος ἦν, εἴτ' ἄλλος τις· τὰ δ' ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται.

10. Ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις οὖν ἀποδέχεσθαι δεῖ πᾶν τὸ ἐγγυτάτω πίστεως. ἐποιησάμεθα δ' ἡμεῖς καὶ ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις τοῖς περὶ γεωγραφίας δίαιταν, ἣν δυνατὸν ἦν, περὶ τούτων· καὶ νῦν ἐκείνοις τε ἐξ ἑτοίμου χρησόμεθα, καὶ ἕτερα προσθήσομεν, ὅσων ἂν δεῖν δόξῃ πρὸς τὴν σαφήνειαν. μάλιστα ἐκ τῆς διαίτης ἐδόκει τῆς τότε πιστότατα εἶναι τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐν τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν ἐκτεθέντα κεφαλαιωδῶς περὶ τῆς τότε νομιζομένης Ἰνδικῆς, ἡνίκα Ἀλέξανδρος ἐπῆλθε· καὶ ἦν ὁ Ἰνδὸς ὅριον ταύτης τε καὶ τῆς Ἀριανῆς, ἣν ἐφεξῆς πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ κειμένην Πέρσαι κατεῖχον· ὕστερον γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἀριανῆς πολλὴν ἔσχον οἱ Ἰνδοὶ λαβόντες παρὰ τῶν Μακεδόνων. ἔστι δὲ τοιαῦτα, ἃ λέγει ὁ Ἐρατοσθένης.

11. Τὴν Ἰνδικὴν περιώρικεν ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τοῦ Ταύρου τὰ ἔσχατα ἀπὸ τῆς Ἀριανῆς μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν καὶ Ἴμαον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι, Μακεδόνες δὲ Καύκασον· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ὁ Ἰνδὸς ποταμός· τὸ δὲ νότιον καὶ τὸ προσεῷον πλευρόν, πολὺ μείζω τῶν ἑτέρων ὄντα, προπέπτωκεν εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, καὶ γίνεται ῥομβοειδὲς τὸ τῆς χώρας σχῆμα, τῶν μειζόνων πλευρῶν ἑκατέρου πλεονεκτοῦντος παρὰ τὸ ἀπεναντίον πλευρὸν καὶ τρισχιλίοις σταδίοις, ὅσων ἐστὶ τὸ κοινὸν ἄκρον τῆς τε ἑωθινῆς παραλίας καὶ τῆς μεσημβρινῆς, ἔξω προπεπτωκὸς ἐξ ἴσης ἐφ' ἑκάτερον παρὰ τὴν ἄλλην ἠιόνα. τῆς μὲν οὖν ἑσπερίου πλευρᾶς ἀπὸ τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ τὴν νότιον θάλατταν στάδιοι μάλιστα λέγονται μύριοι τρισχίλιοι παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν μέχρι τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ· ὥστ' ἀπεναντίον ἡ ἑωθινὴ προσλαβοῦσα τοὺς τῆς ἄκρας τρισχιλίους ἔσται μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων. τοῦτο μὲν οὖν πλάτος τῆς χώρας τό τ' ἐλάχιστον καὶ τὸ μέγιστον. μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω· τούτου δὲ τὸ μὲν μέχρι Παλιβόθρων ἔχοι τις ἂν βεβαιοτέρως εἰπεῖν, καταμεμέτρηται γὰρ σχοινίοις, καὶ ἔστιν ὁδὸς βασιλικὴ σταδίων (δισ)μυρίων· τὰ δ' ἐπέκεινα στοχασμῷ λαμβάνεται

nisse, et hunc esse Caucasum, in quo Græci vinctum Prometheum tradiderunt.

9. Quæ omnia eorum figmenta esse, qui Alexandro adulari studebant, primum ex eo liquet, quod scriptores non concordant, sed alii ea referunt, alii ne ullam quidem mentionem faciunt. Neque vero probabile est, res adeo illustres et ambitione plenas non esse auditas : et si sunt auditæ, non videtur verisimile, non fuisse existimatas dignas memoratu, præsertim a fide dignissimis eorum. Deinde per quos Herculi et Baccho ad Indos transeundum erat, ii nullum certum signum habent, quo ostendant, illos per eam terram transivisse. Præterea ejusmodi Herculis habitus, multo posterior Trojanarum rerum memoria, figmentum eorum videtur, qui Heracleam sive de Herculis rebus poema scripserunt, sive id Pisander fecit, sive alius; antiquæ enim statuæ hoc modo apparatæ non sunt.

10. Quare in his admittendum est quodcumque ad fidem proxime accedit. Nos et in superioribus de geographia sermonibus (2, 1, 2 *sqq.*) de his quantum fieri poterat anquisivimus, et nunc etiam iis in promptu sitis utemur, et alia adjiciemus, quanta videantur ad evidentiam opportuna. Arbitrio nostro, quod tunc proposuimus, ea præsertim certissima videbantur, quæ summatim ab Eratosthene tradita erant in tertio Geographiæ libro, de ea scilicet, quæ tunc India putabatur, quum eam Alexander invasit, et Indus flumen limes ejus erat et Arianæ, quam deinceps ad orientem sitam Persæ tenebant. Postea enim magnam Arianæ quoque partem Indi tenuerunt a Macedonibus traditam. Sunt autem hæc, quæ ab Eratosthene traduntur.

11. Indiam a septentrione terminant, inde ab Ariana usque in orientale mare, Tauri partes extremæ, quas indigenæ singulatim Paropamisi, Emodi, Imai et aliis nominibus afficiunt, Macedones vero Caucasum vocant; ab occidente Indus fluvius; australe et orientale latus, quæ sunt longe ceteris majora, in Atlanticum pelagus procurrunt : unde regio rhombi similem figuram præbet; nam utrumvis majorum laterum contrarium sibi latus tribus millibus stadiorum exsuperat; tot enim stadiorum est communis orientalis et meridionalis oræ extremitas, quæ in utroque hoc latere æqualiter præter reliquum litus excurrit. Enimvero occidentalis lateris a Caucasiis montibus in australe mare tredecim fere millia stadiorum perhibentur secundum Indum flumen usque ad ejus ostia; itaque oppositum orientale latus, assumptis extremitatis tribus millibus, erit stadiorum sedecim millium. Hæc igitur est maxima et minima regionis latitudo. Longitudo vero est ab occidente in orientem; quæ quanta sit, de ea parte quæ usque ad Palibothra pertendit, certius dici potest; schœnis (σχοίνοις) enim dimensa est, et viam regiam habet stadiorum decem millium. Ulteriora vero conjectura deprehenduntur per navigationes, quæ ex mari fiunt

διὰ τῶν ἀνάπλων τῶν ἐκ θαλάττης διὰ τοῦ Γάγγου ποταμοῦ μέχρι Παλιβόθρων· εἴη δ' ἄν τι σταδίων ἑξακισχιλίων. ἔσται δὲ τὸ πᾶν, ᾗ βραχύτατον, μυρίων ἑξακισχιλίων, ὥς ἔκ τε τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν τῆς πεπιστευμένης μάλιστα λαβεῖν Ἐρατοσθένης φησί· καὶ ὁ Μεγασθένης οὕτω συναποφαίνεται, Πατροκλῆς δὲ χιλίοις ἔλαττόν φησι. τούτῳ δὴ πάλιν τῷ διαστήματι προστεθὲν τὸ τῆς ἄκρας διάστημα τὸ προπῖπτον ἐπὶ πλέον πρὸς τὰς ἀνατολάς, οἱ τρισχίλιοι στάδιοι ποιήσουσι τὸ μέγιστον μῆκος· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ παρὰ τὴν ἑξῆς ἠιόνα, μέχρι τῆς λεχθείσης ἄκρας καὶ τῶν ἀνατολικῶν αὐτῆς τερμόνων· οἰκοῦσι δ' ἐνταῦθα οἱ Κωνιακοὶ καλούμενοι.

12. Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου, Μεγασθένους δὲ καὶ Δηιμάχου μετριασάντων μᾶλλον, ὑπὲρ γὰρ δισμυρίους τιθέασι σταδίους τὸ ἀπὸ τῆς νοτίου θαλάττης ἐπὶ τὸν Καύκασον, Δηίμαχος δ' ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους κατ' ἐνίους τόπους· πρὸς οὓς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις εἴρηται. νῦν δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι καὶ ταῦτα συνηγορεῖ τοῖς αἰτουμένοις συγγνώμην, ἐάν τι περὶ τῶν Ἰνδικῶν λέγοντες μὴ διισχυρίζωνται.

13. Ἅπασα δ' ἐστὶ κατάρρυτος ποταμοῖς ἡ Ἰνδική, τοῖς μὲν εἰς δύο τοὺς μεγίστους συρρηγνυμένοις, τόν τε Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγην, τοῖς δὲ κατ' ἴδια στόματα ἐκδιδοῦσιν εἰς τὴν θάλατταν· ἅπαντες δ' ἀπὸ τοῦ Καυκάσου τὴν ἀρχὴν ἔχουσι καὶ φέρονται μὲν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν τὸ πρῶτον, εἶθ' οἱ μὲν μένουσιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς φορᾶς, καὶ μάλιστα οἱ εἰς τὸν Ἰνδὸν συμβάλλοντες, οἱ δ' ἐπιστρέφονται πρὸς ἕω, καθάπερ καὶ ὁ Γάγγης ποταμός. οὗτος μὲν οὖν καταβὰς ἐκ τῆς ὀρεινῆς ἐπειδὰν ἅψηται τῶν πεδίων, ἐπιστρέψας πρὸς ἕω καὶ ῥυεὶς παρὰ τὰ Παλίβοθρα, μεγίστην πόλιν, πρόεισιν ἐπὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν καὶ μίαν ἐκβολὴν ποιεῖται, μέγιστος ὢν τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ποταμῶν. ὁ δὲ Ἰνδὸς δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν μεσημβρινὴν ἐκπίπτει θάλατταν, ἐμπεριλαμβάνων τὴν Παταληνὴν καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. ἐκ δὲ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν τοσούτων ποταμῶν καὶ ἐκ τῶν ἐτησίων, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, βρέχεται τοῖς θερινοῖς ὄμβροις ἡ Ἰνδική, καὶ λιμνάζει τὰ πεδία· ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ὄμβροις λίνον σπείρεται καὶ κέγχρος· πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον· τοῖς δὲ χειμερινοῖς καιροῖς πυροί, κριθαί, ὄσπρια καὶ ἄλλοι καρποὶ ἐδώδιμοι, ὧν ἡμεῖς ἄπειροι. σχεδὸν δέ τι τοῖς ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ κατ' Αἴγυπτον τὰ αὐτὰ φύεται καὶ ἐν τῇ Ἰνδικῇ, καὶ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς, πλὴν ἵππου ποταμίου, τὰ ἄλλα φέρουσι καὶ οἱ Ἰνδικοί· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους γίνεσθαί φησι. τῶν δ' ἀνθρώπων οἱ μὲν μεσημβρινοὶ τοῖς Αἰθίοψίν εἰσιν

adverso Gange Palibothra usque, et sunt stadiorum circiter sex millium. Tota vero Indiæ longitudo quâ est minima, stadiorum erit sedecim millium, ut ex probatæ fidei recensione mansionum deprehendisse se Eratosthenes affirmat; cui etiam Megasthenes subscribit, Patrocles vero mille stadia detrahit. Rursum si huic distantiæ extremitatis ultra versus ortum procurrentis distantia addatur, hæc tria millia stadiorum longitudinem maximam conficient, quæ est ab Indi ostiis secundum litus quod deinceps est usque ad dictam extremitatem et orientales ejus terminos; quo in loco ii habitant, qui Coliaci (Κωλιακοὶ) vocantur.

12. Hinc autem perspici potest, quantum reliquorum sententiæ discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia; Onesicritus eam esse trientem orbis habitati; Nearchus quattuor mensium iter per ipsum campum; Megasthenes et Deimachus moderatius: nam supra viginti millia stadiorum eam partem ponunt, quæ ab australi mari in Caucasum tendit, Deimachus secundum quædam loca supra triginta millia. Adversus hos in primis libris (2, 1, 3) est a nobis disputatum. Nunc satis est dicere, hæc ipsa facere pro iis, qui veniam petunt, quando de Indicis rebus loquentes nihil affirmant admodum.

13. Tota India fluminibus irrigatur: quorum quædam in duo maxima irrumpunt, Indum atque Gangem, quædam propriis ostiis in mare exeunt; omnia e Caucaso primo ad meridiem feruntur, postea alia eundem servant cursum, præsertim quæ in Indum influunt, alia flectuntur ad orientem, ut Ganges. Hic a montibus descendens, quum in planitiem pervenit, ad orientem conversus, et Palibothra, civitatem maximam, præterfluens in mare quod istic est, effunditur uno ostio, quamquam omnium Indicorum maximum flumen sit. Indus duobus ostiis in mare meridionale exit Patalenam quam vocant regionem complectens, Ægyptio Delta persimilem. Eratosthenes auctor est, ex horum tantorum fluviorum exhalationibus et flatu Etesiarum Indiam æstivis imbribus madere ac campos stagnis oppleri, et in iis imbribus linum seri et milium et sesamum et oryzam et bosmorum; hiberno autem tempore seri triticum, hordeum, legumina et alias fruges esculentas, quarum nos expertes. Jam quæ in Æthiopia et in Ægypto *animalia* (ζῷοις) nascuntur, eadem fere etiam India habet, porro eorum quæ in fluviis vivunt, præter hippopotamum, reliqua omnia etiam Indiæ amnes producunt; Onesicritus vero hippopotamos quoque in iis procreari dicit. Ex hominibus meridionales colore Æthiopibus, aspectu et capillo ceteris

ὅμοιοι κατὰ τὴν χροιάν, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν καὶ τὴν τρίχωσιν τοῖς ἄλλοις (οὐδὲ γὰρ οὐλοτριχοῦσι διὰ τὴν ὑγρότητα τοῦ ἀέρος), οἱ δὲ βόρειοι τοῖς Αἰγυπτίοις.

14. Τὴν δὲ Ταπροβάνην πελαγίαν εἶναί φασι νῆσον, ἀπέχουσαν τῶν νοτιωτάτων τῆς Ἰνδικῆς τῶν κατὰ τοὺς Κωνιακοὺς πρὸς μεσημβρίαν ἡμερῶν ἑπτὰ πλοῦν, μῆκος μὲν ὡς ὀκτακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν· ἔχειν δὲ καὶ ἐλέφαντας. τοιαῦται μὲν αἱ τοῦ Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις. προστεθεῖσαι δὲ καὶ αἱ τῶν ἄλλων, εἴ πού τι προσακριβοῦσιν, ἰδιοποιήσουσι τὴν γραφήν.

15. Οἷον περὶ τῆς Ταπροβάνης Ὀνησίκριτός φησι, μέγεθος μὲν εἶναι πεντακισχιλίων σταδίων, οὐ διορίσας μῆκος οὐδὲ πλάτος, διέχειν δὲ τῆς ἠπείρου πλοῦν ἡμερῶν εἴκοσι· ἀλλὰ κακοπλοεῖν τὰς ναῦς, φαύλως μὲν ἱστιοπεποιημένας, † κατεσκευασμένας δὲ ἀμφοτέρωθεν ἐγκοιλίων μητρῶν χωρίς· εἶναι δὲ καὶ ἄλλας νήσους αὐτῆς μεταξὺ καὶ τῆς Ἰνδικῆς, νοτιωτάτην δ' ἐκείνην. κήτη δ' ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσί, τὰ δ' ἵπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἐοικότα.

16. Νέαρχος δὲ περὶ τῆς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιχοῆς παραδείγματα φέρει τὰ τοιαῦτα, ὅτι καὶ τὸ Ἕρμου, καὶ Καΰστρου πεδίον καὶ Μαιάνδρου καὶ Καΐκου παραπλησίως εἴρηται, διὰ [τὸ] τὴν ἐπιφορουμένην τοῖς πεδίοις χοῦν αὔξειν αὐτά, μᾶλλον δὲ γεννᾶν, ἐκ τῶν ὀρῶν καταφερομένην, ὅση εὔγεως καὶ μαλακή· καταφέρειν δὲ τοὺς ποταμούς, ὥστε τούτων ὡς ἂν γεννήματα ὑπάρχειν τὰ πεδία· καὶ εὖ λέγεσθαι, ὅτι τούτων ἐστὶ τὰ πεδία. τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου λεχθέντι ἐπὶ τοῦ Νείλου καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ γῆς, ὅτι ἐκείνου δῶρόν ἐστι· διὰ τοῦτο δ' ὀρθῶς καὶ ὁμώνυμον τῇ Αἰγύπτῳ φησὶ λεχθῆναι τὸν Νεῖλον ὁ Νέαρχος.

17. Ἀριστόβουλος δὲ μόνα καὶ ὕεσθαι καὶ νίφεσθαι τὰ ὄρη καὶ τὰς ὑπωρείας φησί, τὰ πεδία δὲ καὶ ὄμβρων ὁμοίως ἀπηλλάχθαι καὶ νιφετῶν, ἐπικλύζεσθαι δὲ μόνον κατὰ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν· νίφεσθαι μὲν οὖν τὰ ὄρη κατὰ χειμῶνα, τοῦ δὲ ἔαρος ἀρχομένου καὶ τοὺς ὄμβρους ἐνάρχεσθαι, καὶ ἀεὶ καὶ μᾶλλον λαμβάνειν ἐπίδοσιν· τοῖς δ' ἐτησίαις καὶ ἀδιαλείπτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐκχεῖσθαι καὶ λάβρους ἕως ἐπιτολῆς Ἀρκτούρου· ἔκ τε δὴ τῶν χιόνων καὶ τῶν ὑετῶν πληρουμένους [ποταμοὺς] ποτίζειν τὰ πεδία. κατανοηθῆναι δὲ ταῦτα καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων φησίν, ὡρμηκότων μὲν εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἀπὸ Παροπαμισαδῶν μετὰ (δὲ) δυσμὰς Πληιάδων, καὶ διατριψάντων κατὰ τὴν ὀρεινὴν ἔν τε τῇ Ὑπασίων καὶ τῇ Ἀσσακανοῦ γῇ τὸν χειμῶνα, τοῦ δ' ἔαρος ἀρχομένου καταβεβηκότων εἰς τὰ πεδία καὶ πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη, ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Ὑδάσπην καὶ τὴν Πώρου χώραν· τοῦ μὲν οὖν χειμῶνος ὕδωρ οὐκ ἰδεῖν, ἀλλὰ χιόνας μόνον· ἐν δὲ τοῖς Ταξίλοις πρῶτον ὑσθῆναι, καὶ ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι Πῶρον ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν

persimiles sunt (nam propter aeris humiditatem non crispantur capilli), septentrionales autem Ægyptiis sunt similes.

14. Taprobanen in alto sitam insulam distare dicunt ab Indiæ australissimis partibus, quæ sunt apud Coliacos (Κωλ.), meridiem versus septem dierum navigatione; ejus longitudinem esse ad quinque (πεντάκις) millia stadiorum Æthiopiam versus; in ea elephantos gigni. Atque hæc quidem ab Eratosthene traduntur; quibus si addamus, quæ ab reliquis sunt scripta accuratius, eo magis propria erit descriptio.

15. Proinde Taprobanæ Onesicritus magnitudinem facit stadiorum quinquies mille, longitudinem et latitudinem non distinguens; distare vero eam dicit a continenti viginti dierum navigatione, sed malum esse navium cursum, quæ velis non bene instructæ sint, et ita fabricatæ, ut utrimque costarum matricibus destituantur (?). Inter hanc atque Indiam alias quoque insulas esse; ipsam vero omnium maxime meridiem versus sitam. Circa eam gigni cete vitæ ancipitis, alia bobus, alia equis, alia aliis terrestribus animalibus similia.

16. Nearchus de terra illuvie fluviorum aggesta hæc affert exempla: Hermi et Caystri et Mæandri et Caici campos ita appellatos esse propterea quod allatus campis limus augeat eos, vel potius faciat, quum de montibus deferatur terra mollior meliorque; deferre vero eam fluvios, adeo ut horum quasi proventus sint campi, atque recte dicant campos istos fluviorum esse. Hoc idem est atque id quod Herodotus (2, 5) de Nilo dicit, terram quæ circa eum est, donum ipsius esse. Et propterea Nearchus putat Nilum recte eodem nomine vocari quo etiam Ægyptus.

17. Aristobulus dicit solos montes et montium ima pluviam et nives sentire, campos vero, tum imbrium tum nivis expertes, ex incremento tantum fluminum inundari; in montibus per hiemem ningere, vere incipiente etiam imbres incipere, ac semper magis augeri; etesiarum autem tempore vel sine intermissione diu noctuque copiose effundi usque ad Arcturi exortum; hisce nivibus et imbribus impleta flumina campos irrigare. Quæ omnia et a se et ab aliis deprehensa dicit, quum ex Paropamisadis in Indiam contenderent post Pleiadum occasum, et in montibus immorarentur, et Hypasiorum (*Aspasiorum?*) et Assacani (Musicani *codd.*) terram hieme permearent, vere autem incipiente in campos et Taxila, urbem maximam, atque hinc ad Hydaspem ac Pori regionem descenderent. Hieme igitur aquam se non vidisse, sed nives solum; primo Taxilis pluisse; ac postquam ad Hydaspem venissent, et, Poro superato, ad Hypanim orientem versus, atque inde

Ὕπανιν πρὸς ἕω κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν, ὕεσθαι συνεχῶς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐτησίαις, ἐπιτείλαντος δὲ Ἀρκτούρου, γενέσθαι παῦλαν· διατρίψαντας δὲ περὶ τὴν ναυπηγίαν ἐπὶ τῷ Ὑδάσπῃ καὶ πλεῖν ἀρξαμένους πρὸ δύσεως Πληιάδος οὐ πολλαῖς ἡμέραις, καὶ τὸ φθινόπωρον πᾶν καὶ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἐπιὸν ἔαρ καὶ θέρος ἐν τῷ κατάπλῳ πραγματευθέντας ἐλθεῖν εἰς τὴν Παταληνὴν περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν· δέκα μὲν δὴ τοῦ κατάπλου γενέσθαι μῆνας, οὐδαμοῦ δ' ὑετῶν αἰσθέσθαι, οὐδ' ὅτε ἐπήκμασαν οἱ ἐτησίαι, τῶν δὲ ποταμῶν πληρουμένων τὰ πεδία κλύζεσθαι· τὴν δὲ θάλατταν ἄπλουν εἶναι τῶν ἀνέμων ἀντιπνεόντων, ἀπογαίας δὲ μηδεμιᾶς πνοῆς ἐκδεξαμένης.

18. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Νέαρχος λέγει, περὶ δὲ τῶν θερινῶν ὄμβρων οὐχ ὁμολογεῖ, ἀλλά φησιν ὕεσθαι τὰ πεδία θέρους, χειμῶνος δ' ἄνομβρα εἶναι. λέγουσι δ' ἀμφότεροι καὶ τὰς ἀναβάσεις τῶν ποταμῶν. ὁ μέν γε Νέαρχος τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντάς φησιν ἀναγκασθῆναι μεταλαβεῖν τόπον ἄλλον ὑπερδέξιον κατὰ τὴν ἀνάβασιν, γενέσθαι δὲ τοῦτο κατὰ θερινὰς τροπάς. ὁ δ' Ἀριστόβουλος καὶ μέτρα τῆς ἀναβάσεως ἐκτίθεται τετταράκοντα πήχεις, ὧν τοὺς μὲν εἴκοσιν ὑπὲρ τὸ προϋπάρχον βάθος πληροῦν μέχρι χείλους τὸ ῥεῖθρον, τοῖς δ' εἴκοσιν ὑπέρχυσιν εἶναι εἰς τὰ πεδία. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ διότι συμβαίνει νησίζειν τὰς πόλεις ἐπάνω χωμάτων ἱδρυμένας, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ, μετὰ δὲ Ἀρκτοῦρον παύεσθαι τὴν πλήμμυραν, ἀποβαίνοντος τοῦ ὕδατος· ἔτι ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὀρύκτου χαραχθεῖσαν, καὶ ὅμως φύεσθαι τὸν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν. τὴν δ' ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ, πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ τετράπηχυ, πολύσταχύ τε καὶ πολύκαρπον· θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πληιάδος καὶ πτίσσεσθαι ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ καὶ Σουσίδι· καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει. Μέγιλλος δὲ τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησίν, ἀρδείας δὲ καὶ φυτείας [μὴ] δεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κλειστῶν ποτιζομένην ὑδάτων. περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου φησὶν Ὀνησίκριτος, διότι σῖτός ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ· γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις. φρύγεται δ', ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα.

19. Τὴν δ' ὁμοιότητα τῆς χώρας ταύτης πρός τε τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ πάλιν τὴν ἐναντιότητα παραθεὶς ὁ Ἀριστόβουλος, διότι τῷ Νείλῳ μὲν ἐκ τῶν νοτίων ὄμβρων ἐστὶν ἡ πλήρωσις, τοῖς Ἰνδικοῖς δὲ ποταμοῖς ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν, ζητεῖ, πῶς οἱ μεταξὺ τόποι οὐ κατομβροῦνται· οὔτε γὰρ ἡ Θηβαῒς μέχρι Συήνης καὶ τῶν ἐγγὺς Μερόης, οὔτε τῆς Ἰνδικῆς τὰ ἀπὸ τῆς Παταληνῆς μέχρι τοῦ Ὑδάσπου. τὴν δ' ὑπὲρ ταῦτα τὰ μέρη χώραν, ἐν ᾗ καὶ ὄμβροι καὶ νιφετοί, παραπλησίως ἔφη γεωργεῖσθαι τῇ ἄλλῃ τῇ ἔξω τῆς

ad Hydaspem rursus iter facerent, continue pluisse, præsertim flantibus etesiis; arcturi autem exortu cessasse, et quum navium fabricationi ad Hydaspem immorati essent, et non multis diebus ante Pleiadum occasum navigare cœpissent, totumque autumnum et hiemem et insequens ver et æstatem in navigatione occupassent, circiter canis exortum in Patalenam pervenisse. Decem itaque navigationis fuisse menses, at nunquam se pluvias sensisse, ne tum quidem quum vigerent etesiæ, fluminumque eluvione campi inundarentur; mare autem propter contrarios ventos, quia nullus a terra flatus prosequeretur, navigari non potuisse.

62. Τῶν δ' ἐν Ταξίλοις νομίμων καινὰ καὶ ἀήθη λέγει· τό τε τοὺς μὴ δυναμένους ἐκδιδόναι τὰς παῖδας ὑπὸ πενίας προάγειν εἰς ἀγορὰν ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας, κόχλῳ τε καὶ τυμπάνοις, οἷσπερ καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσιν, ὄχλου προσκληθέντος, τῷ δὲ προσελθόντι τὰ ὀπίσθια πρῶτον ἀνασύρεσθαι μέχρι τῶν ὤμων, εἶτα τὰ πρόσθεν, ἀρέσασαν δὲ καὶ συμπεισθεῖσαν, ἐφ' οἷς ἂν δοχῇ, συνοικεῖν· καὶ τὸ γυψὶ ῥίπτεσθαι τὸν τετελευτηκότα· τὸ δὲ πλείους ἔχειν γυναῖκας κοινὸν καὶ ἄλλων. παρά τισι δ' ἀκούειν φησὶ καὶ συγκατακαιομένας τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν ἀσμένας, τὰς δὲ μὴ ὑπομενούσας ἀδοξεῖν· εἴρηται καὶ ἄλλοις ταῦτα.

63. Ὀνησίκριτος δὲ πεμφθῆναί φησιν αὐτὸς διαλεξόμενος τοῖς σοφισταῖς τούτοις. ἀκούειν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς γυμνοὶ διατελοῖεν καὶ καρτερίας ἐπιμελοῖντο οἱ ἄνθρωποι, ἐν τιμῇ τε ἄγοιντο πλείστῃ, παρ' ἄλλους δὲ μὴ βαδίζοιεν κληθέντες, ἀλλὰ κελεύοιεν ἐκείνους φοιτᾶν παρ' αὐτούς, εἴ του μετασχεῖν ἐθέλοιεν τῶν πραττομένων ἢ λεγομένων ὑπ' αὐτῶν· τοιούτων δὴ ὄντων, ἐπειδὴ οὔτε αὐτῷ πρέπειν ἐδόκει παρ' ἐκείνους φοιτᾶν οὔτε ἐκείνους βιάζεσθαι παρὰ τὰ πάτρια ποιεῖν τι ἄκοντας, αὐτὸς ἔφη πεμφθῆναι. καταλαβεῖν δὲ ἄνδρας πεντεκαίδεκα ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως, ἄλλον ἐν ἄλλῳ σχήματι ἑστῶτα ἢ καθήμενον ἢ κείμενον γυμνόν, ἀκίνητον ἕως ἑσπέρας, εἶτ' ἀπερχόμενον εἰς τὴν πόλιν· χαλεπώτατον δ' εἶναι τὸ τὸν ἥλιον ὑπομεῖναι οὕτω θερμόν, ὥστε τῶν ἄλλων μηδένα ὑπομένειν γυμνοῖς ἐπιβῆναι τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ῥᾳδίως κατὰ μεσημβρίαν.

64. Διαλεχθῆναι δ' ἑνὶ τούτων Καλάνῳ, ὃν καὶ συνακολουθῆσαι τῷ βασιλεῖ μέχρι Περσίδος καὶ ἀποθα-

liariis honorem hunc habitum, ut, quicquid ex rebus venalibus vellent, id gratis auferre liceret; ad quemcunque vero accesserint, hunc sesamino oleo eos perfudisse, ut usque ad oculos flueret; et multo melle ac sesamo præsente panem conficientes, gratis enutritos. Quumque etiam ad Alexandri mensam accederent, assistentes cœnasse, et tolerantiam docuisse in locum quendam proximum secedentes, ubi senior supinus et solem et imbrem pertulerit (jam enim pluisse, vere incipiente), junior vero in altero pede stans, lignum tricubitale ambabus manibus sublatum sustentaverit, pede autem jam defesso, alteri innixus sit, atque ita totum diem perseveraverit. Ex his longe continentiorem visum fuisse juniorem, qui, quum aliquamdiu regem secutus fuisset, domum reversus sit, et rege qui revocarent mittente, jusserit ut, si quid vellet, ad se veniret; alterum vero usque ad extremum secutum, et vestem et vitam apud regem immutasse, et quum a quibusdam increparetur, respondisse, quadraginta exercitationis annos se complesse, quos promisisset. Alexandrum filiis ejus dona plurima dedisse.

62. Taxilorum consuetudines idem insolentes quasdam refert. Qui filias præ inopia locare non possunt, in ipso ætatis flore in forum eas producere cum conchæ sono et tympanorum strepitu, quibus etiam bello signum dari solet, tum multitudine convocata, puellam accedenti primum posteriora humero tenus detegere, postea vero anteriora; ubi placuerit, certis conditionibus approbatis, nubere. Item mortuos vulturibus projici. Plures autem uxores ducere, quod cum multis habent commune. Dicit etiam audivisse, apud quosdam uxores sponte cum viris comburi; quæ id non ferant, inglorias esse; hæc etiam ab aliis perhibentur.

63. Onesicritus missum se scribit, ut cum sophistis illis colloqueretur. Etenim Alexandrum audivisse, nudos eos incedere, et tolerantiam exercentes in honore maximo haberi, ad alios autem si vocarentur, non ire, sed jubere, ut ad se venirent, si quid assequi vellent, quod ab ipsis ageretur vel diceretur; proinde quum essent tales, et neque sibi decorum putaret Alexander ad illos accedere, nec vellet invitos cogere, ut quicquam facerent præter patria instituta, se missum ait. Invenisse autem se quindecim homines viginti stadiis ab urbe, alium in alio gestu, vel stantem vel sedentem vel jacentem nudum et usque ad vesperam immotum, postea in urbem discedentem. Omnium vero difficillimum esse solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedibus in meridie terram calcare sustineret.

64. Collocutum se cum uno eorum, nomine Calano, qui postea usque in Persidem Alexandrum secutus secun-

νεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ, τεθέντα ἐπὶ πυρκαϊάν· τότε δ' ἐπὶ λίθων τυχεῖν κείμενον. προσιὼν οὖν καὶ προσαγορεύσας εἰπεῖν ἔφη, διότι πεμφθείη παρὰ τοῦ βασιλέως ἀκροασόμενος τῆς σοφίας αὐτῶν, καὶ ἀπαγγελῶν πρὸς αὐτόν· εἰ οὖν μηδεὶς εἴη φθόνος, ἕτοιμος εἴη μετασχεῖν τῆς ἀκροάσεως. ἰδόντα δ' ἐκεῖνον χλαμύδα καὶ καυσίαν φοροῦντα καὶ κρηπῖδα, καταγελάσαντα, Τὸ παλαιόν, φάναι, πάντ' ἦν ἀλφίτων καὶ ἀλεύρων πλήρη, καθάπερ νῦν κόνεως· καὶ κρῆναι δ' ἔρρεον, αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι, καὶ ὁμοίως μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου· ὑπὸ πλησμονῆς δ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τρυφῆς εἰς ὕβριν ἐξέπεσον. Ζεὺς δὲ μισήσας τὴν κατάστασιν ἠφάνισε πάντα καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπέδειξε· σωφροσύνης δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς παρελθούσης εἰς μέσον, πάλιν εὐπορία τῶν ἀγαθῶν ὑπῆρξεν· ἐγγὺς δ' ἐστὶν ἤδη νυνὶ κόρου καὶ ὕβρεως τὸ πρᾶγμα, κινδυνεύει τε ἀφανισμὸς τῶν ὄντων γενέσθαι. ταῦτα εἰπόντα κελεύειν, εἰ βούλοιτο ἀκροάσασθαι, καταθέμενον τὴν σκευὴν γυμνὸν ἐπὶ τῶν αὐτῶν λίθων κείμενον, μετέχειν τῶν λόγων. ἀπορουμένου δὲ αὐτοῦ, Μάνδανιν, ὅσπερ ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος αὐτῶν, τὸν μὲν ἐπιπλῆξαι ὡς ὑβριστήν, καὶ ταῦτα ὕβρεως κατηγορήσαντα, αὐτὸν δὲ προσκαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, ὡς τὸν μὲν βασιλέα ἐπαινοίη, διότι ἀρχὴν τοσαύτην διοικῶν ἐπιθυμοίη σοφίας· μόνον γὰρ ἴδοι αὐτὸν ἐν ὅπλοις φιλοσοφοῦντα· ὠφελιμώτατον δ' εἴη τῶν ἁπάντων, εἰ οἱ τοιοῦτοι φρονοῖεν, οἷς πάρεστι δύναμις τοὺς μὲν ἑκουσίους πείθειν σωφρονεῖν, τοὺς δ' ἀκουσίους ἀναγκάζειν· αὐτῷ δὲ συγγνώμη εἴη, εἰ δι' ἑρμηνέων τριῶν διαλεγόμενος, πλὴν φωνῆς μηδὲν συνιέντων πλέον ἢ οἱ πολλοί, μηδὲν ἰσχύσει τῆς ὠφελείας ἐπίδειξιν ποιήσασθαι· ὅμοιον γάρ, ὡς ἂν εἰ διὰ βορβόρου καθαρὸν ἀξιοῖ τις ὕδωρ ῥεῖν.

65. Τὰ γοῦν λεχθέντα εἰς τοῦτ' ἔφη συντείνειν, ὡς εἴη λόγος ἄριστος, ὃς ἡδονὴν καὶ λύπην ψυχῆς ἀφαιρήσεται· καὶ ὅτι λύπη καὶ πόνος διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ πολέμιον, τὸ δὲ φίλιον αὐτοῖς, τά γε σώματα ἀσκοῦσι πρὸς πόνον, ἵν' αἱ γνῶμαι ῥωννύοιντο, ἀφ' ὧν καὶ στάσεις παύοιεν καὶ σύμβουλοι πᾶσιν ἀγαθῶν παρεῖεν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ· καὶ δὴ καὶ Ταξίλῃ νῦν συμβουλεύσειε δέχεσθαι τὸν Ἀλέξανδρον· κρείττω μὲν γὰρ αὐτοῦ δεξάμενον εὖ πείσεσθαι, χείρω δὲ εὖ διαθήσειν. ταῦτ' εἰπόντα ἐξερέσθαι, εἰ καὶ ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγοι τοιοῦτοι λέγοιντο· εἰπόντος δ', ὅτι καὶ Πυθαγόρας τοιαῦτα λέγοι, κελεύοι τε ἐμψύχων ἀπέχεσθαι, καὶ Σωκράτης καὶ Διογένης, οὗ καὶ αὐτὸς ἀκροάσαιτο, ἀποκρίνασθαι, ὅτι τἆλλα μὲν νομίζοι φρονίμως αὐτοῖς δοκεῖν, ἓν δ' ἁμαρτάνειν, νόμον πρὸ τῆς φύσεως τιθεμένους· οὐ γὰρ [ἂν] αἰσχύνεσθαι γυμνούς, ὥσπερ αὐτόν, διάγειν, ἀπὸ λιτῶν ζῶντας· καὶ γὰρ οἰκίαν ἀρίστην εἶναι, ἥτις ἂν ἐπισκευῆς ἐλαχίστης δέηται· ἔφη δ' αὐτοὺς καὶ τῶν περὶ φύσιν πολλὰ ἐξετάσαι καὶ προσημασιῶν, ὄμβρων, αὐχμῶν, νόσων· ἀπιόντας δ' εἰς τὴν πόλιν κατὰ τὰς ἀγορὰς σκεδάννυσθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι σῦκα ἢ βότρυς παρα-

dum patriam legem mortuus sit, in rogum impositus; tunc autem forte lapidibus incubuisse. Ipsum igitur accessisse et eum appellasse ac dixisse, missum se ab Alexandro eorum sapientiam auditum et regi renuntiatum; quare se paratum audire, nisi quid obstaret. At Calanum, quum chlamydem et causiam ac crepidas indutum conspexisset, risu sublato ita fatum : Olim omnia plena erant triticeæ et hordeaceæ farinæ, ut nunc pulveris; fontes alii lacte, alii aqua fluebant, nonnulli melle, alii vino, quidam oleo; homines autem ob satietatem ac luxuriam in contumeliam exciderunt. Juppiter itaque præsentem statum exosus, omnia abolevit, et vitam per laborem degendam instituit. Tunc temperantia et virtutibus ceteris in medium prodeuntibus, rursum bonorum copia facta est. Nunc jam res pæne ad saturitatem contumeliamque rediit, ac periculum est, ne rerum omnium interitus impendeat. Quæ quum dixisset, jussisse, si quid vellet audire, ut, suo habitu deposito, super iisdem lapidibus nudus jaceret. Se autem animi dubio, Mandanim, qui ceteros anteibat ætate pariter atque sapientia, Calanum objurgasse, qui contumeliam culpans, ipse contumeliose ageret; sibi vero advocato dixisse : Summopere quidem Alexandrum laudo, quod in tanta administrandi imperii mole sapientiam expetit, quem solum ego in armis philosophantem vidi. Longe utilissimum fuerit, si ii sapiant, quibus potestas est volentibus continentiam persuadendi, invitos autem ad eam cogendi. Mihi autem (ajebat) venia debetur, si per tres interpretes colloquens, qui præter vocem plebeio quovis nihil amplius intelligunt, non possum nostræ sapientiæ vim ei demonstrare; nam perinde res habet, ac si quis postularet limpidam aquam per cœnum delabi.

65. Jam vero quæ disseruit Mandanis, eo pertinuisse Onesicritus dicit : eam esse optimam doctrinam, quæ voluptatem molestiamque animo eximeret; molestiam a labore differre, quod illa esset inimica, alter vero amicissimus ipsis, quippe qui corpora ad laborem exercerent, ut mentes confirmarentur, atque sic motus sedandi, et bona omnibus consulendi publice privatimque facultas adesset; itaque nunc etiam Taxili se suasisse, ut Alexandrum reciperet; nam si fuerit ipso melior, bene sibi futurum, sin deterior, bene illi facturum. Post hæc interrogasse, num talia etiam apud Græcos dicerentur? Quumque respondisset ipse, talia Pythagoram quoque docere, ac jubere ab animalibus abstinere, tum Socratem et Diogenem, quem ipse audisset, intulisse Mandanim : sane prudenter eos de ceteris rebus sentire videri, in uno autem errare, quod legem anteponerent naturæ; alias enim non puderet eos, sicuti ipsum, nudos degere et tenui victu esse contentos, quum ea optima domus esset, quæ minimo apparatu indigeret. Addit Onesicritus multa eos de rebus naturalibus, ut de signis, imbribus, siccitatibus, morbis, inquirere. Abeuntes vero in urbem per fora dispergi, et quemcunque offenderint

τύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτῶν καὶ ἀλείφεσθαι· ἅπασαν δὲ πλουσίαν οἰκίαν ἀνεῖσθαι αὐτοῖς μέχρι γυναικωνίτιδος, εἰσιόντας δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων. αἴσχιστον δ' αὐτοῖς νομίζεσθαι νόσον σωματικήν· τὸν δ' ὑπονοήσαντα καθ' αὑτοῦ τοῦτο, ἐξάγειν ἑαυτὸν διὰ πυρός, νήσαντα πυράν, ὑπαλειψάμενον δὲ καὶ καθίσαντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑφάψαι κελεύειν, ἀκίνητον δὲ καίεσθαι.

66. Νέαρχος δὲ περὶ τῶν σοφιστῶν οὕτω λέγει· τοὺς μὲν Βραχμᾶνας πολιτεύεσθαι καὶ παρακολουθεῖν τοῖς βασιλεῦσι συμβούλους, τοὺς δ' ἄλλους σκοπεῖν τὰ περὶ τὴν φύσιν· τούτων δ' εἶναι καὶ Κάλανον· συμφιλοσοφεῖν δ' αὐτοῖς καὶ γυναῖκας, τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων σκληράς. περὶ δὲ τῶν κατὰ τοὺς ἄλλους νομίμων τοιαῦτα ἀποφαίνεται· τοὺς μὲν νόμους ἀγράφους εἶναι, τοὺς μὲν κοινούς, τοὺς δ' ἰδίους, ἀήθειαν ἔχοντας πρὸς τοὺς τῶν ἄλλων· οἷον τὸ τὰς παρθένους ἆθλον παρά τισι προκεῖσθαι τῷ πυγμὴν νικήσαντι, ὥστ' ἀπροίκους συνεῖναι· παρ' ἄλλοις δὲ κατὰ συγγένειαν κοινῇ τοὺς καρποὺς ἐργασαμένους, ἐπὰν συγκομίσωσιν, αἴρεσθαι φορτίον ἕκαστον εἰς διατροφὴν τοῦ ἔτους, τὸν δ' ἄλλον ἐμπιπράναι τοῦ ἔχειν εἰσαῦθις ἐργάζεσθαι καὶ μὴ ἀργὸν εἶναι. ὁπλισμὸν δ' εἶναι τόξον καὶ ὀϊστοὺς τριπήχεις, ἢ σαύνιον, καὶ πέλτην καὶ μάχαιραν πλατεῖαν τρίπηχυν· ἀντὶ δὲ χαλινῶν φιμοῖς χρῆσθαι κημῶν μικρὸν διαφέρουσιν· ἥλοις δὲ τὰ χείλη διαπεπάρθαι.

67. Τὴν δὲ φιλοτεχνίαν τῶν Ἰνδῶν ἐμφανίζων σπόγγους φησὶν ἰδόντας παρὰ τοῖς Μακεδόσι μιμήσασθαι, τρίχας καὶ σχοινία λεπτὰ καὶ ἁρπεδόνας διαρράψαντας εἰς ἔρια, καὶ μετὰ τὸ πιλῆσαι τὰ μὲν ἐξελκύσαντας, τὰ δὲ βάψαντας χροιαῖς· στλεγγιδοποιοὺς τε καὶ ληκυθοποιοὺς ταχὺ γενέσθαι πολλούς· ἐπιστολὰς δὲ γράφειν ἐν σινδόσι λίαν κεκροτημέναις, τῶν ἄλλων γράμμασιν αὐτοὺς μὴ χρῆσθαι φαμένων· χαλκῷ δὲ χρῆσθαι χυτῷ, τῷ δ' ἐλατῷ μή· τὴν δ' αἰτίαν οὐκ εἶπε, καίτοι τὴν ἀτοπίαν εἰπὼν τὴν παρακολουθοῦσαν, ὅτι θραύεται κεράμου δίκην τὰ σκεύη πεσόντα. τῶν δὲ περὶ τῆς Ἰνδικῆς λεγομένων καὶ τοῦτ' ἐστίν, ὅτι ἀντὶ τοῦ προσκυνεῖν προσεύχεσθαι τοῖς βασιλεῦσι καὶ πᾶσι τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ὑπεροχῇ νόμος. φέρει δὲ καὶ λιθίαν ἡ χώρα πολυτελῆ κρυστάλλων καὶ ἀνθράκων παντοίων, καθάπερ τῶν μαργαριτῶν.

68. Τῆς δ' ἀνομολογίας τῶν συγγραφέων ἔστω παράδειγμα καὶ ὁ περὶ τοῦ Καλάνου λόγος· ὅτι μὲν γὰρ συνῆλθεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἀπέθανεν ἑκὼν παρ' αὐτῷ διὰ πυρός, ὁμολογοῦσι· τὸν δὲ τρόπον οὐ τὸν αὐτόν φασιν, οὐδὲ κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἀλλ' οἱ μὲν οὕτως εἰρήκασι· συνακολουθῆσαι γὰρ ὡς ἐγκωμιαστὴν τοῦ βασιλέως ἔξω τῶν τῆς Ἰνδικῆς ὅρων παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἐκεῖ φιλοσόφων· ἐκείνους γὰρ τοῖς αὐτόθι συνεῖναι βασιλεῦσιν, ὑφηγουμένους τὰ περὶ τοὺς θεούς, ὡς τοὺς μάγους τοῖς Πέρσαις. ἐν Πασαργάδαις δὲ νοσήσαντα, τότε πρῶτον αὐτῷ νόσου γενομένης, ἐξαγαγεῖν ἑαυτόν, ἄνοντα ἔτος ἑβδομηκοστὸν καὶ τρίτον, μὴ προσέχοντα

ficus vel uvas ferentem, ab eo gratis capere; si oleum fuerit, eo perfundi et inungi; omnem domum divitum ipsis patere usque in mulierum conclavia, ingressos autem in cœnæ et sermonum communicationem adhiberi. Turpissimum apud eos putari corporis morbum; quem si quis vereatur, se ipsum igni e vita educere; nam, constructo rogo, super eum peruncturn sedere, et accendi jubere, immotumque comburi.

66. Nearchus vero de sophistis ita loquitur: Brachmanes rempublicam tractare et reges sequi et eorum consiliarios esse; ceteros vero quæ ad naturam pertinent explorare; ex his fuisse Calanum; mulieres quoque cum iis philosophari; vitæ autem rationem omnibus esse austeram. De institutis vero quæ apud ceteros Indos obtinent, hæc prodit: leges esse non scriptas, alias communes, alias particulares, quæ ab aliorum legibus valde sint alienæ: ut quod apud nonnullos virgines præmium proponantur pugillatione vincenti, ut sine dote nubant, et quod alii quidam per cognationes et communiter agros colant, et quum fructus colligant, quisque onus suum tollat in anni alimenta, reliquum vero crement, ne otiosi sint, sed habeant laborandi causam. Armaturam esse arcum et sagittas tricubitales vel tragulam et peltam et gladium latum tricubitalem; capistris pro frenis uti, quæ a camis non multum differant; clavis autem labia perforari.

67. Monstraturus porro Indos valde studiosos esse artium, dicit eos spongia apud Macedones visa imitatos fuisse, pilis et funiculis subtilibus et liciis lanam persuentes, deinde, postquam constipaverint eam, pilos et funiculos extrahentes coloremque addentes tingendo; multos quoque strigilum et lecythorum opifices post breve tempus exstitisse; epistolas in sindonibus scribere valde coactis, quum alii negent ullis eos uti litteris; ære fuso uti, ductili nequaquam; causam rei non dixit, quum tamen absurditatem consequentem dixerit, quod vasa decidentia fictilium more frangantur. Inter ea quæ de India memorantur, illud quoque est, quod apud eos mos est reges et omnes qui in potestate aliqua sunt, voto facto adorari, non autem poplite flexo honorari. Ceterum lapides quoque India pretiosos fert, ut crystallum et varios carbunculos, nec non margaritas.

68. Dissensionis scriptorum inter se argumentum ea quoque sunto, quæ de Calano narrant. Etenim cum Alexandro fuisse, et igne mortem sibi conscivisse, uno omnes ore dicunt; modum vero non eundem omnes produnt, nec easdem causas. Quidam tradunt eum tanquam regis prædicatorem secutum fuisse ultra Indiæ fines, præter communem Indicorum philosophorum consuetudinem; hos Indiæ regibus assistere, præcipientes quæ ad deorum cultum pertineant, sicuti magos Persarum regibus. Quum vero apud Pasargadas ægrotaret Calanus, tunc primum morbo eum invadente, se ipsum vita eduxisse, annos natum septuaginta tres, regis precibus non curatis. Facto

ταῖς τοῦ βασιλέως δεήσεσι· γενομένης δὲ πυρᾶς καὶ τεθείσης ἐπ' αὐτῆς χρυσῆς κλίνης, κατακλιθέντα εἰς αὐτήν, ἐγκαλυψάμενον ἐμπρησθῆναι· οἱ δὲ ξύλινον οἶκον γενέσθαι, φυλλάδος δ' ἐμπλησθέντος καὶ ἐπὶ τῆς στέγης πυρᾶς γενομένης, ἐγκλεισθέντα ὥσπερ ἐκέλευσε, μετὰ τὴν πομπήν, μεθ' ἧς ἧκε, ῥίψαντα ἑαυτὸν ὡς ἂν δοκὸν συνεμπρησθῆναι τῷ οἴκῳ. Μεγασθένης δ' ἐν τοῖς μὲν φιλοσόφοις οὐκ εἶναι δόγμα φησὶν ἑαυτοὺς ἐξάγειν· τοὺς δὲ ποιοῦντας τοῦτο νεανικοὺς κρίνεσθαι, τοὺς μὲν σκληροὺς τῇ φύσει φερομένους ἐπὶ πληγὴν ἢ κρημνόν, τοὺς δ' ἀπόνους ἐπὶ βυθόν, τοὺς δὲ πολυπόνους ἀπαγχομένους, τοὺς δὲ πυρώδεις εἰς πῦρ ὠθουμένους· οἷος ἦν καὶ ὁ Κάλανος, ἀκόλαστος ἄνθρωπος καὶ ταῖς Ἀλεξάνδρου τραπέζαις δεδουλωμένος· τοῦτον μὲν οὖν ψέγεσθαι, τὸν δὲ Μάνδανιν ἐπαινεῖσθαι, ὃς τῶν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγγέλων καλούντων πρὸς τὸν Διὸς υἱὸν πειθομένῳ τε δῶρα ἔσεσθαι ὑπισχνουμένων, ἀπειθοῦντι δὲ κόλασιν· μήτ' ἐκεῖνον φαίη Διὸς υἱόν, ὅν γε ἄρχειν μηδὲ πολλοστοῦ μέρους τῆς γῆς· μήτε αὐτῷ δεῖν τῶν παρ' ἐκείνου δωρεῶν, ὧν οὐδεὶς κόρος· μήτε δὲ ἀπειλῆς εἶναι φόβον, ᾧ ζῶντι μὲν ἀρκοῦσα εἴη τροφὸς ἡ Ἰνδική, ἀποθανὼν δὲ ἀπαλλάξαιτο τῆς τετρυχωμένης ἀπὸ γήρως σαρκός, μεταστὰς εἰς βελτίω καὶ καθαρώτερον βίον· ὥστ' ἐπαινέσαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ συγχωρῆσαι.

69. Λέγεται δὲ καὶ ταῦτα παρὰ τῶν συγγραφέων, ὅτι σέβονται μὲν τὸν ὄμβριον Δία Ἰνδοὶ καὶ τὸν Γάγγην ποταμὸν καὶ τοὺς ἐγχωρίους δαίμονας. ὅταν δὲ βασιλεὺς λούῃ τὴν τρίχα, μεγάλην ἑορτὴν ἄγουσι καὶ μεγάλα δῶρα πέμπουσι τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον ἕκαστος ἐπιδεικνύμενος κατὰ ἅμιλλαν. τῶν τε μυρμήκων τινὰς καὶ πτερωτοὺς λέγουσι τῶν χρυσωρύχων· ψήγματά τε χρυσοῦ καταφέρειν τοὺς ποταμούς, καθάπερ τοὺς Ἰβηρικούς· ἐν δὲ ταῖς κατὰ τὰς ἑορτὰς πομπαῖς πολλοὶ μὲν ἐλέφαντες πέμπονται χρυσῷ κεκοσμημένοι καὶ ἀργύρῳ, πολλὰ δὲ τέθριππα καὶ βοϊκὰ ζεύγη· εἶθ' ἡ στρατιὰ κεκοσμημένη· καὶ χρυσώματα δὲ τῶν μεγάλων λεβήτων καὶ κρατήρων ὀργυιαίων· καὶ τοῦ Ἰνδικοῦ χαλκοῦ (καὶ) τράπεζαί τε καὶ θρόνοι καὶ ἐκπώματα καὶ λουτῆρες, λιθοκόλλητα τὰ πλεῖστα σμαράγδοις καὶ βηρύλλοις καὶ ἄνθραξιν Ἰνδικοῖς· καὶ ἐσθὴς δὲ ποικίλη χρυσόπαστος, καὶ . . . . . . ασοι καὶ παρδάλεις καὶ λέοντες τιθασοὶ καὶ τῶν ποικίλων ὀρνέων καὶ εὐφθόγγων πλῆθος. ὁ δὲ Κλείταρχός φησιν ἁμάξας τετρακύκλους, δένδρα κομιζούσας τῶν μεγαλοφύλλων, ἐξ ὧν ἀπήρτηται γένη τετιθασευμένων ὀρνέων, ὧν εὐφωνότατον μὲν εἴρηκε τὸν ὠρίωνα, λαμπρότατον δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ πλείστην ἔχοντα ποικιλίαν τὸν καλούμενον κατρέα· τὴν γὰρ ἰδέαν ταῷ μάλιστα ἐγγίζειν, τὴν δὲ λοιπὴν εἰκονογραφίαν παρ' ἐκείνου ληπτέον.

70. Φιλοσόφους τε τοῖς Βραχμᾶσιν ἀντιδιαιροῦνται Πράμνας, ἐριστικούς τινας καὶ ἐλεγκτικούς· τοὺς δὲ Βραχμᾶνας φυσιολογίαν καὶ ἀστρονομίαν ἀσκεῖν, γελωμένους ὑπ' ἐκείνων ὡς ἀλαζόνας καὶ ἀνοήτους. τού-

enim rogo et aurea lectica superimposita, illum in ea cubuisse, velatoque corpore combustum esse. Alii eum in lignea domo frondibus plena, pyra super tabulato constructa, inclusum, uti jusserat, post pompam, cum qua venerat, peractam, se jecisse et sicuti trabem cum domo deflagrasse. Megasthenes vero nullum philosophis decretum esse de morte sibi consciscenda affirmat, sed audaciores haberi, qui hoc in se admittant; ac natura quidem duros in vulnus vel præcipitium ferri, doloris impatientes in profundum maris, doloris patientissimos strangulari, igneos in ignem se detrudere; ac talem Calanum fuisse, incontinentem sane hominem, et mensæ Alexandri mancipium. Eapropter hunc vituperari, Mandanim summopere laudari, qui, quum Alexandri nuntii eum ad Jovis filium vocarent, et parenti dona pollicerentur, dicto non audienti minarentur cruciatum, responderit neque illum Jovis filium esse, qui ne minimæ quidem terrarum parti imperaret, nec se illius dona requirere, qui saturari non posset, nec minis terreri, quum vivens satis ab India nutriretur, mortuus vero ab attrita jam senio carne liberaretur, in meliorem perioremque vitam transmigrans: adeo ut laudasset virum Alexander veniamque ei dedisset.

69. Porro hæc etiam a scriptoribus dicuntur, ab Indis Jovem pluvialem et Gangem flumen et indigetes genios coli; et quum eorum rex capillos abluat, magnam festivitatem celebrari, et maxima dona mitti divitias suas certatim ostentantium. Addunt nonnullas ex auriferis formicis alatas esse, et flumina auri ramenta deferre, ut in Iberia. In solemnibus pompis multos elephantes duci auro et argento ornatos et multas quadrigas et bovum paria, deinde exercitum pulchre ornatum sequi, tum vasa aurea, ingentes scilicet lebetes et crateras quattuor cubitorum magnitudine, et ex Indico ære mensas et sellas et pocula et labra, quorum major pars smaragdis et beryllis et Indicis carbunculis distincta; item vestem variam auroque intertextam, et *animalia, ut bonasi* (καὶ θηρία, βόνασοι) et pardales et leones mites et variarum eleganterque canentium avium multitudinem. Porro Clitarchus memorat, magnis præditas frondibus arbores in plaustris quaternarum rotarum deportari, et ex eis aves mansuetas pendere, quarum canorissimum dicit orionem, aspectu pulcherrimum atque maxime varium catreum nomine, specie pavoni persimilem; reliqua vero imaginis pictura ab illo sumenda est.

70. Brachmanis Pramnas philosophos opponunt, contentiosum genus hominum et arguendo deditum: Brachmanas, quod physiologiam et astronomiam exerceant, ab illis ut stultos et ostentatores derideri. Horum alios mon-

των δὲ τοὺς μὲν ὀρεινοὺς καλεῖσθαι, τοὺς δὲ γυμνήτας, τοὺς δὲ πολιτικοὺς καὶ προσχωρίους· τοὺς μὲν ὀρεινοὺς δοραῖς ἐλάφων χρῆσθαι, πήρας δ' ἔχειν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων μεστάς, προσποιουμένους ἰατρικὴν μετὰ γοητείας καὶ ἐπῳδῶν καὶ περιάπτων. τοὺς δὲ γυμνήτας κατὰ τοὔνομα γυμνοὺς διαζῆν, ὑπαιθρίους τὸ πλέον, καρτερίαν ἀσκοῦντας, ἥν ἔφαμεν πρότερον, μέχρι ἑπτὰ [ἐτῶν] καὶ τριάκοντα, γυναῖκας δὲ συνεῖναι, μὴ μιγνυμένας αὐτοῖς· τούτους δὲ θαυμάζεσθαι διαφερόντως.

71. Τοὺς δὲ πολιτικοὺς σινδονίτας κατὰ πόλιν ζῆν ἢ καὶ κατ' ἀγρούς, καθημμένους νεβρίδας ἢ δορκάδων δοράς· ὡς δ' εἰπεῖν, Ἰνδοὺς ἐσθῆτι λευκῇ χρῆσθαι καὶ σινδόσι λευκαῖς καὶ καρπάσοις, ὑπεναντίως τοῖς εἰποῦσιν εὐανθέστατα αὐτοὺς ἀμπέχεσθαι φορήματα· κομᾶν δὲ καὶ πωγωνοτροφεῖν πάντας, ἀναπλεκομένους δὲ μιτροῦσθαι τὰς κόμας.

72. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὸν Γάγγην φησὶν ἐκ τῶν Ἠμωδῶν ὀρῶν καταφερόμενον πρὸς νότον, ἐπειδὰν κατὰ τὴν Γάγγην γένηται πόλιν, ἐπιστρέφειν πρὸς ἕω μέχρι Παλιβόθρων καὶ τῆς εἰς τὴν θάλατταν ἐκβολῆς· τῶν δὲ συρρεόντων εἰς αὐτὸν Οἰδάνην τινὰ καλεῖ· τρέφειν δὲ καὶ κροκοδείλους καὶ δελφῖνας· λέγει δὲ καὶ ἄλλα τινά, συγκεχυμένως δὲ καὶ ἀργῶς, ὧν οὐ φροντιστέον. προσθείη δ' ἄν τις τούτοις καὶ τὰ παρὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ Νικολάου.

73. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ ἐπὶ Δάφνῃ παρατυχεῖν τοῖς Ἰνδῶν πρέσβεσιν, ἀφιγμένοις παρὰ Καίσαρα τὸν Σεβαστόν· οὓς ἐκ μὲν τῆς ἐπιστολῆς πλείους δηλοῦσθαι, σωθῆναι δὲ τρεῖς μόνους, οὓς ἰδεῖν φησι, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ μήκους τῶν ὁδῶν διαφθαρῆναι τὸ πλέον· τὴν δ' ἐπιστολὴν ἑλληνίζειν ἐν διφθέρᾳ γεγραμμένην, δηλοῦσαν, ὅτι Πῶρος εἴη ὁ γράψας, ἑξακοσίων δὲ ἄρχων βασιλέων, ὅμως περὶ πολλοῦ ποιοῖτο φίλος εἶναι Καίσαρι, καὶ ἕτοιμος εἴη δίοδόν τε παρέχειν, ὅπη βούλεται, καὶ συμπράττειν, ὅσα καλῶς ἔχει. ταῦτα μὲν ἔφη λέγειν τὴν ἐπιστολήν, τὰ δὲ κομισθέντα δῶρα προσενεγκεῖν ὀκτὼ οἰκέτας γυμνούς, ἐν περιζώμασι καταπεπασμένους ἀρώμασιν· εἶναι δὲ τὰ δῶρα τόν τε Ἑρμᾶν, ἀπὸ τῶν ὤμων ἀφῃρημένον ἐκ νηπίου τοὺς βραχίονας, ὃν καὶ ἡμεῖς εἴδομεν, καὶ ἐχίδνας μεγάλας καὶ ὄφιν πηχῶν δέκα καὶ χελώνην ποταμίαν τρίπηχυν, πέρδικά τε μείζω γυπός. συνῆν δέ, ὥς φησι, καὶ ὁ Ἀθήνησι κατακαύσας ἑαυτόν· ποιεῖν δὲ τοῦτο τοὺς μὲν ἐπὶ κακοπραγίᾳ ζητοῦντας ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων, τοὺς δ' ἐπ' εὐπραγίᾳ, καθάπερ τοῦτον· ἅπαντα γὰρ κατὰ γνώμην πράξαντα μέχρι νῦν ἀπιέναι δεῖν, μή τι τῶν ἀβουλήτων χρονίζοντι συμπέσοι· καὶ δὴ καὶ γελῶντα ἁλέσθαι γυμνὸν ἐπαληλιμμένον ἐν περιζώματι ἐπὶ τὴν πυράν· ἐπιγεγράφθαι δὲ τῷ τάφῳ· Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν ἔθη ἑαυτὸν ἀπαθανατίσας κεῖται.

tanos, alios gymnetas, alios civiles ac agrestes appellari; montanos pellibus cervorum uti, et peras radicibus et medicamentis plenas gestare, ac medicinam cum incantationibus amuletisque profiteri; gymnetas nudos degere, quod nomine ipsorum significatur, et magna ex parte sub divo tolerantiam, quam prius diximus, usque ad tricesimum et septimum annum exercere; mulieres cum eis vivere, non tamen permisceri; hos gymnetas præ ceteris in admiratione haberi.

71. Quos vero civiles diximus, sindonem gestantes in urbe vivere, vel etiam in agro degere hinnulorum vel damarum pellibus amictos. Et (ut verbo dicam) Indos veste candida et sindonibus candidis et carbasis uti, secus quam ab iis traditur, qui eos dicunt vestes coloribus apprime infectas gestare; comam vero et barbam alere universos, et crinem intricatum mitra redimire.

72. Artemidorus tradit Gangem ex Emodis montibus ad austrum deferri, et quum ad Gangem urbem pervenerit, converti ad ortum usque ad Palibothra atque ostia. Œdanem (*Iomanem?*) porro unum ex iis nominat, qui in Gangem influunt, nutririque in eo crocodilos et delphines; addit et alia quædam, sed ita confuse ac negligenter, ut non sit eorum habenda ratio. Addere autem memoratis possis ea quæ apud Nicolaum Damascenum leguntur.

74. Narrat hic, se Antiochiæ, quæ apud Daphnen est, Indorum legatos vidisse, qui ad Cæsarem Augustum venerunt. In epistola quidem plures fuisse memoratos, sed tres tantum superfuisse, quos vidisse se ait, ceteris viæ maxime longitudine absumptis. Epistolam Græcam fuisse in membrana scriptam, in qua significaretur, Porum esse, qui scriberet; se, etsi sexcentis regibus imperaret, Cæsaris tamen amicitiam magni pendere, et paratum se, quocumque voluerit, aditum concedere, et in quibuscumque rectum fuerit, opitulari. Hæc dicit in epistola contineri; allata præterea esse dona ab octo servis nudis, subligacula indutis et aromatibus delibutis; ea fuisse Hermam, a puero brachia ab humeris truncatum, quem nos quoque vidimus; tum viperas ingentes et serpentem decem cubitorum, et testudinem fluvialem trium cubitorum, et perdicem vulture majorem. Cum legatis affuisse etiam narrat eum, qui se Athenis concremavit; quod quidem alii in rebus adversis facere dicuntur, ut præsentia mala effugiant, alii in rebus secundis, quemadmodum hic. Nam quum omnia ex sententia adhuc successissent, abeundum sibi e vita censuisse, ne quid adversi accideret immoranti; adeoque ridentem eum et nudum et unctum in rogum isse affirmat, et inscriptum fuisse sepulcro: *Hic jacet Zarmanus chegan* (Ζάρμανος χήγαν) *Indus, e Bargosa* (*Barygaza*), *qui secundum patriam Indorum consuetudinem se vita eduxit.*

ΚΕΦ. Β.

Μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικήν ἐστιν ἡ Ἀριανή, μερὶς πρώτη τῆς ὑπὸ Πέρσαις τῆς μετὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν καὶ τῶν ἄνω σατραπειῶν τῶν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου, τὰ μὲν νότια καὶ τὰ ἀρκτικὰ μέρη τῇ αὐτῇ θαλάττῃ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὄρεσιν ἀφοριζομένη, οἷσπερ καὶ ἡ Ἰνδική, καὶ τῷ αὐτῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ, μέσον ἔχουσα αὐτὸν ἑαυτῆς τε καὶ τῆς Ἰνδικῆς, ἐντεῦθεν δὲ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκτεινομένη μέχρι τῆς ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Καρμανίαν γραφομένης γραμμῆς, ὥστε εἶναι τετράπλευρον τὸ σχῆμα. τὸ μὲν οὖν νότιον πλευρὸν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν ἄρχεται τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τῆς Παταληνῆς, τελευτᾷ δὲ πρὸς Καρμανίαν καὶ τοῦ Περσικοῦ κόλπου τὸ στόμα, ἄκραν ἔχον ἐκκειμένην ἱκανῶς πρὸς νότον· εἶτα εἰς τὸν κόλπον λαμβάνει καμπὴν ὡς ἐπὶ τὴν Περσίδα. οἰκοῦσι δὲ Ἄρβιες πρῶτον, ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ Ἄρβει τῷ ὁρίζοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἑξῆς Ὠρειτῶν, ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν, ὥς φησι Νέαρχος· Ἰνδῶν δ' ἐστὶ μερὶς καὶ αὕτη. εἶτ' Ὠρεῖται ἔθνος αὐτόνομον· τούτων δ' ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων, ὁ δὲ τῶν ἑξῆς Ἰχθυοφάγων ἑπτακισχίλιοι τετρακόσιοι, οἱ δὲ τῶν Καρμανίων τρισχίλιοι ἑπτακόσιοι μέχρι Περσίδος· ὥσθ' οἱ σύμπαντες μύριοι τρισχίλιοι ἐννακόσιοι.

2. Ἀλιτενὴς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἰχθυοφάγων καὶ ἄδενδρος ἡ πλείστη [πλὴν] φοινίκων καὶ ἀκάνθης τινὸς καὶ μυρίκης· καὶ ὑδάτων δὲ καὶ τροφῆς ἡμέρου σπάνις· τοῖς δ' ἰχθύσι χρῶνται καὶ αὐτοὶ καὶ θρέμματα καὶ τοῖς ὀμβρίοις ὕδασι καὶ ὀρυκτοῖς· καὶ τὰ κρέα δὲ τῶν θρεμμάτων ἰχθύων προσβάλλει· οἰκήσεις δὲ ποιοῦνται τοῖς ὀστέοις τῶν κητῶν χρώμενοι καὶ κόγχοις ὀστρέων τὸ πλέον, δοκοῖς μὲν ταῖς πλευραῖς καὶ ὑπερείσμασι, θυρώμασι δὲ ταῖς σιαγόσιν· οἱ σπόνδυλοι δ' αὐτοῖς εἰσιν ὅλμοι, ἐν οἷς πτίσσουσι τοὺς ἰχθύας ἐν ἡλίῳ κατοπτήσαντες· εἶτ' ἀρτοποιοῦνται σίτου μικρὰ καταμίξαντες· καὶ γὰρ μύλοι αὐτοῖς εἰσι, σιδήρου μὴ ὄντος. καὶ τοῦτο μὲν ἧττον θαυμαστόν· καὶ γὰρ ἄλλοθεν ἐνέγκασθαι δυνατόν· ἀλλὰ πῶς ἐπικόπτουσιν ἀποτριβέντας; λίθοις μέντοι φασίν, οἷς καὶ τὰ βέλη καὶ τὰ ἀκοντίσματα [τὰ] πεπυρακτωμένα ἀποξύνουσι. τοὺς δ' ἰχθύας, τοὺς μὲν ἐν κλιβάνοις κατοπτῶσι, τοὺς δὲ πλείστους ὠμοφαγοῦσι· περιβάλλονται δὲ (καὶ) δικτύοις φλοιοῦ φοινικίνου.

3. Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Γεδρωσία, τῆς μὲν Ἰνδικῆς ἧττον ἔμπυρος, τῆς δ' ἄλλης Ἀσίας μᾶλλον, καὶ τοῖς καρποῖς καὶ τοῖς ὕδασιν ἐνδεὴς πλὴν θέρους, οὐ πολὺ ἀμείνων τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων· ἀρωματοφόρος δὲ νάρδου μάλιστα καὶ σμύρνης, ὥστε τὴν Ἀλεξάνδρου στρατιὰν ὁδεύουσαν ἀντὶ ὀρόφου καὶ στρωμάτων τούτοις χρῆσθαι, εὐωδιαζομένην ἅμα καὶ ὑγιεινότερον τὸν ἀέρα ἔχουσαν παρὰ τοῦτο· γενέσθαι δ' αὐτοῖς θέρους τὴν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἄφοδον ἐπίτηδες συνέβη· τότε γὰρ ὄμβρους ἔχειν τὴν Γεδρωσίαν καὶ τοὺς ποταμοὺς πληροῦσθαι καὶ τὰ ὑδρεῖα, χειμῶνος δ' ἐπιλείπειν· πίπτειν

CAP. II.

Post Indiam est Ariana, prima pars regionis, quæ post Indum Persis obtemperat, et superiorum satrapiarum, quæ extra Taurum sunt. Ab austro et septentrione eodem mari et eisdem montibus terminatur quibus India, et eodem flumine Indo, qui inter eam fluit atque Indiam; hinc vero ad occidentem porrigitur usque ad lineam, quæ a Caspiis portis in Carmaniam describitur, adeo ut quadrilatera sit figura. Australe itaque latus ab Indi ostiis et Patalena incipit, desinit autem in Carmaniam vel Persici sinus os, habens promontorium ad austrum satis longe porrectum; postea in sinum deflectit versus Persidem. Primum in Ariana Arbies habitant, eodem nomine quo Arbis flumen appellati, quod eos a sequentibus Oritis sejungit, mille fere stadiorum oram habentes, ut Nearchus ait, quæ et ipsa Indorum pars est. Postea sunt Oritæ, gens liberæ conditionis, quorum præternavigatio mille et octingentorum stadiorum est. Inde Ichthyophagorum ora septem millium et quadringentorum stadiorum. Hinc Carmaniorum, ter mille et septingentorum usque ad Persidem: ut in universum stadiorum sint tredecim (duodecim *codd.*) millia et nongenta.

2. Ichthyophagorum regio est ora humilis, et maximam partem arboribus caret, præter palmas, acanthum et myricam; aquarum et cibi mitioris est penuria. Vescuntur piscibus tum ipsi tum eorum pecora, et aquas pluvias et e puteis fossis haustas potant; pecorum carnes piscium saporem referunt; domos ut plurimum ex ossibus cetorum et ostreorum conchis faciunt; nam trabium et fulcrorum usum costæ præstant, portas maxillæ; e vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces ad solem assatos tundunt; postea ex his panem conficiunt, frumenti paullulum admiscentes. Nam et molas habent, quanquam ferro carentes. Atque hoc quidem haud adeo mirum est, quum molæ aliunde afferri possint; sed quomodo attritas reficiunt? lapidibus ajunt, quibus etiam sagittas et missilia præusta exacuunt. Pisces partim in furnis assant, plerosque crudos edunt. Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis.

3. Supra hos est Gedrosia, minus quam India exusta sed quam reliqua Asia magis; fructuum et aquarum inopia excepto æstatis tempore laborat, nec multo melior est quam regio Ichthyophagorum; fert tamen aromata, præcipue nardum et myrrham, adeo ut Alexandri exercitus his pro tecto et stratis uteretur, odoratum simul ac saluhriorem inde aerem habens. Ac de industria quidem sub æstivum tempus ex India discessere; tunc enim Gedrosia imbribus abundat, et flumina ac cisternæ implentur, hieme

δὲ τοὺς ὄμβρους ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῖς προσαρκτίοις καὶ ἐγγὺς τῶν ὀρῶν· πληρουμένων δὲ τῶν ποταμῶν, καὶ τὰ πεδία τὰ πλησιάζοντα τῇ θαλάττῃ ποτίζεσθαι καὶ ὑδρείων εὐπορεῖν. προέπεμψε δ' εἰς τὴν ἔρημον μεταλλευτὰς τῶν ὑδρείων ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς ναύσταθμα αὐτῷ καὶ τῷ στόλῳ κατασκευάσοντας.

4. Τριχῇ γὰρ διελὼν τὰς δυνάμεις, τῇ μὲν αὐτὸς ὥρμησε διὰ τῆς Γεδρωσίας, ἀφιστάμενος τῆς θαλάττης τὸ πλεῖστον πεντακοσίους σταδίους, ἵν' ἅμα καὶ τῷ ναυτικῷ τὴν παραλίαν ἐπιτηδείαν παρασκευάζοι, πολλάκις δὲ καὶ συνάπτων τῇ θαλάττῃ, καίπερ ἀπόρους καὶ τραχείας ἐχούσῃ τὰς ἀκτάς· τὴν δὲ προέπεμψε μετὰ Κρατεροῦ διὰ τῆς μεσογαίας, ἅμα χειρουμένου τε τὴν Ἀριανὴν καὶ προϊόντος ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἐφ' οὓς Ἀλέξανδρος τὴν πορείαν εἶχε· τὸ δὲ ναυτικὸν Νεάρχῳ καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ ἀρχικυβερνήτῃ παραδοὺς ἐκέλευσεν, οἰκείας στάσεως ἐπιλαμβανομένους ἐπακολουθεῖν καὶ ἀντιπαραπλεῖν αὐτοῦ τῇ πορείᾳ.

5. Καὶ δὴ καί φησιν ὁ Νέαρχος, ἤδη τοῦ βασιλέως τελοῦντος τὴν ὁδόν, αὐτὸς μετοπώρου κατὰ πλειάδος ἐπιτολὴν ἑσπερίαν ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, μήπω μὲν τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων, τῶν δὲ βαρβάρων ἐπιχειρούντων αὐτοῖς καὶ ἐξελαυνόντων· καταθαρρῆσαι γάρ, ἀπελθόντος τοῦ βασιλέως, καὶ ἐλευθεριάσαι. Κρατερὸς δ' ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ἀρξάμενος δι' Ἀραχωτῶν ᾔει καὶ Δραγγῶν εἰς Καρμανίαν. Πολλὰ δ' ἐταλαιπώρει ὁ Ἀλέξανδρος καθ' ὅλην τὴν ὁδὸν διὰ λυπρᾶς ἰών· πόρρωθεν δ' ὁμοίως ἐπεχορηγεῖτο μικρὰ καὶ σπάνια, ὥστε λιμώττειν τὸ στράτευμα· καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε, καὶ τὰ σκεύη κατελείπετο ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ τοῖς στρατοπέδοις· ἀπὸ δὲ τῶν φοινίκων ἦν ἡ σωτηρία, τοῦ τε καρποῦ καὶ τοῦ ἐγκεφάλου. φασὶ δὲ φιλονεικῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον, καίπερ εἰδότα τὰς ἀπορίας, πρὸς τὴν κατέχουσαν δόξαν, ὡς Σεμίραμις μὲν ἐξ Ἰνδῶν φεύγουσα σωθείη μετὰ ἀνδρῶν ὡς εἴκοσι, Κῦρος δὲ ἑπτά, εἰ δύναιτο αὐτὸς τοσοῦτο στράτευμα διασῶσαι διὰ τῆς αὐτῆς χώρας, νικῶν καὶ ταῦτα.

6. Πρὸς δὲ τῇ ἀπορίᾳ χαλεπὸν ἦν καὶ τὸ καῦμα καὶ τὸ βάθος τῆς ψάμμου καὶ ἡ θερμότης, ἔστι δ' ὅπου καὶ θῖνες ὑψηλοί, ὥστε πρὸς τῷ δυσχερῶς ἀναφέρειν τὰ σκέλη, καθάπερ ἐκ βυθοῦ, καὶ ἀναβάσεις εἶναι καὶ καταβάσεις· ἀνάγκη δ' ἦν καὶ σταθμοὺς ποιεῖσθαι μακροὺς διὰ τὰ ὑδρεῖα, διακοσίων καὶ τετρακοσίων σταδίων, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑξακοσίων, νυκτοποροῦντας τὸ πλέον. πόρρω δὲ τῶν ὑδρείων ἐστρατοπεδεύοντο ἐν τριάκοντα σταδίοις πολλάκις τοῦ μὴ ἐμφορεῖσθαι κατὰ δίψος· πολλοὶ γὰρ ἐμπίπτοντες σὺν ὅπλοις ἔπινον ὡς ἂν ὑποβρύχιοι, φυσώμενοι δ' ἐπέπλεον ἐκπεπνευκότες καὶ τὰ ὑδρεῖα βραχέα ὄντα διέφθειρον· οἱ δ' ἐν τῷ ἡλίῳ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν ἀπηγορευκότες ἔκειντο ὑπὸ δίψους· ἔπειτα τρομώδεις μετὰ παλμοῦ χειρῶν καὶ σκελῶν ἔθνησκον παραπλησίως, ὡς ἂν [ὑπὸ] ῥίγους καὶ φρίκης ἐχόμενοι. συνέβαινε δέ τισι καὶ ἐκτραπομένοις τὴν ὁδὸν καταδαρθεῖν κρατουμένοις ὑπὸ ὕπνου καὶ κόπου·

deficiunt. Cadunt vero imbres in superioribus ac septentrioni obversis partibus non longe a montibus, unde fluminibus auctis campi mari proximi irrigantur, et putei abundant. Præmiserat autem in desertam regionem Alexander, qui puteos effoderent, et qui sibi et classi mansiones pararent.

4. Nam copiis trifariam divisis, ipse cum exercitus parte per Gedrosiam profectus est, a mari quingentis stadiis, ubi plurimum, iter faciens, ut simul et classi oram commodam pararet, sæpe etiam ipsum mare attigit, tametsi id litora difficilia et aspera habebat; partem cum Cratero præmisit per mediterranea, ut et Arianam subigeret, et in eadem loca procederet, in quæ ipse iter erat facturus; classem autem Nearcho tradidit et Onesicrito, gubernatorum præfecto, jubens ut commodas stationes seligentes sequerentur et ipsius iter a latere comitarentur.

5. Et quidem Nearchus refert, jam rege iter ingresso, ipsum auctumno sub vespertinum exortum Virgiliarum navigationem cepisse, nondum sane aptis ventis spirantibus, barbaris autem ipsos adorientibus atque expellentibus; nam rege digresso, animos recepisse, ac libertatem affectasse. Craterus vero ab Hydaspe movens, per Arachotos et Drangas in Carmaniam profectus est. Alexander per sterilem terram proficiscens toto itinere multas toleravit miserias : e longinquo item nonnisi parva quædam et rara veniebant alimenta, adeo ut exercitus fame premeretur; jumenta quoque defecerunt, et in viis et in castris impedimenta relinquebantur; tamen palmarum et fructus et cerebrum saluti fuerunt. Dicunt Alexandrum, quamvis difficultates istas præsciret, tamen ambitione motum pertendisse : ut, quum fama obtineret, Semiramin cum viginti hominibus ex India fuga evasisse, Cyrum vero cum septem, ipse per eadem loca tantum exercitum incolumem reducere, et his quoque vincere tentaret.

6. Præter inopiam gravis erat etiam æstus et arenæ profunditas atque ardor, nonnullis in locis etiam alti arenarum cumuli, adeo ut non modo difficulter pedes referri possent, sed etiam, tanquam in aliquo profundo, adscendendum descendendumque esset. Adhæc etiam itinera longa fieri oportebat propter cisternas, ducenorum quadringenorumve stadiorum, nonnunquam etiam sexcenorum, et ea ut plurimum nocturna. Castra procul ab aquis ponebant, sæpe ad triginta stadia, ne propter sitim ubertim biberent milites; nam multi cum armis in aquam incidentes bibebant usque dum (ἕως ἦσαν ὑ.) submergerentur, intumescentes vero fluitabant inanimes, et aquas, non profundas eas, contaminabant. Alii ob solis æstum siti confecti, in media via jacebant; deinde tremuli inter manuum ac pedum quassationem moriebantur, quomodo qui rigore atque horrore detinentur. Quibusdam etiam evenit, ut a via deflectentes obdormirent, somno et lassitudine superati; unde

ὑστερήσαντες δ' οἱ μὲν ἀπώλοντο πλάνῃ τῶν ὁδῶν καὶ ὑπὸ ἀπορίας ἁπάντων καὶ καύματος, οἱ δ' ἐσώθησαν, πολλὰ ταλαιπωρήσαντες· πολλὰ δὲ κατέκλυσε καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρηστηρίων ἐπιπεσὼν χειμάρρους νύκτωρ· καὶ τῆς βασιλικῆς δὲ κατασκευῆς ἐξηλείφθη πολλή· καὶ τῶν καθοδηγῶν δὲ κατ' ἄγνοιαν πολὺ εἰς τὴν μεσόγαιαν ἐκτραπομένων, ὥστε μηκέτι ὁρᾶν τὴν θάλατταν, (ὁ) συνεὶς ὁ βασιλεύς, ἐξαυτῆς ὥρμησε, ζητήσων τὴν ἠιόνα, καὶ ἐπειδὴ εὗρε καὶ ὀρύξας εἶδεν ὕδωρ πότιμον, μεταπέμπεται τὸ στρατόπεδον, καὶ λοιπὸν μέχρι ἡμερῶν ἑπτὰ πλησίον ᾔει τῆς ἠιόνος, εὐπορῶν ὑδρείας· ἔπειτ' αὖθις εἰς τὴν μεσόγαιαν ἀνεχώρησεν.

7. Ἦν δέ τι ὅμοιον τῇ δάφνῃ φυτόν, οὗ τὸ γευσάμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιληψίας καὶ ἀφροῦ· ἄκανθα δὲ τοὺς καρποὺς ἐπὶ γῆς κεχυμένη, καθάπερ οἱ σίκυοι, πλήρης ἦν ὀποῦ· τούτου δὲ ῥανίδες, εἰς ὀφθαλμὸν ἐμπεσοῦσαι, πᾶν ἀπετύφλουν ζῷον· οἵ τε ὠμοὶ φοίνικες ἔπνιγον πολλούς. ἦν δὲ κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῶν ὄφεων· ἐν γὰρ τοῖς θισὶν ἐπεφύκει βοτάνη, ταύτῃ δ' ὑποδεδυκότες ἐλάνθανον, τοὺς δὲ πληγέντας ἀπέκτεινον. ἐν δὲ τοῖς Ὠρείταις τὰ τοξεύματα χρίεσθαι θανασίμοις φαρμάκοις ἔφασαν, ξύλινα ὄντα καὶ πεπυρακτωμένα· τρωθέντα δὲ Πτολεμαῖον κινδυνεύειν· ἐν ὕπνῳ δὲ παραστάντα τινὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ δεῖξαι ῥίζαν αὐτόπρεμνον, ἣν κελεῦσαι τρίβοντα ἐπιτιθέναι τῷ τρωθέντι· ἐκ δὲ τοῦ ὕπνου γενόμενον, μεμνημένον τῆς ὄψεως εὑρεῖν ζητοῦντα τὴν ῥίζαν πολλὴν πεφυκυῖαν καὶ χρήσασθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους· ἰδόντας δὲ τοὺς βαρβάρους εὑρημένον τὸ ἀλέξημα ὑπηκόους γενέσθαι τῷ βασιλεῖ. εἰκὸς δέ τινα μηνῦσαι τῶν εἰδότων· τὸ δὲ μυθῶδες προσετέθη κολακείας χάριν. ἐλθὼν δ' εἰς τὸ βασίλειον τῶν Γεδρωσίων ἑξηκοσταῖος ἀπὸ Ὤρων, διαναπαύσας τὰ πλήθη μικρόν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Καρμανίαν.

8. Τὸ μὲν δὴ νότιον τῆς Ἀριανῆς πλευρὸν τοιαύτην τινὰ ἔχει τὴν τῆς παραλίας διάθεσιν καὶ τῆς ὑπερκειμένης πλησίον γῆς τῆς τῶν Γεδρωσίων καὶ Ὠρειτῶν. πολλὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰς τὴν μεσόγαιαν ἀνέχουσα καὶ ἡ Γεδρωσία μέχρι τοῦ συνάψαι Δράγγαις τε καὶ Ἀραχωτοῖς καὶ Παροπαμισάδαις, περὶ ὧν Ἐρατοσθένης οὕτως εἴρηκεν· οὐ γὰρ ἔχομέν τι λέγειν βέλτιον περὶ αὐτῶν. ὁρίζεσθαι μὲν γάρ φησι τὴν Ἀριανὴν ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἕω τῷ Ἰνδῷ, πρὸς νότον δὲ τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πρὸς ἄρκτον δὲ τῷ Παροπαμισῷ καὶ τοῖς ἑξῆς ὄρεσι μέχρι Κασπίων πυλῶν, τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν τοῖς αὐτοῖς ὅροις, οἷς ἡ μὲν Παρθυηνὴ πρὸς Μηδίαν, ἡ δὲ Καρμανία πρὸς τὴν Παραιτακηνὴν καὶ Περσίδα διώρισται· πλάτος δὲ τῆς χώρας τὸ τοῦ Ἰνδοῦ μῆκος τὸ ἀπὸ τοῦ Παροπαμισοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν, μύριοι καὶ δισχίλιοι στάδιοι (οἱ δὲ τρισχιλίους φασί)· μῆκος δὲ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν, ὡς ἐν τοῖς Ἀσιατικοῖς σταθμοῖς ἀναγέγραπται, διττόν. μέχρι μὲν Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Ἀρίοις ἀπὸ Κασπίων πυλῶν διὰ τῆς Παρθυαίας μία

postea alii viarum errore et omnium rerum egestate æstuque peribant, nonnulli post multas demum ærumnas ad suos evadebant. Illuvies quoque torrentis, per noctem ingruentis, multa corpora et utensilia obruit, et magnam partem etiam regiæ supellectilis corrupit. Accidit etiam ut viarum duces ob locorum imperitiam longe in mediterranea diverterent, adeo ut non amplius mare appareret; quod rex intelligens, illico ad quærendum litus properavit; quo reperto postquam effodienti aqua potui idonea inventa est, exercitum propere arcessit, ac deinceps usque ad diem septimum per litoream regionem profectus est, aquis abundans; postea in mediterraneam reversus est.

7. Erat planta lauro similis, qua gustata, jumenta spumantia et comitiali correpta morbo emoriebantur. Porro spina quædam, fructibus in terram fusis, quemadmodum cucumeres jacent, erat succo plena; cujus stillæ si in oculos alicujus animalis incidissent, id excæcabatur. Crudæ quoque palmulæ multos enecabant. A serpentibus etiam periculum aderat. Nam in arenæ cumulis herba quædam innata serpentes occultabat; a quibus icti moriebantur. Apud Oritas vero letiferis venenis sagittas præustas illini dicebant; quumque Ptolemæus ita saucius periclitaretur, ferunt quendam Alexandro in somno astitisse, atque ei radicem cum ramo ostendisse, quam contritam saucio imponi juberet; experrectum e somno regem et visi memorem, quæsitam radicem invenisse, quæ copiosa aderat, eaque et ipsum et alios usos fuisse; barbaros autem, quum inventum remedium vidissent, se Alexandro dedisse. Verisimile est aliquem rei peritum regi eam indicasse, sed adulationis gratia adjuncta fabula est. Die sexagesimo in Gedrosiorum regiam ab Oris veniens, quum exercitum paululum quiete refecisset, in Carmaniam profectus est.

8. Australe igitur Arianæ latus hujusmodi situm habet in ora maritima et proxime huic imminente regione Gedrosiorum ac Oritarum. Magna autem pars Gedrosiæ in mediterranea recedit, usque dum Drangas contingat et Arachotos et Paropamisadas, de quibus quoniam nihil habemus quod melius ipsi dicamus, Eratosthenis sententiam proponemus. Ait is Arianam ab oriente Indo terminari; ab austro mari magno; ab aquilone Paropamiso et montibus qui deinceps sunt usque ad Caspias portas; ab occidente iisdem finibus, quibus Parthia a Media, Carmania autem a Parætacena et Perside distinguitur. Regionis latitudo est Indi longitudo, a Paropamiso usque ad ostia, duodecim millia stadiorum (sunt qui tredecim millia faciant); longitudo inde a Caspiis portis, ut in Asiaticis mansionibus describitur, duplicem habet rationem; nam usque ad Alexandriam quidem, quæ in Ariis est, inde a Caspiis portis, per Parthiam, una eademque via est; deinde

καὶ ἡ αὐτὴ ὁδός· εἶθ' ἡ μὲν ἐπ' εὐθείας διὰ τῆς Βακτριανῆς καὶ τῆς ὑπερβάσεως τοῦ ὄρους εἰς Ὀρτόσπανα ἐπὶ τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον, ἥτις ἐστὶν ἐν τοῖς Παροπαμισάδαις· ἡ δ' ἐκτρέπεται μικρὸν ἀπὸ τῆς Ἀρίας πρὸς νότον εἰς Προφθασίαν τῆς Δραγγιανῆς· εἶτα πάλιν ἡ λοιπὴ μέχρι τῶν ὅρων τῆς Ἰνδικῆς καὶ τοῦ Ἰνδοῦ· ὥστε μακροτέρα ἐστὶν αὕτη ἡ διὰ τῶν Δραγγῶν καὶ Ἀραχωτῶν, σταδίων μυρίων πεντακισχιλίων τριακοσίων ἡ πᾶσα. εἰ δή τις ἀφέλοι τοὺς χιλίους τριακοσίους, ἔχοι ἂν τὸ λοιπὸν τὸ ἐπ' εὐθείας μῆκος τῆς χώρας, μυρίων καὶ τετρακισχιλίων· οὐ πολὺ γὰρ ἔλαττον [τὸ] τῆς παραλίας, κἂν παραύξωσί τινες αὐτό, πρὸς τοῖς μυρίοις τὴν Καρμανίαν ἑξακισχιλίων τιθέντες· ἢ γὰρ σὺν τοῖς κόλποις φανοῦνται τιθέντες ἢ σὺν τῇ ἐντὸς τοῦ Περσικοῦ κόλπου παραλίᾳ τῇ Καρμανικῇ. ἐπεκτείνεται δὲ τοὔνομα τῆς Ἀριανῆς μέχρι μέρους τινὸς καὶ Περσῶν καὶ Μήδων καὶ ἔτι τῶν πρὸς ἄρκτον Βακτρίων καὶ Σογδιανῶν· εἰσὶ γάρ πως καὶ ὁμόγλωττοι παρὰ μικρόν.

9. Ἡ δὲ τάξις τῶν ἐθνῶν τοιαύτη· παρὰ μὲν τὸν Ἰνδὸν οἱ Παροπαμισάδαι, ὧν ὑπέρκειται ὁ Παροπαμισὸς ὄρος, εἶτ' Ἀραχωτοὶ πρὸς νότον, εἶτ' ἐφεξῆς πρὸς νότον Γεδρωσηνοὶ σὺν τοῖς ἄλλοις τοῖς τὴν παραλίαν ἔχουσιν· ἅπασι δὲ παρὰ τὰ πλάτη τῶν χωρίων παράκειται ὁ Ἰνδός. τούτων δ' (ἐκ μέρους) τῶν παρὰ τὸν Ἰνδὸν ἔχουσί τινα Ἰνδοί, πρότερον ὄντα Περσῶν· ἃ ἀφείλετο μὲν ὁ Ἀλέξανδρος τῶν Ἀριανῶν καὶ κατοικίας ἰδίας συνεστήσατο, ἔδωκε δὲ Σέλευκος ὁ Νικάτωρ Σανδροκόττῳ, συνθέμενος ἐπιγαμίαν καὶ ἀντιλαβὼν ἐλέφαντας πεντακοσίους. τοῖς Παροπαμισάδαις δὲ παράκεινται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δὲ Ἀραχωτοῖς Δράγγαι καὶ τοῖς Γεδρωσίοις· οἱ δ' Ἄριοι τοῖς Δράγγαις ἅμα καὶ πρὸς ἄρκτον παράκεινται καὶ πρὸς ἑσπέραν, ἐγκυκλούμενοι μικρά πως· ἡ δὲ Βακτριανὴ τῇ τε Ἀρίᾳ πρὸς ἄρκτον παράκειται καὶ τοῖς Παροπαμισάδαις, δι' ὧνπερ Ἀλέξανδρος ὑπερέβαλε τὸν Καύκασον, ἐλαύνων τὴν ἐπὶ Βάκτρων· πρὸς ἑσπέραν δὲ ἐφεξῆς εἰσι τοῖς Ἀρίοις Παρθυαῖοι καὶ τὰ περὶ τὰς Κασπίους πύλας· πρὸς νότον δὲ τούτοις ἡ ἔρημος τῆς Καρμανίας, εἶθ' ἡ λοιπὴ Καρμανία καὶ Γεδρωσία.

10. Γνοίη δ' ἄν τις τὰ περὶ τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινὴν ἔτι μᾶλλον, προσιστορήσας τὴν ὁδόν, ᾗ ἐχρήσατο διώκων τοὺς περὶ Βησσὸν ὡς ἐπὶ Βάκτρων Ἀλέξανδρος ἐκ τῆς Παρθυηνῆς. εἰς γὰρ τὴν Ἀριανὴν ἧκεν· εἶτ' εἰς Δράγγας, ὅπου Φιλώταν ἀνεῖλε τὸν Παρμενίωνος υἱόν, φωράσας ἐπιβουλήν· ἔπεμψε δὲ καὶ εἰς Ἐκβάτανα τοὺς καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνελοῦντας, ὡς κοινωνὸν τῆς ἐπιβουλῆς· φασὶ δ' αὐτοὺς ἐπὶ δρομάδων καμήλων ὁδὸν ἡμερῶν τριάκοντα ἢ καὶ τετταράκοντα ἑνδεκαταίους διανύσαι καὶ τελευτῆσαι τὴν πρᾶξιν· οἱ δὲ Δράγγαι περσίζοντες τἆλλα κατὰ τὸν βίον οἴνου σπανίζουσι, γίνεται δὲ παρ' αὐτοῖς καττίτερος· εἶτ' ἐκ Δραγγῶν ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἧκεν, οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε, καὶ τοὺς Ἀραχωτούς, εἶτα διὰ τῶν Παροπαμισαδῶν

autem altera via linea recta tendit per Bactrianam et montis transcensum in Ortospana ad trivium e Bactris apud Paropamisadas, altera vero ab Aria austrum versus paullulum deflectit ad Prophthasiam Drangianæ; reliqua rursum usque ad Indiæ montes et Indum flumen; adeo ut ea via quæ per Drangas it et Arachotos, longior sit, tota habens stadiorum quindecim millia et trecenta. Si quis autem mille et trecenta detrahat, reliqua præbuerint longitudinem linea recta, quater et decies mille stadiorum; non multo enim minor est longitudo oræ maritimæ; quamquam nonnulli eam in majus augent, ad decem millia stadiorum addentes Carmanicæ oræ stadia sexies mille; nam patet illos aut cum sinuum ambagibus eam ponere aut cum ora Carmanica, quæ ad Persicum sinum est. Ceterum Arianæ nomen etiam usque ad partem quandam Persarum et Medorum et septentrionalium Bactriorum ac Sogdianorum extenditur: haud multum enim abest quin ejusdem fere etiam linguæ sint.

9. Ordo vero gentium est hujusmodi. Juxta Indum sunt Paropamisadæ, quibus Paropamisus mons imminet, postea Arachoti ad austrum, ac in eandem plagam deinceps Gedroseni et ceteri, qui oram maritimam habitant; his omnibus juxta regionum latitudines Indus adjacet. Harum vero ad Indum sitarum partium nonnulla tenent Indi, quum prius fuissent Persarum; ea Alexander Arianis ademit, et peculiaria oppida constituit, Seleucus vero Nicator ea dedit Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, ac pro iis quingentos elephantes accepit. Paropamisadis ad occidentem Arii adjacent, Arachotis et Gedrosiis Drangæ; Arii et ad aquilonem et ad occidentem Drangis adjacent, nec multum abest quin eos circumdent; Bactriana septentrionem versus (πρὸς ἀριστερὸν *codd.*) Ariæ adjacet, et Paropamisadis, per quos Alexander Caucasum transcendit contra Bactros movens; ad occidentem vero Ariis Parthi adjacent, et loca Caspiis portis vicina; Parthis autem ad austrum Carmaniæ deserta, postea reliqua Carmania et Gedrosia.

10. Sed prædicta montana plenius cognoscet, qui viam consideret, qua usus est Alexander, quum Bessum ex Parthia in Bactrianam persecutus est. Nam in Arianam venit, postea in Drangas, ubi Philotam, Parmenionis filium, insidiarum compertum, interemit, et qui patrem ut consilii conscium necarent, misit Ecbatana. Hos ajunt camelis cursoriis triginta vel etiam quadraginta dierum itinere diebus undecim peracto, rem confecisse. Drangæ alioqui Persice viventes, vini penuria laborant; nascitur apud eos stannum. Deinde ex Drangis Alexander venit ad Evergetas, quos Cyrus sic nominavit, et ad Arachotos, deinde permeavit Paropamisadas sub occasum Vergiliarum. Est

ὑπὸ Πλειάδος δύσιν· ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ χεχιονοβόλητο τότε, ὥστε χαλεπῶς ὡδεύετο· πυκναὶ μέντοι κῶμαι δεχόμεναι πάντων εὔποροι πλὴν ἐλαίου παρεμυθοῦντο τὰς δυσκολίας· εἶχόν τε ἐν ἀριστερᾷ τὰς ἀκρωρείας. ἔστι δὲ τὰ μεσημβρινὰ μὲν τοῦ ὄρους τοῦ Παροπαμισοῦ Ἰνδικά τε καὶ Ἀριανά· τὰ δὲ προσάρκτια τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν Βάκτρια...... τοῖς Βακτρίοις βαρβάρων. διαχειμάσας δ' αὐτόθι, ὑπερδέξιον ἔχων τὴν Ἰνδικήν, καὶ πόλιν κτίσας ὑπερήκρισεν εἰς τὴν Βακτριανὴν διὰ ψιλῶν ὁδῶν πλὴν τερμίνθου θαμνώδους ὀλίγης, ἀπορούμενος καὶ τροφῆς, ὥστε ταῖς τῶν κτηνῶν σαρξὶ χρῆσθαι, καὶ ταύταις ὠμαῖς διὰ τὴν ἀξυλίαν· πρὸς δὲ τὴν ὠμοσιτίαν πεπτικὸν ἦν αὐτοῖς τὸ σίλφιον, πολὺ πεφυκός. πεντεκαιδεκαταῖος δὲ ἀπὸ τῆς κτισθείσης πόλεως καὶ τῶν χειμαδίων ἧκεν εἰς Ἄδραψα, πόλιν τῆς Βακτριανῆς.

11. Περὶ ταῦτα δέ που τὰ μέρη τῆς ὁμόρου τῇ Ἰνδικῇ καὶ τὴν Χααρηνὴν εἶναι συμβαίνει· ἔστι δὲ τῶν ὑπὸ τοῖς Παρθυαίοις αὕτη προσεχεστάτη τῇ Ἰνδικῇ· διέχει δὲ τῆς † Ἀριανῆς δι' Ἀραχωτῶν καὶ τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς σταδίους † μυρίους ἐνναχισχιλίους. ταύτην δὲ τὴν χώραν διεξιὼν Κρατερός, καταστρεφόμενος ἅμα τοὺς ἀπειθοῦντας, ᾔει συμμῖξαι τὴν ταχίστην σπεύδων τῷ βασιλεῖ. καὶ δὴ περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους σχεδόν τι συνέδραμον εἰς τὴν Καρμανίαν αἱ πεζαὶ δυνάμεις ἀμφότεραι. καὶ μικρὸν ὕστερον οἱ περὶ Νέαρχον εἰσέπλεον εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον, πολλὰ ταλαιπωρήσαντες διὰ τὴν ἄλην καὶ τὴν ταλαιπωρίαν καὶ τὰ μεγέθη τῶν κητῶν.

12. Εἰκὸς μὲν οὖν πρὸς ὑπερβολὴν ἠδολεσχηκέναι πολλὰ τοὺς πλεύσαντας, ὅμως δ' οὖν εἰρήκασι παραδηλοῦντες ἅμα καὶ τὸ παραστὰν αὐτοῖς πάθος, διότι προσδοκία μᾶλλον ἢ κίνδυνος ὑπῆρχε τοῖς ἀληθέσι. τὸ δὲ μάλιστα ταράττον φυσητήρων μεγέθη, ῥοῦν ἀπεργαζομένων μέγαν ἀθρόον καὶ ἀχλὺν ἐκ τῶν ἀναφυσημάτων, ὥστε τὰ πρὸ ποδῶν μέρη μὴ ὁρᾶσθαι· ἐπεὶ δ' οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλοῦ, δεδιότων ταῦτα τῶν ἀνθρώπων, τὴν δ' αἰτίαν οὐχ ὁρώντων, ἐμήνυσαν, ὅτι θηρία εἴη, τάχα δ' ἀπαλλάττοιτο σάλπιγγος ἀκούσαντα καὶ κρότου, ἐκ τούτου Νέαρχος ταῖς ναυσὶν ἐπῆγε μὲν τὸ ῥόθιον, καθ' ἅπερ ἐκώλυον, καὶ ἅμα ταῖς σάλπιγξιν ἐφόβει· τὰ δὲ θηρία ἔδυνεν, εἶτ' ἀνεφαίνετο κατὰ πρύμναν, ὥστε ναυμαχίας ἀγωνίαν παρεῖχεν· ἀλλ' αὐτίκα ἀφίστατο.

13. Λέγουσι μὲν οὖν καὶ οἱ νῦν πλέοντες εἰς Ἰνδοὺς μεγέθη θηρίων καὶ ἐπιφανείας, ἀλλ' οὔτε ἀθρόων οὔτ' ἐπιφερομένων πολλάκις, ἀλλ' ἀποσοβηθέντα τῇ κραυγῇ καὶ τῇ σάλπιγγι ἀπαλλάττεσθαι. φασὶ δ' αὐτὰ μὲν μὴ πλησιάζειν τῇ γῇ, τὰ δ' ὀστᾶ διαλυθέντων ψιλωθέντα ἐκκυμαίνεσθαι ῥᾳδίως καὶ χορηγεῖν τὴν λεχθεῖσαν ὕλην τοῖς Ἰχθυοφάγοις περὶ τὰς καλυβοποιίας. μέγεθος δὲ τῶν κητῶν φησιν ὁ Νέαρχος τριῶν καὶ εἴκοσιν ὀργυιῶν. πιστευθέν τι δὲ ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἐν τῷ στόλῳ φησὶν ὁ Νέαρχος ἐξελέγξαι ψεῦδος ὄν· ὡς εἴη τις ἐν τῷ πόρῳ νῆσος, ἣ ἀφανίζοι τοὺς προσορμισθέντας· κέρ-

ea regio montana, et nivibus tunc tegebatur, adeo ut difficulter peragraretur; frequentes tamen pagi et rerum omnium copia, præter oleum, instructi, difficultates leniebant. Ad sinistram summa montium habebant. Meridionales Paropamisi partes Indicæ sunt et Arianæ, septentrionales vero versus occasum Bactrianæ, *versus ortum Sogdianæ* (τὰ δὲ πρὸς ἕω Σογδιανά?).... Bactriis barbarorum. Exacta ibi hieme, et urbe condita, habens Indiam superne ad dextram, per summa montium transivit in Bactrianam. Viæ erant nudæ arborum, nisi quod rari aderant terebinthi frutices; summa etiam alimenti erat inopia, ut jumentorum carnibus vescerentur, iisque crudis propter lignorum penuriam; sed ad hanc cruditatem concoquendam silphii copia præsens auxilio erat. Quintodecimo die ab urbe, quam condiderat, et hibernaculis Adrapsa pervenit, Bactrianæ urbem.

11. Circa has partes, quæ Indis sunt conterminæ, est Chaarene, ex omnibus, quæ sub Parthis sunt, Indiæ proxima. Distat ab Bactriana (Βακτριανῆς?) per Arachotos et dicta montana decem *vel* (ἢ) novem millibus stadiorum. Hanc regionem Craterus omnem peragrans, et subigens eos, qui parere recusabant, pergebat, ut se cum Alexandro jungeret, et sane sub idem fere tempus utrique exercitus pedestres in Carmaniam concurrerunt. Paulo post Nearchus in Arabicum sinum classem adduxit, multos tum ceteris ærumnis (διά τε τὴν ἄλλην ταλ.) tum cetorum magnitudine perpessus.

12. Verisimile quidem est, qui tunc navigaverunt, multa inflatius garrivisse, ita tamen narrarunt ut simul etiam declararent id quod ipsis tunc contigerit, metum potius fuisse quam reapse periculum. Plurimum eos turbaverunt physeterum (*qui sic ab efflanda aqua dicuntur*) magnitudines, fluctum maximum et confertim cum caligine tanta sufflationibus suis excitantium, ut proxima etiam quæque conspici non possent. Sed quum navigationis duces illis timentibus et causam ignorantibus indicassent belluas esse, quæ facile tubarum sonitu et plausu exaudito discederent, Nearchus naves cum impetu eo compulit, ubi maxime arcebatur, ac tubis belluas terruit. Illæ undas subire, tum ad puppim rursus apparere, adeo ut navalis pugnæ spectaculum præberent; verum subito cessavere.

13. Etiam ii qui hodie in Indiam navigant, belluas ingentes narrant, et earum apparitiones, sed quæ neque confertim, neque crebro se offerant, et discedant clamore ac tubis repulsæ. Eas terræ nequaquam appropinquare, nuda autem ossa jam dissolutarum a fluctibus facile ejici, et materiam faciendorum tuguriorum Ichthyophagis suppeditare. Nearchus cetorum magnitudinem ulnarum viginti trium refert. Quod autem pro vero plane ab iis habitum esset, qui in classe erant, insulam quandam esse in transitu, quæ

κουρον γάρ τινα πλέοντα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην ἐγεγόνει, μηκέτι ὁραθῆναι· πεμφθέντας δέ τινας ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐκβῆναι μὲν μὴ θαρρεῖν εἰς τὴν νῆσον ἐκπλέοντας, ἀνακαλεῖν δὲ κραυγῇ τοὺς ἀνθρώπους, μηδενὸς δ' ὑπακούοντος, ἐπανελθεῖν. ἁπάντων δ' αἰτιωμένων τὴν νῆσον, αὐτὸς ἔφη πλεῦσαι καὶ προσορμισθεὶς ἐκβῆναι μετὰ μέρους τῶν συμπλευσάντων καὶ περιελθεῖν τὴν νῆσον· ὡς δ' οὐδὲν εὕρισκεν ἴχνος τῶν ζητουμένων, ἀπογνόντα ἐπανελθεῖν καὶ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἡ μὲν νῆσος ψευδῆ τὴν αἰτίαν ἔχοι (καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς συνεκβᾶσιν ὁ αὐτὸς ὑπάρξαι [ἂν] φθόρος), ἄλλος δέ τις τῷ κερκούρῳ τρόπος τοῦ ἀφανισμοῦ συμβαίη, μυρίων ὄντων δυνατῶν.

14. Ἡ δὲ Καρμανία τελευταία μέν ἐστι τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ παραλίας, ἀρκτικωτέρα δ' ἐστὶ πολὺ τῆς τοῦ Ἰνδοῦ ἐκβολῆς· τὸ μέντοι πρῶτον αὐτῆς ἄκρον ἔκκειται πρὸς νότον εἰς τὴν μεγάλην θάλατταν, ποιήσασα δὲ τὸ στόμα τοῦ Περσικοῦ κόλπου πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἄκραν, ἐν ἀπόψει οὖσαν, κάμπτεται πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον, ἕως ἂν συνάψῃ τῇ Περσίδι· πολλὴ δὲ καὶ [ἐν] τῇ μεσογαίᾳ ἐστὶν ἐκτεινομένη μεταξὺ τῆς Γεδρωσίας καὶ τῆς Περσίδος, παραλλάττουσα πλέον τῆς Γεδρωσίας πρὸς τὴν ἄρκτον. δηλοῖ δ' ἡ εὐκαρπία· καὶ γὰρ πάμφορος καὶ μεγαλόδενδρος πλὴν ἐλαίας καὶ ποταμοῖς κατάρρυτος. ἡ δὲ Γεδρωσία διαφέρει μικρὸν τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων, ὥστ' ἀκαρπία κατέχει πολλάκις· διὸ φυλάττουσι τὸν ἐνιαύσιον καρπὸν εἰς ἔτη πλείω ταμιευόμενοι. Ὀνησίκριτος δὲ λέγει ποταμὸν ἐν τῇ Καρμανίᾳ καταφέροντα ψήγματα χρυσοῦ· καὶ ὀρυκτοῦ δὲ εἶναι μέταλλον καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ μίλτου· ὄρη τε εἶναι δύο, τὸ μὲν ἀρσενικοῦ, τὸ δὲ ἁλός. ἔχει δέ τινα καὶ ἔρημον συνάπτουσαν ἤδη τῇ Παρθυαίᾳ καὶ τῇ Παραιτακηνῇ. γεώργια δ' ἔχει παραπλήσια τοῖς Περσικοῖς, τά τε ἄλλα καὶ ἄμπελον· ταύτης δ' ἡ Καρμανία λεγομένη παρ' ἡμῖν καὶ δίπηχυν ἔχει πολλάκις τὸν βότρυν, πυκνόρρωγά τε ὄντα καὶ μεγαλόρρωγα, ἣν εἰκὸς ἐκεῖ εὐερνεστέραν εἶναι. χρῶνται δ' ὄνοις οἱ πολλοὶ καὶ πρὸς πόλεμον σπάνει τῶν ἵππων· ὄνον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὅνπερ σέβονται θεῶν μόνον, καί εἰσι πολεμισταί· γαμεῖ δ' οὐδείς, πρὶν ἂν πολεμίου κεφαλὴν ἀποτεμὼν ἀνενέγκῃ ἐπὶ τὸν βασιλέα· ὁ δὲ τὸ κρανίον μὲν ἐπὶ τῶν βασιλείων ἀνατίθησι, τὴν δὲ γλῶτταν λεπτοτομήσας [καὶ] καταμίξας ἀλεύρῳ, γευσάμενος αὐτὸς δίδωσι τῷ ἀνενέγκαντι καὶ τοῖς οἰκείοις κατασιτήσασθαι· ἐνδοξότατος δ' ἐστίν, ᾧ πλεῖσται κεφαλαὶ ἀνηνέχθησαν. Νέαρχος δὲ τὰ πλεῖστα ἔθη καὶ τὴν διάλεκτον τῶν Καρμανιτῶν Περσικά τε καὶ Μηδικὰ εἴρηκε. τὸ δὲ στόμα τοῦ Περσικοῦ κόλπου [οὐ] μεῖζον διάρματος ἡμερησίου.

accedentes perderet, id se falsum demonstrasse. Etenim lembum quendam navigantem, quando prope insulam istam esset, non amplius esse visum; homines ad inquirendum missos, quum in insulam exire non auderent, sed prælernavigantes clamore amissos revocarent, nemine exaudiente, esse reversos. Ex eo omnibus crimen in insulam conferentibus, sese inquit navigasse, et appulsa navi cum parte navigantium egressum, insulam omnem ambivisse, quumque nullum quæsitorum vestigium invenisset, re desperata rediisse, atque docuisse, falso insulam culpari (nam et sibi et sociis eodem fuisse periturum modo), sed aliam haud dubie exitii causam lembo fuisse, quum infinita accidere possint.

14. Carmania in litorali tractu, qui ab Indo incipit, ultima est, multo magis autem quam Indi ostia boream versus sita; primum quidem ejus promontorium ad austrum in mare magnum porrigitur; quum vero Persici sinus os fecerit cum promontorio felicis Arabiæ, quod in conspectu est, Persicum sinum versus inflectitur, quousque Persiæ conjungatur; longe quoque in mediterraneam inter Gedrosiam Parthiamque porrigitur, magis tamen a Gedrosia abscedit ad aquilonem, quod fertilitas declarat. Carmania enim omnium ferax est rerum, et magnas arbores gignit, præter oleam, et fluminibus est irrigua; Gedrosia autem parum differt a terra Ichthyophagorum, ut sæpe eam sterilitas opprimat; quapropter annuos fructus in plures annos recondunt. Onesicritus tradit flumen esse in Carmania, quod auri ramenta ferat; tum argenti fossilis et æris et minii venas, et montes duos, alterum arsenici, alterum salis. Est etiam desertum ejus quoddam Parthiam jam et Parætacenam attingens. Habet etiam fruges terra Persicis similes, quum ceteras tum vitem; ab ea oriunda est quæ Carmanica a nostris denominatur, bicubitalem sæpe uvam ferens magnis acinis ac densis, quam verisimile est illic magis etiam palmitibus luxuriare. Quum equorum copia destituantur, plerique asinis vel ad bellum utuntur, et asinum Marti sacrificant (quem quidem solum deum colunt) et bellicosi sunt. Nemo uxorem ducit, nisi prius hostis caput amputatum ad regem pertulerit. Rex calvariam in regia reponit, linguam vero minutatim dissectam farina permiscet, postea degustatam ipse ei, qui attulit, et familiaribus edendam præbet; atque ille clarissimus rex est, cui plurima capita sunt allata. Nearchus asserit, Carmanitarum mores ac sermonem maxima ex parte Persarum esse ac Medorum æmula. Os Persici sinus *non* longiorem quam unius diei habet trajectum.

ΚΕΦ. Γ.

Μετὰ δὲ Καρμανίαν ἡ Περσίς ἐστι, πολλὴ μὲν ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ ἀπ' αὐτῆς ὀνομαζομένου κόλπου, πολὺ δὲ μείζων ἐν τῇ μεσογαίᾳ, καὶ μάλιστα ἐπὶ μῆκος τὸ ἀπὸ τοῦ νότου καὶ τῆς Καρμανίας ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὰ περὶ Μηδίαν ἔθνη. τριττὴ δ' ἐστὶ καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τῶν ἀέρων κράσει. ἡ μὲν γὰρ παραλία καυματηρά τε καὶ ἀμμώδης καὶ σπανιστὴ καρποῖς ἐστι πλὴν φοινίκων, ὅσον ἐν τετρακισχιλίοις καὶ τετρακοσίοις ἢ τριακοσίοις ἐξεταζομένη σταδίοις· καταστρέφουσα εἰς ποταμὸν μέγιστον τῶν ταύτῃ, καλούμενον Ὀρόατιν. ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης ἐστὶ πάμφορος καὶ πεδινὴ καὶ θρεμμάτων ἀρίστη τροφός, ποταμοῖς τε καὶ λίμναις πληθύει. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ πρὸς βορρᾶν χειμέριος καὶ ὀρεινή· πρὸς δὲ ταῖς ἐσχατιαῖς εἰσιν οἱ καμηλοβοσκοί. μῆκος μὲν οὖν ἐστι κατ' Ἐρατοσθένη τὸ ἐπὶ τὰς ἄρκτους καὶ τὰς Κασπίους πύλας περὶ ὀκτακισχιλίων, † κατά τινας προπιπτούσας ἄκρας. λοιπὴ δ' ἐστὶν ἐπὶ Κασπίους πύλας οὐ πλεῖον ἢ τῶν δισχιλίων. πλάτος δὲ τὸ ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ ἀπὸ Σούσων εἰς Περσέπολιν στάδιοι τετρακισχίλιοι διακόσιοι· κἀντεῦθεν ἐπὶ τοὺς τῆς Καρμανίας ὅρους ἄλλοι χίλιοι ἑξακόσιοι. φῦλα δὲ οἰκεῖ τὴν χώραν οἵ τε Πατεισχορεῖς λεγόμενοι καὶ οἱ Ἀχαιμενίδαι καὶ [οἱ] Μάγοι· οὗτοι μὲν οὖν σεμνοῦ τινός εἰσι βίου ζηλωταί, Κύρτιοι δὲ καὶ Μάρδοι λῃστρικοί, ἄλλοι δὲ γεωργικοί.

2. Σχεδὸν δέ τι καὶ ἡ Σουσὶς μέρος γεγένηται τῆς Περσίδος, μεταξὺ αὐτῆς κειμένη καὶ τῆς Βαβυλωνίας, ἔχουσα πόλιν ἀξιολογωτάτην τὰ Σοῦσα. οἱ γὰρ Πέρσαι κρατήσαντες Μήδων καὶ ὁ Κῦρος, ὁρῶντες τὴν μὲν οἰκείαν γῆν ἐπ' ἐσχάτοις που ταττομένην, τὴν δὲ Σουσίδα ἐνδοτέρω καὶ πλησιαιτέραν τῇ Βαβυλωνίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ἐνταῦθα ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον· ἅμα καὶ τὸ ὅμορον τῆς χώρας ἀποδεξάμενοι καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ † κρεῖττον τὸ μηδέποτε καθ' ἑαυτὴν τὴν Σουσίδα πραγμάτων μεγάλων ἐπήβολον γεγονέναι, ἀλλ' ἀεὶ ὑφ' ἑτέροις ὑπάρξαι καὶ ἐν μέρει τετάχθαι συστήματος μείζονος, πλὴν εἰ ἄρα τὸ παλαιὸν τὸ κατὰ τοὺς ἥρωας. λέγεται γὰρ δὴ καὶ κτίσμα Τιθωνοῦ τοῦ Μέμνονος πατρός, κύκλον ἔχουσα ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, παραμήκης τῷ σχήματι· ἡ δ' ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνιον· λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι· φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. ταφῆναι δὲ λέγεται Μέμνων περὶ Πάλτον τῆς Συρίας παρὰ Βαδᾶν ποταμόν, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης ἐν Μέμνονι διθυράμβῳ τῶν Δηλιακῶν. τὸ δὲ τεῖχος ᾠκοδόμητο τῆς πόλεως καὶ ἱερὰ καὶ βασίλεια παραπλησίως, ὥσπερ τὰ τῶν Βαβυλωνίων ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, καθάπερ εἰρήκασί τινες. Πολύκλειτός τε διακοσίων φησὶ τὸν κύκλον καὶ ἀτείχιστον.

3. Κοσμήσαντες δὲ τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια μάλιστα τῶν ἄλλων, οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ ἐν Περσεπόλει καὶ τὰ ἐν

CAP. III.

Post Carmaniam Persia est, multa sane in ora illius sinus, qui ab ea nomen habet, sed longe major in mediterranea, præsertim secundum longitudinem, quæ ab austro et Carmania ad septentrionem et Medicas gentes pertendit. Triplex autem est natura et aeris temperie. Nam ora maritima æstuosa est, ac arenosa et fructuum inops, præterquam palmarum. Ea quater mille et quadringentis vel trecentis stadiis censetur, et in flumen desinit, qui omnium ibi maximus amnium Oroatis appellatur. Regio vero ulterior campestris est, omnium ferax et optima pecorum nutrix, fluminibus et lacubus plena. Tertia est hiemalis ac montana aquilonem versus; ab extremis ejus partibus sunt camelorum pastores. Longitudo est secundum Eratosthenem versus septentrionem et Caspias portas [*usque ad Mediam*] octies mille stadiorum [*vel etiam novies mille*] inde a procurrentibus quibusdam promontoriis; reliqua longitudinis pars *a Media* usque ad portas Caspias non excedit stadia ter mille (τρισχιλίων). Latitudo vero in mediterranea a Susis usque ad Persepolim stadiorum est quater mille et ducentorum; hinc usque ad Carmaniæ fines alia sunt stadia mille et sexcenta. Gentes regionem hanc incolunt Patischores et Achæmenidæ, quorum hi honestæ vivendi rationi student, Cyrtii autem et Mardi (Μαρσοὶ *codd.*) latrones, alii vero agricolæ.

2. Sed et Susis fere Persidis pars est, inter eam et Babyloniam posita, et Susa urbem habens memorabilem. Nam Persæ ac Cyrus, superatis Medis, quum suam terram in extremis sitam, Susidem vero interius et Babyloniæ et ceteris gentibus propiorem viderent, in ea regiam collocaverunt, simul et regionis ejus affinitatem probantes, et urbis dignitatem, et quia, quod maximum erat (κρ. ὂν), Susii nunquam pro se magnas res assecuti erant, sed semper subditi fuerant, ac in parte majoris alicujus conventus censi, nisi quis heroum tempora respiciat. Susa enim a Tithono condita dicuntur, Memnonis patre, ambitu centum viginti stadiorum, figura oblonga, cujus arx Memnonium vocabatur. Susii etiam Cissii dicuntur et Æschylus (*Pers.* 17. 118) matrem Memnonis Cissiam vocat. Memnon ipse sepultus dicitur circa Paltum Syriæ, juxta flumen Badân, ut Simonides ait in Memnone dithyrambo Deliacorum. Urbis murorum, templorum et regiæ structura Babylonicis similis e coctili latere et bitumine a quibusdam perhibetur. Polycletus dicit eam muris caruisse et ducentorum stadiorum ambitum habuisse.

3. Quum autem regiam apud Susa præ ceteris exornassent, nihilominus Persepolitanam quoque et Pasargadicam

Πασαργάδαις ἐξετίμησαν· καὶ ἥ γε γάζα καὶ οἱ θησαυροὶ καὶ τὰ μνήματα ἐνταῦθα ἦν τοῖς Πέρσαις, ὡς ἐν τόποις ἐρυμνοτέροις καὶ ἅμα προγονικοῖς. ἦν δὲ καὶ ἄλλα βασίλεια τὰ ἐν Γάβαις ἐν τοῖς ἀνωτέρω που μέρεσι τῆς Περσίδος καὶ τὰ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ κατὰ τὴν Ταόκην λεγομένην· ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχήν. οἱ δ' ὕστερον ἄλλοις ἐχρήσαντο, ὡς εἰκός, εὐτελεστέροις τισίν, ἅτε καὶ τῆς Περσίδος ἠλαττωμένης ὑπό τε τῶν Μακεδόνων καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τῶν Παρθυαίων. καὶ γὰρ εἰ βασιλεύονται μέχρι νῦν ἴδιον βασιλέα ἔχοντες οἱ Πέρσαι, τῇ γε δυνάμει πλεῖστον ἀπολείπονται καὶ τῷ Παρθυαίων προσέχουσι βασιλεῖ.

4. Τὰ μὲν οὖν Σοῦσα ἐν μεσογαίοις κεῖται ἐπὶ τῷ Χοάσπῃ ποταμῷ περαιτέρω κατὰ τὸ ζεῦγμα, ἡ δὲ χώρα μέχρι τῆς θαλάττης καθήκει· καί ἐστιν αὐτῆς ἡ παραλία μέχρι τῶν ἐκβολῶν σχεδόν τι τοῦ Τίγριος ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Περσικῆς παραλίας σταδίων ὡς τρισχιλίων. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς χώρας ὁ Χοάσπης εἰς τὴν αὐτὴν τελευτῶν παραλίαν, ἀπὸ τῶν Οὐξίων τὰς ἀρχὰς ἔχων. παρεμπίπτει γάρ τις ὀρεινὴ τραχεῖα καὶ ἀπότομος μεταξὺ τῶν Σουσίων καὶ τῆς Περσίδος, στενὰ ἔχουσα δυσπάροδα καὶ ἀνθρώπους λῃστάς, οἳ μισθοὺς ἐπράττοντο καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλέας κατὰ τὴν ἐκ Σούσων εἰς Πέρσας εἰσβολήν. φησὶ δὲ Πολύκλειτος εἰς λίμνην τινὰ συμβάλλειν τόν τε Χοάσπην καὶ τὸν Εὔλαιον καὶ ἔτι τὸν Τίγριν, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδόναι· πρὸς δὲ τῇ λίμνῃ καὶ ἐμπόριον εἶναι, τῶν ποταμῶν μὲν οὐ δεχομένων τὰ ἐκ τῆς θαλάττης, οὐδὲ καταπεμπόντων διὰ τοὺς καταράκτας ἐπίτηδες γενομένους, πεζῇ δ' ἐμπορευομένων· ὀκτακοσίους γὰρ εἶναι σταδίους εἰς Σοῦσα λέγουσιν (ἄλλοι)· ἄλλοι δέ φασι τοὺς διὰ Σουσίων ποταμοὺς εἰς ἓν ῥεῦμα τὸ τοῦ Τίγριος συμπίπτειν καὶ τὰς μεταξὺ διώρυγας τοῦ Εὐφράτου· διὰ δὲ τοῦτο κατὰ τὰς ἐκβολὰς ὀνομάζεσθαι Πασίτιγριν.

5. Νέαρχος δὲ τὸν παράπλουν τῆς Σουσίδος τεναγώδη φήσας πέρας αὐτοῦ λέγει τὸν Εὐφράτην ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ στόματι κώμην οἰκεῖσθαι τὴν ὑποδεχομένην τὰ ἐκ τῆς Ἀραβίας φορτία· συνάπτειν γὰρ ἐφεξῆς τὴν τῶν Ἀράβων παραλίαν τῷ στόματι τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Πασιτίγριος, τὸ δὲ μεταξὺ πᾶν ἐπέχειν λίμνην, τὴν ὑποδεχομένην τὸν Τίγριν. ἀναπλεύσαντι δὲ τῷ Πασιτίγρει σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, τὴν σχεδίαν εἶναι τὴν ἄγουσαν ἐπὶ Σούσων ἐκ τῆς Περσίδος, ἀπέχουσαν Σούσων σταδίους † ἑξήκοντα· τὸν δὲ Πασίτιγριν ἀπὸ τοῦ Ὀροάτιδος διέχειν περὶ δισχιλίους σταδίους· διὰ δὲ τῆς λίμνης ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγριος τὸν ἀνάπλουν εἶναι σταδίων ἑξακοσίων· πλησίον δὲ τοῦ στόματος κώμην οἰκεῖσθαι † τὴν Σουσιανήν, διέχουσαν τῶν Σούσων σταδίους πεντακοσίους· ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου καὶ μέχρι Βαβυλῶνος τὸν ἀνάπλουν εἶναι διὰ γῆς οἰκουμένης καλῶς σταδίων πλειόνων ἢ τρισχιλίων. Ὀνησίκριτος δὲ πάντας φησὶν ἐκβάλλειν εἰς τὴν λίμνην, τόν τε Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγριν· ἐκπε-

amplificaverunt; nam et gaza et thesauri et monumenta Persarum ibi erant, ut in locis tum munitioribus, tum a majoribus ipsorum cultis. Erat etiam regia alia Gabis in superioribus Persiæ partibus, et ad oram maris in Taoce (Ὄκην *codd.*) quæ vocatur; atque hæc quidem Persis imperantibus. Posteriores autem aliis atque aliis usi sunt, tenuioribus nimirum, utpote Perside a Macedonibus ac magis etiam a Parthis deminuta; nam etsi adhuc Persæ proprium regem habent, viribus tamen longe sunt inferiores, et Parthorum regis dicto sunt audientes.

4. Susa igitur in mediterraneis jacent, ad Choaspem flumen superius ultra pontem; Susiana vero usque ad mare pertinet. Ora ejus maritima est a finibus Persicæ oræ usque ad Tigris ostia, ad ter mille fere stadia. Choaspes per regionem fluens, in eandem oram desinit, ortus apud Uxios. Nam inter Susa ac Persiam montana quædam aspera et prærupta interjacent, quæ angustias habent difficulter superabiles et homines latrones, qui mercedem etiam a regibus exigebant, e Susis in Persiam intrantibus. Polycletus ait Choaspem et Eulæum et Tigrim quoque in lacum quendam confluere, atque ex eo in mare exire; juxta lacum emporium esse, et quum flumina maris merces non recipiant, nec emittant propter catarrhactas de industria factos, pedestri itinere ad mercatum iri. Ab emporio ad Susa esse dicunt octingenta stadia. Alii affirmant flumina omnia, quæ Susidem pervadunt, in Tigris alveum illabi, ac (*prope*, κατὰ?) Euphratis fossas intermedias, et propterea Tigrin apud ostia Pasitigrim nominari.

5. Nearchus Susidis oram palustrem dicit, et terminum ejus Euphratem; in ore ejus pagum habitari, qui merces ex Arabia suscipiat; succedere enim deinceps ori Euphratis et Pasitigris oram Arabum; loca media omnia a lacu quodam occupari, qui Tigrim in se recipiat. Centum et quinquaginta stadiis adverso subvectos Pasitigri ad ratem venire, quæ Susa e Perside ducit, eamque a Susis abesse stadiis sexcentis (ἑξακοσίους); Pasitigrim vero ab Oroatide duobus millibus fere abesse stadiorum; navigationem per lacum in os Tigridis stadiorum sexcentorum esse. Prope hoc pagum Susianum, *Aginin* (Ἄγινιν Σ.), habitari, quingentis stadiis a Susis distantem. Ab ore Euphratis Babylonem usque navigationem esse per loca bene habitata supra tria millia stadiorum. Onesicritus ait omnes fluvios, Euphratem Tigrimque, in lacum influere, rursumque Eu-

σόντα δὲ πάλιν τὸν Εὐφράτην ἐκ τῆς λίμνης ἰδίῳ στόματι πρὸς τὴν θάλατταν συνάπτειν.

6. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πλείω στενὰ διεκβάλλοντι τὰ ἐν τοῖς Οὐξίοις κατ' αὐτὴν τὴν Περσίδα, ἃ καὶ αὐτὰ βίᾳ διῆλθεν Ἀλέξανδρος, κατά τε τὰς Περσικὰς πύλας καὶ κατ' ἄλλους τόπους διεξιὼν τὴν χώραν, καὶ κατοπτεῦσαι σπεύδων τὰ κυριώτατα μέρη καὶ τὰ γαζοφυλάκια, ἃ τοσούτοις χρόνοις ἐξεπεπλήρωτο, οἷς ἐδασμολόγησαν Πέρσαι τὴν Ἀσίαν· ποταμοὺς δὲ διέβη πλείους τοὺς διαρρέοντας τὴν χώραν καὶ καταφερομένους εἰς τὸν Περσικὸν κόλπον. μετὰ γὰρ τὸν Χοάσπην ὁ Κοπράτας ἐστὶ καὶ ὁ Πασίτιγρις, ὃς ἐκ τῆς Οὐξίας καὶ αὐτὸς ῥεῖ· ἔστι δὲ καὶ Κῦρος ποταμός, διὰ τῆς κοίλης καλουμένης Περσίδος ῥέων περὶ Πασαργάδας, οὗ μετέλαβε τὸ ὄνομα βασιλεύς, ἀντὶ Ἀγραδάτου μετονομασθεὶς Κῦρος. πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη· ἦν δὲ ἡ Περσέπολις μετὰ Σοῦσα κάλλιστα κατεσκευασμένη μεγίστη πόλις, ἔχουσα βασίλεια ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων. ῥεῖ δ' ὁ Ἀράξης ἐκ τῶν Παραιτακῶν· συμβάλλει δ' εἰς αὐτὸν ὁ Μῆδος, ἐκ Μηδίας ὁρμηθείς. φέρονται δὲ δι' αὐλῶνος παμφόρου συνάπτοντος τῇ Καρμανίᾳ καὶ τοῖς ἑωθινοῖς μέρεσι τῆς χώρας, καθάπερ καὶ αὐτὴ ἡ Περσέπολις. ἐνέπλησε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια, τιμωρῶν τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι κἀκείνων ἱερὰ καὶ πόλεις οἱ Πέρσαι πυρὶ καὶ σιδήρῳ διεπόρθησαν.

7. Εἶτ' εἰς Πασαργάδας ἧκε· καὶ τοῦτο δ' ἦν βασίλειον ἀρχαῖον. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Κύρου τάφον εἶδεν ἐν παραδείσῳ, πύργον οὐ μέγαν, τῷ δάσει τῶν δένδρων ἐναποκεκρυμμένον, κάτω μὲν στερεόν, ἄνω δὲ στέγην ἔχοντα καὶ σηκόν, στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον· δι' ἧς παρελθεῖν εἴσω φησὶν Ἀριστόβουλος, κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, καὶ κοσμῆσαι τὸν τάφον· ἰδεῖν δὲ κλίνην τε χρυσῆν καὶ τράπεζαν σὺν ἐκπώμασι καὶ πύελον χρυσῆν καὶ ἐσθῆτα πολλὴν κόσμον τε λιθοκόλλητον· κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἐπιδημίαν ταῦτ' ἰδεῖν, ὕστερον δὲ συληθῆναι καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκκομισθῆναι, τὴν δὲ κλίνην θραυσθῆναι μόνον καὶ τὴν πύελον, μεταθέντων τὸν νεκρόν, δι' οὗ δῆλον γενέσθαι, διότι προνομευτῶν ἔργον ἦν, οὐχὶ τοῦ σατράπου, καταλιπόντων ἃ μὴ δυνατὸν ἦν ῥᾳδίως ἐκκομίσαι· συμβῆναι δὲ ταῦτα, καίπερ φυλακῆς περικειμένης Μάγων, σίτισιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον. ἀλλ' ὁ ἐκτοπισμὸς τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς εἰς Βάκτρα καὶ Ἰνδοὺς πολλά τε ἄλλα νεωτερισθῆναι παρεσκεύασε, καὶ δὴ καὶ τοῦθ' ἓν τῶν νεωτερισθέντων ὑπῆρξεν. οὕτω μὲν οὖν Ἀριστόβουλος εἴρηκε, καὶ τὸ ἐπίγραμμα δὲ ἀπομνημονεύει τοῦτο· ὦ ἄνθρωπε, ἐγὼ Κῦρός εἰμι, ὁ τὴν ἀρχὴν τοῖς Πέρσαις κτησάμενος καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύς· μὴ οὖν φθονήσῃς μοι τοῦ μνήματος. Ὀνησίκριτος δὲ τὸν μὲν πύργον δεκάστεγον εἴρηκε· καὶ ἐν μὲν τῇ ἀνωτάτω στέγῃ κεῖσθαι τὸν Κῦρον· ἐπίγραμμα δ' εἶναι Ἑλληνικόν,

phratem e lacu egressum proprio ostio cum mari jungi.

6. Sunt et aliæ complures angustiæ illas Uxiorum transeunti versus Persidem, quas ipsas quoque Alexander vi permeavit, versus Persicas portas et loca alia transiens regionem, et videre contendens potissimas ejus partes et thesauros, per tantum temporis congestos, quo Persæ ex Asia tributa legerunt; flumina idem trajecit complures, quæ regionem rigant et in Persicum sinum deferuntur. Nam post Choaspem sunt amnes Copratas et Pasitigris, qui ipse quoque ex Uxia fluit; est etiam Cyrus fluvius, qui circa Pasagardas per Cavam quam vocant Persidem fluit, cujus fluminis nomen rex assumpsit pro Agradate Cyrum se appellans. Juxta ipsam Persepolim Alexander Araxem trajecit. Persepolis post Susa pulcherrime exstructa erat, urbs maxima, quæ regiam habebat insignem, maxime ob thesaurorum magnificentiam. In Araxem e Parætacis labentem Medus influit, e Media decurrens. Hi deferuntur per convallem rerum omnium feracem et finitimam Carmaniæ et orientalibus regionis partibus, sicut et ipsa Persepolis. Alexander Persepolis regiam combussit, ultus Græcos, quod horum quoque sacra et urbes Persæ ferro ignique vastassent.

7. Deinde in Pasargadas venit, ubi erat antiqua regum sedes. Hic Cyri sepulturam in hortis vidit, turrim non sane magnam, arborum densitate occultam, a parte inferiore solidam, superiore tabulatum habentem et sacellum, perangusto aditu. Per eum Aristobulus introisse se ait jussu regis, atque sepulturam exornasse. Vidisse autem aureum lecticam et mensam cum poculis et aureum loculum et vestem plurimam et mundum gemmis ornatum. Verum hæc se vidisse affirmat primo adventu, postea direpta fuisse, ac cetera quidem asportata, lecticam vero confractam solummodo, sicuti loculum, cadavere loco moto: unde apparuerit, non hoc Satrapæ sed prædatorum opus fuisse, qui ea reliquerant, quæ asportare nequiverunt; evenisse vero hæc, quantumvis magorum custodia imposita esset, qui quotidie ovem accipiebant in alimenta, singulisque mensibus equum. Enimvero Alexandri longinqua in Indiam et Bactros expeditione factum esse, ut multa novo exemplo fierent, de quibus et hoc fuerit. Hæc Aristobulus, qui et inscriptionem monumenti hanc refert: *O homo, ego Cyrus sum, qui Persis imperium paravi, et rex Asiæ fui. Ne igitur mihi monumentum invideas.* Onesicritus ait turrim decem tabulata habuisse, et in supremo Cyrum jacere; inscriptionem vero Græcam esse

Περσικοῖς κεχαραγμένον γράμμασιν· ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων· καὶ ἄλλο περσίζον πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν.

8. Μέμνηται δ' Ὀνησίκριτος καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ Δαρείου τάφῳ γράμμα τόδε· φίλος ἦν τοῖς φίλοις· ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην· κυνηγῶν ἐκράτουν· πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. Ἀριστος δ' ὁ Σαλαμίνιος πολὺ μέν ἐστι νεώτερος τούτων, λέγει δὲ δίστεγον τὸν πύργον καὶ μέγαν, ἐν δὲ τῇ Περσῶν διαδοχῇ ἱδρῦσθαι, φυλάττεσθαι δὲ τὸν τάφον· ἐπίγραμμα δὲ τὸ λεχθὲν Ἑλληνικὸν καὶ ἄλλο Περσικὸν πρὸς τὸν αὐτὸν νοῦν. τοὺς δὲ Πασαργάδας ἐτίμησε Κῦρος, ὅτι τὴν ὑστάτην μάχην ἐνίκησεν Ἀστυάγην ἐνταῦθα τὸν Μῆδον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας μετήνεγκεν εἰς ἑαυτὸν καὶ πόλιν ἔκτισε καὶ βασίλειον κατεσκεύασε τῆς νίκης μνημεῖον.

9. Πάντα δὲ τὰ ἐν τῇ Περσίδι χρήματα ἐξεσκευάσατο εἰς τὰ Σοῦσα, καὶ αὐτὰ θησαυρῶν καὶ κατασκευῆς μεστά· οὐδὲ τοῦθ' ἡγεῖτο τὸ βασίλειον, ἀλλὰ τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διενοεῖτο ταύτην προσκατασκευάζειν· κἀνταῦθα δ' ἔκειντο θησαυροί. φασὶ δέ, χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν παρὰ ταῦτα μὴ ληφθέντων αὐτὰ τὰ ἐν Σούσοις καὶ τὰ ἐν Περσίδι τέτταρας μυριάδας ταλάντων ἐξετασθῆναι· τινὲς δὲ καὶ πέντε λέγουσιν· ἄλλοι δὲ πάντα πάντοθεν συναχθῆναι παραδεδώκασιν εἰς Ἐκβάτατα ὀκτωκαίδεκα μυριάδας ταλάντων· τὰ δὲ Δαρείῳ φυγόντι ἐκ τῆς Μηδίας συνεκκομισθέντα τάλαντα ὀκτακισχίλια διήρπασαν οἱ δολοφονήσαντες αὐτόν.

10. Τὴν γοῦν Βαβυλῶνα ὁ Ἀλέξανδρος προέκρινεν, ὁρῶν καὶ τῷ μεγέθει πολὺ ὑπερβάλλουσαν καὶ τοῖς ἄλλοις. εὐδαίμων δ' οὖσα ἡ Σουσίς, ἔκπυρον τὸν ἀέρα ἔχει [καὶ] καυματηρόν, καὶ μάλιστα τὸν περὶ τὴν πόλιν, ὥς φησιν ἐκεῖνος· τὰς γοῦν σαύρας καὶ τοὺς ὄφεις, θέρους ἀκμάζοντος τοῦ ἡλίου κατὰ μεσημβρίαν, διαβῆναι μὴ φθάνειν τὰς ὁδοὺς τὰς ἐν τῇ πόλει, ἀλλ' ἐν μέσαις περιφλέγεσθαι· ὅπερ τῆς Περσίδος μηδαμοῦ συμβαίνειν, καίπερ νοτιωτέρας οὔσης· λουτρὰ δὲ ψυχρὰ προτεθέντα ἐκθερμαίνεσθαι παραχρῆμα, τὰς δὲ κριθὰς διασπαρείσας εἰς τὸν ἥλιον ἀλεαίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἰπνοῖς τὰς κάχρυς· διὸ καὶ ταῖς στέγαις ἐπὶ δύο πήχεις τὴν γῆν ἐπιτίθεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ βάρους ἀναγκάζεσθαι στενοὺς μὲν μακροὺς δὲ ποιεῖσθαι τοὺς οἴκους, ἀπορουμένους μακρῶν μὲν δοκῶν, δεομένους δὲ μεγάλων οἴκων διὰ τὸ πνῖγος. ἴδιον δέ τι πάσχειν τὴν φοινικίνην δοκόν· στερεὰν γὰρ οὖσαν, παλαιουμένην οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦσθαι τῷ βάρει καὶ βέλτιον ἀνέχειν τὴν ὀροφήν. αἴτιον δὲ τῶν καυμάτων λέγεται τὸ ὑπερκεῖσθαι πρὸς ἄρκτον ὄρη ὑψηλὰ τὰ προεκδεχόμενα ἅπαντας τοὺς βορείους ἀνέμους· ὑπερπετεῖς δὴ πνέοντες ἀπὸ τῶν ἀκρωτηρίων μετέωροί τε τῶν πεδίων οὐ προσάπτονται, ἀλλὰ παρελαύνουσιν εἰς τὰ νοτιώτερα τῆς Σουσίδος· αὕτη δὲ νηνεμίαις κατέχεται, καὶ μά-

Persicis exaratam literis : *Cyrus ego, rex olim regum, conditus hic sum;* aliam inscriptionem esse Persicam in eandem sententiam.

8. Onesicritus quoque illius meminit inscriptionis, quæ in Darii sepultura erat hoc sensu : *Amicus fui amicis, et eques et sagittator optimus, venatorum præstantissimus; omnia facere potui.* Aristus Salaminius, multo his junior, refert Cyri turrim magnam fuisse, et duo tabulata habuisse, quo tempore Medis Persæ successerunt conditam; monumentum custodiri; dictum vero epigramma esse Græcum, et aliud Persicum in eandem sententiam. Cyrus vero Pasargadis habuit honorem, quod ibi Astyagem Medum ultimo prœlio superavit, et Asiæ imperium in se transtulit; itaque urbem condidit et regiam construxit ad rei memoriam.

9. Pecuniæ autem quidquid in Persia erat, Alexander Susa exportavit, et ipsa quoque thesauris et supellectile plena; non tamen pro regia habuit, sed Babylonem, quam in animo habebat adornare; atque hic etiam thesauri servabantur. Traditum est, præter ea, quæ Babylone et in castris erant et in hanc summam non venerunt, in Perside et Susis inventa fuisse talentorum quadraginta millia; sunt qui dicant quinquaginta. Nonnulli omnia undique Ecbatana comportata dicunt fuisse centum et octoginta millia talentorum; octo millia vero, quæ cum Dario e Media fugiente exportata, ab iis direpta fuerunt, qui eum necaverunt.

10. Alexander Babylonem longe omnibus anteponebat, videns eam et magnitudine et rebus ceteris excellere. Nam Susiana quanquam opulenta sit, fervidum tamen et æstuosum aerem habet, præsertim circa urbem, ut ille (*Aristobulus?*) dicit; adeo ut lacertæ et serpentes per æstatem, dum sol est in meridie, urbis vias transire non possint, sed in mediis intercepta concrementur; quod nusquam in Perside contingat, quanquam magis versus autrum vergente; lavacra quoque frigida proposita subito incalescere; hordeum in sole sparsum salire (ἄλλεσθαι), ut solet quod in furnis torretur; quapropter ad duos cubitos terram tectis imponere, domus ipsas propter onus angustas quidem facere, sed longas, quum longis quamvis carentes trabibus, magnis tamen domibus indigeant propter æstum. Trabibus autem e palma arbore ajunt peculiare hoc accidere, ut, quum solidæ sint, inveterascendo non flectantur in partem inferiorem, sed in superiorem pandantur adversus onus, eoque melius tectum sustineant. Æstus causa dicitur, quod septentrionem versus montes quidam altissimi imminent, qui omnes boreales flatus intercipiunt; sublimes enim a montibus spirantes, campos non attingunt, sed in australiores Suside regiones perferuntur, adeo ut ipsa Susis ventis careat, idque tunc præ-

λιστα τότε, ἡνίκα ἐτησίαι τὴν ἄλλην γῆν καταψύχουσιν ἐκκαομένην ὑπὸ τῶν καυμάτων.

11. Πολύσιτος δ' ἄγαν ἐστίν, ὥστε ἑκατοντάχουν δι' ὁμαλοῦ καὶ κριθὴν καὶ πυρὸν ἐκτρέφειν, ἔστι δ' ὅτε καὶ διακοσιοντάχουν· διόπερ οὐδὲ πυκνὰς τὰς αὔλακας τέμνουσι. πυκνούμεναι γὰρ κωλύουσιν αἱ ῥίζαι τὴν βλάστην. τὴν δ' ἄμπελον οὐ φυομένην πρότερον Μακεδόνες κατεφύτευσαν κἀκεῖ καὶ ἐν Βαβυλῶνι, οὐ ταφρεύοντες, ἀλλὰ παττάλους κατασεσιδηρωμένους ἐξ ἄκρων πήττοντες, εἶτ' ἐξαιροῦντες, ἀντὶ δ' αὐτῶν τὰ κλήματα καθιέντες εὐθέως. ἡ μὲν δὴ μεσόγαια τοιαύτη· ἡ δὲ παραλία τεναγώδης ἐστὶ καὶ ἀλίμενος· διὰ τοῦτο γοῦν καί φησιν ὁ Νέαρχος μηδὲ καθοδηγῶν ἐπιχωρίων τυγχάνειν, ἡνίκα τῷ στόλῳ παρέπλει πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, ὅτι προσόρμους οὐκ εἶχεν, οὐδ' ἀνθρώπων εὐπορεῖν οἷός τ' ἦν τῶν ἡγησομένων κατ' ἐμπειρίαν.

12. Γειτνιᾷ δὲ τῇ Σουσίδι τῆς Βαβυλωνίας ἡ Σιτακηνὴ μὲν πρότερον, Ἀπολλωνιᾶτις δὲ ὕστερον προσαγορευθεῖσα. ἀπὸ τῶν ἄρκτων δ' ὑπέρκεινται ἀμφοῖν πρὸς ἕω Ἐλυμαῖοί τε καὶ Παραιτακηνοί, λῃστρικοὶ ἄνδρες καὶ ὀρεινῇ τραχείᾳ πεποιθότες· μᾶλλον δ' οἱ Παραιτακηνοὶ τοῖς Ἀπολλωνιάταις ἐπίκεινται, ὥστε καὶ χεῖρον ἐκείνους διατιθέασιν. οἱ δὲ Ἐλυμαῖοι κἀκείνοις καὶ τοῖς Σουσίοις, τούτοις δὲ καὶ οἱ Οὔξιοι προσπολεμοῦσιν· ἧττον δὲ νῦν, ὡς εἰκός, διὰ τὴν τῶν Παρθυαίων ἰσχύν, ὑφ' οἷς εἰσιν ἅπαντες οἱ ταύτῃ. εὖ μὲν οὖν πραττόντων ἐκείνων, εὖ πράττουσιν ἅπαντες καὶ οἱ ὑπήκοοι αὐτῶν· στασιαζόντων δέ, ὅπερ συμβαίνει πολλάκις, καὶ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἄλλοτ' ἄλλως συμβαίνει καὶ οὐ τὰ αὐτὰ πᾶσι· τοῖς μὲν γὰρ συνήνεγκεν ἡ ταραχή, τοῖς δὲ παρὰ γνώμην ἀπήντησεν. ἡ μὲν δὴ χώρα ἥ τε Περσὶς καὶ ἡ Σουσιανὴ τοιαύτη.

13. Τὰ [δ'] ἔθη τὰ Περσικὰ καὶ τούτοις καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ καὶ ἄλλοις πλείοσι, περὶ ὧν εἰρήκασι μὲν πλείους, τὰ δὲ καίρια καὶ ἡμῖν λεκτέον. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, θύουσι δ' ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία· τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθρην, καὶ Σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ· θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ κατευξάμενοι, παραστησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον· μελίσαντος δὲ τοῦ Μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν ἀπίασι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τῆς γὰρ ψυχῆς φασι τοῦ ἱερείου δεῖσθαι τὸν θεόν, ἄλλου δὲ οὐδενός· ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λέγουσί τινες, ἐπὶ τὸ πῦρ.

14. Διαφερόντως δὲ τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι θύουσι, τῷ μὲν πυρί, προστιθέντες ξηρὰ ξύλα τοῦ λέπους χωρίς, πιμελὴν ἐπιτιθέντες ἄνωθεν· εἶθ' ὑφάπτουσιν, ἔλαιον καταχέοντες, οὐ φυσῶντες, ἀλλὰ ῥιπίζοντες· τοὺς δὲ φυσήσαντας ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας ἢ βόλβιτον θανατοῦσι· τῷ δ' ὕδατι, ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζονται,

cipue quum reliquam terram æstu exustam etesiæ refrigerant.

11. Frumento Susis adeo abundat, ut et hordeum et triticum in planitie centuplum ferat, nonnunquam etiam ducentuplum; ideo non crebros sulcos faciunt, ne, confertim radicibus actis, germinatio impediatur. Quum vites in ea non nascerentur, Macedones ibi et in Babylone eas conseverunt, non scrobibus factis, sed palos quosdam in extremo ferratos in terram defigentes, postea educentes ac pro eis palmites demittentes. Mediterranea igitur regio talis est; maritima autem palustris est et importuosa, quapropter etiam Nearchus ait, se ne viæ quidem duces indigenas habuisse, quum ex India in Babyloniam, classe pedestres copias comitans, navigaret, quod nec stationes habere, nec homines adipisci posset, qui perite ducerent.

12. Susidi ea pars Babyloniæ proxima est, quæ quondam Sitacena, postea Apolloniatis est appellata. Ambabus a septentrione orientem versus Elymæi imminent et Parætaceni, latrones asperis montibus freti. Sed magis Parætaceni Apolloniatis imminent, ideoque eos plurimum infestant. Elymæi autem illis et Susiis, Elymæis Uxii bellum faciunt; hodie quidem id minus, uti consentaneum est, propter Parthorum potentiam, quibus parent omnes, qui loca ea incolunt; quare bono horum statu bene est etiam omnibus, qui illis parent; dissidentibus vero, quod sæpe factum est, et nostro etiam tempore, sæpe aliter atque aliter res succedunt, non eodem modo tamen omnibus: quibusdam enim tumultus prosunt, quibusdam præter sententiam eveniunt. Ac Persica quidem et Susiana regio talis est.

13. Mores Persici et his et Medis aliisque compluribus sunt communes; de quibus etsi multi dixerunt, tamen nobis quoque quæ ad rem pertinent, monenda sunt. Persæ nec statuas nec aras erigunt; sacrificant in loco excelso; cœlum Jovem putant; colunt vero etiam solem, quem Mithram vocant, item Lunam et Venerem et ignem et tellurem et ventos et aquam. Sacrificant in loco mundo precati et adducta hostia coronata; ubi magus, qui sacrificium administrat, carnes in portiones distribuerit, sua quisque accepta abeunt, nulla parte diis relicta; dicunt enim, deum nihil velle præter hostiæ animam; attamen omenti partem exiguam, ut nonnulli narrant, igni imponunt.

14. Præcipue igni et aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes adempto cortice, et arvina superinjecta; deinde infuso oleo, succendunt, non inspirantes, sed ventilantes; si quis inspirat, aut mortuum quicquam cœnumve in ignem injicit, morte punitur. Aquæ sacra peragunt hoc modo. Ad lacum vel flumen vel fontem venientes scrobem faciunt, et super eam hostiam jugulant, caventes, ne quid proximæ

φυλαττόμενοι, μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος αἱμαχθείη, ὡς μιανοῦντες· εἶτ' ἐπὶ μυρρίνην ἢ δάφνην διαθέντες τὰ κρέα, ῥάβδοις λεπτοῖς ἐφάπτονται οἱ Μάγοι καὶ ἐπᾴδουσιν, ἀποσπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γάλακτι καὶ μέλιτι κεκραμένον οὐκ εἰς πῦρ, οὐδ' ὕδωρ, ἀλλ' εἰς τοὔδαφος· τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες.

15. Ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ (πολὺ γάρ ἐστι τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἳ καὶ Πύραιθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά) οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσιν, ἀλλὰ κορμῷ τινι, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. ἔστι δὲ καὶ Πυραιθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι· ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμός, ἐν ᾧ πολλή τε σποδός, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι· καὶ καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες, ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτάς, καθεικυίας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη τὰς παραγναθίδας. ταὐτὰ δ' ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται· τούτων δὲ καὶ σηκοί εἰσι, καὶ ξόανον τοῦ Ὠμανοῦ πομπεύει. ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς ἑωράκαμεν, ἐκεῖνα δ' ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγεται καὶ τὰ ἐφεξῆς.

16. Εἰς γὰρ ποταμὸν οὔτ' οὐροῦσιν οὔτε νίπτονται Πέρσαι, οὐδὲ λούονται οὐδὲ νεκρὸν ἐμβάλλουσιν οὐδ' ἄλλα τῶν δοκούντων εἶναι μυσαρῶν. ὅτῳ δ' ἂν θύσωσι θεῷ, πρώτῳ τῷ πυρὶ εὔχονται.

17. Βασιλεύονται δ' ὑπὸ τῶν ἀπὸ γένους· ὁ δ' ἀπειθῶν ἀποτμηθεὶς κεφαλὴν καὶ βραχίονα ῥίπτεται. γαμοῦσι δὲ πολλὰς καὶ ἅμα παλλακὰς τρέφουσι πλείους πολυτεκνίας χάριν. τιθέασι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἆθλα πολυτεκνίας κατ' ἔτος· τὰ δὲ τρεφόμενα μέχρι ἐτῶν τεττάρων οὐκ ἄγεται τοῖς γονεῦσιν εἰς ὄψιν. οἱ δὲ γάμοι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἐπιτελοῦνται· παρέρχεται δ' ἐπὶ τὸν θάλαμον, προφαγὼν μῆλον ἢ καμήλου μυελόν, ἄλλο δ' οὐδὲν τὴν ἡμέραν ἐκείνην.

18. Ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν ἕως τετάρτου καὶ εἰκοστοῦ παιδεύονται τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν καὶ ἱππάζεσθαι καὶ ἀληθεύειν, διδασκάλοις τε λόγων τοῖς σωφρονεστάτοις χρῶνται, οἳ καὶ τὸ μυθῶδες πρὸς τὸ συμφέρον ἀνάγοντες παραπλέκουσι, καὶ μέλους χωρὶς καὶ μετ' ᾠδῆς ἔργα θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἀναδιδόντες. συνάγουσι δ' εἰς ἕνα τόπον, ψόφῳ χαλκοῦ πρὸ ὄρθρου διεγείροντες ὡς ἐπὶ ἐξοπλισίαν ἢ θήραν· τάξαντες δ' ἀνὰ πεντήκοντα ἡγεμόνα τῶν βασιλέως τινὰ παίδων αὐτοῖς ἢ σατράπου τρέχοντι κελεύουσιν ἕπεσθαι, χωρίον ἀφορίσαντες τριάκοντα ἢ τετταράκοντα σταδίων. ἀπαιτοῦσι δὲ καὶ λόγον ἑκάστου μαθήματος, ἅμα καὶ μεγαλοφωνίαν καὶ πνεῦμα καὶ πλευρὰν ἀσκοῦντες, καὶ πρὸς καῦμα δὲ καὶ πρὸς ψῦχος καὶ ὄμβρους καὶ χειμάρρων διαβάσεις, ὥστ' ἄβροχα φυλάττειν καὶ ὅπλα καὶ ἐσθῆτα, καὶ ποιμαίνειν δὲ καὶ ἀγραυλεῖν καὶ καρποῖς ἀγρίοις χρῆσθαι, τερμίνθῳ, δρυοβαλάνοις, ἀχράδι. καλοῦνται δ' οὗτοι Κάρδακες, ἀπὸ κλοπείας τρεφόμενοι· κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται.

aquæ sanguine contingatur eoque polluatur; postea carnibus myrto lauroque impositis, eas Magi gracilibus virgis taugunt et magica carmina cantant, oleum lacte ac melle mixtum libantes non in ignem, nec in aquam, sed in terram; cantationes illas diu faciunt, fasciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes.

15. In Cappadocia (etenim maxima est ibi Magorum multitudo, qui etiam Pyræthi vocantur, et multa Persicorum deorum templa) non cultro, sed stipite quodam mactant, tanquam malleo verberantes. Sunt etiam Pyræthea, septa quædam ingentia; in eorum medio ara est, in qua multus est cinis, et ignem perennem servant Magi; et eo quotidie ingressi, preces faciunt per horam fere, ante ignem virgarum fasciculum tenentes, tiaras e lana coacta gestantes, ex quibus utrinque dependent malarum velamina quæ etiam labia contegunt. Iidem ritus in Anaitidis et Omani delubris observantur; horum vero etiam ædiculæ sunt, et simulacrum Omani in pompa circumfertur. Et hæc quidem ipsi vidimus, illa vero in historiis narrantur, sicuti etiam quæ jam sequuntur.

16. In fluvium enim Persæ non immejunt, nec lavant, nec abluuntur, nec cadaver injiciunt, nec alia, quæ immunda esse videantur. Cuicunque deo sacrificent, primum ignem implorant.

17. Reges habent ex eadem stirpe. Qui non paruerit, capite et brachio amputato projicitur. Ducunt uxores complures, et multas simul pellices alunt, multiplicandæ sobolis gratia. Reges quotannis præmia proponunt iis, qui plures filios progenuerint; pueri ante quartum annum in patris conspectum non veniunt. Nuptiæ initio verni æquinoctii celebrantur; sponsus in thalamum venit, comesto prius malo vel cameli medulla, præter id nihil eo die.

18. A quinto usque ad vicesimum quartum annum discunt sagittare, jaculari, equitare et in primis vera dicere. Disciplinarum magistris prudentissimis utuntur, qui et fabulas ad utilitatem accommodatas intexunt, facta cum cantu et sine cantu deorum et clarorum virorum celebrantes. Congregant pueros in unum locum, æris sonitu ante lucem excitatos, ad arma aut venationem. Præficiunt quinquagenis aliquem ex regis filiis, aut satrapæ, quem currentem sequi jubent, loco triginta vel quadraginta stadiorum determinato. Postulant hi etiam rationem de singulis, quæ illi didicerint, simul et vocem et latus et spiritum exercentes; quin et adversus æstum, frigus, imbres et ad torrentes ita ut arma et vestes sicca serventur transeundos condocefaciunt; pascere etiam et in agro pernoctare docent, et rusticari et fructibus silvestribus vesci, ut terminthо, glandibus, piris agrestibus. (Atque hi Cardaces vocantur, furtis viventes; nam carda virile ac bellicosum significat. *Gloss.*) Quotidianus eorum cibus post exer-

ἡ δὲ καθ' ἡμέραν δίαιτα ἄρτος μετὰ τὸ γυμνάσιον καὶ μάζα καὶ κάρδαμον καὶ ἁλῶν χόνδρος καὶ κρέα ὀπτὰ ἢ ἑφθὰ ἐξ ὕδατος, ποτὸν δ' ὕδωρ. θηρεύουσι δὲ σαύνια ἀφ' ἵππων βάλλοντες καὶ τοξεύματα καὶ σφενδονοῦντες. δείλης δὲ φυτουργεῖν καὶ ῥιζοτομεῖν ἀσκοῦσι καὶ ὁπλοποιεῖν καὶ λίνα καὶ ἄρκυς φιλοτεχνεῖν. οὐχ ἅπτονται δὲ τῶν θηρευμάτων οἱ παῖδες, ἀλλὰ κομίζειν οἴκαδε ἔθος. τίθεται δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἆθλα δρόμου καὶ τῶν ἐν τοῖς πεντάθλοις. κοσμοῦνται δ' οἱ παῖδες χρυσῷ, τὸ πυρωπὸν τιθεμένων ἐν τιμῇ· διὸ οὐδὲ νεκρῷ προσφέρουσι, καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ, κατὰ τιμήν.

19. Στρατεύονται δὲ καὶ ἄρχουσιν ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἕως πεντήκοντα, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς· ἀγορᾶς δὲ οὐχ ἅπτονται· οὔτε γὰρ πωλοῦσιν οὔτ' ὠνοῦνται. ὁπλίζονται δὲ γέρρῳ ῥομβοειδεῖ, παρὰ δὲ τὰς φαρέτρας σαγάρεις ἔχουσι καὶ κοπίδας, περὶ δὲ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτόν, θώραξ δ' ἐστὶν αὐτοῖς φολιδωτός. ἐσθὴς δὲ τοῖς ἡγεμόσι μὲν ἀναξυρὶς τριπλῆ, χιτὼν δὲ χειριδωτὸς διπλοῦς ἕως γόνατος, ὁ ὑπενδύτης μὲν λευκός, ἀνθινὸς δ' ὁ ἐπάνω· ἱμάτιον δὲ θέρους μὲν πορφυροῦν ἢ ἀνθινόν, χειμῶνος δ' ἀνθινόν, τιᾶραι παραπλήσιαι ταῖς τῶν Μάγων, ὑπόδημα κοῖλον διπλοῦν, τοῖς δὲ πολλοῖς χιτὼν ἕως μεσοκνημίου καὶ διπλοῦς, ῥάκος δὲ σινδόνιόν τι περὶ τῇ κεφαλῇ· ἔχει δ' ἕκαστος τόξον καὶ σφενδόνην. δειπνοῦσι πολυτελῶς Πέρσαι, τιθέντες καὶ ὁλομελῆ καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα· κόσμος τε λαμπρὸς στρωμνῆς ἐκπωμάτων τε [καὶ] τῶν ἄλλων, ὥστε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταλάμπεσθαι.

20. Ἐν οἴνῳ τὰ μέγιστα βουλεύονται, καὶ βεβαιότερα τῶν ἐν νήψει τίθενται. τῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς συναντώντων τοὺς μὲν γνωρίμους καὶ ἰσοτίμους φιλοῦσι προσιόντες, τοῖς δὲ ταπεινοτέροις παραβάλλουσι τὴν γνάθον καὶ δέχονται ταύτῃ τὸ φίλημα· οἱ δ' ἔτι ταπεινότεροι προσκυνοῦσι μόνον. θάπτουσι δὲ κηρῷ περιπλάσαντες τὰ σώματα, τοὺς δὲ Μάγους οὐ θάπτουσιν, ἀλλ' οἰωνοβρώτους ἐῶσι· τούτοις δὲ καὶ μητράσι συνέρχεσθαι πάτριον νενόμισται. τοιαῦτα μὲν τὰ ἔθη.

21. Ἔστι δ' ἴσως καὶ ταῦτα τῶν ἐθίμων, ἅ φησι Πολύκριτος. ἐν γὰρ Σούσοις ἑκάστῳ τῶν βασιλέων ἐπὶ τῆς ἄκρας ἰδίᾳ πεποιῆσθαι οἴκησιν καὶ θησαυροὺς καὶ παραθέσεις ὧν ἐπράττοντο φόρων, ὑπομνήματα τῆς οἰκονομίας· πράττεσθαι δ' ἐκ μὲν τῆς παραλίας ἀργύριον, ἐκ δὲ τῆς μεσογαίας ἃ φέρει ἑκάστη χώρα, ὥστε καὶ χρώματα καὶ φάρμακα καὶ τρίχα [ἢ] ἐρέαν ἤ τι τοιοῦθ' ἕτερον καὶ θρέμματα ὁμοίως. τὸν δὲ διατάξαντα τοὺς φόρους Δαρεῖον εἶναι, τὸν Μακρόχειρα, καὶ κάλλιστον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μήκους τῶν βραχιόνων καὶ τῶν πήχεων· ἅπτεσθαι γὰρ καὶ τῶν γονάτων· τὸν δὲ πλεῖστον χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐν κατασκευαῖς εἶναι, νομίσματι δὲ οὐ πολλῷ· πρός τε τὰς δωρεὰς ἐκεῖνα κεχαρισμένα νομίζειν μᾶλλον καὶ πρὸς κειμηλίων ἀπόθεσιν· τὸ δὲ νόμισμα τὸ πρὸς τὰς χρείας ἀρκοῦν ἱκανὸν εἶναι, κόπτειν δὲ πάλιν τὸ τοῖς ἀναλώμασι σύμμετρον.

citationem est panis durissimus et nasturtium et salis grana et carnes assæ vel elixæ, potus aqua. Venantur autem pilas et sagittas ab equis mittentes, et ex funda jaculantes. Vespertina eorum sunt exercitia arbores serere aut radices effodere aut arma fabricari, aut lino et retibus studium impendere artificiose faciundis. Pueri venationem non attingunt, sed mos est eam domum referre. Cursus et ceterorum (τῶν ἄλλων τῶν ἐν), quæ in quinquertio exercentur, præmia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur, cujus igneum fulgorem venerantur; quare etiam mortuo id sicuti ignem non admovent, ob honorem.

19. Militant et ordines ducunt a vicesimo anno usque ad quinquagesimum et pedites et equites. Forum non attingunt; nam nec emunt nec vendunt. Armantur cetra in rhombi figuram facta; præter pharetram sagares et secures habent, capiti impositum pileum turritum, pectus thorace squamoso muniunt. Principes anaxyridem triplam habent, et tunicam manicatam, duplam, genu tenus; interula candida est, exterior vero vestis florida; amiculum æstate purpureum vel violaceum (ἰανθινὸν), hieme autem floridum; tiaras iis magorum similes, calceamentum altum ac duplum. Vulgo tunicam duplam gerunt, ad medium usque crus descendentem, circum caput sindonis cento volvitur. Quisque arcu et funda utitur. Persæ laute cœnant, integra et multa et varia apponentes; splendidus etiam ornatus stragulorum et poculorum ceteræque supellectilis, adeo ut auro et argento refulgeant.

20. De rebus maximis in vino consultant, eaque decreta ipsi firmiora censent, quam quæ sobrii faciunt. Si notis et æqualibus in via occurrant, eos osculantur; si humilioribus, genam eis præbent, eaque osculum excipiunt; qui his etiam humiliores sunt, duntaxat genu flexo digniores venerantur. Corpora mortuorum humant, prius cera oblinentes; magos vero insepultos avibus edendos dimittunt; hi etiam cum matribus instituto majorum coeunt. Ac Persarum quidem mores sunt hujusmodi.

21. Fortassis vero ea quoque ad instituta eorum referenda, quæ narrat Polycletus (Πολύκλειτος). Etenim regum cuique Susis in arce domicilium exstare, et thesaurum, et tributorum, quæ exegerint, tabulas, administratæ rei monumentum; exigere eos ex ora maritima argentum, ex mediterraneis quæ quæque regio ferat, ut colores, medicamenta, crinem vel lanam vel aliud tale, nec non pecora. Tributa instituisse Darium (Longimanum, omnium hominum pulcherrimum, dempta brachiorum et cubitorum longitudine, etiam genua contingentium. *Gl*). Maximam vero auri atque argenti partem in supellectile haberi, in nummis perexiguam. Illam enim existimare et ad dona magis aptam, et ad reponenda asservandaque in thesauris cimelia; nomismatis vero tantum sufficere arbitrari, quantum usui satis sit, et rursus tantum ejus excudere, quantum impensis sufficiat.

22. Τὰ μὲν οὖν ἔθη σωφρονικὰ τὰ πλείω· διὰ δὲ τὸν πλοῦτον εἰς τρυφὴν ἐξέπεσον οἱ βασιλεῖς, ὥστε πυρὸν μὲν ἐξ Ἄσσου τῆς Αἰολίδος μετῄεσαν, οἶνον δ' ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον, ὕδωρ δὲ ἐκ τοῦ Εὐλαίου πάντων ἐλαφρότατον, ὥστ' ἐν Ἀττικῇ κοτύλῃ δραχμῇ ἀφολκότερον εἶναι.

23. Συνέβη δὲ τοῖς Πέρσαις ἐνδοξοτάτοις γενέσθαι τῶν βαρβάρων παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τῶν μὲν ἄλλων οὐδένες τῶν τῆς Ἀσίας ἀρξάντων Ἑλλήνων ἦρξαν, οὐδ' ᾔδεισαν οὐδ' ἐκεῖνοι τούτους, οὐδ' οἱ Ἕλληνες τοὺς βαρβάρους, ἀλλ' ἐπὶ μικρὸν μόνον ἐκ τῆς πόρρωθεν ἀκοῆς. Ὅμηρος γοῦν οὔτε τὴν τῶν Σύρων οὔτε τὴν τῶν Μήδων ἀρχὴν οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἄν, Θήβας Αἰγυπτίας ὀνομάζων καὶ τὸν ἐκεῖ καὶ τὸν ἐν Φοινίκῃ πλοῦτον, τὸν ἐν Βαβυλῶνι καὶ Νίνῳ καὶ Ἐκβατάνοις παρεσιώπησε. πρῶτοι δὲ Πέρσαι καὶ Ἑλλήνων ἐπῆρξαν, Λυδοὶ δὲ ἐπῆρξαν μέν, ἀλλ' οὔτε τῆς Ἀσίας ὅλης ἐπάρξαντες, ἀλλὰ μέρους τινὸς μικροῦ, τοῦ ἐντὸς Ἅλυος μόνον, καὶ ταῦτ' ἐπ' ὀλίγον χρόνον τὸν κατὰ Κροῖσον καὶ Ἀλυάττην. κρατηθέντες δ' ὑπὸ Περσῶν, εἰ καί τι τῆς δόξης ἦν αὐτοῖς, ἀφῃρέθησαν τοῦθ' ὑπ' ἐκείνων. Πέρσαι δ', ἀφ' οὗ κατέλυσαν τὰ Μήδων, εὐθὺς καὶ Λυδῶν ἐκράτησαν καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ὑπηκόους ἔσχον· ὕστερον δὲ καὶ διέβησαν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἡττηθέντες πολλοῖς καὶ πολλάκις ἀγῶσιν, ὅμως διετέλεσαν τὴν Ἀσίαν μέχρι τῶν ἐπὶ θαλάττῃ τόπων κατέχοντες, ἕως ὑπὸ Μακεδόνων κατεπολεμήθησαν.

24. Ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταστήσας αὐτοὺς Κῦρος ἦν· διαδεξάμενος δὲ τοῦτον Καμβύσης υἱὸς ὑπὸ τῶν Μάγων κατελύθη· τούτους δ' ἀνελόντες οἱ ἑπτὰ Πέρσαι Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπεω παρέδοσαν τὴν ἀρχήν· εἶθ' οἱ ἀπὸ τούτου διαδεχόμενοι κατέληξαν εἰς Ἄρσην, ὃν ἀποκτείνας Βαγῶος ὁ εὐνοῦχος κατέστησε Δαρεῖον, οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων. τοῦτον δὲ καταλύσας Ἀλέξανδρος αὐτὸς ἦρξε † δέκα ἢ ἕνδεκα ἔτη· εἶτ' εἰς πλείους τοὺς διαδεξαμένους καὶ τοὺς ἐπιγόνους τούτων μερισθεῖσα ἡ ἡγεμονία τῆς Ἀσίας διελύθη· συνέμεινε δ' ὅσον πεντήκοντα ἐπὶ τοῖς διακοσίοις ἔτη. νῦν δ' ἤδη καθ' αὑτοὺς συνεστῶτες οἱ Πέρσαι βασιλέας ἔχουσιν ὑπηκόους ἑτέροις βασιλεῦσι, πρότερον μὲν Μακεδόσι, νῦν δὲ Παρθυαίοις.

22. Persarum mores magna ex parte moderati sunt. Ceterum per opulentiam reges in delicias luxumque prolapsi sunt, adeo ut triticum ex Asso Æolica afferri vellent, vinum autem ex Syria, quod Chalybonium dicitur, aquam ex Eulæo, quod ea omnium esset levissima, adeo ut Atticæ minæ comparata drachma minus appenderet.

23. Ex omnibus autem barbaris Persis usu venit, ut notissimi apud Græcos essent, quod ceterorum barbarorum qui Asiam obtinuere, nulli iis imperaverunt, nec illi hos norant, neque Græci Barbaros, nisi quantum fama percepissent admodum exili. Homerus enim nec Medorum nec Syrorum imperium noverat; alioqui, Ægyptias Thebas et earum et Phœnicum divitias nominans, nequaquam Babylonis et Nini et Ecbatanorum opes silentio transmisisset. Primi autem Persæ Græcis quoque imperaverunt; Lydi iisdem imperaverunt quidem, at non toti Asiæ imperantes, sed parti tantum exiguæ ei quæ cis Halym est, idque non diu, sed duntaxat ætate Crœsi et Alyattis. Et si quid gloriæ Lydi paraverant, amiserunt a Persis subacti. Persæ vero, Medorum rebus in suam potestatem redactis, statim Lydos quoque subegere et Græcos, qui in Asia erant, sibi subditos fecerunt; postmodum vero quum etiam in Græciam trajecissent multis quidem et magnis (μεγάλοις?) certaminibus victi sunt, Asiam tamen usque ad mare tenuerunt, donec a Macedonibus sunt debellati.

24. Cyrus primus iis imperium comparavit, cujus successor Cambyses filius a Magis sublatus est. Septem vero Persæ, qui Magos interemerunt, Dario Hystaspis filio imperium tradidere. Ejus successores in Arsem desierunt, quem quum Bagous eunuchus interfecisset, Darium regem fecit, quanquam e stirpe regia non ortum. Hunc quum Alexander evertisset, ipse duodecim (δώδεκα) annos regnavit. Postea Asiæ imperium in complures successores, et ab eis profectos divisum, tandem dissipatum est. Permansit annos circiter ducentos et quinquaginta. Hodie seorsum Persæ suum habent corpus, et reges aliis subditos, ante Macedonibus, nunc Parthis.

ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ

ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ ἑκκαιδέκατον περιέχει τὴν Ἀσσυρίων χώραν, ἐν ᾗ Βαβυλὼν καὶ Νίσιβις, πόλεις μέγισται, καὶ τὴν Ἀδιαβηνὴν καὶ Μεσοποταμίαν, Συρίαν πᾶσαν, Φοινίκην, Παλαιστίνην, Ἀραβίαν πᾶσαν καὶ ὅσα τῆς Ἰνδικῆς τῇ Ἀραβίᾳ συνάπτει, καὶ τὴν Σαρακηνῶν, ἣν Σκηνίτην καλεῖ, καὶ πᾶσαν τὴν παρακειμένην τῇ τε νεκρᾷ θαλάσσῃ καὶ τῇ ἐρυθρᾷ.

ΚΕΦ. Α.

Τῇ δὲ Περσίδι καὶ τῇ Σουσιανῇ συνάπτουσιν οἱ Ἀσσύριοι· καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Βαβυλωνίαν καὶ πολλὴν τῆς κύκλῳ γῆς, ἧς ἐν μέρει καὶ ἡ Ἀτουρία ἐστίν, ἐν ἧπερ ἡ Νίνος καὶ ἡ Ἀπολλωνιᾶτις καὶ Ἐλυμαῖοι καὶ Παραιτάκαι καὶ ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαλωνῖτις καὶ τὰ περὶ τὴν Νίνον πεδία, Δολομηνή τε καὶ Καλαχηνὴ καὶ Χαζηνὴ καὶ Ἀδιαβηνή, καὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας ἔθνη τὰ περὶ Γορδυαίους καὶ τοὺς περὶ Νίσιβιν Μυγδόνας μέχρι τοῦ Ζεύγματος τοῦ κατὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τῆς πέραν τοῦ Εὐφράτου πολλή, ἣν Ἄραβες κατέχουσι, καὶ οἱ ἰδίως ὑπὸ τῶν νῦν λεγόμενοι Σύροι μέχρι Κιλίκων καὶ Φοινίκων καὶ Ἰουδαίων καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατὰ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος καὶ τὸν Ἰσσικὸν κόλπον.

2. Δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατεῖναι ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ἀπὸ δὲ τούτου μέχρι τοῦ Εὐξείνου τὸ παλαιόν. οἱ γοῦν Καππάδοκες ἀμφότεροι, οἵ τε πρὸς τῷ Ταύρῳ καὶ οἱ πρὸς τῷ Πόντῳ, μέχρι νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, ὡς ἂν ὄντων τινῶν Σύρων καὶ μελάνων· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου· λέγω δὲ Ταῦρον, μέχρι τοῦ Ἀμανοῦ διατείνων τοὔνομα. οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν ὅταν φῶσι Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύρους λέγουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι καὶ Νίνῳ κατεσκευασμένους τὸ βασίλειον· ὧν ὁ μὲν Νίνος ἦν ὁ τὴν Νίνον ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ κτίσας, ἡ δὲ τούτου γυνή, ἥπερ καὶ διεδέξατο τὸν ἄνδρα, Σεμίραμις· ἧς ἐστι κτίσμα ἡ Βαβυλών. οὗτοι δὲ ἐκράτησαν τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Σεμιράμιδος, χωρὶς τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἔργων, πολλὰ καὶ ἄλλα κατὰ πᾶσαν γῆν σχεδὸν δείκνυται, ὅση τῆς ἠπείρου ταύτης ἐστί, τά τε χώματα, ἃ δὴ καλοῦσι Σεμιράμιδος, καὶ τείχη καὶ ἐρυμάτων κατασκευαὶ καὶ συρίγγων τῶν ἐν αὐτοῖς καὶ ὑδρείων καὶ κλιμάκων καὶ διωρύγων ἐν ποταμοῖς καὶ

STRABONIS

GEOGRAPHICORUM

LIBER SEXTUS DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Sextus decimus continet Assyriorum terram, in qua est Babylon et Nisibis, urbes maximæ, et Adiabenen et Mesopotamiam, Syriam universam, Phœniciam, Palæstinam, omnem Arabiam et Indiæ ea quæ contermina sunt Arabiæ, et Saracenorum regionem quam Scenitin vocat, et regiones adjacentes mari Mortuo et Rubro.

CAP. I.

Persidem ac Susianam contingunt Assyrii; sic enim Babyloniam et maximam circumsitæ regionis partem vocant, cujus etiam Aturia est, in qua sunt Ninus, Apolloniatis et Elymæi et Paraetacæ, et ad Zagrium montem Chalonitis (Chaonitis *codd.*), tum campi Nino vicini, Dolomena, Calachena, Chazena, Adiabena et Mesopotamiæ gentes Gordyaei et Mygdones circa Nisibin usque ad Zeugma Euphratense, et multa trans Euphratem regio quam Arabes tenent, et qui proprie nunc Syri appellantur, usque ad Cilices et Phœnices et Judæos et Ægyptium pelagus ac Issicum sinum.

2. Syrorum nomen tendere videtur a Babylonia usque ad Issicum sinum, et ab hoc olim usque ad Euxinum. Etenim utrique Cappadoces, tum qui ad Taurum, tum qui ad Pontum jacent, ad hoc usque tempus Leucosyri sive albi Syri nominantur, quasi sint aliqui etiam Syri nigri; hi autem extra Taurum sunt; Taurum vero ita dico, ut ad Amanum usque nomen pertineat. Jam qui de Syrorum imperio scribunt, quum Medos a Persis eversos dicunt, Syros autem a Medis, nullos alios Syros intelligunt, quam eos, qui Babylone ac Nini regiam constituerunt; quarum Ninum Ninus in Aturia condidit, ejus uxor Semiramis, quæ et in regnum successit, Babylonem. Hi vero Asiæ regnum obtinuerunt, et Semiramidis opera præter ea, quæ apud Babylonem sunt, multa per universam fere hanc continentem monstrantur, ut tumuli, qui Semiramidis vocantur, et mœnia et munitionum constructiones tubulorumque in iis, et aquæ ductus et scalæ per montes factæ

λίμναις καὶ ὁδῶν καὶ γεφυρῶν. ἀπέλιπον δὲ τοῖς μεθ' ἑαυτοὺς τὴν ἀρχὴν μέχρι † τῆς Σαρδαναπάλου καὶ Ἀρβάκου· μετέστη δ' εἰς Μήδους ὕστερον.

3. Ἡ μὲν οὖν Νίνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν. πολὺ δὲ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος, ἐν πεδίῳ κειμένη τῆς Ἀτουρίας· ἡ δ' Ἀτουρία τοῖς περὶ Ἄρβηλα τόποις ὅμορός ἐστι, μεταξὺ ἔχουσα τὸν Λύκον ποταμόν. τὰ μὲν οὖν Ἄρβηλα τῆς Βαβυλωνίας ὑπάρχει, † ἃ κατ' αὐτήν ἐστιν· ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τοῦ Λύκου τὰ τῆς Ἀτουρίας πεδία τῇ Νίνῳ περίκειται. ἐν δὲ τῇ Ἀτουρίᾳ ἐστὶ Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. ἔστι μὲν οὖν τόπος ἐπίσημος οὗτος καὶ τοὔνομα· μεθερμηνευθὲν γάρ ἐστι καμήλου οἶκος· ὠνόμασε δ' οὕτω Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεω, κτῆμα δοὺς εἰς διατροφὴν τῇ καμήλῳ τῇ συνεκπεπονηκυίᾳ μάλιστα τὴν ὁδὸν τὴν διὰ τῆς ἐρήμου Σκυθίας μετὰ τῶν φορτίων, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ διατροφὴ τῷ βασιλεῖ. οἱ μέντοι Μακεδόνες, τοῦτο μὲν ὁρῶντες κώμιον εὐτελές, τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον, κτίσμα, ὥς φασιν, Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως, περὶ Ἄρβηλα τὴν μάχην καὶ νίκην κατεφήμισαν καὶ τοῖς συγγραφεῦσιν οὕτω παρέδωκαν.

4. Μετὰ δὲ Ἄρβηλα καὶ τὸ Νικατόριον ὄρος (ὃ προσωνόμασεν Ἀλέξανδρος, νικήσας τὴν περὶ Ἄρβηλα μάχην) ὁ Κάπρος ἐστὶ ποταμὸς ἐν ἴσῳ διαστήματι, ὅσῳ καὶ ὁ Λύκος· ἡ δὲ χώρα Ἀρτακηνὴ λέγεται. περὶ Ἄρβηλα δέ ἐστι καὶ Δημητριὰς πόλις· εἶθ' ἡ τοῦ νάφθα πηγὴ καὶ τὰ πυρὰ καὶ τὸ τῆς Ἀνέας ἱερὸν καὶ Σαδράκαι, τὸ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεω βασίλειον, καὶ ὁ Κυπαρισσὼν καὶ ἡ τοῦ Κάπρου διάβασις, συνάπτουσα ἤδη Σελευκείᾳ καὶ Βαβυλῶνι.

5. Ἡ δὲ Βαβυλὼν καὶ αὐτὴ μέν ἐστιν ἐν πεδίῳ, τὸν δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους τριακοσίων ὀγδοήκοντα πέντε σταδίων, πάχος δὲ τοῦ τείχους ποδῶν δύο καὶ τριάκοντα, ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων πήχεις πεντήκοντα, τῶν δὲ πύργων ἑξήκοντα, ἡ δὲ πάροδος τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους, ὡς τέθριππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις ῥᾳδίως· διόπερ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων λέγεται καὶ τοῦτο καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος, ἔχων ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἑκάστην πλευρὰν τεττάρων πλέθρων· συνέχεται δὲ ψαλιδώμασι καμαρωτοῖς, ἐπὶ πεττῶν ἱδρυμένοις κυβοειδῶν ἄλλοις ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεττοὶ κοῖλοι πλήρεις γῆς, ὥστε δέξασθαι φυτὰ δένδρων τῶν μεγίστων, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεσκευασμένοι καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ ψαλίδες καὶ τὰ καμαρώματα. ἡ δ' ἀνωτάτω στέγη προσβάσεις κλιμακωτὰς ἔχει, παρακειμένους δ' αὐταῖς καὶ κοχλίας, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἀνῆγον εἰς τὸν κῆπον ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου συνεχῶς οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι. ὁ γὰρ ποταμὸς διὰ μέσης ῥεῖ τῆς πόλεως σταδιαῖος τὸ πλάτος· ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ ὁ κῆπος. ἔστι δὲ καὶ ὁ τοῦ Βήλου τάφος αὐτόθι, νῦν μὲν κατεσκαμμένος, Ξέρξης δ' αὐτὸν κατέσπασεν, ὥς φασιν· ἦν δὲ πυραμὶς τετράγωνος ἐξ ὀπτῆς πλίνθου, καὶ αὐτὴ σταδιαία τὸ ὕψος, σταδιαία δὲ καὶ ἑκάστη τῶν πλευρῶν· ἣν Ἀλέξανδρος

et fossæ in fluminibus et lacubus, et viæ et pontes. Posteris vero suis imperium reliquerunt usque ad Sardanapalum (et Arbacem); postea in Medos translatum est.

3. Sed Ninus post eversos Syros extemplo deleta est. Ea multo major erat Babylone, in Aturiæ campo sita. Aturia contermina est iis locis, quæ circa Arbela sunt, et Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent, *et* quæ circa eum vicum sunt (?); trans Lycum vero Aturiæ campi Ninum circumjacent. In Aturia pagus est nomine Gaugamela, apud quem Darius superatus amisit imperium; quare hic locus insignis est, ut et nomen; cameli enim domus interpretantur; nam sic Darius Hystaspis filius nominavit, quum hanc possessionem camelo alimentum daret, qui potissimum cum ipso perfecerat iter ærumnosum per Scythiam desertam onera portans, in quibus regi etiam alimentum erat; Macedones vero hunc pagum quum tenuem viderent, Arbela vero habitationem memorabilem, ab Arbelo, ut tradunt, Athmonensi condita, circa Arbela et prœlium et victoriam fuisse famam sparserunt, eamque scriptoribus tradiderunt.

4. Post Arbela et Nicatorium montem, quem sic Alexander nominavit, a parta apud Arbela victoria, flumen est Caprus, tanto, quanto Lycus, intervallo. Regio ipsa Artacena (*Arbelene* s. *Adiabene?*) dicitur. Circa Arbela est etiam urbs Demetrias; tum fons, qui naphthæ scatebras habet, et ignes et Aneæ (*Anaitidis*) templum et Sadracæ, Darii regia, Hystaspis filii, et Cupressetum et Capri trajectus, jam Seleuciam et Babylonem attingens.

5. Babylon ipsa quoque in campo jacet, muri ambitu trecentorum octoginta (*sexaginta*) quinque stadiorum, crassitie pedum triginta duorum, altitudine inter turres cubitorum quinquaginta, turrium ipsarum sexaginta; viam super mœnibus habet tam latam, ut quadrigæ occurrentes facile se transmittant. Unde et hoc de septem spectaculis unum dicitur, et hortus pensilis figura quadrata, cujus latus quodlibet quattuor est jugerum; fornicibus continetur concameratis, sitis super talos cubi formam habentes aliis post alios. Tali isti pilæ concavæ sunt et terra plenæ, ut arbores maximas consitas recipere possint, ex lapide coctili et bitumine constructæ, tum ipsæ, tum fornices et camaræ. Supremum tabulatum ascensus scalares habet et cochlias ipsis adjacentes, per quas continenter aqua ex Euphrate in hortos attollitur ab hominibus ad hoc ipsum constitutis. Nam flumen mediam urbem perlabitur, latitudine stadium occupans; horti vero super flumine sunt. Ibi etiam Beli sepulcrum est, nunc eversum, quod fecisse Xerxes fertur; pyramis erat quadrata ex latere coctili structa, stadii altitudine, cujus quodque latus stadium item obtinebat. Hanc Alexander instaurare voluit; sed quum multi res laboris

ἐβούλετο ἀνασκευάσαι, πολὺ δ' ἦν ἔργον καὶ πολλοῦ χρόνου (αὐτὴ γὰρ ἡ χοῦς εἰς ἀνακάθαρσιν μυρίοις ἀνδράσι δυεῖν μηνῶν ἔργον ἦν), ὥστ' οὐκ ἔφθη τὸ ἐγχειρηθὲν ἐπιτελέσαι· παραχρῆμα γὰρ ἡ νόσος καὶ ἡ τελευτὴ συνέπεσε τῷ βασιλεῖ. τῶν δ' ὕστερον οὐδεὶς ἐφρόντισεν· ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ὠλιγωρήθη καὶ κατήρειψαν τῆς πόλεως τὰ μὲν οἱ Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνος καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρει πλησίον τῆς Βαβυλῶνος ἐν τριακοσίοις που σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. καὶ γὰρ ἐκεῖνος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἅπαντες περὶ ταύτην ἐσπούδασαν τὴν πόλιν καὶ τὸ βασίλειον ἐνταῦθα μετήνεγκαν· καὶ δὴ καὶ νῦν ἡ μὲν γέγονε Βαβυλῶνος μείζων, ἡ δ' ἔρημος ἡ πολλή, ὥστ' ἐπ' αὐτῆς μὴ ἂν ὀκνῆσαί τινα εἰπεῖν, ὅπερ ἔφη τις τῶν κωμικῶν ἐπὶ τῶν Μεγαλοπολιτῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ·

ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις.

διὰ δὲ τὴν τῆς ὕλης σπάνιν ἐκ φοινικίνων ξύλων αἱ οἰκοδομαὶ συντελοῦνται καὶ δοκοῖς καὶ στύλοις· περὶ δὲ τοὺς στύλους στρέφοντες ἐκ τῆς καλάμης σχοινία περιτιθέασιν, εἶτ' ἐπαλείφοντες χρώμασι καταγράφουσι, τὰς δὲ θύρας ἀσφάλτῳ· ὑψηλαὶ δὲ καὶ αὗται καὶ οἱ οἶκοι, καμαρωτοὶ πάντες διὰ τὴν ἀξυλίαν. ψιλὴ γὰρ ἡ χώρα καὶ θαμνώδης ἡ πολλὴ πλὴν φοίνικος· οὗτος δὲ πλεῖστος ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, πολὺς δὲ καὶ ἐν Σούσοις καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ Περσίδι καὶ ἐν τῇ Καρμανίᾳ. κεράμῳ δ' οὐ χρῶνται· οὐδὲ γὰρ κατομβροῦνται. παραπλήσια δὲ καὶ τὰ ἐν Σούσοις καὶ τῇ Σιτακηνῇ.

6. Ἀφώριστο δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ κατοικία τοῖς ἐπιχωρίοις φιλοσόφοις, τοῖς Χαλδαίοις προσαγορευομένοις, οἳ περὶ ἀστρονομίαν εἰσὶ τὸ πλέον· προσποιοῦνται δέ τινες καὶ γενεθλιαλογεῖν, οὓς οὐ καταδέχονται οἱ ἕτεροι. ἔστι δὲ καὶ φῦλόν τι τὸ τῶν Χαλδαίων καὶ χώρα τῆς Βαβυλωνίας ὑπ' ἐκείνων οἰκουμένη, πλησιάζουσα καὶ τοῖς Ἄραψι καὶ τῇ κατὰ Πέρσας λεγομένῃ θαλάττῃ. ἔστι δὲ καὶ τῶν Χαλδαίων τῶν ἀστρονομικῶν γένη πλείω· καὶ γὰρ Ὀρχηνοί τινες προσαγορεύονται καὶ Βορσιππηνοὶ καὶ ἄλλοι πλείους, ὡς ἂν κατὰ αἱρέσεις, ἄλλα καὶ ἄλλα νέμοντες περὶ τῶν αὐτῶν δόγματα. μέμνηνται δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐνίων οἱ μαθηματικοί, καθάπερ Κιδήνα τε καὶ Ναβουριανοῦ καὶ Σουδίνου· καὶ Σέλευκος δ' ὁ ἀπὸ τῆς Σελευκείας Χαλδαῖός ἐστι καὶ ἄλλοι πλείους ἀξιόλογοι ἄνδρες.

7. Τὰ δὲ Βόρσιππα ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα. πληθύουσι δὲ ἐν αὐτῇ νυκτερίδες μείζους πολὺ τῶν ἐν ἄλλοις τόποις· ἁλίσκονται δ' εἰς βρῶσιν καὶ ταριχεύονται.

8. Περιέχεται δ' ἡ χώρα τῶν Βαβυλωνίων ἀπὸ μὲν τῆς ἠοῦς ὑπό τε Σουσίων καὶ Ἐλυμαίων καὶ Παραιτακηνῶν, ἀπὸ δὲ τῆς μεσημβρίας ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ κόλπου καὶ τῶν Χαλδαίων μέχρι Ἀράβων τῶν Μεσηνῶν, ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ὑπό τε Ἀράβων τῶν Σκηνιτῶν μέχρι τῆς

esset, et multi temporis (nam ad expurgandam duntaxat terram decies mille hominibus duorum mensium opus erat), quod inceperat perficere non valuit; illico enim morbus et mors regem oppressit. Posteriorum nemo curavit; quin etiam reliqua neglecta sunt, et urbis partem Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit et Macedonum negligentia, præsertim postquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim munivit, stadiis tantum trecentis a Babylone dissitam. Nam et ille et posteri omnes huic urbi maximopere studuerunt, et regiam eo transtulerunt; itaque nunc Babylone hæc major est, illa magna ex parte deserta, ut intrepide de ea usurpari possit, quod de Megalopoli Arcadiæ quidam dixit comicus:

Est magna solitudo nunc Megalopolis.

In Babylonia propter lignorum penuriam e palmaceis trabibus et columnis ædificia faciunt. Circum columnas funes ex contortis calamis confectos ponunt, postea illinentes coloribus pingunt; portas vero bitumine induunt; altæ autem sunt tam portæ quam domus, quæ omnes propter lignorum penuriam fornicantur; quippe regio magna ex parte nuda nihil fert præter frutices et palmam, quæ et in Babylonia et in Susiana et in ora Persiæ et in Carmania permulta est. Imbrice non utuntur, quum imbribus careant. Ceterum similis ædificiorum ratio est in Susiana et Sitacena.

6. Constituta est habitatio peculiaris in Babylonia philosophis indigenis, plurimum astronomiam tractantibus, qui Chaldæi appellantur. Sunt ex iis qui e natalibus hominum eventura iis vaticinari se profiteantur, sed hi a ceteris non probantur (οὐκ ἀποδέχονται). Est vero etiam natio quædam Chaldæorum et regio Babyloniæ ab iis habitata, Arabibus et mari proxima, quod Persicum appellatur. Porro Chaldæorum astronomicorum genera sunt aliquot; nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsippeni, et alii complures, qui (ut in sectarum fieri solet diversitate) eisdem de rebus aliter atque aliter statuunt. Nonnullos horum virorum mathematici commemorant, ut Cidenam et Naburianum et Sudinum; Seleucus quoque ex Seleucia Chaldæus est, atque alii complures illustres viri.

7. Borsippa urbs est Dianæ et Apollini sacra, in qua magnum linificium est; abundat urbs vespertilionum multitudine, qui longe majores sunt quam in ceteris locis; capiuntur ad cibum, et sale condiuntur.

8. Babyloniorum regio ab oriente continetur a Susiis et Elymæis et Parætacenis, a meridie Persico sinu et Chaldæis usque ad Arabes Mesenos (Alesenos *codd.*), ab occidente ab Arabibus Scenitis usque ad Adiabenam et Gor-

Ἀδιαβηνῆς καὶ τῆς Γορδυαίας, ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ὑπό τε Ἀρμενίων καὶ Μήδων μέχρι τοῦ Ζάγρου καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ἐθνῶν.

9. Διαρρεῖται δ' ὑπὸ πλειόνων μὲν ποταμῶν ἡ χώρα, μεγίστων δὲ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος· μετὰ γὰρ τοὺς Ἰνδικοὺς οὗτοι λέγονται δευτερεύειν κατὰ τὰ νότια μέρη τῆς Ἀσίας οἱ ποταμοί· ἔχουσι δ' ἀνάπλους, ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Ὦπιν καὶ τὴν νῦν Σελεύκειαν (ἡ δὲ Ὦπις κώμη ἐμπόριον τῶν κύκλῳ τόπων), ὁ δ' ἐπὶ Βαβυλῶνα, πλειόνων ἢ τρισχιλίων σταδίων. οἱ μὲν οὖν Πέρσαι τοὺς ἀνάπλους ἐπίτηδες κωλύειν θέλοντες, φόβῳ τῶν ἔξωθεν ἐφόδων, καταράκτας χειροποιήτους κατεσκευάκεισαν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐπιών, ὅσους οἷός τε ἦν, ἀνεσκεύασε, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπὶ τὴν Ὦπιν. ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν διωρύγων· πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος, ἡνίκα τήκονται αἱ χιόνες αἱ ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ὥστ' ἀνάγκη λιμνάζειν καὶ κατακλύζεσθαι τὰς ἀρούρας, εἰ μὴ διοχετεύει τις ταφρείαις καὶ διώρυξι τὸ ἐκπῖπτον τοῦ ῥοῦ καὶ ἐπιπολάζον ὕδωρ, καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὸ τοῦ Νείλου· ἐντεῦθεν μὲν οὖν αἱ διώρυγες γεγένηνται. χρεία δέ ἐστιν ὑπουργίας μεγάλης· βαθεῖα γὰρ ἡ γῆ καὶ μαλακὴ καὶ εὐένδοτος, ὥστε καὶ ἐκσύρεται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ῥευμάτων καὶ γυμνοῖ τὰ πεδία, πληροῖ δὲ τὰς διώρυγας καὶ τὰ στόματα αὐτῶν ἐμφράττει ῥᾳδίως ἡ χοῦς· οὕτω δὲ συμβαίνει πάλιν τὴν ὑπέρχυσιν τῶν ὑδάτων εἰς τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ πεδία ἐκπίπτουσαν λίμνας ἀποτελεῖν καὶ ἕλη καὶ καλαμῶνας, ἐξ ὧν καλάμινα πλέκεται παντοῖα σκεύη, τὰ μὲν ὑγροῦ δεκτικὰ τῇ ἀσφάλτῳ περιαλειφόντων, τοῖς δ' ἄλλοις ψιλῶς χρωμένων· καὶ ἱστία δὲ ποιοῦνται καλάμινα, ψιάθοις ἢ ῥιψὶ παραπλήσια.

10. Τὸ μὲν οὖν παντάπασι κωλύειν τὴν τοιαύτην πλήμμυραν οὐχ οἷόν τε ἴσως, τὸ δὲ τὴν δυνατὴν προσφέρειν βοήθειαν ἡγεμόνων ἀγαθῶν ἐστιν. ἡ δὲ βοήθεια αὕτη· τὴν μὲν πολλὴν παρέκχυσιν ἐμφράξει κωλύειν, τὴν δὲ πλήρωσιν, ἣν ἡ χοῦς ἐργάζεται, τοὐναντίον ἀνακαθάρσει τῶν διωρύγων καὶ ἐξανοίξει τῶν στομάτων. ἡ μὲν οὖν ἀνακάθαρσις ῥᾳδία, ἡ δὲ ἔμφραξις πολυχειρίας δεῖται· εὐένδοτος γὰρ οὖσα ἡ γῆ καὶ μαλακὴ τὴν ἐπιφορηθεῖσαν οὐχ ὑπομένει χοῦν, ἀλλ' εἴκουσα συνεφέλκεται κἀκείνην καὶ ποιεῖ δυσέγχωστον τὸ στόμα. καὶ γὰρ καὶ τάχους δεῖ πρὸς τὸ ταχέως κλεισθῆναι τὰς διώρυγας καὶ μὴ πᾶν ἐκπεσεῖν ἐξ αὐτῶν τὸ ὕδωρ. ξηρανθεῖσαι γὰρ τοῦ θέρους ξηραίνουσι καὶ τὸν ποταμόν· ταπεινωθεὶς δὲ τὰς ἐποχετείας οὐ δύναται παρέχεσθαι κατὰ καιρόν, ὧν δεῖται πλεῖστον τοῦ θέρους ἔμπυρος οὖσα ἡ χώρα καὶ καυματηρά· διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων κατακλύζεσθαι τοὺς καρπούς, ἢ τῇ λειψυδρίᾳ τῷ δίψει διαφθείρεσθαι· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀνάπλους, πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχοντας, ἀεὶ λυμαινομένους ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λεχθέντων παθῶν, οὐχ οἷόν τε ἐπανορθοῦν, εἰ μὴ ταχὺ μὲν ἐξανοίγοιτο τὰ στόμια τῶν διωρύγων, ταχὺ δὲ κλείοιτο καὶ αἱ διώ-

dyæam, a septentrione ab Armeniis ac Medis usque ad Zagrum montem et gentes circa eum habitantes.

9. Regio multis fluminibus irrigatur, quorum maximi sunt Tigris et Euphrates, qui secundi ab Indicis esse feruntur inter eos, qui in australi parte Asiæ sunt, fluvios. His adversis navigatur a mari per alterum Opim et in eam, quæ nunc Seleucia dicitur (Opis autem pagus emporium est vicinorum locorum), per alterum vero Babylonem, supra tria millia stadiorum. Persæ quidem volentes de industria subvectiones eas prohibere, extranearum invasionum metu, catarrhactas manuum opere confecerant, per quos fluviis in præceps dejectis, sursum navigandi facultas tolleretur; Alexander autem quum adventasset, quos potuit omnes demolitus est, præsertim qui erant in navigatione ad Opim. Fossarum quoque idem curam habuit; exundat enim Euphrates initio æstatis, crescens (αὐξόμενος) inde a vere, quum nives in Armenia liquefiunt: ut necesse sit stagnare arva et aquis obrui, nisi quis ingruentem fluxum et aquarum vim per fossas et canales divertat, quemadmodum Nili aquas in Ægypto. Hinc ergo fossæ actæ sunt. Ceterum opera multa opus est; nam quum terra profunda sit et mollis ac facile cedat, nullo negotio ab aquis abripitur, et campi nudantur, ac limus fossas implet, eorumque ora obstruit: unde rursum aquarum eluvio fit, quæ in campos mari propinquos effusæ lacus et paludes efficiunt et arundineta, e quorum arundinibus varia contexuntur vasa, quorum quæ liquida suscipiunt, bitumine illinuntur, cetera nuda et lituræ expertia relinquuntur; fiunt etiam vela arundinea storeis et cratibus similia.

10. Fieri vix potest ut ejusmodi inundatio omnino prohibeatur; afferre autem quatenus licet aliquod remedium optimorum principum munus est. Remedium vero est nimiam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum vero repletionem, quam limus efficit, eas expurgando et ora aperiendo. Ac purgatio quidem facilis est; obstructio vero multarum manuum operam requirit; nam quum terra facile cedat, et mollis sit, aggestum aggerem non sustinet, sed cedens illum quoque secum trahit, et os obturatu difficile reddit. Quin etiam celeritate opus est, ut cito fossæ claudantur, et ne omnino ex eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem arefactæ flumen quoque siccant, quod subsidens derivationibus non potest tempestivis sufficere, quibus regio perusta et siccitate squalens per æstatem plurimum eget; neque vero quidquam differt, aquarumne multitudine obruantur fruges, an earum penuria et siti depereant. Præterea navigationes quum multam utilitatem habeant, sed utraque quam diximus causa semper vitientur, confici recte nequeunt, nisi fossarum ora cito vel aperiantur, vel claudantur adeo ut semper

ρυγες ἀεὶ μετριάζοιεν, ὥστε μήτε πλεονάζειν ἐν αὐταῖς τὸ ὕδωρ μήτ' ἐλλείπειν.

11. Φησὶ δ' Ἀριστόβουλος τὸν Ἀλέξανδρον αὐτόν, ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος, ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυγας μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνακολουθησάντων· ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν τὴν μάλιστα τείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὐένδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα, ἀπὸ σταδίων τριάκοντα ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, κἀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον· ταῦτα δὲ ποιεῖν, προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησίζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διανοεῖσθαι γὰρ δὴ κατακτᾶσθαι τὴν χώραν ταύτην καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατεσκευάσθαι, τὰ πλοῖα τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διάλυτά τε καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον σταθμοῖς ἑπτὰ εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος, τὰ δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία. σκήψασθαι μὲν οὖν αἰτίαν τοῦ πολέμου φησίν, ἐπειδὴ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες ὡς αὐτόν, τὸ δ' ἀληθὲς ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον· καὶ ἐπεὶ δύο θεοὺς ἐπυνθάνετο τιμᾶσθαι μόνους ὑπ' αὐτῶν, τόν τε Δία καὶ τὸν Διόνυσον, τοὺς τὰ κυριώτατα πρὸς τὸ ζῆν παρέχοντας, τρίτον ὑπολαβεῖν ἑαυτὸν τιμήσεσθαι, κρατήσαντα καὶ ἐπιτρέψαντα τὴν πάτριον αὐτονομίαν ἔχειν, ἣν εἶχον πρότερον. ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυγας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι.

12. Ἐρατοσθένης δέ, τῶν λιμνῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ, φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ὑπὸ γῆς καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων· ἀναθλίβεσθαι δὲ εἰς τοὺς περὶ Ῥινοκόρουρα καὶ τὸ Κάσιον ὄρος τόπους καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας καὶ τὰ βάραθρα· οὐκ οἶδα δ', εἰ πιθανῶς εἴρηκεν. Αἱ γὰρ τοῦ Εὐφράτου παρεκχύσεις αἱ ποιοῦσαι τὰς πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ λίμνας καὶ τὰ ἕλη πλησίον εἰσὶ τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης, ὁ δὲ διείργων ἰσθμὸς οὔτε πολὺς ἐστιν οὔτε πετρώδης, ὥστε ταύτῃ μᾶλλον εἰκὸς ἦν βιάσασθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὴν θάλατταν, εἴτ' ὑπὸ γῆς εἴτ' ἐπιπολῆς, ἢ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων διανύειν, ἄνυδρον καὶ ξηρὰν οὕτω, καὶ ταῦτα ὀρῶν ἐν μέσῳ κειμένων, τοῦ τε Λιβάνου καὶ τοῦ Ἀντιλιβάνου καὶ τοῦ Κασίου. οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα λέγουσι.

13. Πολύκλειτος δέ φησι μὴ πλημμυρεῖν τὸν Εὐφράτην· διὰ γὰρ πεδίων φέρεσθαι μεγάλων, τὰ δ' ὄρη τὰ μὲν δισχιλίους ἀφεστάναι σταδίους, τὰ δὲ Κοσσαῖα μόλις χιλίους οὐ πάνυ ὑψηλά, οὐδὲ νιφόμενα σφοδρῶς,

fossæ mediocritatem servent, ne in eis aqua redundet aut deficiat.

11. Narrat Aristobulus Alexandrum ipsum navigantem et scapham gubernantem fossas inspexisse, easque comitantis multitudinis opera expurgasse, et ora quædam obstruxisse, nonnulla aperuisse. Quumque fossam quandam, quæ præ ceteris ad paludes et lacus, qui sunt Arabiam versus, tenderet, animadvertisset os intractabile habere et obstructu difficillimum propter cedentem et mollem terram, aliud novum os aperuisse triginta a priore stadiis, capto loco petroso, atque illuc traduxisse alveum; idque etiam ideo actum, ut præcaveret, ne Arabia omnino difficilis esset ingressu propter lacus et paludes, quum vel propter aquæ multitudinem jam insulæ speciem præberet. Cogitasse enim de occupanda ea regione, jamque ad hoc et classem et stationes parasse, quum navigia partim in Phœnicia Cyproque construxisset dissoluta clavisque compacta, quæ septem dierum itinere Thapsacum portata, postea Babylonem flumine delata essent, partim vero in Babylonia compegisset ex hortorum et lucorum cupressis; ibi enim materiei inopiam esse, apud Cossæos vero et nonnullos alios nonnisi mediocrem copiam. Causam vero dicit bello Alexandrum prætendisse, quod Arabes ex omnibus gentibus legatos ad eum non misissent; revera omnibus dominandi impulsum cupiditate; et quoniam duos tantum deos ab illis coli audisset, Jovem scilicet et Bacchum, qui eorum quæ ad vitam pertinent, potissima largirentur: se tertium existimasse cultum iri, si vicisset, et patriam libertatem quam antea habuissent, servare iis permisisset. Hæc igitur Alexandrum circa fossas egisse simulque regum et principum sepulturas, quarum plurimæ in lacubus essent, perscrutatum esse.

12. Eratosthenes vero paludum mentionem faciens, quæ apud Arabiam sint, aquam dicit, quum exitum nullum inveniret, subterraneos sibi meatus aperuisse, ac per illos usque in Cœlesyriam delatam in ea flumina erupisse, quæ circa Rhinocorura et Casium montem sunt, atque ibi et lacus et voragines effecisse; quæ haud scio an verisimilia dixerit. Nam Euphratis effusiones, quæ Arabiam versus lacus et paludes efficiunt, mari Persico proximæ sunt; isthmus autem, qui ea dirimit, neque magnus est nec petrosus, adeo ut probabilius foret ibi potius aquam in mare impelli sive sub terram sive in ejus superficie, quam amplius sex millibus stadiorum tam siccam et aridam regionem perrumpere, præsertim quum Libanus et Antilibanus et Casius montes in medio essent. Atque hi quidem hæc dicunt.

13. Polycletus vero negat Euphratem exundare; per magnos enim campos ferri; montium vero alios duobus millibus stadiorum, Cossæos ad mille abesse, non admodum altos, nec multa nive tectos, aut quæ confertim li-

οὐδ' ἀθρόαν ἐπιφέροντα τῇ χιόνι τὴν τῆξιν· εἶναι γὰρ καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ Ἐκβατάνων μέρεσι τοῖς προσβορείοις· ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότον σχιζόμενα καὶ πλατυνόμενα πολὺ ταπεινοῦσθαι, ἅμα δὲ καὶ τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος ἐκδέχεσθαι τὸν Τίγριν. τὸ μὲν οὖν ὕστατον ῥηθὲν φανερῶς ἄτοπον· εἰς γὰρ τὰ αὐτὰ κατέρχεται πεδία καὶ οὗτος. τὰ πλημμυρεῖν [δὲ] λεχθέντα ὕψη τῶν ὀρῶν ἀνωμαλίαν ἔχει, πῇ μὲν ἐξηρμένα μᾶλλον, τὰ βόρεια, πῇ δὲ πλατυνόμενα, τὰ μεσημβρινά· ἡ δὲ χιὼν οὐ τοῖς ὕψεσι κρίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς κλίμασι· τό τε αὐτὸ ὄρος τὰ βόρεια μέρη νίφεται μᾶλλον ἢ τὰ νότια. καὶ τὴν χιόνα συμμένουσαν ἔχει μᾶλλον ἐκεῖνα ἢ ταῦτα. ὁ μὲν οὖν Τίγρις ἐκ τῶν νοτιωτάτων μερῶν τῆς Ἀρμενίας, ἃ πλησίον ἐστὶ τῆς Βαβυλωνίας, δεχόμενος τὸ ἐκ τῶν χιόνων ὕδωρ οὐ πολὺ ὄν, ἅτε ἐκ τῆς νοτίου πλευρᾶς, ἧττον ἂν πλημμύροι· ὁ δὲ Εὐφράτης τὸ ἐξ ἀμφοτέρων δέχεται τῶν μερῶν, καὶ οὐκ ἐξ ἑνὸς ὄρους, ἀλλὰ πολλῶν, ὡς ἐδήλουν ἐν τῇ περιηγήσει τῆς Ἀρμενίας, προστιθεὶς τὸ μῆκος τοῦ ποταμοῦ, ὅσον μὲν τὸ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ διέξεισι καὶ τῇ μικρᾷ, ὅσον δὲ τὸ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας καὶ τῆς Καππαδοκίας διὰ τοῦ Ταύρου διεκβαλὼν ἕως Θαψάκου φέρεται, τὴν κάτω Συρίαν καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἀφορίζων, ὅσον δὲ τὸ λοιπὸν μέχρι Βαβυλῶνος καὶ τῆς ἐκβολῆς ὁμοῦ τρισμυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων. τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς διώρυγας τοιαῦτα.

14. Ἡ δὲ χώρα φέρει κριθὰς μέν, ὅσας οὐκ ἄλλη (καὶ γὰρ † τριακοσάχοα λέγουσι), τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ φοίνικος παρέχεται· καὶ γὰρ ἄρτον καὶ οἶνον καὶ ὄξος καὶ μέλι καὶ ἄλφιτα· τά τε πλεκτὰ παντοῖα ἐκ τούτου· τοῖς δὲ πυρῆσιν ἀντ' ἀνθράκων οἱ χαλκεῖς χρῶνται, βρεχόμενοι δὲ τοῖς σιτιζομένοις εἰσὶ τροφὴ βουσὶ καὶ προβάτοις. φασὶ δ' εἶναι Περσικὴν ᾠδήν, ἐν ᾗ τὰς ὠφελείας τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διαριθμοῦνται· ἐλαίῳ δὲ χρῶνται τῷ σησαμίνῳ τὸ πλέον· οἱ δ' ἄλλοι τόποι σπανίζονται τούτου τοῦ φυτοῦ.

15. Γίνεται δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ καὶ ἄσφαλτος πολλή, περὶ ἧς Ἐρατοσθένης μὲν οὕτως εἴρηκεν, ὅτι ἡ μὲν ὑγρά, ἣν καλοῦσι νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρά, δυναμένη πήττεσθαι, ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· ταύτης δ' ἐστὶν ἡ πηγὴ τοῦ Εὐφράτου πλησίον· πλημμύροντος δὲ τούτου κατὰ τὰς τῶν χιόνων τήξεις καὶ αὐτὴ πληροῦται καὶ ὑπέρχυσιν εἰς τὸν ποταμὸν λαμβάνει· ἐνταῦθα δὲ συνίστανται βῶλοι μεγάλαι πρὸς τὰς οἰκοδομὰς ἐπιτήδειαι τὰς διὰ τῆς ὀπτῆς πλίνθου. ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γίνεσθαί φασι. περὶ μὲν οὖν τῆς ξηρᾶς εἴρηται, πόσον τὸ χρήσιμον τὸ ἐκ τῶν οἰκοδομιῶν μάλιστα· φασὶ δὲ καὶ πλοῖα πλέκεσθαι, ἐμπλασθέντα δ' ἀσφάλτῳ πυκνοῦσθαι. τὴν δὲ ὑγράν, ἣν νάφθαν καλοῦσι, παράδοξον ἔχειν συμβαίνει τὴν φύσιν· προσαχθεὶς γὰρ ὁ νάφθας πυρὶ πλησίον ἀναρπάζει τὸ πῦρ, κἂν ἐπιχρίσας αὐτῷ σῶμα προσαγάγῃς, φλέγεται· σβέσαι δ' ὕδατι οὐχ οἷόν τε (ἐκκαίεται γὰρ μᾶλλον), πλὴν εἰ πάνυ πολλῷ, ἀλλὰ πηλῷ καὶ ὄξει

quetur; maximam enim montium altitudinem in borealibus partibus esse ultra Ecbatana; versus austrum vero scissos ac dilatatos plurimum deprimi; denique maximam aquæ partem a Tigri excipi. Quorum quidem quod ultimo loco dicitur, aperte absurdum est; in eosdem enim campos Tigris descendit; montium vero altitudines, quibus inundationes adscribuntur, inæqualitatem quidem habent, quum borealia magis attollantur, meridionalia diducantur; verum nix non modo altitudine montium, sed climatibus etiam judicatur, ut ejusdem montis boreales partes magis nivibus tegantur, quam australes, et diutius illæ nivem retineant, quam hæ. Tigris igitur quum ex australissimis Armeniæ partibus, quæ sunt Babyloniæ propinquæ, nivalem aquam non multam, utpote ab australi latere delabentem, excipiat, minus sane exundare debet; Euphrates vero ex utrisque partibus aquam recipit, nec ex uno monte solum, sed ex multis, ut in descriptione Armeniæ declaravi, addita etiam fluminis longitudine, quantum in magna et in parva Armenia spatii conficiat, et quantum deinde e parva Armenia et Cappadocia per Taurum erumpens, dum Thapsacum usque deferatur, inferiorem Syriam et Mesopotamiam dirimens; et quantum denique Babylonem usque et ad ostia : quæ summa continet millia stadiorum triginta sex. Talia igitur sunt ea quæ ad fossas pertinent.

14. Regio hordeum fert, quantum alia nulla (nam vel trecenticuplum (τριακοσιοντάχουν) reddere dicitur), cetera vero e palma præbet; nam et panem et vinum et acetum et mel et farinam, porro etiam textilia varia ex ea suppeditat; nucleis pro carbonibus fabri ferrarii utuntur; iidem in aqua macerati bobus et ovibus in pabulum dantur. Dicunt esse etiam carmen quoddam Persicum, in quo trecentæ sexaginta palmæ utilitates enumerentur. Oleo plerumque sesamino utuntur; cetera loca hujus plantæ penuriam habent.

15. In Babylonia etiam bitumen multum nascitur, de quo Eratosthenes dicit, liquidum, quod naphtham vocant, in Suside nasci, siccum vero, quod durescere potest, in Babylonia; hujus vero fons est prope Euphratem, quo inundante ex liquefactione nivium, fons quoque impletur et effusionem in fluvium facit, ubi glebæ magnæ coeunt ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sunt qui liquidum etiam in Babylonia nasci dicant. De sicco jam dictum est (§ 5), quantus sit ejus ad ædificia usus; dicunt vero etiam navigia contexi, quæ bitumine illita solidentur. Liquidi bituminis, quod naphtham vocant, admirabilis est natura; nam igni admotum, corripit ignem : et si corpus eo illitum igni admoveris, deflagrat, nec aqua ullo pacto exstingui potest (sed magis etiam exardescit), nisi valde multam superinfuderis, sed cœno et aceto et alu-

καὶ στυπτηρίᾳ καὶ ἰξῷ † πνιγέντα σβέννυται. πείρας δὲ χάριν φασὶν Ἀλέξανδρον ἐν λουτρῷ προσχέαι παιδὶ τοῦ νάφθα καὶ προσαγαγεῖν λύχνον· φλεγόμενον δὲ τὸν παῖδα ἐγγὺς ἐλθεῖν τοῦ ἀπολέσθαι, πλὴν πολλῷ σφόδρα καταντλοῦντες τῷ ὕδατι ἐξίσχυσαν καὶ διέσωσαν οἱ περιεστῶτες. Ποσειδώνιος δέ φησι τοῦ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ νάφθα τὰς πηγάς, τὰς μὲν εἶναι λευκοῦ, τὰς δὲ μέλανος· τούτων δὲ τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ, λέγω δὲ τὰς τοῦ λευκοῦ (ταύτας δ' εἶναι τὰς ἐπισπώσας τὰς φλόγας), τὰς δὲ τοῦ μέλανος, ἀσφάλτου ὑγρᾶς, ᾧ ἀντ' ἐλαίου τοὺς λύχνους κάουσι.

16. Πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια, ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη. πλησίον δ' ἐστὶ κώμη, Κτησιφῶν λεγομένη, μεγάλη· ταύτην δ' ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖς, φειδόμενοι τῶν Σελευκέων, ἵνα μὴ κατασταθμεύοιντο ὑπὸ τοῦ Σκυθικοῦ φύλου καὶ στρατιωτικοῦ· δυνάμει οὖν Παρθικῇ πόλις ἀντὶ κώμης ἐστί, καὶ τὸ μέγεθος τοσοῦτόν γε πλῆθος δεχομένη καὶ τὴν κατασκευὴν ὑπ' ἐκείνων αὐτῶν κατεσκευασμένη καὶ τὰ ὤνια καὶ τὰς τέχνας προσφόρους ἐκείνοις πεπορισμένη. εἰώθασι γὰρ ἐνταῦθα τοῦ χειμῶνος διάγειν οἱ βασιλεῖς διὰ τὸ εὐάερον· θέρους δὲ ἐν Ἐκβατάνοις καὶ τῇ Ὑρκανίᾳ διὰ τὴν ἐπικράτειαν τῆς παλαιᾶς δόξης. ὥσπερ δὲ Βαβυλωνίαν τὴν χώραν καλοῦμεν, οὕτω καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκεῖθεν Βαβυλωνίους καλοῦμεν, οὐκ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χώρας· ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ἧττον, κἂν ἐκεῖθεν ὦσι, καθάπερ Διογένη τὸν Στωικὸν φιλόσοφον.

17. Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτεμίτα, πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα πεντακοσίους τῆς Σελευκείας σταδίους, πρὸς ἕω τὸ πλέον, καθάπερ καὶ ἡ Σιτακηνή. καὶ γὰρ αὕτη, πολλή τε καὶ ἀγαθή, μέση Βαβυλῶνος τέτακται καὶ τῆς Σουσίδος, ὥστε τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα βαδίζουσι διὰ τῆς Σιτακηνῆς ἡ ὁδὸς ἅπασα πρὸς ἕω· πρὸς ἕω δ' ἐστὶ καὶ τοῖς ἐκ Σούσων εἰς τὴν μεσόγαιαν τῆς Περσίδος διὰ τῆς Οὐξίας καὶ τοῖς ἐκ τῆς Περσίδος εἰς τὰ μέσα τῆς Καρμανίας. τὴν μὲν οὖν Καρμανίαν ἐγκυκλοῦται πρὸς ἄρκτον ἡ Περσίς, πολλὴ οὖσα· ταύτῃ δὲ συνάπτει ἡ Παραιτακηνὴ καὶ ἡ Κοσσαία μέχρι Κασπίων πυλῶν, ὀρεινὰ καὶ λῃστρικὰ ἔθνη· τῇ δὲ Σουσίδι ἡ Ἐλυμαΐς, καὶ αὐτὴ τραχεῖα ἡ πολλὴ καὶ λῃστρική· τῇ δὲ Ἐλυμαΐδι τὰ περὶ τὸν Ζάγρον καὶ ἡ Μηδία.

18. Κοσσαῖοι μὲν οὖν εἰσι τοξόται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ οἱ συνεχεῖς ὀρεινοί, προνομεύοντες ἀεί· χώραν γὰρ ἔχουσιν ὀλίγην τε καὶ λυπράν, ὥστ' ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀνάγκη ζῆν· ἀνάγκη δὲ καὶ ἰσχύειν· ἅπαντες γάρ εἰσι μάχιμοι· τοῖς γοῦν Ἐλυμαίοις συνεμάχουν μύριοι καὶ τρισχίλιοι, πολεμοῦσι πρός τε Βαβυλωνίους καὶ Σουσίους. οἱ δὲ Παραιτακηνοὶ μᾶλλον μὲν τῶν Κοσσαίων ἐπιμελοῦνται γῆς· ὅμως δὲ καὶ αὐτοὶ λῃστηρίων οὐκ ἀπέχονται. Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων κέκτηνται χώραν καὶ ποικιλωτέραν. ὅση μὲν οὖν ἀγαθὴ γεωργοὺς ἔχει τοὺς ἐνοικοῦντας, ἡ δ' ὀρεινὴ στρα-

mine et visco oppressum exstingui (σβέννυσθαι) dicunt. Alexandrum tradunt, ut experimento rem cognosceret, puero cuidam in balneo naphtham illevisse, ac lucernam admovisse; nec multum abfuisse quin flagrans puer periret; circumstantes tamen multa admodum aqua flammas devicisse, ac puerum servasse. Posidonius scribit e fontibus naphthæ Babyloniis quosdam nigrum naphtham, quosdam album producere; atque ex iis alteros esse liquidi sulphuris, eos scilicet qui album naphtham habent (atque hos esse qui flammam arripiant), alteros vero, qui nigrum naphtham producant, liquidi esse bituminis, quod pro oleo in lucernis usurpent.

16. Babylon olim Assyriæ fuit metropolis, nunc Seleucia est, quæ ad Tigrim dicitur. Prope eam pagus maximus est, nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges hiemabant, Seleucensibus parcentes, ne Scythicæ et militaris nationis hospitio assiduo opprimerentur. Parthicâ igitur potentiâ pro vico urbs est, quippe quæ ambitu suo tantam hominum multitudinem recipiat, et apparatu ab illis ipsis instructa sit, et venalia necessariasque illis artes habeat. Ibi enim Parthorum reges hieme propter aeris temperiem degere solent, æstatem vero Ecbatanis et in Hyrcania agunt, propter antiquæ celebritatis præstigium. Quemadmodum vero Babyloniam regionem vocamus, sic inde oriundos Babylonios dicimus, non ab urbe, sed a regione : ideoque minus a Seleucia quempiam, Seleucensem, etsi ibi natus sit, quam Babylonium vocamus, ut Diogenem philosophum Stoicum.

17. Est porro Artemita, insignis civitas, quingentis stadiis a Seleucia distans, orientem maxime versus, ut etiam Sitacena. Nam hæc quoque ampla et opulenta regio inter Babylonem et Susidem jacet, adeo ut e Babylone Susa euntibus totum iter per Sitacenam sit versus orientem. Versus orientem itur etiam e Susis in Persidis mediterraneam per Uxiam, et ex Perside in media Carmaniæ. Carmaniam enim a septentrione [*et occasu*] Persis late patens circumdat, huic vero contigua est Paraetacene et Cossæa usque ad Caspias portas, montanæ gentes ac latrociniis deditæ. Susidi autem conjungitur Elymaïs, quæ ipsa quoque magna ex parte aspera est, et latronibus referta; Elymaidi denique contermina sunt loca circa Zagrum et Media.

18. Cossæi majorem partem sagittarii sunt, quemadmodum etiam montani eis finitimi, semper latrocinia exercentes; parvam enim et sterilem regionem incolentes, ex alieno vivere coguntur; ideoque eosdem etiam potentes esse oportebat; omnes enim bello student; sic Elymæis, quum hi adversus Babylonios Susiosque bellum gererent, auxilio miserunt tredecim hominum millia. Paræteceni quanquam magis quam Cossæi agriculturam exercent, attamen ne ipsi quidem a latrociniis abstinent. Elymæi majorem quam hi et magis variam terram possident. Quæcumque ferax est, agricolas incolas habet, montana vero

τιώτας τρέφει, τοξότας τοὺς πλείστους· πολλὴ δὲ οὖσα πολὺ καὶ τὸ στρατιωτικὸν παρέχεται, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν δύναμιν κεκτημένος μεγάλην οὐκ ἀξιοῖ τῷ τῶν Παρθυαίων βασιλεῖ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ὑπήκοος εἶναι· ὁμοίως δὲ † καὶ πρὸς τοὺς Μακεδόνας ὕστερον τοὺς τῆς Συρίας ἄρχοντας διέκειτο. Ἀντίοχον μὲν οὖν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ' αὑτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι. ἐκ δὲ τῶν ἐκείνῳ συμβάντων παιδευθεὶς ὁ Παρθυαῖος χρόνοις ὕστερον ἀκούων τὰ ἱερὰ πλούσια παρ' αὐτοῖς, ὁρῶν δ' ἀπειθοῦντας, ἐμβάλλει μετὰ δυνάμεως μεγάλης, καὶ τό τε τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἷλε καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, τὰ Ἄζαρα, καὶ ἦρε ταλάντων μυρίων γάζαν· ᾑρέθη δὲ καὶ πρὸς τῷ Ἡδυφῶντι ποταμῷ Σελεύκεια, μεγάλη πόλις· Σολόκη δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. τρεῖς δ' εἰσὶν εἰς τὴν χώραν εὐφυεῖς εἰσβολαί· ἐκ μὲν τῆς Μηδίας καὶ τῶν περὶ τὸν Ζάγρον τόπων διὰ τῆς Μασσαβατικῆς, ἐκ δὲ τῆς Σουσίδος διὰ τῆς Γαβιανῆς (ἐπαρχίαι δ' εἰσὶν αὗται τῆς Ἐλυμαίας ἥ τε Γαβιανὴ καὶ ἡ Μασσαβατική), τρίτη δ' ἐστὶν ἡ ἐκ τῆς Περσίδος. ἔστι δὲ καὶ Κορβιανὴ ἐπαρχία τῆς Ἐλυμαΐδος. ὅμοροι δ' εἰσὶ τούτοις Σαγαπηνοί τε καὶ Σιλακηνοί, δυναστεῖαι μικραί. τοσαῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα ἔθνη πρὸς ἕω τὰ ὑπερκείμενα τῆς Βαβυλωνίας. πρὸς ἄρκτον δὲ τὴν Μηδίαν ἔφαμεν καὶ τὴν Ἀρμενίαν· ἀπὸ δὲ δύσεώς ἐστιν ἡ Ἀδιαβηνὴ καὶ ἡ Μεσοποταμία.

19. Τῆς μὲν οὖν Ἀδιαβηνῆς ἡ πλείστη πεδιάς ἐστι, καὶ αὐτὴ τῆς Βαβυλωνίας μέρος οὖσα, ἔχουσα δ' ὅμως ἄρχοντα ἴδιον; ἔστιν ὅπη καὶ τῇ Ἀρμενίᾳ προσχωροῦσα. οἱ γὰρ Μῆδοι καὶ οἱ Ἀρμένιοι, τρίτοι δὲ Βαβυλώνιοι τὰ μέγιστα τῶν ἐθνῶν τῶν ταύτῃ διετέλουν οὕτως ἐξ ἀρχῆς συνεστῶτες, ὥστ' ἀλλήλοις ἐπιτίθεσθαι κατὰ καιροὺς τοὺς οἰκείους ἕκαστοι καὶ πάλιν διαλύεσθαι· καὶ τοῦτο καὶ μέχρι τῆς τῶν Παρθυαίων ἐπικρατείας διέμεινε. τῶν μὲν οὖν Μήδων καὶ τῶν Βαβυλωνίων ἐπάρχουσι Παρθυαῖοι, τῶν δ' Ἀρμενίων οὐδ' ἅπαξ· ἀλλ' ἔφοδοι μὲν γεγόνασι πολλάκις, ἀνὰ κράτος δ' οὐχ ἑάλωσαν, ἀλλ' ὅ γε Τιγράνης καὶ ἐρρωμένως ἀντεπεκράτησεν, ὡς ἐν τοῖς Ἀρμενιακοῖς εἴρηται. ἡ μὲν οὖν Ἀδιαβηνὴ τοιαύτη· καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ καὶ Σακκόποδες· περὶ δὲ τῆς Μεσοποταμίας ἐροῦμεν ἐφεξῆς καὶ τῶν πρὸς μεσημβρίαν ἐθνῶν, ἐπιόντες ἐπὶ μικρὸν πρότερον τὰ λεγόμενα περὶ τῶν ἐθῶν τῶν παρὰ τοῖς Ἀσσυρίοις.

20. Τἄλλα μὲν οὖν ἔοικε τοῖς Περσικοῖς, ἴδιον δὲ τὸ καθεστάναι τρεῖς ἄνδρας σώφρονας ἑκάστης ἄρχοντας φυλῆς, οἳ τὰς ἐπιγάμους κόρας προσάγοντες εἰς τὸ πλῆθος ἀποκηρύττουσι τοῖς νυμφίοις ἀεὶ τὰς ἐντιμοτέρας πρώτας. οὕτω μὲν αἱ συζυγίαι τελοῦνται· ὁσάκις δ' ἂν μιχθῶσιν ἀλλήλοις, ἐπιθυμιάσοντες ἐξανίστανται ἑκάτερος χωρίς· ὄρθρου δὲ λούονται, πρὶν ἀγγείου τινὸς ἅψασθαι· παραπλησίως γάρ, ὥσπερ ἀπὸ νεκροῦ τὸ λουτρὸν ἐν ἔθει ἐστίν, οὕτω καὶ ἀπὸ συνουσίας. πάσαις δὲ ταῖς Βαβυλωνίαις ἔθος κατά τι λόγιον ξένῳ

milites nutrit, majore ex parte sagittarios, et quum multa sit, multum etiam exercitum emittere potest adeo, ut rex eorum potentia magna fretus, Parthorum regi sicut reliqui obtemperare recuset. Eodem modo etiam [*erga Persas*] et postea erga Macedones, qui Syriæ imperaverunt, affectus fuit. Atque Antiochum quidem Magnum, Beli templum spoliare conatum, finitimi barbari absque aliorum ope adorti interemerunt. Itaque posterioribus temporibus Parthus (*Mithridates I, Phraatæ I filius*) ex his, quæ illi evenerant, edoctus, quum audiisset templa esse apud eos opulenta, videretque haudquaquam ultro concessuros, vi magna invasit; et Minervæ templum ac Dianæ, quod Azara dicitur, cepit, et mille talentorum gazam abstulit. Capta est etiam prope flumen Hedyphontem Seleucia, magna civitas, quæ prius Soloce vocabatur. Tres sunt in eam regionem commodi ingressus: e Media quidem et locis Zagro vicinis per Massabaticam, ex Suside per Gabianam (Gabiana et Massabatica Elymæorum sunt provinciæ), tertius ingressus est e Perside. Est etiam Corbiana Elymæorum provincia. His finitimi sunt Sagapeni et Silaceni, exiguæ præfecturæ principatus. Atque hæ et tales sunt gentes, quæ orientem versus Babyloniæ imminent. Ad septentrionem Media, ut supra diximus, et Armenia; ad occidentem est Adiabena et Mesopotamia.

19. Maxima Adiabenæ pars plana est, quæ ipsa quoque pars est Babyloniæ, quanquam proprium principem habet, nonnunquam etiam Armeniæ se adjunxit. Nam Medi, Armenii ac tertii Babylonii, gentes quæ hic sunt maximæ, ita suas ab initio res instituerant, ut se invicem adorirentur, quisque sibi opportuuo tempore, ac rursum in gratiam redirent, quod usque ad Parthorum imperium duravit. Nunc Medis quidem ac Babyloniis Parthi imperant, Armenios autem nunquam in suam redegerunt potestatem, qui sæpe bello impetiti, nunquam subacti sunt, immo Tigranes (ut in rebus Armenicis docuimus) fortiter restitit. Adiabena ergo qualis sit, exposuimus. Ceterum Adiabeni etiam Saccopodes (?) vocantur. De Mesopotamia et gentibus, quæ ad meridiem vergunt, deinceps dicemus, si prius quæ de moribus Assyriorum feruntur, paucis persecuti fuerimus.

